


R O P

1 5 5 2



R
2966

829
R V 1935: 2130
VII:7


ALEXANDRI
BENEDICTI VE-
ronensis, Medici ac Philosophi
multis nominibus clarissimi, de re
medica opus insigne & apprimè Medici-
næ candidatis omnibus utile: ad MAXIMILIANVM CAES-
SAREM Augustum Imperatorem hoc or-
dine digestum.

De omnium à uertice ad plantam morborum signis, causis, diffe-
rentijs, indicationibus & remedijs tam simplicibus quàm com-
positis Lib. XXX.
De medici & aegri officio aphorismorum Lib. I.
De pestilentie causis, praeseruatione & auxiliorum materia Lib. I.
Humani corporis anatome tractata Lib. V.

Omnia nunc postremum diligentiori cura
recognita & castigata.

Quid porro in additione hac nouissima praestitum sit,
Praefatio tibi significabit.

B A S I L E A E.



IACOBVS ANTIQVARIVS ALE-

XANDRO BENEDICTO PHILO-

sopho clarissimo S. P. D.



Loriam te studere certò inde scio, quod eam nò nisi ex publica utilitate acquiris, sic enim fit ut etià ab æmulis, & inuidis uera laus extorqueatur & approbatio. In anatomice quidē eōtingit, quod cupiebamus: cum opus sit perquam eruditum, & commodum ad secūdiōra. Vetus nanq; medicina tuam inde operam aduocat, & in primis ut è tenebris eruatur, dexteram porrigit Paulus Aegineta, ante Galenū celebris, sed parum deinceps notus, nisi frequenti ipsius Galeni citatione. Ad quam rem, si te monuero, ineptus sum, quia ad huius laudis metam sponte curris: Cum Aeginetā dicaris in manibus habere. Et nisi roga uero, uidebor cōmuni causæ defuisse. Quoniā ut quadrigam urgeas, multi cupiunt. Te palma manet. Festina obsecro, ac ex ueteri me consuetudine ama. Vale.

Mediolani decimo Nouemb.

M. D. VIII.



4-9/10

2288

CLARISSIMO DOCTISSIMOQUE UIRO, D. D. ANDREÆ

Vesalio Bruxellensi Medicinæ Doctori celeberrimo, Cæsareæ

Maiest. Medico peritissimo Marcus Hops

perus S. D. P.



VVM tantopere Medicinā laudetur, nec immeritò quidem, uir humanissime doctissimeq; quam & græcus Poëta commendare uolens ait:

ἵψος γὰρ αὐτῆς πολλὰ ἀντίφρασις ἀλλυ:

Et n̄ mihi laudem suam mereri uidentur, qui uel ipsi eius artis præcepta tradunt, uel ueterū de hac re digna monumenta ab interitu seu corruptione uindicare pro uirili & illustrare studēt. Quod quidem officium, etsi Medicorum proprium esse uideatur, quia tamen ad omnes pariter literarum amatores & cultores spectat, non solum huius, sed & aliarum quoq; professionū, cuiuscunq; tandem libros bonos asserere, & suo, quantum fieri potest, nitore restituere atq; illustrare: nec à me alienum fore existimaui, si quid eiusmodi uel in Medici libro tentarem. Quod sane mecum cogitans, hoc ALEXANDRI BENEDICTI de re medica insignis opus mihi recognoscendum pro editione hac haud inuitus suscepi: cuius dum Anatomicorum libros lego, de apponendis quoq; figuris mihi succurrit, quibus humani corporis per sectionē partes ob oculos lectori ad uiuum ueluti ponerentur. Quod quidem consiliū, quia alijs quoq; uiris cordatis & eruditis, quibus cum contuli id, utile ceu uisum est, hoc, quo nunc dicam, modo executus sum. Quoniam enim tui illi propè diuini & incōparabiles de humani corporis fabrica libri, iusta ueluti commentaria & demonstrationes certissimæ omnibus huius generis scripti autoribus adhiberi possunt: nec facile quisquā perfectiores elegantiores ue figuras & tabulas, q̄ tuæ illæ sunt, quibus singulæ humani corporis partes ad uiuum ita exprimentur, sculpsit, tuas ego huc, suis quasq; locis, per libri & figuræ capitū ue numeros in marginem ascribi assignariq; curauī: non certe minori, ferè maiori dicerem lectoris cōmodo, q̄ si proprias, eas forte obscuras, crassas, implicatas, nec satis negotium exprimentes (quod non semper obuiam sit probus artifex) apposuissem: Quò si quem uel secum legere hæc, recteq; intelligere, uel alios, profitendo publicè, docere per demonstrationes uelle contingat, tuas sibi, hoc pacto admonitus, consulendas esse tabulas & demonstrationes sciat, facileq; eas ac sine tēporis aliquo dispendio sic signatas reperire queat. Quam equidem rem adeò non ægrelaturum te crediderim, ut etiam gratam tibi fore eam sperem. Noui enim sic humanitatē, candorem ac fidem tuam erga uniuersos & singulos, ut si cuiusquā contingat studia, quacunq; tādē ratione, per te tuasq; lucubra-

tiones iuuari promoueriq; (quemadmodum iuuantur hodie plurimum tua opera Medicinæ cādidati) ingens tibi gaudium sit: quod non nisi melioris ingenij & naturæ hominū est. Quæ quoq; si non unica, certè haud parua causa mihi fuit, ut tuo in primis nomini hanc editionem inscriberē. Non quòd non aliàs quoq; uoluerim, sed quòd maiorem me occasionem hoc modo nactum arbitratus sum. Quod autem uariare hunc nostrū aliquid quando cōtingit (quia Aristotelem maximè in suis hisce libris secutus est) quod tamen rarius fit, nō tanti nos id momenti existimauimus, ut nostrū ob id institutū impedire uel deberet, uel posset: Imò adeò nō, ut etiam causa quodammodo huius instituti nostri uideri debeat: quò uidelicet collatis inter se autorum sententijs, diligentiori lectores indagine rei ueritatem scrutentur. Non certè quod quicquam tuis illis tabulis ac demonstrationibus pulcherrimis exquisitissimisq; diffidendum censeam, quem toties scio tanta omnium spectantium admiratione secando corpora, proprijsq; attrectando manibus, inspexisse, inspiciendaq; alijs quoq; porrexisse, ut dubiū procul omne omnibus abesse debeat, quin ita se rei ueritas habeat: sed multò magis quod ad eas alios omnes relegēdos existimem. Quapropter, uir ornatissime, quin tibi quoq; hoc nostrum institutum probetur, nihil dubito. Porro quod amplius de editione hac admoneam, hoc solum habeo, quod uidelicet inter recognoscendū effecerim, ut quæ dictiones purè græcæ (quarum plurimæ, ut id sibi ferè proprium habet Medicorum schola, huic operi inspersæ sunt) latinis uerò typis antea expressæ, nec adeò in latino sermone receptæ essent, græcis quoque typis excudendæ nunc proponerentur: reliquas uerò, quæ & ipsæ quidem græcæ, at in latina quoq; lingua cōsuetudine iam receptæ, propter latinos homines intactas reliquerim: nisi si quæ corruptè antea legerentur, quantum quidem mens & oculi obseruare potuerunt, emendarim. Nunc igitur aliud nihil, nisi ut meam hanc, Doctor præstantiss. inscriptionē æqui boniq; consule re uelis: qua certè nō spectauit, quod mearum uirium & autoritatis nō sit, ut nomen tuum celebrem, tantis tamq; magnificis ac splendidis tuis monumentis & lucubrationibus ubiq; terrarum iam dudum celebratissimū: & nunc quoq; uehementer, ut eius qui magna medendi dexteritate polleat, celebre reddatur, dum summus Monarcha imperator inuictiss. semper Augustus, Medicum te aulæ suæ nō sine Numinis prouidentia asciauit, suumq; tibi corpus & uitam propriam committere non dubitat: sed quod nulli cōmodius inscribere me posse putarim, quàm illi ipsi, qui suā quoq; huc operam cōtulisset, ac simul aliquā animi mei erga te significationem præberem. Vale uir ornatissime, & nostrū hoc quæ-

leuncq; studium probare uelis. Basilææ Kalendis

Iulij, Anno à partu Virgii-

nis 1549.

ALEXANDRI BENE

DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MA-

XIMILIANVM CAESAREM AVGV.

stum inuictissimum Imperatorem,

Præfatio.




Vicunq; sacer Imperator terrarum rectores sorte casuq; aut humano duntaxat cōsilio deligi putant, rationibus facile cōuincuntur, nam ad auspiciatissimū totius orbis imperium diuino numine principem constitui necesse est. Nec mirum si cum cælo regibus tanta communicatur societas: quādoquidem Christianam Rempublicam cœlitus regi & conseruari à principibus summopere precium sit. Diuina igitur potestate & non occulta syderum, fati prædiuinantibus, ad principatum ductus es. Iis auspicijs assensere omnium principū læta suffragia, uel uiuente sanctissimo Cæsare patre tuo Federico tertio, qui regno se abdicauit. mira quidem familiaritæ gloria, ex qua ueluti iure hæreditario tot duces, tot principes imperatoresq; longa serie prodire, Rodolphus, Alberti duo, Federicus pater tuus imperio longæuus, & tu felicissime Cæsar, quintus rara quidem felicitate ordini adiunctus es, ut imperium amplificatum reddas. uereor tamen dicere, an id magis fatorum numine, an uirtute tua illustretur: utranque rationem simul computet uita. Nam tuo imperio cumulatissime uarias coronas, & triumphos ingeris, de Germanis, Sueuis, Gallis, Hispanis, ac Italis demū, quæ omnia, aut uirtute pacis, aut belli uiribus consecutus es, ut hac tempestate te Imperatorem suum Ister, Rhenus, Athesis, Padus, Arnus, Tyberisq; summissi & colant, & uenerentur, & tecum serenissime Cæsar imperij adepta corona, quantis potest affectibus uniuersus orbis gratuletur, quod ad rei Christianæ munera, & gubernacula diuino nutu delectus fueris totiens dux, & rex antequam imperator. Hæc decreto fatorum eueniunt, quorum uires ex pacis tranquillitate, & belli bene gesti munere apparent, quibus pro tempore uti soles. In utraque re non minori sapientia, quàm iustitia, nō minori item innocentia, quàm religione, quæ uel in iuuentute tua miro modo enituerit. Sed o miram in Cæsare liberalitatem, o religiosam innocentiam, in hoc flagrantissimo Italix bello, ne qua fœminis, aut matronis templis ue iniuria fieret, ne ue in rapinis, incendijsq; milites uersarentur, anxius per quotidiana edicta uetulisti: quibus nō modo principis, sed parentis nomen perpetuum præstitisti. Castrorum item iustitiam, ac æquitatem maxime obseruasti, uel in rebelles clementissimus. Quorum iure publicata bona, suis orantibus elargitus es, natura beneuolentissimus, ira ut neminem unquam sine munere, aut sine spe tristem discedere patiaris. Tanta est memorabilis ac laudatissima de te liberalitatis fama, ut nullum profecto diem te amisisse uidearis, neque petentibus quicquam negare scias: tanta milites, & plebem comitate tractasti, salua semper imperij maiestate: sicut in uenationibus tuis norunt omnes. Sed miramur præterea animi tui fortitudinem, corporisq; robur, frigidis, caloris ac laboris patientissimum. & ex alta mente solidum consilium, quo in capescendis rebus omnibus uteris consultissime. Quæ omnia quum iunior esses, contra Gallos (quos parua manu fugasti) pro Belgarum tutela, plurimi conspexere: uel in Murinorū periculosissima coniuratione, sicut in Buronico, Siccambrico, Battauico, Murinico bello, at in cæteris Germaniæ paulo ante defectionibus, quas rei bellicæ scientissimus imperator ad pœnitentiam, & deditiōem facile compulisti. Auita itaque gratia Germania tua est, Burgondia ac Hispania nuptiarū fœdere, tuo paret imperio. Terras omittimus à Britannico mari ad internum usque Adriaticum tibi subiectas, quas enumerare fuerit superuacuum. His etiamnum maiora Maximilianī Cæsaris Augusti præclaris titulorum nuncupationibus cōstabunt, iam diu enim de Turcarum imperio, deq; Assyriorum regno, animo tuo certum triumphū concepisti, Christi incunabula, & sepulchrum à barbaris redempturus, æquato non modo Constantini rerum gestarum fulgore, sed magni prope Scipionis nomine superato. Ex quibus iucundissime Cæsar, mirari ac suspicere co-

git animus, miramur animi tui miram pro tempore uarietatem, in prælio ferociam, qua uel nudo brachio intrepide contra Gallos dimicasti: in contubernio incredibilem facilitatem, in castris non regalem uictum, sed abiectum & uulgarem, quo penitus uteris: in munere uero ipso & militem & Imperatorem te admiramur, nam & in Cæsare nostro præter corporis robur, mirabilem membrorum competentiam ac eorum habitudinem singulorum conspiciamus, quam naturalis, ac congenitus uigor, uiuendiq; ratio præscripta in perpetuum conseruabit. Verum & si quæ sub cælo genita sunt, morbis periculisq; exposita uideantur tanta est in rebus humanis fragilitas, ita ut nemo mortalium semper sit felix: nam & primi Cæsares à quibus auspiciatissimum nomen ducis, cæteris fortuna bonis tumentes, uarijs corporis affectibus obnoxij fuere. Sed de uenenis quid dicemus: à potione dira delibitorium periculosissimum est: at magis insidiosum, quod solo contactu mortem illico infert, nouo insidiarum inuento, potionati enim sæuo medicamento ad antidota protinus confugiunt, aut in metu, prægustantium cura alieno periculo ante euitant, uel remedia præsumunt, sed uestimèta uideo, arma, sellas, sedilia quoque insidentibus perniciosà. Nihil enim non uenenorum ui infici posse constat. Nonne & suffitu odorato saluari nidoris specie, in ueneni intus abdita ingredientium animas, ad præsens extorquent sublimata ad hominum perniciem ingeniat: plures enim solo carbonis uapore interemptos uidimus. Vitorum enim doctrices sunt libido & iracundia. Ob eas res inuictissime Imperator, libros sex de uenenis ac uenenatis animalibus tibi dedicaturi sumus, sed hos libros æquo animo suscipe, orsi a capite generatim, membratimq; singulis corporum morbis, causas, signa, remediaq; tum communia, tum propria subrexiimus, & simplicium uires ex uarijs autoribus, tum Græcis, tum Latinis conscripsimus, quæ latina fecimus, non obscura, non salebrosa, quæ lectorem in singulis uerbis detineant, atque obscuritate detorqueant: utilitati nempe & rei medicæ commodo studuimus, post enim emendationem & cõmunem limam, qua uti cum amicis soleo, & Cæsaris adepto ingenti patrociniò, non continere amplius, sed publicare de-

creuimus.

ALEXANDRI BENEDICTI LIBRORVM INDEX.

A

	Adomé & eius membra intè rior pag. 583	alorum uitia, & quæ grauem odorem abolent, curatio pag. 198	hunc ambustorū dolorem quæ mi tigant 543. 544	346
	abortiendi cau sa 480. 479	alba profluua mulierum un de 461	amblyopia 67	
	abortiendi periculū quo tem pore 480. 481	albugines leucomata'ue quo modo curentur 58	amentes consultores 594	594
	abortum post sanguinis pro fusionem sistentia 490	aloës uirtus 220	amor insanies 484	594
	abscessus melancholici cura tio 224	aloës lignū in delicijs crema tur 130	amor uelanns, eiusq; signa ac remedia 27	
	abscessus aurium à bili abscessus duricies quibus di scutiatur 381	aloës lignum 245	anatomiam curæ fuisse regi bus 176	
	abscessuum calidorum signa pag. 315	alula 612	anatomie qua parte primum incipienda 583	
	abscessuū ex humoribus ua ria signa 275	aluinus morbus 350	anatomices utilitas 576	
	absinthium 207. & 209	aluum ægre exonerant quib. exiguum fellis 260	anatomia ceruæ grauida pag. 591	
	abstergentia oculorū quæ acetabuli 479	aluus quibus soluenda in ca lido abscessu 278	anatomia laus 623	
	acetabula quibus animalibus sine 592	aluus astricta cibi causa quib. soluatur 342	angina sanguinea æger sana tus, non misso sanguine pag. 139	
	aceti uis & usus 120. & 176	aluum à doloribus præseruās tragemā 334	angina causa & differentiæ pag. 135	
	acus deglutita, & per urinam emissa 585	aluus 584	angina bilis signa 137	
	adeps 581. 586	aluum emolliens 155.	angina ex quibus humorib. fit, signa 137	
	adeps in homine, seuum in cornigeris 397	& 186. 538. 539	angina periculosa maturatio nem non expectat 241	
	adustionem urinæ quæ sanāt pag. 545	aluus quibus & quando du cenda 240	angina curatio per sanguinis missionem & uentris deie ctionem 139	
	adustionē ignis & aquæ sanās pag. 545	aluum deiciencia 175	angina curatio per sanguinis missionem & uentris deie ctionem 139	
	ægylopa 62 & 63	aluum sine molestia soluen tia 271	anginam quæ tuentur 536	
	ægrī non deserendi à medico in morbis desperatis 54	aluo aquam educentia 346	anginæ phlegmaticæ signa me lancholiciq; 137	
	ægrī officium 546	aluus emollienda quibus pag. 315	anginæ curatio chirurgica pag. 241	
	ægrois quid conueniat, aut non 57	aluum quæ mixtura soluit pag. 345	anginæ species 140	
	ægro habitatio accommoda pag. 214	aluum soluentia 278	anginæ quatuor 136	
	æër uoces excipiens in tribus locis 91	aluus quando sistenda 377	anginæ quid conuenit 531	
	agarici uis 208	aluus ægre excernens 343	angina 128	
	agarici facultas 158	aluus longo tempore reten ta 343	angina acutissimus morbus, minuendaq; materia 135	
	ahorta uena 614	aluum emolliendam deco ctum 186. 542	anginæ partes quæ mōtē affi ciant, & prælagia futura sa nitatis, nota'que letales pag. 138	
	ahortæ ortus 598	alopecia cura 531	anguillarum generatio 382	
	ahortæ maioris uenæ 615	aluus prægnantium quib. sol uitur 540	anhelatores 153	
		aluum quæ uehementer tra hantur 540		

I N D E X.

ani musculi resolutio	394	aphtas & carcinomata qua	rum leniens	537	
ani dolor	395	fanant	133	arterialis spiritus	147
ani cura	394	apollonij medicamentu	104	arterialis uena	599
ani dolor & ulcus fungo si-		apoplexia	549	artis medicae exordia	553
mile	395	apoplexiae futura nota	193	ascytis causa	287. & 289
animae defectus	196	apoplexiae curationes	31	ascytis generatio	296
animi mores ex corporis te-		apoplexia subita unde oria-		ascytis hydropis nota	287
peramento	190	tur	30	ascytis curatio	288
animi indicia in oculis	611	apoplexia nota praecedens	30	asthmatici	153
animi singulati affectus quid		apoplexiae curatio cuius phle-		asthmatis curatio & obserua-	
possint	228	gma causa est	31	tio	155
animi indicia ex oculis	43	apophlegmatismus	49	asthmaticorum curatio	159
animi deliquij cura, & quale		apostematum epatis discrimi-		asthmaticis cibi conuenien-	
uinum dandum	194	na	274	tes & potus	154
animi defectus compositio-		appetitum quae deiciant	205	asthma quomodo oriatur	154
nes	190	appetitum facientia	207	asthmaticis compositiones	
animi defectus unde orian-		appetendi uim laesam quae se-		pag.	157
tur	189	quantur	255	asthmaticorum deiectione alui	
animi defectus causa	192	appetentia aeterna instrumen-		pag.	157
animi deliquium ex misio-		ta	204	asthmaticis uomitiones pro-	
ne sanguinis	195	aqua uitae	125	deffe	158
animi defectus	170. 193	aqua penes praefocati remedia		asthmaticorum nota	154
animi deliquium tria afferunt		pag.	130	asthmaticorum potiones ac ele-	
pag.	192	aquas trahentia	289. 296. 536	gmata	159
animae sedes	32	aquae potus ex fontibus cali-		asthmaticis commune auxi-	
animae instrumentum spiri-		dis nocumentum	408	lium	160
tus in cerebri cavitatib.	28	ardores igneos extinguens me-		asthmatis curatio	154
animae humanae cor sedes	187	dicamentum	519	asthmatis desperato quid fa-	
animalia infatigabilia	323	argemon	55	ciendum	159
animales partes quae primo		arteriarum pulsus	614	asthmatis reliquias repurgan-	
generentur	599	arteriarum uitia	144	das	158
animale membrum	601	arteriae in pulmonem ex cor-		astriungentia simplicia	369
animalium tres corporis par-		de functio	146. 147	astrorum disciplinae utilitas	554
tes	439	arteriarum natura	581	attractio quae sint	94
animalium procreatio	382	arteriarum sanguis	549	atrabilis	579
animi deliquium quae iuuent		arteriae & uenae quae inter se		atram bilem trahens	544
pag.	117. 348	respondent	616	atram bilem potio digerens	
animi deliquium tria afferunt		arteriae uitia	144	pag.	501
pag.	192	arteriae asperae uel tracheae co-		atrabilis uaria genera & natu-	
animalia quae tussiant	148	positio	146	ra	307
animi deliquium ex tormini-		arteriam exasperantia	144	attractrix uis laesa & causa cu-	
bus	376	arteriaca andromachi	145	ratioque	237
anodina	360	arteriaci & branchi cura	148	atrophiam quae differat a phthi-	
anodotum Theodoricum	261	arteriacae distillationes	147	si	72
anthracosis	53	articulari morbo conuenien-		auditus cum pulmone com-	
antihera compositio	113	tia	512	munio	97
antivenenos dentes	119	articulorum morbi	518	auditus grauitatis curatio	98
anus quid	585. 598	articulorum tosi	518	audiatem quae excitant	209
ancon	621	articulorum tumores sanans		auditus cum pulmone com-	
antispasmi	4	pag.	513	munio	97
aphorismorum lib.	546. 547	articulorum morborum causa		aures	612
aphtha	112	& origo	515	aurium murmurum quae discu-	
aphtas quae curent	113	articulorum morbos mulie-		tiunt	88

auribus

I N D E X.

auribus apta cataplasmata	89	tia	80	lores	542
aurem si aqua ingressa est	86	auribus incertus sonus, oleu		brachiorum flexus	578
aures sanguinolentas	88	pag.	93	brachij sedes	621
aurium inflammationi simpli-		auribus surdis conueniens suc-		brachiorum extensio	118
cium effectus	83	cus	92	brachiorum partes	578. 621
auribus infundenda tantum		aurium surditati ac grauitati		brachij uena communis	616
calida	83	medicamentum	536	brassica assyria	351
aurium inflammationum le-		aurium stridor, tinnitus, sibi-		breghmati qui puluis inspergi-	
nitio	83	lus, murmur, & alius incer-		tur	530. & 531
aurium graueolentia	89	tus sonus	91. 531	bronchi natura & usus	601
aurium sibilos leuandos	536	aurium surdarum remedia		buprestis	143
auribus iniiciuntur arida me-		pag.	39. 536	bubulae carnis succus ualeet	
dicamenta	90	aurium & pulmonis consen-		ad dolores aurium	82
auris fractio	87	sus	79	bulimiae causa	210
auriculare aneum	81	auribus si quid inciderit, quo-		bulimia in praegnante	210
aurium phlegmon	83	modo extrahendum	86. 536		
aurium sanguis coagulatus que		aurium in uomitionibus u-			
soluant	91	sus	251		
aurium morbi & causa	80				
aures ubi uermes orti	86				
aurium ulcera	88. 89				
aurium abscessus	80				
aurium ulceribus saniam ex-					
trahentia	89				
aurium remedia	81				
aurium dolor a uento	86				
aurium dolores sedandos, pusque					
maturandum	536				
aurium sanguinis profluuium					
pag.	90				
aurium magnis cruciatibus					
utilia	86				
aures quae iuuant, quaeque no-					
ceant	80				
aurium dolore nihil praestan-					
tius ueteri bubulo butyro					
pag.	85				
aurium ulcerum uarietas, ca-					
rumque curatio	87. 88				
aurium surditas unde nasci-					
tur	79				
aurium inflammatio	84				
aurem animalia ingressa qui-					
bus expellantur	86				
aurium pruritus, de quo graui-					
ore sono laesa	87				
aurium usus	79				
aurium sonus & curatio	92				
aurium mixturarum ratio					
pag.	81				
aurium dolor ex calida cau-					
sa	83				
aurium morborum differen-					

B Albos uentris fluxu pe-
riclitari 353
balbuties unde 116. 117
balneum quibus uitandum
pag. 201
balnea ulceribus utilia 226
balnea hydropicis conuenien-
tia 286
balneum calculosis idoneum
pag. 416
balsami oleum factitium 246
bilis utriusque; meatus in sto-
machum 586
bilem sine molestia trahen-
tia 537
bili ex phlegmate quae conue-
niant 352. 354
bilis flaua 579
bilis atra quibus trahitur 544
bilem in auribus colligi 85
bilis atra curatio 218
bilis inditia 269
bilis affectus 299
bilis functio quae 299
bilis atra sedes 307
berberis 559
bituminis uis 273
boa pueri laborant 148
botrion medicamentum 141
bothrion 55
bois affectio cordapson 202
brachium humerum excipit
pag. 621
brachiorum ex catarrho do-

C Accos non caluescere
pag. 604
caecitati pilulae quae conueni-
unt 533
cachexia morbus 283
cachecticorum curatio 283
cadauera secunda locus aptus
pag. 577
cadaveris coquendi modus
calcis ossa ac digiti 623 (619)
calculi signa, & puerorum, qui-
busque partibus nascatur in
renibus & uesica 412
calculosis qualis dieta, quaeque
uitanda 414
calculorum signa & cura 402
calculus fontes quosdam ge-
nerare 414
calculosis balneum idoneum 416
calculi utiles infusiones 420
calculosis simplicia quaedam
pag. 418
calculosis utilia quae sint 414.
& 415. & 537
calculi dolorem sedans 421
calculo potiones salutes 417
calculus urina indicans 413
calculus dolores in renibus
quae auxiliantur 412 (415)
calculo aborantibus. obseruanda
pag. 419
calculus in renibus cura 538
calculi eximedis periculum
in ferramento 435
calculosis quale uinum ido-
neum 415
caligo

I N D E X.

caligo	55	capitis materiam frigidā sol-	catarrhum cohibendum em
caliditas quid noceat	267	uens	plastrum & cerotarium 534
calori naturali debili quæ cō-		capitis materiam soluentia	catarrhicum quando non ex-
ueniant	206	pag.	hibendum 344
caluaria & suturæ	602. & 604	capiti quatuor sensoria	catapotia aurea 20
caluaria cura si contracta fue-		caput humanum	cataphora duplex 20
rit	545	caput hominis sensib. exqui-	catalepsis 19
caluaria qua ratione aperien-		sitis praditum	catochus 19
da sit	605	caput unde dictū, & eius cu-	caustica quando nociua 111
canceris medicamentum	179	ris	cauo uomica qui cognosca-
canities	603	caprarum usus & ingenium	tur 275
cantharides hausti quid infe-		pag.	causoni conueniens 535
rant periculi	433	carbūculus oculorum, & cu-	cœliaca dysenteria 370
capillorum destiuuium	549	ra	cœliacus morbus 350
capillorum generatio	602	carcinomata quibus potissi-	cœloma 55
capilli differentia	603	mum contingant	Celsus Aesclepiadem ad uer-
capillos quæ tingunt	530	carcinomata quæ sanant	bum secutus 90
capitis dolori uitio stoma-		carcinomata duplicia	cephalea 7
chi utilia	533	&	cephalea ueteris cura 7. 8. 10.
capitis dolentis ex astu reme-		carcinoma	cephalea à sanguine ortæ cu-
dia	2	carcinomatis cura	ra 10
capitis dolor à frigore	3	carcinomatis generatio	cerebrū uersus uenarū & arte
capitis dolor ex ebrietate	3	cardiaca diaphoretica atque	riarum uia 608
capitis dolor ex percussione		signa & causæ	cerebrum quæ firment 160
uel lapsu ex alto	4	cardiaci	cerebrum corroborat ambra
capitis dolor à flaua bili uel		cardiacorum compositiones	pag. 108
cholera & phlegmate mi-		pag.	cerebri officium 187
xta	6	cardiacos præmatura morte	cerebri destillatio in inferio-
capitis doloribus diuturnis		interire	res partes 603
conueniens	532	cardiacus morbus	cerebri meatus quæ aperiant
capitis os ualidissimum	608	caro	pag. 532
capitis doloris causæ	2	carnis humanæ sapor	cerebri membranarum em-
capitis ossa quot	604	carnis succus ad uires utilis	plastrum 5
capitis partes	578	pag.	cerebri digestui uis quib. ui-
capitis dolor	549	carpobalsamus	tictur 105
capitis doloribus pilulæ	531.	carpesion	cerebrum male affectū mor-
&	532	cartilago	bi concomitantes 606
capitis remedia ad recētes do-		carus à lethargo quid differat	cerebro languenti subuenien-
lores	11	pag.	tia 532
capitis pituitam quæ trahunt		casei usus	cerebri caui 605
pag.	531	castrandi ratio	cerebrum longum 618
capitis affectui quæ narib. in-		catarrhi curatio	cerebri partes ac fulcimenta
funduntur	531	catarrhus plurimorum mor-	pag. 606
capitis dolori cataplasma	532	borum origo	cerebri affectibus cauterium
&	533	catarrhum quæ cohibēt	pag. 533
capiti salutare tragema	530	&	cerebro quæ contineantur
capitis dolori auxilia ex frigi-		catarrhi periculosi in Italia,	pag. 603
da materia	8	eiusq; cura	cerebri frigiditate cordis spi-
capitis dolor à febribus	7	catarrho catapotia utilia	ritum calidiorē tempera-
capitis doloribus utilia	535	catarrhi materiam quæ con-	re 605
caput & sensus purgantia	36	coquant	cerebro utilia 531. 532
capitis dolor à stomacho &		catarrhum prohibentes	cerebri morbus 606
iccore	5	catarrhi quibus uincatur	cerebri custos 605
			cerebelli

I N D E X.

cerebelli sinus	606	Cleonis medicamentum	52	chi uitio	34
cerathoidis ulcera omnia al-		colicus dolor	329	comitialibus emplastrū	530.
bicantia	56	colicos humores quibus edu-		&	532. 534
cerui natura ueneno contra-		cimus	336	comitiali morbo oleū ac me-	
ria	25	colici morbi augurium	341	dicamenti	530
ceruicis affectus ex imbecilli-		colici doloris præsidia	39	comitialis morbi curatio	33
tate neruorum	130	colici potiones	335	conceptui mulierum pessus	
ceruicis nerui	618	colici doloris prognostica		conueniens	141
ceruicis morbi	618	pag.	333	conceptum quid iuuat	541.
ceruicis uertebræ	128	colica passio ex capitis flu-		&	542. 538. 539
ceruicis ossa	620	xionibus, quiq; ex eo dolo-		conceptus quæ iuuant	469
chalaxia	77	re morbi proueniāt, signa'		conceptui quæ profint	470
chamæcerasa	116	que	330	conceptus	472
chirurgia medicinæ pars	622	colici doloris remedia	333	conceptus signa	472
cholera	346	colici doloris curationes	335.	conciptendi modus	464
choleras qui cibi generent		&	339. 341. 342	conceptionis signa	471
pag.	347	colici doloris cura	537. 540.	concoctio ubi peragatur	323
cholericæ passionis prognos-		&	542	concoctio bona unde	239
tica ac cura	347	colici doloris causæ ac signa		concoctiois signa	184
cholera causa	346	pag.	329. 330	concoctionem iuuantia	233
cholericis quibus potio nan-		colicorum remedia	333. 343	concoctio optima	241
di	348	colicus dolor cum febre	345	eōcoctiois difficilis in uen-	
choreæ saltationesq; quare in-		colon biliosus	340	tre causa	216
stituta	472	colici causæ	331	conchos	609
chymosis cura	59	colici dolores	414	condylomatum remedia	389
cibi fastidium prognostica &		colicis remedia quæ torporē		condylomata	593
cura	206	inducunt	343	consolida	458
cibi tardium	204	colica passio Galeni	333	conuulsio peculiaris infan-	
cibi nauseam mouentes	205	colicorum obseruatio	334	tium morbus	33
ciborum usus in morbis	549	colicus affectus ex melancho-		cordapson boui affectio	202
cibi mora in uentre curatioq;		lia	331	cor hominis primū tabesce-	
pag.	239	colli uertebrarū laxatio	128	re	181
cibi corruptel notæ in stoma-		collum	578	cordi in acuta febre subue-	
cho curatioq;	236	colon ex uēto inclusu, uel ex		niens	195
cibi qui diu permanēt in sto-		frigida habitudine	337	cordis uitalia quæ excitent	
macho, qui non, signa' que		colon & colicorū ac nephreti-		pag.	160
pag.	239	corum dolores similes	585	cordi palpitanti quæ conue-	
cibum citius destuere quàm		colostratio	595	niunt	531
oporteat è stomacho, & cu-		colum ex apostemate	331	cordis uentriculi	598
ra	241	collyrium tragomaticum	62	cordis affectio & palpitatio	
cibum qui euomunt	251	collyrium ad pterygia	62	pag.	189
cicatrices induentia intera-		collyria smectica	57	corda quib. magna sunt uel	
neas	374	collyrium Sphæriton	50	parua	598
cicatrices & leucomata quæ		collyria monemora	47	cordis domicilium	599
curent	59	coma morbus	20	cordis notæ, cuiusq; qualita-	
ciliorum uitia	44	comitiali morbo laborantib.		tis	189
cini ex odoribus	57	cibi genus idoneum	36	cordis propria arteria	598
cinoide quæ simplicia pro-		comitialis morbi signa & cu-		cordis dextta parte quæ con-	
sent	133	rationes	32. 33. 532. 541	tineantur	599
citta prægnantium quæ pro-		comitialibus quæ uitada sint		cordi quæ necessaria ac no-	
sunt	207	pag.	34	centia	550
Cleispontis malagma	94	comitialis morbus	549	cordis affectionibus conue-	
		comitialis morbus ex stoma-		nicentia	195
				cordis	

I N D E X.

cordis situs ac principatus	cutis foeditatem sanans	536.	aliàs, quale periculum	124.
neq; cor obnoxium mor-	&	545	dentium doloribus catapla-	
bis	cydonia	431	smata	123
cordis mala	cynantrophia	27	dentitionis causã in infanti-	
cordis sedes animæ	cynolopha	620	bus	127
cor	cynolopha canina appellata	580	dentium dolores quibus cu-	
cordis situs	pag.		rationibus curentur	121
coryza			dentium labefactio	125
cornicis cerebrum palpebras	D		dentium eximèdos sine & cum	
gignit	deliquiã animi quæ ef-	348	ferro	124
cornu ex uulnere cuiusdã na-	ficatia		dentium catharrhus quibus	
tum	deliquiũ præcedentia, despe-	193	sistetur	532
corpora totum transpirabile	raturũ;		dentium stridor	127
pag.	delirium & stulticia quid dif-	21	dentium dolore unũ homi-	
corpora quæ extenuant	ferant		nem inter animalia tentari	
corpora quomodo replenda	dens putris ut corruat	536	pag.	120
pag.	dentibus quibus uitentur	119	dentibus erosi, carioli & foetidi	
corpus calefacientia	dentibus temere non eximen-	123	pag.	124
corpus refrigerantia	dos		dentium restitutio in seni-	
corporis partibus utiles	dentibus quæ mobiles faciant	124	bus	119
corporis partes quæ extrinse-	pag.		dentium conseruatio	119
secus cernuntur, & eorum	dentibus	602	dentium smegma	111
nomina	dentium uermes quæ necent	125	dentibus uermes innascun-	
corpora qualia ad anatomen	pag.		tur	125
eligenda	dentium ortus cum dolore	127	dentium torpor	126
costæ	dentium rheumatismus	121	dentium mobilitas unde	123
cotyle acetabula	dentibus uitæ lōgitudinem in-	119	dentibus quibus causis obstu-	
coxa	dicant		pefcant	126
coxendices	dentes dolore immunes quid	120	destillationes ad arteriã	147
coxendicum dolores	reddat		destillationibus medicamen-	
coxendicis doloribus cura	dentium nigrescentiũ reme-	123	tum conueniens	150
pag.	dia		diacaryon stomachicum	133
clauus oculi	dentium dolor	120	diamoron medicamentũ	133
clysteres leues	dentium candorem quæ fa-	120	diacismata	113
cremestræ	ciunt		diaphragma	22.593
critæ	dentibus senum quid eueniat	121	diaphragmatis motus	319
crocodylides	pag.		diaphragmatis apostema	173
crura & patella	dentium dolores qui exesi, ca-	123	diaphragmatis materia	173
crurum flexus	rioli, foetidi sunt		diabaccaris	261
crurum resolutio	dentium morbi	119	diapyganon medicamentum	201
crurum uitia	dentifricium	120	pag.	
crurum & brachiorum arte-	dentium infirmitas	127	diarrhoon medicamentum	133
ria	dentium candorẽ & suauem		pag.	
cubebæ auribus prodest	anhelitũ faciens, & ne ero-		diarrhoæ phlegmaticæ & me-	
cubiti luxatio	dantur, medicamentum	124	lancholice cura	378
cucurbitulæ quando dolenti	pag.		diarrhoæ ex flaua bili	376.377
lateri apponendæ	dentibus conuulsi & attriti	125	diacodion Galeni	145
cucurbitularum in dysente-	dentium dolor algoris cau-	126	diapena præparatio	536
ria utilitas	sa		diabetes	431.433
cutis capitis	dentibus multos habentes lon-	119	diabetis incontinentiæ cura	431
cutis generatio ac raritas	gioris uitæ		pag.	
cutis humanæ raritas	dentium usus	119.223	diatripolium	38
cutis medicamentum	dentibus eximèdis ferro, uel		diacarthamum	416
			diapyganon	

I N D E X.

diapyganon medicamentum	dysuria medicamẽta	436.437	exinanctio symptomatica	
pag.	dyspnoicis eclegma conueni	243	pag.	
digitorum rimis cura	ens	159	expultricem corroborantia	
digitorũ paronychia curan-	dyspnoici	153	pag.	419
tra	E		expultrix uis corrupta	23
digitus prolapsus	Brietas quibus curetur	3	exulcerandi diuersa interual-	
digestionis corruptiõe quid	pag.		la pro humorum qualitate	
agendum	ebrietatis uitia	212	pag.	366
digestione corrupta qui mor-	ebrietate aliquem mortuum	212	exulceratoria medicamenta	
bi oriantur	pag.		pag.	18
dionysij de occæatione ex-	eclisma	55	F	
plum	ecipismus	72	Faciei motus & sensus	37
dipsacos	ectropia	62	Faciei lichenas	536.537
dyspnoicis commune auxi-	edarion	441	faciei tineæ quibus curentur	
lium	eleliphacos aurium uermes	87	pag.	544
dyspnoæ ortus	extrahit	87	faciei foeditas quibus cure-	
dysseptum præcordia appella-	elminthes	382	tur	536
ueræ	eleomelli	48	faciei fuggillationes tollendæ	
discretiua potentia	emplastrum contra sitim	215	pag.	535
discutientia	emplastrum adurens	545	facultates rectrices in cere-	
dyspnoia	emplastrum maturans	222	bro	43
dolores mitigantia	emphysema quid	60	facultates naturales quib. læ-	
dolor dentium secundũ Ga-	empyricorum rapinæ in qui		dantur	263
lenum	bus lateant	563	fames canina	211
doloribus membrorum me-	encanthis & rhoas quibus cu-	64.65	fames unde	199
dicamentum conueniens	retur		famis inexplebilis cura	211
pag.	enuchion lactuce species	444	fauces	128
dorsũ doloris signa & cura	endys serpens	122	faucium uitij medicamenta	
pag.	epatici	254	pag.	182.532
durities quibus molliantur	epatici fluxus curationes	357	fauciũ nobilia membra	128
pag.	epatica remedia	155	febris acutæ potio conueniens	
dysuria frigida & humida	epaticorum auxilia	262	pag.	195
cura	epatis apostematum discrimi-		febris quartanæ cura	541.542
dysenteria coeliaca	na	274	febres in frigida destillatione	
dysenteria & iecorarij fluxus	epaticis quæ uitanda, uinũ;		concoctiõẽ adiuuare	148
discrimen	eis conueniens	262	febris unde	407
dysenteria generatio & cau-	epicauma	55	febril. tertianis syrupus	544
sa	epicranis	604	febricitantibus malum augu-	
dysenteria ex male affecto iecore	epiphora siue ophthalmia	47	rium	209
pag.	epiphorarum curationes	48.	febre laboratibus quid agen-	
dysenteria trochisci	&	49.50	dum, quid non	549
dysenteria signa letifera	epiglottis	128.601	febribus compositis syrupus	
dysenteria curatio	epinyctides	66	pag.	537
dysentericis potio	epithymi facultas	158	fellis in iecore locus	588
dysenteria remedium	errhina	8	fellis in intestina meatus	324
&	esuritionis causa	587	fel quibus animalibus, quib.	
dysenteria potiones	esuritio nimia imoderataq;		non	587
dysenteria tres species	pag.	210	femen & eius prolapsus	622
dysentericis coeliacis que sim-	exanthema	556	fibræ quid contineant humo-	
plicia profunt	exemplum lepidum	240	ris, ac earum obstructio	617
dysenteria prognostica	excrementorum multitudo		fibra maxima ex loco dimo-	
dysenteria ex bili ruffa	pag.	379. (233)	ta	273
dysuria	exercitatio ante cibum utilis		fistulis conueniens	542
			flaua	

I N D E X.

flava bilis	6	frumentum Indicum	240	gibbi suppurati symptomata	
fluxu uentris quæ cõueniunt				pag.	275
pag.	359	G Alca	8	gibbæ partis præstantia	275
fluxus ex nocturno frigore & calidiore aëre, deq; in com muni curatio	361.362	Galenii libellus de co. mate	20	gingiuarum dolores	111
fluxus graueolentis causa	356	galli ius uetustioris moquet al uum	155	gingiuis erosio qd sit utile	111
fluxus sanguineus	367	gallicus morbus	22	gingiuarum tubercula	111
fluxus sinecteticus	360	gallico morbo medicamenta incõmoda adferunt	126	gingiuarum tumor	118
fluxum omnium modorum sistens	537	gallicus morbus unde	497	gingiuæ	602
fluxus quibus non cohiben. dus	267	gallici morbi exemplum	580	gingiuæ ne sanguinolentæ nãt pag.	124
fluxus quando tussis uel febris sequitur	363	gallici morbi ulceribus cura	540	gingiuis ac ulcerib. utilia	535
fluxus iccorarij notæ	355	gancones uoraces	210	gippus	509
fluxus ex attractrice infirma pag.	357	gargarisationes intempesti. uæ	208	glaucoma	67
fluxiones sistere potus absti. nentia	368	gargarisma materiam in pus uertens	141	glaucomata incurabilia	76
fluxu uentris uini nocumen. ta	360	gaudio quosdã mortuos	102	grauidarum obseruatio	474
focunditatem quæ faciunt pag.	540	gelidæ nocumentum	216	grauidarum morbi	474
focunditatis notæ, quæq; su. perfectant	461	gemme oculos reficientes	68	grauedo	105
focinarum auiditates quib. augeatur	447	gemmarum usus	25	gula	600
focinarum menses sistencia pag.	371	gemmarum uis	559	gulæ constitutio	600
focinas nõ crescere post ter. tium partum	463	genarum ulceribus quæ uti. lia	59	gulæ abscessus & curatio	223
focinarum furorem quæ mi. tigent	484	genarum pruritus	60	gulæ ulceribus quæ idonea pag.	226
focinarum rabies	450	genarum uitij utilia	61	gulæ in stomachum curatio	223
focinarum locorum ulcera pag.	460	genituræ pfluuio pastilli	443	gummi helemi	42
focniculi uis	58	genitalium ulcera quæ sanant pag.	455	gurgulio	600
focetus bene ualētis signa	474	generatio	439	gustandi potentiam facile la. di	114
focetus emortui exemplū	475	generatio unde	438	guttura leuanda	535
focetus Agrippæ quomodo ex. trahendus	477	genitalis seminis incõtinen. tia si per somnos effundi. tur	442	guttura tumencia	600
focetus in utero, quareq; ma. res in dextra magis q̄ foemi. næ generantur	465	genitalia quibus notis infir. ma dignoscantur	445	guttura ubi tumescunt	128
frigiditas quid noceat	267	genitalis seminis uirtus	578		
frictiones in uertebriis utiles pag.	40	genitalium epiphora	454	H Alitum iucudum quæ reddunt	110
frigida quibus nocent	265	genitura quib. minuitur	451	halitus quib ⁹ causis grauer halitus quib ⁹ causis grauer oleat, & eius cura	110
frontis mediæ uena	615	genitalium membrorū con. stitutio	462	halitus malus olens quib. effi. citur	111
frontis os	604	genitale	578	hecticæ generatio	178
fructus in ultima mensa qui uitandi, & qui sumendi	561	genitalia quare facile purefiat pag.	459	hectica senecturi	242
		genitura uitia	441	hederæ foliorum uis	4
		genitura feminalls in medul. lis nulla	440	hemorrhoidum natura atq; differentia	386.387
		genarum pruritus	60	hemorrhoidū curatio & hu. mores	387.388
		genarum ulcerum curatio	59	hemorrhoides	593
		genarum callum quæ curent pag.	61	hemorrhoidia quæ sistunt	390.
				&	391.392
				hemorrhoides, causa, uesica. ria, quæq; irritent	385
				hemorrhoidas quæ aperiūt, & morantes trahunt	390
				hemorrhoidū 4. genera	387
				hamor.	

I N D E X.

hemorrhoidas quæ sistūt	539	humoris quantitas & quali. tas expendenda	520	hydrops si cū apostemate & febri fuerit, quid agendum	290
hemorrhoides cæcæ tumen. tes	389	humorum cognitio	521	pag.	290
hemorrhoidas & mēstrua si. stenda	539.543	humoris peccantis qualitas indicia	216	hydropicorū sitis, causa, uiri. na, pgnostica, abstinētiaq;	
hemorrhoidarum cura	538.	humores quomodo purgan. di	267	opus esse in eo morbo, ha. bitatio, curatio	285
&	539	humores mitigās potio	409	hydropis futuræ signū ex ru. ctu	231
hemorrhoidis unguentum pag.	544	humorum qualitas	579	hydropis generatio	282
hemorrhoidarum cæcarum tumentium cura	389.391.	humerorum dolorum cura	538	hydropicorum urina	285
&	393	humerus	621	hydropicorum curatio	285
hemorrhoidum profluuium pag.	376	humerorum dolores	538	hydropicis causa	351
hemorrhoidarum cura	507	hydrophoui qui	27	hydropem tympanitem lie. nis uitio fieri	290
hemisericia pilulæ cõueni. tes	530	hydropicorū sitis, ac misio sanguinis, ac deiectio	285	hydropici quomodo purgan. di	291
hemisericorum curatio	89	hydropis signū ex ructu	231	hydrocephaliæ præsidia	10
&	10	hydropi ascyti emplastra	294	hypochondriacus furor	201
hemiplexia	618	hydrops ascytes	287	hypochondriacæ infaniae cu. ratio	26
herniæ species	457	hydrops ex male affecto lie. ne	288	hypochondriaci delirij no. ta	22
hernias secari sine periculo pag.	459	hydropis quæ urinã ciunt, & de uomitu	286	hypochondriæ abscessus	169
herniæ uentosa curatio	459	hydropis initium	255	hypoglossida	146
herniæ notæ cura	457.	hydropico morbo compo. sitiones	291	hypochymata non omnia sa. nantur	76
&	458	hydrops cum febrī, & cura, quæq; aquas extrahunt	290	hypofarcæ causa & notæ	297
hilaritatem afferentia	192	&	291	& curatio	298
hepatici fluxus curatio	357	hydropicis quando sangui. mittendus	286	hypophagma synchysis ue. pag.	65
hepaticum profluuiū ex op. pilatione	357	hydropis curada simplicium uires	290	hypopia & phylyctena	60
hippochondriacis furor	201	hydropicos per cauteria sana. ri	295	hypochisis curatio	60
hirudinem aut sanguisugam si quis biberit, remedia	143	hydropis causa	351	hyssopinum unguentum	85
homo solus quare rideat	595	hydropis tria genera	284	I ctericia	202
hominis partes quæ sicca, tē. perata, frigida	580	hydropis notæ	288	ictericia quæ prosunt	303
hominis caput sensib ⁹ exqui. sitis præditum	602	hydrops quæ lienis uitio, ac aliorum membrorū uitio contingit	295	ictericia splenetica, nigraq; ex iccore morbofo	301
hominis cerebrum	1	hydropicorum notæ	284	icteric. ex stomachi uitio	300
hominis imbecillitas	128	hydrope difficultas in cura. tione	297	icteri causa	299
hominis proprium	577	hydropis hypofarcidis cura. tio	298	ictericia lienariæ auxilia	303
homo quamdiu generet	488	hydrops hypofarcæ causa & notæ, dietaq; , leucophle. gmatia	297	ictericos purgantia	302
hominis fel	77	hydrops ascytis generatio pag.	296	icteri notæ	299. & 300
hominis diuinus intellectus pag.	603	hydrops hypofarcidis cura. tio	298	ictericis cibis cõueniēs	302
hordeum nudum	270	hydrops hypofarcæ causa & notæ, dietaq; , leucophle. gmatia	297	ictericia splenetica	301
humani corporis figura ac di. gnitas	578	hydrops ascytis generatio pag.	296	ictericia nigra	301
humoris impetum sistens re. medium	439	hydropis tympanites causa & signa & cura	296	iecur animalium iccori utile pag.	257
humoris aduersionem sedans pag.	535			iccori obsonia salutaria	258
				iccoris fluxus ex abundantia sanguinis	258
				iccore nata uerruca	272
				iccori	272

I N D E X.

iecori dulcia nocere 257
 iecoris curatio 256
 iecinoris notæ apostematis pag. 275
 iecinoris in abscessu sanguinis misio 277
 iecinori quæ malagmata imponuntur 279
 iecoris curationes & iecori quæ utilia, quæq; cent 259
 iecinore ardenti remedium pag. 377
 iecoris distemperantis notæ pag. 254
 iecur percussum 272
 iecoris tumoris & pleuretici discrimen 273, 274
 iecoris facultas 188
 iecoris imbecillitas ex quibus causis 260
 iecoris cum membranis collas subcingentibus coniunctio 171
 iecoris imbecillitas 263
 iecorarius fluxus 538
 iecur quibus causis minuatur, ac augetur, quibusq; notis cognoscatur 262
 iecoraria uomica 168
 iecoris intemperies ex quibus causis, & eius curatio 265
 iecoris habitudo 260
 iecoris uitia quibus sananda pag. 539
 iecoris causa & signa prauæ habitudinis 256
 iecoris duricias quæ diffundunt 281
 iecorarij fluxus 355
 iecur sanguis copia affici 256
 iecoris officij, ac eius fluxiones uariæ 355
 iecoris tunica à morbo gallico erosa 243
 iecoris abscessus cholericus pag. 244
 iecoris sani signa 254
 iecoris iufirmi cutis que potentia notæ 261
 iecoris pustulæ 281
 iecur corroborat seris 108
 iecoris uenæ ad portas 588
 iecori fomæta quæ imponuntur 570
 iecur facile morbos ab alijs membris contrahere 254
 iecoris infirmi obseruatio pag. 262
 iecoris signa cuiuscunq; potentia 254, 255
 iecoris facultates 587
 iecoris oppilati epithemata, curationes obseruationes que 271, 272
 iecoris oppilatio 248
 iecur quibus causis inflectitur pag. 263
 iecoris remedia 267
 iecori laborantibus quæ potentiones utiles 259
 iecoris inflammationum causa 274
 iecoris habitudo ac principale membrum, eiusq; morborum materia unde proueniat 256
 iecinoris oppilationis cura pag. 270
 iecur herba iuuant 257
 iecoris infirmi indicia 211
 iecoris oppilatio oppilati 269
 iecoris morbo dirum augurium 282
 iecoris differentie in uulnere pag. 272
 iecur principale membrum 272
 iecoris uitia 551
 iecoraria dysenteria uel fluxus 354
 iecinoris uirtus 253
 iecori sani debilis que signa qualitatesq; 263, 264
 iecoris calida distemperantia pag. 257
 iecinoris morbi qui 254
 iecoris dolores ac signa 282
 iecinoris tumentis cura & 276
 iecinoris uulnerati notæ & curationes 272
 iecoris oppilationis notæ 268
 ileum cõtatione serpere 326
 iliaci quomodo ab nephreticis distinguntur 327
 iliaci doloris notæ 327
 iliaco dolori prognostica ac cura 327
 iliacus dolor 326
 iliacorum cura 327, 328
 iliorum dolor 508
 impetiginis cura 438
 impura tabes 180
 inconcocta non purganda 37
 incubum qui morbi consueuerint sequi 28
 indigestionis curatio 235
 ines 586
 inedia dolor 10
 inediam quamdiu quidam per tulerit 204
 infantes quæ iuuant in uentris dolore 541
 infanti nuper æto, si urinam non reddit, quid faciendum pag. 436
 infantium lippitudines 49
 infantium effectus 355
 infantes semimortuos ad uitam reuocatos 530
 infantium pulmo 117
 infantium tineas quibus necandas 538
 infantibus quo medicamine aluum soluatur 541
 infantium aluus quibus sistatur 361
 infantium situs in utero 276
 infantium si uitio catarrhi obstructis naribus non spirant, cura 535
 infantium urinæ difficultatem iuuantia 438
 infantem mortuum extrahendum pessus 481
 inflammationibus auxilium pag. 535, 544
 infania ex quibus causis 21
 infanientium uictus ex atrabillibus 24
 infania & hilaris & tristioris uaria cura 26
 infania delirijq; signa & causa 21
 infania curatio 26
 instrumentales morbi 200
 interaneorum resolutio 39
 intestinum rectum ac eorum officium

I N D E X.

officium 584
 Intestinum cæcum 585
 intestinorum lauitatis causa stomachiq; ac eorum auguria 351
 intestinorum lauitatis causa pag. 350
 intestinorum lauitas 350
 intestinorum uermes 330
 intestinorum ulcera phagedenica 367
 intestinis arcactis quid conueniat 342
 intestinorum officium 322, 323
 intestinorum lauitati quæ utilia 353
 intestinorum tormina ex spiritu incluso 329, 330
 intestina gracilia exulcerata pag. 367
 intestinorum inflationes 325
 intestinorum lapsus 457
 intestinorum tunica 323
 intestinum ieiunum 585
 intestina quibus causis multitudine insinuationibus inuoluta sint 323
 intestina crassa 324
 intestinis crassioribus repletis quid faciendum 334
 intestini ieiuni difficilis curatio 368
 intestina tria graciliora 585
 intestinorum morbi 325
 intestinorum ordo 324
 ira 594
 irascibilis uis in corde 188
 iræ uelitas 283
 ischla 622
 ischia dicorum cura 513, 541
 ischiadicis uomitiones utiles 521
 ischiadici 510, 513
 isophagus 596
 iudicialis uomitus 243
 iugulus 595
 iuncturarum dolor 542
 Labiorum tremor 117
 Labiorum fissura 117
 labra 601
 labrum quibusdam tremulum pag. 118
 laborum usus 602
 lac nutricum quid auget 543
 lactuca caprina prodest denti bus 121
 lactis ubertatem quæ faciunt, quæq; inhihent 198
 lactes 585
 lachrymas coercens 50
 lactuca proprietates 240
 lagophthalmus 62
 lardum 581
 laterum dolores 177, 536
 laterum doloribus medicamen 536
 laterum uitia 168
 laurocerasa 116
 lemni insule quæ causa fuerit Turco occupanda 564
 leucophlegmatia 297
 leucomata & cicatrices quæ curent 59
 leporis pili usus 179
 lethargi generatio 17
 lethargi signa 17
 lethargia sedes 606
 lethargicorum cura 18
 libidinosi senis exemplum 448
 lien 587
 lienis curationes 309, 310
 lien cursoribus impedimento 308
 lienis mala ex magnitudine, cura, quod cibi genus fiendum 312, 313
 lieui quæ obsunt, eiusq; curationes 309
 lienis apostematis cataplasmata 316
 lieui unctio idonea 312
 licnicorum auguria 309
 lienteria curatio 351, 352
 lienteria deiectiones & cataplasmata 352
 lienis uitio tympanitem fieri pag. 296
 lienteria diffinitio 350
 lienis affectibus cucurbitularum usus 317
 lienteria 105
 lienteria intestinalis & stomachi fluxus discrimen 351
 lienis aduersam ualitudinem quæ emendant 311
 lienis notæ abscessuum 315
 lienis affectibus trochisci 314
 lienis tumoris cura 537, 541
 lienis duriciei malagma 317
 lienis dolor ex lapsu uel ictu pag. 318
 lienis affectus 308
 lienterie lauitas differentiaq; eius à caliaico 350
 lienis oppilati potiones 314
 lienis inflatio 317
 lienis qualitates 308
 lienis oppilatio causaq; 314
 lienis oppilationibus phlegmon oritur 315
 lienis situs 307
 lienis apostematosi ac tumoris cura 540
 lienis apostematis cura 316
 lingua ulcera 114
 lingua symptomata 114
 lingua inexplanata multi d natiuitate 129
 lingua resoluta auxilia 38
 lingua indicia 115
 lingua prouidentia 115
 lingua inflammatio 115
 lingua uis unde 601
 lingua tumor 114
 lingue adustio & scabricia 116
 lingua pinguedine caret 114
 lingua tumoris & inflammationis remedia 115
 lingua potetia & affectus 114
 linguam quæ contrahant 115
 lingua quo humorum genere crescat 115
 lippitudo infantium 49
 lobus 612
 loquedi facultas quibus causis male afficiatur 116
 lumborum imbecillitas exulceratioq; 411
 lumborum firmitate ueneris cupiditas 410
 lumbricorum natura in intestino 382
 lumborum renumq; exulceratio 408
 lumborum ardori conuenientia 444
 lumborum dolor 508
 lumbi quibusq; causis læduntur 63

I N D E X.

tur	618	medicorum genus quod ui.	membrorum qualitas	579
lusciosi	72	tuperandum	373	membra spiritalia qua supra
lusciositas oculorum	72.73	medicinā à barbaris male tra-	præcordijs habentur	594
lycium medicamentum	353	ctari	576	membra qua roborent & in-
lycantropia	27	medicinā materia maturans	spiffent	360
M		& aperiens	141	memoria sedes
Macie cōsumptis quid		medicinas moderatas esse o-	menstruas purgationes quid	
profit	541.544	portere	111	expediat
maculas post aduſtionem reli-		medicamentum ad multa ef-	menſtrua ſi importune fluāt,	
ctas quid emendat	541.543	ficax	268	cura
madarofis	77	medicamēta mala in morbo	menſtrua intempēſtiue cum	
malagma Nilei	224	gallico adhibita, que incō-	gravidis fluūt, quid facien-	
malleolus	623	moda adferant	126	dum
malobathrum folium	560	medulla	581	menſtrua alba ſanantia
malum perſicum	110	medulla uulnerata	621	&
mammæ	595	medullæ uſus & compositio	menſtrua ad qua utilia	486
māmarum collectiones qua		pag.	507	menſtrua quando potiſſimū
curent	197	megis medicamentum	104	fluant
mammæ qua crefcere nō pa-		melancholia unde generetur	menſtrua	21.592
tiuntur, qua q; minuāt	198	pag.	14.23	menſtrua quibus cauſis fluāt
mammæ uitia, duritiæ q;		melancholicus humor qua-	pag.	486
qua conueniat	196	re ater	24	menſtrua trahentia
mammæ ulcera qua cu-		melancholicis quando uena	menſtrua abundantia	489
rent	197	ſecanda	26	menſtruale uirus quibus ef-
manna	12	melancholici humoris nota	feſtibus oſtendatur	485
manus dextra ſiniſtra accom-		pag.	137	menſes ſuppreſſi
modator	598	& curatio	224	menſes qua ſiſtunt
manus & eius prolapſus	621	melancholico conuenientia	menſibus morantibus com-	
manus	578	pag.	501	poſitiones
manus & pedis ſimilitudo		melancholicus affectus unde	menſes	503
pag.	622	pag.	23.24	menſes retēti propter frigus
manuum uitia	514	melancholici humoris cau-	menſes hærentes qua comi-	
manuum rimis cura	524	ſa & effectus	21	tentur
maſtiche aluus purganda	280	melancholicus humor	307	menſium profluua qua ſi-
matricis ſinus	593	melancholici apoſtematiſi ſi-	ſtunt, qua q; morbi comi-	
matricis os aperiens	483	gna	332	tentur
matricis ſuffocatio	481.492	melancholici affectus	22	menſiū abundantia
matricaria	156	melancholiæ affectiones	320	menſium retentorum exem-
maturātia & diſſoluentia	222	mellis uis	185	plum
maxilla inferior	613	melongia	120	meſenterij affectus
maxillis contractis qua con-		membra quo pacto tabe con-	mentis alienatio ex diaphra-	
ueniant	349	ſumantur	258	gmate affecto
maxillarum dolor	123	membrana interiore	605	mentis ſtupor
meatum ſeminalium origo		membræ genitales & natura-	meſentericæ uenæ	585
pag.	441	les, qua ſub præcordijs con-	meſenterij morbus	255
medici mali ſuccus	143	tinentur	582	meſentericarum affectus
medicinæ artis exordia	553	membræ que facile duriciem	meſentericarū uenarum flu-	
medici officium	546.575	contrahant	276	xio
medica ars plurimū in conie-		membrorū functiones	580	meſſophorion
ctura ſitum	6	membræ debilia quibus teſti-	micropſychris qua conueni-	
medico qua expēdenda	178	tuantur	538	ant
medicum qua noſſe oportet	553	membrorum actiones quo-	modo lædantur	267
teat		modo lædantur	267	mola

I N D E X.

mola generatio in utero mu-	482	musculi arteriæ	146	ratio	379
liebri	482	musculorū cōſtitutio & fun-	ctio	583.584	nariura morbi
molam quare ſola mulier pa-		musculi peſtoris	595.619	narium carnes excreſcentes	103
riat	482	musculi quot in uniuerſum	ſint	619	pag.
molam eximendam curatio	483	musculorum officium & affe-	ctus	581	nafus qua etiam ratione repa-
pag.	483	musculi circa præcordia	319	retur	612.613
mola genus & ſigna unde	483	muſa ægyptiæ	333	nafus	578
pag.	483	muſchus duo genera	246	natationes ad concoctionem	
monemera collyria	47	mutorum curatio	117	facere	233
monſtrum mulieris	578	muti unde ſiunt	116	nates	578
morbi ex ſiccitate graues	262	mydriafis quando curabilis,	quando non	73	natura quomodo in alimen-
morbis latentibus mortuos		myocephaleon	51	pag.	253
ſecandos	567	myopes	72	naturæ proprietates quorum-	
morbi regij cauſa	388	myopia irremediabile uitiū	72	dam cæca	553
morbus gallicus	267	pag.	72	naturæ opus nullum temere	
morbi gallici origo	486	myrobalani	57	factum	323
morbis partes magis obno-		N		natura nuſquam non admira-	
xia	112	Narium ulcera & tumo-	res	103	bilis
morbi instrumentales	200	res	103	naturali calore debili qua cō-	
morborum quatuor tempo-		nariū fluxus ex nimia tenui-	tate	102	ueniant
ra	48	naris uenulæ ſanguinis pro-	fluuium	253	nephretici quomodo ab ilia-
morbi ſtatum qua declinent		narium grauolentia	97	pag.	400
pag.	171	nariibus pituita qua ſedat	531	nephreticorū & colicorū do-	
morbo gallico profluuiū ſan-		narium profluuiū incurabile	100	lores ſimiles	585
guinis morbū leuat ex ſau-		nariibus nullum neruum à ce-	rebro	99	nephreticorum curatio
cibus	165	nariū carnes excreſcentes	103	nerui & cerebri ad os ſtoma-	
morbi gallici incōmoda ex-		narium uenula rupta infert	mortem	99	nerui optici affectus
malis medicamentis	126	nariū carcinomatiſi ortus	&	105	nerui optici
mortuum infantem quib. ex-		nariū profluuiū ſiſtens ex	membranis cerebri	101	nerui conuerſiui
trahere licet	481	&	105	neruis uinum minus nocens	
mulierum meatus ſeminalij		nariū profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	pag.
pag.	591	narium diſpoſitio uel natura	lis	97	neruis & ſtomacho utilia
mulierum loci	592	nariū deſtillatio & catarrhus	pag.	105	neruorum oppilatio in ocu-
mulieris prolificum ſemen		narium profluuiū ſiſtens ex	membranis cerebri	101	lis
pag.	465	narium grauolentia	104	neruorum ſenſifica uis in cor-	
mulierum loci quibus cauſis		narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	pus diffunditur
præcluduntur	469	narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	neruorum affectiones
mulieribus à uino abſtinen-		narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	neruorum infirmitatib. con-
dum	212	narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	uenientia
mulieris audacis imprudens		narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	neruos qua firment
exemplum	285	narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	neruorum uſus, & ſeptem ner-
mulierum alba profluua ſi-		narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	uorum ſyzygia
ſtens	444.490.491	narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	neruorum ortus & numerus
mulierum locos contractos		narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	ex ſpinali medulla
aperientia	469	narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	neruorum ex medulla ortus
muliebres purgationes trahē-		narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	neruus
tia	484	narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	
mulierum ſeminalis ſponda-		narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	
nea excretio	490	narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	
mulier à partu laboras coxen-		narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	
dicum dolore	511	narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	
muſa cōficiendæ modus	163	narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	
numia	273	narium profluuiū ſolum in-	ter animalib. homo tenta-	99	

I N D E X.

neruus humerarius 618 pag. 610.611
 neruorum origo 617 oculorum morborum causa 44
 neruorum rigori utilia 42 oculorum fluctiones quae in
 neruus a cerebro ad nares curabiles sint 66 oculi 578
 nullus 99 oculorum caliginis causa 67 oculorum lachrymas cohiben-
 nerui optici 607 oculis contusis cura 538 tia 534
 neruorum alimentum 581 oculorum excrecentem car- ocul. ietus & cruentati 65
 nili collyrium 53 nem quae consumant 64 oculorum hominum uarie-
 neruus mollis 114 oculorum obscuritas 67 tas 43
 nonia quibus curentur 459 oculi quidam propinquiora, oesophagi abscessus & cura-
 notiaum 23 quidam longinquiora cer- tio 223
 nuclei palmarum 53 nere 68 officinarum fraus 186
 nyctalopes 75 oculi nimio splendore offen- olfactus ex frigidityte legitur
 nymphe 592 duntur 67 pag. 98
 Oculorum caruncula ferramen- olfactus nulli animalium cor-
 Obituscentibus utilia to restitui quare non possit rumpitur, excepto homi-
 pag. 117 pag. 65 ne 98
 obitericis officium 477 oculorum suggillationes tol- olfactus trochisci 99
 oculorum lachrymationes 66 leudas 434 olfactus amissus 97
 oculorum procidentia ex in oculis moueri sex lacertis 45 olfaciendi uictum in quibus
 flammatione 51 oculis male habitibus cibus partibus 97
 oculorum incidentia quomo- commodus 57 olfactus curatio 98
 do sanentur 65 oculorum scabrics 61 omenta 581.584
 oculorum tenebras 533 oculorum mala habitudo 45 omenti utilitas 213
 oculorum anichilopae 63 oculorum obscuritates & fal- omentum omnia ossa in tegere
 oculi qui acuti cernant, & eo- laces imagines rerum un- omoplate 621 (580)
 rum uis quae, & conditi- de 12 onifcos est centipeda 8
 emisitijq; oculi, ac consti- oculorum procidentium cu- onisci uerres 82
 tutio, colores, animus in- ratio 52 ophthalmia & epiphora 47
 oculis 610.611 oculorum cum stomacho con- ophthalmiae utilia 535
 oculos sanguine suffusos que- sensus 607 opata 92
 sanant 534 oculorum humores uitiati 68 opiatorum usus 267
 oculorum nerui cum stoma- oculorum destillationi con- oppilationis mola 282
 cho consensus 607 ueniens 532 oppilato iecore alimentis uo-
 oculis claritatem reddens cu- ocul. imbecillitati utile 533 perfici 214
 ra 533 oculorum palpebris inuersis oppilationum causa 312
 oculorum nigrom & casto- conueniens 533 oppilatio quid ab apostema-
 rum uisus 69 oculis uenae sectio obest 71 te diff. rat 315
 oculorum in angulis agilo- oculis strabones & peti 46 optici nerui 607
 pe 63 oculorum saui dolores 46 oris uisus 110
 oculis quae genera ulceru 55 oculorum partes & morbi 43 oris ulcera quibus curantur 112
 oculis quae utilia & damno- oculorum aciem quae excitat oris ulcera quae cohibeat 112
 pag. 54.55 pag. 71.72 orchis 447
 oculi pupilla male affecta 46 oculis nocere tenebras 68 os noctu saluans 118
 oculis quae obliunt 70 oculorum humores 611 osceclo 602
 oculos fluos purgantia 306 oculorum falsum indicium un- os capitis ac ingale 628
 oculi eorunq; colores ac mor- de 69 oscitatio 230
 bi 609.610 oculos felle suffusos quae cu- oscitantia unde 118
 oculorum morbi angulos ue- rent 306 ossa & eorum natura 580
 xantes 611 ocul. caliginis quae discutiat ossa quare in chartagine de-
 oculorum humores & tuni- oculorum unguis 63 (58) sinant 621
 ca 45 oculorum dolor ex phlegmo- ossa inferiora 622
 oculorum membrana quot ue 46 ossa in calce 623
 ossis

I N D E X.

ossis ortus 580 partu instante quid puerpera pag. 566
 ossifragi intestinum 338 faciendum 476 pestilentiae definitio, uulgiq; 566
 ossa homini quot 580 partu dolentes partes 622 metus 555
 ossium origo 620 partus cause difficultatis & fa pestilentiae tempore probata
 os sacrum 620 parens 31 cilitatis 475 simplicia ac composita 571
 os stomachi quibus partibus paralytici 36 peste laborantibus potio salu-
 consentiat 220 paralyticorum curatio 37 taris ac obseruatio 574
 osphys 579 paristhmia aeris initio exulce peste quaedam salutaria signa
 organica partes 580 parotidas quid 93 crata 135 quare fallant 566
 oris maleolentis cura 110 partium differentia in uiuen- pestilentiae obseruationes, &
 oris ulceribus quae partes ob- tibus & mortuis 597 quae potissimum causa quae
 noxiq; & quae ratione curen- parulides & epulis 111 que prima praesidia esse de-
 tur 112 patella 623 beant pestis 558
 oris uisus 110 pectus 594 pestem praenunciant caliginis
 oris suauitas quib. commen- pectoris fistulas sanandas 540 in aere ac animalia ibid.
 dent 561 pectoris musculi 595 pestilentiae contagij uis non si-
 oris serpensia ulcera 112 pectoris uomica & cura 177 milis in omnibus 557
 ori medicamentum 133 pedum perniones 524 pesti uis mira contagij 559
 ori salua ex stomachi humi- pedum rimis attritionibusq; pestis tempore quid facien-
 ditare quae conueniant 118 cura 524.525 dum 562
 oriza ex Syria & Aegypto 217 pedis & manus similitudo 621 pestis in aliquo humoru qua-
 orthopnoicorum nota 153 pedum callos quid sanat 538 tuor 558
 oua in aceto molliri 371 pedum alauos callosq; curan- pestilenti febre qui improui-
 oxyacanthos 259 pedum uitia 515 (tia 525 sa morte interiere 565
 ozena quale ulcus sit 103 penis 440.590 pestis causa 555.556
 P pestis interiora ulcera 455 pestilentiae letalia signa 565
 Palatus 600 penis resoluti remedia 39 peste quibus fomentis uten-
 palmarum nuclei 53 penis ex quibus partibus con- dum 570
 palpebrarum phthirialis & tri- penidiatum 106 (set 441 pestilenti febre quae in potio-
 chialis 78 peripneumonij potiones 163 nibus dari debet 567 (560)
 palpebrae inuersae 534 peripneumoniacis triplex eru- pestilentia uictus ratio habenda
 palpebrarum curatio 78 ptio sanguinis 164 pestilentibus tumor alarum in-
 panis hordeaceus 289 peripneumonia biliosa exti- guinumq; 571
 panem pariore obesse in omni- titilis 161 pestilentia quae cuilibet actio-
 fluxione iecoris 359 peripneumonia nota cuius- ni sint necessaria 556
 pancreon 186 que generis 161 pestis causa siccitas ibid.
 pandiculatio 230 peripneumoniae auguria & pestis uehemens uenenum 566
 papillarum remedia 117 ex pleuritide ibid. pestilentiae uirus qui magis
 papulae pueri laborant 148 peripneumoniae morbo labo- sentiunt 556
 paralytis 36 rantibus qualis aer esse de- pestilentia carbunculis ena-
 pariendi tempus 476 beat, & uictus 162 tis quae fieri debeant 573
 pariendi difficultas 476.477 peripneumonia ex quibus cau- pestilentiae cum febre mala pro-
 paronychia & pterygia 526 sis generetur 161 gnostica 566
 partu excludo mirabile exem- peripneumoniae curatio 162 pestis ex strage hominum 556
 plum 481 peritonaei officium & ruptu- peste somnus ac uigiliae quid
 partus postitio in utero 477 ra 322 obliunt uel profiunt 569
 partus motu uisus exemplum 584 peste quae noceat profiunt; phle-
 pag. 475.479 peritonaeon 584 botomia 568
 partus difficultas pariendi 475 periculosioresq; qui 572 pestilentiae sudor letalis 566
 partus difficilis, uel abortiuus pestilentiae futura praesagia si- pestis tempore quae fructus uictus,
 quibus eiciendus 558 ue prognostica 557.558 orisq; suauitas quibus com-
 partu quae custodiunt, & quae detur, ac cibi motus, & so-
 extrahunt enortuum 480 pestilentiae urina mortifera mni exercitatioes 561.562
 6 5 pesti.

I N D E X.

pestilentis febris nota, natura, ac aërem per meatus cutis ingredi 564
 pestilentiam ob peccatū mortaliū immitti 555
 pestilenti febre quādo iteranda sanguinis misio ac alui deiectio 570.571
 peste qd pueris loco phlebotomiæ agendum 569
 peste corrumpi canes 558
 peste oues obnoxia 558
 pestilentia causa 556
 peste purgandus aluus 569
 peste laborantium urina 564
 pestilentia tempore auxilia, quidq; primo faciendum, tempusq; uenæ secanda, & pilularum pestilentialium præstantia 562.563
 pestilenti febre sanguinis excreatio 571
 pestilentia laborantes quonere cibi uti debeant 567
 pestis tempore scabies salutaris 563
 pestilenti febre quod genus piscium eligendum 561
 pestis causa humiditas cū caliditate 555
 pestilētis febris uaria symptomata 555
 pestilentia nocere discussoria, in quonibus queq; imponenda 572
 peste multos sepelisse uiuos pestilentia origo & causa 554
 pestilentia temporibus pilæ faciendæ 246
 pestem uestimēta diu conseruant 557
 peste laborantib. mixtura utiles 568
 pestilēti febre alui excrementa 565
 pestilentie tempore tempesta laudatur abstinentia, uinumq; quale bibi debeat pag. 561
 pestilentia syrupus & catharticum, pilulæq; 537
 phagedenæ 54.48
 pharmacorum differētia 492
 pharmaca purgātia uentrem, quando danda 256
 philosophantium uere uoluptates 322
 philonium opiatum 121
 phlegmonis cura 391
 phlegma 579
 phlegma acetosum purgātia pag. 211
 phlegmatici apostematis curatio 224
 phlegma falsum maturantia pag. 505
 phlegmon 406
 phlebotomia ratio habenda pag. 193
 phorua 41
 phrenes 188
 phrenon 22
 phrenitidis curatio 15
 phreneticis auxilia quæ somnium conciliant 4
 phrenitidis mira uarietas 14
 phreneticus ex toto liberatus 4
 phreneticorum cibus 4
 phrenitidis nota 14
 phrenetici robusti quare 14
 phrenetici quomodo fiāt 318
 phreneticorum habitatio 15
 phthiriasis palpebrarum 77
 phthiricorum cura 538
 phthiricis simplicia quæ prosunt 185
 phthiricorū uictus ratio 183
 phthirisis curatio 183.184
 phthirisis quid, & quibus causis oriatur 180
 phthirisi qui facile corripiantur 181
 phthirisis auguria, quodq; tempus anni grauissimū, & quibus incurabilis, obseruatio que 182
 phthirism quæ sanant 537
 phthirisis signa 182
 phthiricis cōpositiones 185.
 & 186
 phthirisis pupillæ quibus curatur 72
 phthirisis curatio, qualeq; cœlum conueniat eis 183
 phyllystena & hypopia 60
 pilulæ utiles ferē toto corpori 543
 pilulæ aureæ curant uertiginem 13
 pilulæ in quocunq; humore utiles 516
 pilulæ capiti utiles 531
 pilulæ quotidianæ quæ uentrem subducunt 543
 pinguedinem reficiens medicamentum 186
 pinguedinis affectus 581
 pituita ex ore quomodo ducenda 11.32
 pituitæ usus in ore 146
 pituitam e capite ducens 536
 pituitā in naribus sedans gargarisma 531
 pituitam digerentia 480
 pituitæ eruptionibus medicamen 292
 pituitæ species 308
 Platonis error 596
 platycoria 73
 pleuritis improprie notæ 170
 pleuretici doloris & iccoris discrimen 276 (173)
 pleuritis causæ obseruatioq; pleuritis signa cū in uomicā transit 173 (174)
 pleuriticis sanguis mittendus 173
 pleuritis remedia 173
 pleuresis 595
 pleuretica membrana 596
 pleuritis nota, & signa temporum, ac quib⁹ modis ab alijs distinguatur morbis pag. 171
 pleuritis auguria salutaria & faua, signaq; urina 372
 pleuritis nota uel impropria signaq; 168.169
 pleuritis quib⁹ accidat raro, quibus morbis oriatur, quibusq; finiatur 169
 pleuritis pura, & quæ species contumacior, causaq; præcedentes 169
 pleuritis ac phthirisis 168
 plethoria 404
 plumbum ulcus 59
 podagra frigida 515
 podagra ortus ibid.
 podagricis

I N D E X.

podagricis quæ utilia 553
 podagra signa ex quo humore 515
 podagricis pilulæ & 542 & 543
 podagra cura 519.520 & 521.522.523.543
 pœonia radix 35
 polenta Cretensis 352
 polypum sanandum medicina 102.536
 polypi ortus 103
 poples 618
 porca fel auribus utile 82
 portulacæ in medicinis usus pag. 318
 potiores prodigiosi 398
 potiones matutina 409
 potiones materiam digerentes 221.222
 potio humores mitigas 409
 potiores Græciæ 212
 præcordia 318
 præcordia unde appellata 594
 præcordiorū doloribus quæ prosunt 198
 præcordijs cataplasmata quæ imponuntur 321
 præcordia 199
 præcordiorum dolor & tremor 319
 præcordiorum ortus & officium, sensus motusq; 319
 præcordiorum affectus curatio 320
 præfocatorum curatio 130
 prænantium ciuitatū quæ prosunt 207
 præputium 590
 priapismus 441
 profluua alba sistentia 444
 profluuium frigida habitu dinis quæ medeantur 357
 profluuij albi mulierum curatio 489.490
 profluuium ex toto corpore pag. 356
 profluuium ex calida corporis constitutione remedia pag. 358
 profluuium album sistentia pag. 490
 profluuij albi cura 491
 profluuij cuius bilis causa est remedia 99
 psoricum quid 61
 psilothrum 487
 psytacorum species 183
 pterygia quæ sanant & 526
 pterygiorum differentia 63
 pubes 578
 pubertatem quæ custodiant pag. 456
 pudendorum & plantarū fordidis ulcerib. conueniens pag. 525
 puerperæ cura 484
 pulmonis signa temperati ac distemperati 153
 pulmonis uicia 147
 pulmonis motus 153
 pulmonis constitutio 180
 pulmonis constitutio ex quibus partibus 147
 pulmonem quæ firment 186
 pulmonis ulcera exiccantia pag. 186
 pulmonis uenæ & arteriæ 597
 pulmonis functio 596
 pupilla 74
 purgare incocta non licet 37
 pus maturandū medicamentum 222
 pylori abscessus signa 327
 pyloron 585
R
 Regij morbi prognostica & curationes 301
 renes quare duplices 589
 renum affectus 396
 renum officium ibid.
 renum mala 397
 renum dolores & causæ ac curatio 401.402. &c.
 rhos syriacum 48
 rhagades quibus sanantur 455
 ructus & causa 230
 ructus in peste 230
 ructus curatio 231
S
 Sacchari arundo ubi crescat 150
 sacer ignis 420
 sacra fistula 567
 salcationes, choreæq; quare instituta 472
 salia facilem reddentia 162
 sanguinis bonitas pro cibi qualitate 233
 sanguis quādo & quibus mittendus 547
 sanguis probus & non laudatus quis 252
 sanguinis conglobati curatio pag. 168
 sanguinis ductus per uniuersum corpus, qualis item in tege sit, quidq; ex bono & malo generetur 613. & 614
 sanguis reiectionē medicantia 537.539
 sanguinis infausta generatio pag. 284
 sanguinis profluua ex gingiuis 111
 sanguinis corrupti malitia pag. 429
 sanguinis profluuium ex naribus solus homo têtatur 99
 sang. profluuij ex naribus iudiciaria 101
 sanguinis corrupti symptomata 236
 sanguinis profluuium ex uenula in nare 253
 sanguinis sudor domini Iesu unde 614
 sanguinis incommodum ex nimia profusione 175
 sanguinis reiectio ex frigore quæ curent 166
 sanguinis qualitas 579
 sanguine reijciētibus quæ uilitanda 165
 sanguinis eruptionis signa pag. 164
 sanguinis conglobati discutientia ac symptomata 167.
 & 168
 sang. fluxionibus cura 99
 sang. reiectionis signa 164
 sanguinis reiectionib. simplicia 166
 sanguinis reiectionū obseruatio 165
 sanguinis reiectionis curatio pag. 165
 sanguinis

I N D E X.

fanguinis mutatio quādo ex	sensoria uis qualibet duplex	fomnium Galeni	282
pectanda, quando non	pag.	spasmus	32
fanguinis profluuium sisten-	sentuum sedes	spasmus cynicus	41
di ratio	616	spasmi remedia	349
fanguinis quantum demen-	sepiendi qui nō statim	sphæriion collyrium	50
dum	174	specillorum usus	74
fanguinis uasa	septum transversum	specu dextro & sinistro qua	
fanguinis reiectionum pro-	581	continentur	600
gnostica	165	seuæ mixtura	535
fanguis in arterijs	587	seuum	581
fanguisuga	143	siccitas quid noceat	267
fanguisuga hausta	165	siliqua Aegyptia	116
sanitas perpetua quibꝰ custo-	similariū partiū affectus	45	
diatur	545	similares & dissimilares par-	
sapientia	594	tes	580
scabies quibus sanatur	538.	signa ex dysenteria	367
&	544.545	singultus leuandos	537.541
scæuæ ambidextres	598	singultus curatio	229
scammonia tenuis	55	singultus quid & causa	226
scopula opertæ	621	&	227
scortum	590	singultus signa prognostica	
scotomata	12	que	227
scotodina	12	singultus curatio	228.229
scrophula	94	singultus exitiales	227
scortum	455	sinorum utrunq; trames me-	
secundis retentis nocumen-		dium	606
ta	478	sinciput adurendi ratio	505
secundas educendas uariæ ra-		siticulosus tragema utile	214
tiones	478	sitis uehementis curatio	214
sedis rimis curatio ac genera-		sitis inexplebilis	212
tio	393	sitis specierum signa	213
sedis morbi curatu difficiles		sitim extinguens remedium	
pag.	386	pag.	236
sedis uitijꝰ remedia	391	sitis ex œsophagi ariditate	215
feminis origo	438	sitim extinguentes cibi	214
femen unde, & eius meatus		siti uehementiori que conue-	
pag.	589	niant	349
feminis corrupti uenefica		sitis incitamenta	213
uis	492	siti m sedantia	177
femen fœcundum ne sit	467	sitis augurium	213
feminis natura	430	sitim quibus uincimus	289
femen an formam & materiã		siti qui non laborant	209
præbeat	465	sitis uitia	199
feminaria uasa	462	sitis curatio	210.215
feminarij pori	440	smectica collyria	57
femen quæ minuunt	445.463	fomnum excitantia	18.19
femen femininum	461	fomnum quæ inducunt	531.
feminis quæ plurimum emit-		&	535
tunt	464	fomni commoditas	246
senectus	181	fomnum quibus concillan-	
sensus & caput purgantia	36	dum	535
sensus hominis	612	fomnus & eius uisiones	603
sensoria 4. in capite	98	forani medicamentum	134

sternutatio

I N D E X.

sternutatio quibus excitetur,	uitiatum	199	gna, curatio	509	
& eius commoda	109	stomachi male affecti signum	strumosi	110	
sternutamēta quæ mouent	36	pag.	232	studioforum uictus ratio	233
sternutationis importunę cu-		stomachi dolor ex lapidis uel	stupefacientia quando uitā-		
ra	109	alterius rei ictu	204	da	47
sternutamēta uehementio-		stomachum excitantia	209	stupefacientium loco quæ ac-	
ra unde fiant	229	stomachi cruditates digeren-		tiā	85
sternutamēta sacra ac impor-		tia	219	stultitia & delirium quid dif-	
tuna	109	stomachi ulcera	225	ferant	21
sternutamēta quomodo co-		stomachi exulcerati cura	225	styptica	203
hibeantur	609	stomachi imbecillitatis cura		stypticorum natura	217
sternutamēta intempestina		tiones	233	subtilli curatio	436
pag.	108	stomachi doloris differentiæ		succinum odoratum	216
sternutamēta euocatiā	609	pag.	215	sudorem in balneo mouen-	
stimmini antimonium	294	stomachi resolutio	232	tia	568
stoebe	89	stomacho fluctuanti ex nau-		sudores euocandos auxilium	
stomachi fusti diō donec	349	sea quid fieri debeat	252	pag.	539
stomachicus fluxus	350	stomachi discretiua uire	241	suffationes quæ curabiles,	
stomachi dolor ex uarijs cau-		stomachi dolorē naturæ ope-		quæq; incurabiles	61
sis	219.220	replerunq; curare	218	suggillata emendantia	541
stomachi morbi	350	stomachi doloris causa ac si-		gaa	583
stomachi curatio à materiã fri-		gida	216	supercilia	578
gida	217	stomachi oris inflāmatio, &		superciliorum defluuia	77
stomachi symptomata	215	innata uitia	200	surditas non semper admit-	
stomachi dolor ex bili	218	stomachi ardore utilia	219	tit curatiouem	81
stomachi dolori quæ conue-		stomachi dolor ex ictu	204	suspiriosi	119
niant	219	stomachi asperitas	200	sycosis	61
stomachi oppilatio	202	stomatichum medicamētum		syncopis	190
stomachicis utilia	262	diarundineum	135	synanches notæ	137
stomachus paterfamilias di-		stomachi abscessus	220	synanche gargarismata	140
ctus	199	stomachi cibum & potū non		synanches curatio	138.
stomachi uitium	199	continentis, remedia	191	&	141
stomachi abscessus cura	223	stomachus analiquid ex inte-		syzygia nerui	607
stomachus quibus casibꝰ uul-		stinis retrahat	329		
neretur	203	stomachi curatio	217	T Abis ex longo morbo	
stomachi uulneribꝰ cura	202	stomacho utilia & noxia que		pag.	185
stomachus qui agrè conco-		pag.	551	tabis inueterata uictus ratio	
quit, & curatio	234.235	stomachus	586	pag.	184
stomachi inflationes quibus		stranguriæ emplastra	437	tabe incipiente compositio-	
curantur	475	strangulatos in sepulchris re-		nes	432
stomachi cura qui per inter-		uiuiscere	142	tali	579
ualla exeruciat	220	stranguriæ remedia	436.437	tamarindi	107
stomachus quibus causis du-		stranguria	436	taminia uua	270
rescat	220	strumas qd sanat	96.540.542	temporum signa	55
stomacho remedia	530	strumæ irremediabile genus		temporū doloribus quæ com-	
stomachi imbecillitas	232	pag.	96	ueniant	55
stomachi retentricis poten-		strumæ quō secandæ	96	tenefmi multiplices causa	
tia laesa	237.238	struma qui habet anguem, si		pag.	379
stomachi tabes curatio	242	edit, liberatur	95	tenefmi notæ cuiuslibet ge-	
stomacho & neruis conferen-		strumæ scrofulæ sunt	94	neris ac remedia	580
tes potiones	207	strumæ quibus partibus na-		tendones	39
stomachum male affectū que		scantur	94	terebinthinæ purgandi uis	
sequantur, eiusq; delideriū		strumarum differentiæ, causa, si		pag.	344

terebinthina

I N D E X.

terebinthina	254	tunica oculi uicium	12	uena sectionem oculis obef.	
terebinthina uirtus	267	tulsi odor in que trāserit	193	se	70
terreni uermes	84	tulsis diuturnior quibus cu-		uenę sanguinis qua quęq; de	
testium tumoribus curatio-		retur	149	riuat	616
nes	454	tulsi medicamenta	150	uena seminaria gemina	589
testibus inflammatis ac exul-		tulsi cum excretionē sangui-		uena mesenterica in fame re	
ceratis quę cōueniant	456	nis curatio	149	cipiunt alimentū ab ijs qui	
testium dolores causa & cu-		tulsi quę solcant eijci	138	bus ministrauerant	199
ra	453	tulsis ueteris & sicca reme-		ueneficiorum remedia	142
testium dydimus	441	dia & nocturna	151.152	ueneficiorū uis incredibilis	
testium fomentū ad recrean-		tulsis quę bona, quęq; mala,		ueneno contrarium	25 (141)
dum corpus	570	eiusq; curatio & catapotia		uenerem excitantia ac robo-	
testes & pori seminarij	440	ad destillationes	149	rancia	446
testium usus	509	tulsis discrimen	149	uenter	583
testium uenosi meatus	440	tulsi simplicia remedia	351.	uentris tbecillitatis notę	244
testium duritiem emollien-		tulsi medicamen	187 (352)	uentrem purgantia pharma-	
tia	455	tulsi suffumigium	543	ca quando danda	256
testes fęminarum	592	tulsis quid, & quę animalia		uentris deiectio in iccoris tu-	
tetanicorum curatio	40.41	tulsiant, tulsisq; causa	148	moribus	278
thamus siue thanus	269	tulsis	147	uentrem quę sistunt, & pari-	
theriaca	365	tulsis signa ex calida & frigi-		ter mouent	364
thorax	579	da causa	149	uentris inflammationibus tra-	
thoracis partes priores	596	tulsi ueteri sicę medicamen-		gemata	201
thoracis affectib; potus con-		ta	152	uentriculi ostia ac situs	586
ueniens	155	tylosis	61	uentris fluxus prognostica &	
thoracis uitij quę inimica		tympanitis causa, signa & cu-		curatio	377
pag.	155	ratio	296	uentris fluxū quę sistunt	535
tibiarum ulcera	543			uenter quibus calefiat	363
tinearum curatio	384			uentris fluxus causa	346
tinearū intestinis natura	382			uentris fluxui passilli potio-	
tineis qui tentantur, quibus				nesq;	364
notis afficiantur, ac earum				uentris dolores sedādos	537
auguria	383			uentre quę iulant, eiusq; cu-	
tofi	518			ratio	201
toforum in articulis genera-				uentris inflammationes discu-	
tio	521			uentre si nimium extumescat	
tonillarum sine inflāmatio-				pag.	200 (218)
ne cura	135			uentris animalia quid pellic	
tonillarum inflammationis				uentris fluxus uitio cutis, ac aē	
causa, & remedia	134			uentris fluxus uaria qualitate	360
tonilla	601			uentris fluxus a purabile	319
torminibus quę conueniant				uentrem mouentia	240
pag.	347.370			uentris musculorum nume-	
torpor membrorum	28			rus & usus	583
torpentia membra quę sanan-				uentris inflationib. quid con-	
tur	29			ueniat	251
trachę arteria	596			uentris fluxus quib. notis in-	
trachoma	61			ter se differant	356
tracomaticum collyrium	62			uentris fluxus curaciones	360.
tritici uis in siccitate	515			&	361. & 362
trombi	88			uentris animalibus quę con-	
trombos discutientia	168			ueniant	212
tunicarum proprietates	325			uentris	

V

Aricum causa & cura-	
tio	523
uenarū actiones quomodo le-	
dantur	267
uena & arterię quę inter se re-	
spondent	616
uena	579
uena regalis	615
uena sectio	37
uena secanda quid obseruan-	
dum	277
uena quibus causis rumpan-	
tur	164
uenarum mesentericarum af-	
fectus	282
uena	616
uena & arterię obstructę quę	
mala portent	253
uena quibus æstate soluēda	
nō sint, earūq; delectus	174
uena quando soluenda	107
uenarum natura	581
uenas secādas instrumentum	
idoheum	569
uena ahorta	614.616

I N D E X.

uentris fluxus ex oris & den-		uermibus uentris emplastra		uinum utrum aquam habeat	
tium uitij	354	& infusiones	386	quomodo sciri possit	243
uentris fluxus	551	uertebra quot	507.620	uinum factitium	192. & 207
uentri quę profunt, quęq; no-		uertebraū colli luxatio	128	uinum leue subausterum	535
cent	551	uertiginis causa	11	uirginitatis signum	479.592
uentrem subducentes pilulę		uertiginum curaciones	13	uirginitatis post stuprū men-	
conuenientes	543	uertiginis cura	530	tiendę cura	507
uentris fluxu humorum no-		uesani amoris signa	37	uirilitatis infirma cura	446
ta	377	uesicę calidiori & frigidiori		uirillum infirmitas & medi-	
uentris curatio	216	conuenientia	423	camen	444.446
ueneris immodica in cōmo-		uesicę calculi notę	413	uirilis genitura ex quib. par-	
da	442	uesicę lapides quibus ratio-		tibus formam accipit	442
ueneris intęperata cura	450	nibus a calculis distinguan-		uirillum partium mala	441
ueneri qui læduntur, quiq;		tur	412	uirilitas adempta carminib.	
iuuentur	442	uesicę lapidis curatio	421	ac ueneficio	446
ueneri qui affectus oriūtur,		uesicę resolutio & curatio	39	uisus principalis instrumen-	
hominiq; magis ceteris a-		uesicę situs	422	tum optici nerui	45
nimalibus nocere	453	uesicę inflammationi meden-		uisus optimus	69
ueneri quibus excrementa		tia, exulcerataq; causa	425	uisus ob ariditatem laboran-	
fluunt, curaciones	455	uesicę ulcerum cura	427	tis curatio	70
uenerem quę mulerum & ui-		uesicę uulnerata symptoma		uisiones futurorū in somno	
rorum inflāmant	449.450	ta	423	pag.	603
uenerem læquentem excitā-		uesicę quę profunt, quęq; no-		uis sensifica per neruos	37
tia	447.449	cent	552	uita genitura	441
uenerem quę excitant ac cor-		uesicę ceruix quibus obstructa		uitalis spiritus sedes	599
roborant	446	tur	436	uitalis spiritus	188
ueneris intemperantię coër-		uesicę stillicidium	435	uitia sedis	503
cendam mixtura	451	uesicę sanguis concretus	429	ulcera adurens	545
ueneris uoluptatis causa	438	uesicę uitij quę profunt	425	ulcera frigida oris quibus cu-	
ueneris uoluptas	462	uesicę ceruix, & eius meatus		rentur	113
uenus si languet, medicami-		pag.	590	ulcera serpentia	113
na	447	uesicę ulcerum causa, ac exul-		ulcerum genera in oculis	55
uenus quib. morbis p̄sit	442	cerata notę, & cura, uictus'		ulcera renum sanantia	410
uenus periculosa morbis cō-		que, eiusq; cura difficilior		ulceribus uesicę potio con-	
ualescentibus	453	q̄ renum	426.427	ueniens	428
uenum ueneno pelli	560	ueterinaria urina causa	564	ulcerum maleficorum notę	
ueneris praestas remedium		uidendi potentia duplex	76	pag.	409
pag.	195	uiduis peculiaris morb;	492	ulceribus in gula quę idonea	
uentorum uarietas	325	uigilia immodica in calculo		sint	226
uocis asperitatē molliens ar-		pag.	421	ulceribus puerorum	544
teriaca	145	uigiliarum remedia	349	ulceribus genarum quę uti-	
ueratrū quib. non dandū	34	uigiliarum cura	16	lia	59
ueratri usus	33	uina factitia	196	ulceribus sordidis quę con-	
uerenda uirilia	438	uinum ex betonica	219	ueniant	56
uerendorum ulcera	545	uinum neruis nō nocens	38	ulcus plumbum	59
uerendorum partes	579	uini genus quod in animi de-		umbilicus	583
uermes terreni	84	liquio dandum	196	umbilici prominentis cura	
uermes in capite cerui	382	uini nocumēta in uentris flu-		pag.	456
uermes an in uētre sint, quo-		xu	361	ungues	582
modo sciri possit	384	uinum aromatite quomodo		ungulum uitia	525.526.527
uermium locorum notę	384	faciendum	234	ungulum dolores quę sedāt	
uermium gignendorum cau-		uinum album emolliens	235	pag.	526
sa	382	uinum solutiuum	235	uocales nerui	144
				uocia	

I N D E X.

uocis sermonisq; instrumen- ta	pag. 129.144	uomitibus quæ aduersen- tur	pag. 245
uocis studiosis medicamen- tum	146	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomica prauæ indicium, at- que curatio	178.180	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomica nota	162	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomica pectoris	177	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomica stomachi cura	221.	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
&	222	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomica signa & curatio	223.	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
&	224	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus quibus moueatur pag.	347	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus periodicè si mouea- tur	251	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus quæ aduersen- tur	245	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus futuræ notæ, & ma- la ex eo	243	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus commoda	415	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus quid prægnatibus cohibeat	248	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus biliosis curatio	248	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus asthmaticis utilis pag.	158	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus iudicialis	243	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus prognostica	244	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus stomachi auxilia pag.	248	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus quibus mouen- da	217	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus qui boni sint	244	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus signa & cura	236	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus genera	242	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus utilitas	409	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus communes curatio- nes	247.249	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus quid difficile, quidq; facile reddat	245	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus grauis odoris quæ iuuent	250	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus sanguinis	242.244	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus curatio ex sanguine pag.	250	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus multiplices cau- sæ	245	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus quibus euocandus pag.	537	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus leuis potio	248	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245
uomitibus quæ concitantur pag.	456	uomitibus quæ mouentur in ca- rinis	245

uulua durities	503
uulua apostemata quæ matu- rant	502
uulua procidentia & cura pag.	456
uulua ceruix	461
uulua ulcerum cura & causa pag.	504.505
uulua conuersio	494.
&	539
uulua situs	592
uulua humiditatem consu- mentia	540
uulua uitia contra fecundi- tatem	460
uulua mala habitudo ac con- uersio	491
uulua apostematibus reme- dia	501
uulua pruriginis cura	499
uulua abscessu uentris deie- ctio	501
uulua inflatio	495
uulua cancer	503
uuluarum contractiones	494
uulua uitij conueniens	495.
&	497
uulua abscessus cura	501
uulua exulcerationum cu- ra	460
uulua uitia scruissima	497
uulua abscessuum discrimen & causa	499
uulua prurigo & curatio pag.	499
uulua torminibus remedia pag.	494
uulua strangulatus cura	143.
&	494.495.542
uulua inflammatio	497
uulua doloris cura	542
uulua uitia, distemperantiaq; notæ	466

X

X Erophthalmia & cura tio	48.50
-------------------------------------	-------

Z

Z Ibetum	559
Zopissa	458

I N D I C I S
F I N I S.

ALEXANDRI BENE DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXI- milianum Cæsarem Augustum inuictissimum Imperatorem, liber primus de totius capitis affectibus.

Proemium.



APVT homini portione maximum, cuius cerebrum humidissi-
mum atque omnium principalium uiscerum frigidissimum, ad cordis
temperamentum à natura constitutum: sine carne, sine cruore, sine for-
dibus: sensum, neruorum omnium, uoluntarijque motus (ut Galeno
placet) uel spinæ medullæ principium. Ex quibus sensuum nobilissi-
morum uires, imaginationes, cogitationes, memoria, mens, ratioque;
ac ceteræ ad intelligendum animi dotes necessario habentur. Quo læso, capitis dolores,
uertigines, delirium, lethargus, caros, catochus, furor, uesanus amor, apoplexia, comitia-
lis morbus, neruorum distentiones siue spasmii, resolutionesque oriuntur: eodem quoque
mens stupet, lingua imperfecta loquitur, uisus hebetatur, aures surdi fiunt, odoratus
mens stupet, lingua imperfecta loquitur, uisus hebetatur, aures surdi fiunt, odoratus
mens stupet, lingua imperfecta loquitur, uisus hebetatur, aures surdi fiunt, odoratus
mens stupet, lingua imperfecta loquitur, uisus hebetatur, aures surdi fiunt, odoratus
mens stupet, lingua imperfecta loquitur, uisus hebetatur, aures surdi fiunt, odoratus

Ex cerebri temperamento diuini
sensus origo prouenit: cuius gratia caput à natura conditum est, ex sublimiori enim to-
tius corporis loco prospicere idoneum est. Reliqui item sensus, qui ante nos tendunt, ab
eo (ut medicorum scholæ placet) proficiunt: liquido enim auditu quid præclari-
us: qui si homini naturaliter negatus est, sermonis quoque usus pariter ablati. Olfac-
tus quoque opportuna potentia eiusdem cerebri temperie constat, quæ ad uitam ne-
cessaria est. Odore enim prius esculentia prætentamus, mox ori admouemus. Vn-
de & gustus, quem peculiarem sensationis uim habere non dubitamus: in quo uel
commoda uiuendi ratio habetur, si modus est: alioqui absque saporis agnitione si-
ne delectu, sceda noxiaque cibaria assumerentur: uel omnia indiscreta, non paruo uitæ
periculo. Temperato enim cibo commodè corpus alitur, & in bonam quoque ce-
rebri substantiam conuertitur, si modum non excedit, commodèque sensus omnes ty-
stodiantur: superabundanti uero, aut noxijs esculentis læditur. Cui capiti natura-
le est se repurgare à sordibus, & redundantia, sicut corpus ipsum excrementorum
ductibus: pari modo cerebrum canalibus excretorijs suis utitur, quibus incommoda
recrementa scernit: alioqui acruatio immodica, qua cerebri uite obstruuntur, mor-
bos parit: uel deteriores, si mali succi cibis principale membrum nutritur. Sic in fa-
me publica contingit, qua homines olera tantum, aut radices, aliosque noxios cibos ue-
scuntur, unde pestilentia, morbi que oriuntur letiferi. Pari ratione & cerebrum, si idonco
caret alimento, quod uis impurum in sese contrahit, & plurimo temporis spatio conge-
stam materiam, si ductibus suis nequit regerere, putrefactis in cerebro humoribus, acuti
morbis, ac letales subinde generantur. Vnde summus cœli artifex, ut nihil horum eue-
niat, supra palatum in biuium quoddam ampliores uias extruxit, ut superabundans in-
de materia egeratur abunde crassa uel impura. Vapores uero fumci tetri que sursum
intus inclusi, graues (quos diximus) morbos excitant, coarctatis meatibus, uel præclu-
sis rheumatismis, oculorum epiphoras, anginas, parotidas, similiaque subiectis membris
commoueri uidemus. Capillos uero defluos quibus remedijs contineamus, aut crispas
reddamus, aut inficiamus, aut alopecias repleamus, uel faciei uitia emedamus, aliaue hu-
iusmodi pertractare, non est præsentis instituti. Mederi enim periculosus morbis, non man-
gonizare corpora statuimus. Sed ad capitis affectus prius transeamus.

Homini cerebri.

Ex cerebri malè affectio morbi qui.

De Capitis dolore siue cephalalgia, Cap. I.

Capitis dolor, qui acutus perhibetur, aut breuis est, aut longus, illum κεφαλαλγία,
hunc κεφαλαία uocantur Græci: nos uero communi nomine capitis dolorem
uocamus: ex pluribus causis oritur, pro quibus quisque sua exposcit remedia. Dolor enim

a enim

Doloris capitis
causa.

enim aut solis uapore, aut frigore, aut ex ebrietate, uel percussione, quæ extrinsecus eueniunt, contrahitur. Ex qualitatibus uehementior dolor est, à nimia caliditate, frigiditate: à cæteris aut nullus, aut exiguus est. Pari modo ex abundantibus humoribus: qui feruentes frigidiq; sunt, caput maiore excruciant dolore, quam qui sicci ex atra bili humectatq; sunt pituita: multitudo enim humiditatis organicas efficit ægritudines, nō homœomericas, in quibus dispositiones fiunt duntaxat secundū simplex distemperamentum. Atque fiunt ex immodica humiditate sine meatuum obstructione, caput degriuant, magis tamen quo plus obstruunt. Ex humoribus rursus uehementior dolor, quomordacior humor est, aut membrum magis sensificum, ita ut pro partium capitis natura magis minusue doleat caput: sicut ex hominis alicuius proprietate, qui magis ex eadem causa quam cæteri, doleat: extra enim capitis caluariam, minus seuus dolor est, quā si intus fuerit, in uenis, arterijs, membranis cerebri, neruisq; minusq; si cutim extimam, quam membranam caluariam integentem. Ex ijs si unum uel plura lædantur, fallaci interdum coniectura dignoscimus: sicut si alterutra pars indoluerit: nec nisi ex magna rerum experientia, frequentī exercitatione, uel refectionis peritia. Plurimum refert si quæ extrinsecus euenierint (quæ *ποκαταρκτικά* Græci uocant, de quibus paulo antedictum est) noticiam habuerimus. Aliæ item sunt causæ doloris à membrorum principium connexionem, stomachi, iecoris, præcordiorum, & in fœminis locorum uitio, aut ex uniuerso corpore, ut in febribus: aut nariū olfactu, cum styracem, aut crocum uel similia graue olentia nonnulli olfaciunt, quos statim capitis dolor corripit. Sed primum à manifestis causis ordiamur.

De dolore capitis à solis aestu,

Cap. II.

A Solis uapore, æstate præsertim, multi capitis dolore torquentur: unde uaporis copia, ac humoris magna pars ad caput attollitur, quidam naturæ ualentioris firmiorisq; capitis, eas astuaciones facile ferunt, nec læduntur. Qui infirmo capite sunt, dolore corripuntur, magisq; si morbidum humoribus corpus gerunt, quam *πυλωσάρι* Erasistratus uocat, dolorem capitis adauget. Sursum enim fertur sanguinis copia, qui omnium humorum proportione adaugetur, aut solo interdum sanguine, reliqui humores si immodici redduntur, eam non *πυλωσάρι* simpliciter uocant aut multitudinem, sed cholera, aut phlegmatis, aut atræ bilis incrementū nuncupamus. Quibus igitur ex solis uapore caput dolet, cutis capitis tactu statim durior percipitur, oculiq; rubicundi fiunt: frigidaq; fomenta imposita, protinus dolorem leuant, si remedia non differimus, à quibus præsci ueteres remedia tentare cœperunt, tam simplicia, quam composita: quæ prosequi non erit inuide. Initio igitur refrigerantibus discutientibusq; opus est, additis astringentibus. Ab ijs quæ mitigant dolorem, ac materiam digerant simul mixta necessaria sunt, demū diaphoretica addemus, paulatimq; quæ discutunt auxilia priora auferendo. Ob id morbi principio nihil rosaceo recenti præstantius lana infuso: æstate, aestu, regione siue prouincia & habitu consentiente: refrigeratum niue rosaceū præferunt: uniuersum, præter sinciput, caput, eo fomento sæpe dolorem leuant: sinciput siue bregma futurarū laxitate, & ossiū tenuitate facile cataplasmatibus auxiliū suscipit. Occipiti uero nihil imponūt quoniam ea pars difficulter aestu corripitur. Chamæmelinum addimus si rosacei uim timeamus, ut in fœminis, pueris, ac eunuchis, et quibus caro mollis est, ac cutis alba, soleq; deniq; non assuetis, teste Galeno. Cæterum uaporum & humorū impetum sedat ac dolorem: rosaceum frigidoputeo refrigeratū aut fonte si non est nix. Addunt alij semperuiui succum, aut portulacæ, uel polygonij, uel pampinorum uitis, aut uix acerbæ succū: A papauere & mandragora cauere oportet, inquit Galenus: sicut & ijs quæ plurimum astringunt: quale est strichnū, de quo parcius admiscemus. Cucurbitæ recentis succum laudamus: uel per se ramenta corticis capiti imposita, capitis ardorem mitigant, Galeni & Plinij sententia. Permiscet alij lactucæ succum uel seris, uel intubi, uel mori immaturis: aut ex mali floribus oleum. Faciunt ad idem portulacæ succus cum polenta impositus, aut sesamū cum rosaceo tritū: aut uitis pampinus, uel folia in mulso decocta, aut citri folia in aqua decocta, qua perfundatur caput, psylliū ex aqua decoctū. Alij irino perfuso ex lana. Quidam sampuchū terunt, ex uino & rosaceo illinunt, uel cornu ceruini cinis

cinis ex uino subactus: alij cyperi folia ex aqua decocta spongiaq; fouet. Caluis quoq; plurima sunt auxilia, quæ ad erysipelas faciunt, cerotaria et cataplasmata refrigerantia et humectantia. Ex arboribus quoq; platani folia, uel eorū succus, profunt, Galeno teste: & strichnum uineale. Erasistratus spongiā aqua infusam laudat, si foueatur caput: frequenter enim imponi iubet & uehementer expellam. In Græcia Insolatas fœminas ac mares leuari dolore infinitis uidimus, aqua frigida sincipiti inuerso poculo. Apollonius, inquit Galenus, tum uini, tum cibi abstinentiam laudat, & uentrē ducere, & somnum conciliare, & animum quoquo modo recreare: ab ira deniq; turgijs, fletuq; abstinere, quæ omnia idem author de parabilibus facultatibus inscripsit.

De dolore capitis à frigore,

Cap. III.

Hic contrarius sequitur affectus, si à frigore caput doleat: quoniam contraria sequitur signa: facies enim pallet, frigidaq; obsunt, & calefacientia iuuat. Hæc pariter curatio haud difficilis est, sicut ex aestu, modo prius occurratur. Oleū in primis rutaceū si infunditur, sincipiti dlorē leuat: irinū maximè dolorē leuat, sampuchinū & iardinū quoq; ungueta quoq; quæ foliata uel exotica dicuntur, plurimū ualent illita, & naribus subiecta. Opoballamū quoq; si inuenitur tam recēs quā uetus, mire leuat. Sed ætate nostra dum hæc cōderemus, regis Aegyptiorū horti ex toto exaruerunt: oleū item serpillinū iuuat. Quidā porri succū in nares intundunt, & ociminū oleū fronti & sincipiti temporibusq; illinūt. Pulegiū folia recētia, uel nepetæ, leuāt dolores. Gith quoq; aduersatur, nā & naribus succus infunditur, uel semē contritū *μελαβόλιον* Græci uocant. Lenit animum suffitū, & succus eius decoctus & instillatus, silymbriū utrūq; & baccharis aduersatur: mēte succus illitus temporibus dolorē sedat. Melilotos cū rosaceo, ærina farina cū adipe anserino, doloris reliquias tollit: amygdalinū amarū, laurinumq; oleum aut carinum ualent. Illinuntur persicorū nuclei, uel amygdalæ amaræ, cum oleo & aceto. Cupressi folia trita capiti imponuntur. Vel si à sole doleat, sileris folia trita & illita, & panactis radix contrita ex oleo imponitur. Aristolochia daucūq; medetur. Veratrū in oleo decoctum tritūq; intigitur, peucedanū utile. Semē quoq; psyllij imponitur, ex aceto & rosaceo, si à sole quoq; doleat caput, Apollonij sententia: Tithymali radice decoctum ex aceto iungitur, doloribus suffitū aqua marina ex aceto, & cinis lanæ succidæ ex aceto. Verum si excalefacere magis necessarium sit, inquit Galenus, euphorbium addimus: uel quæcumque ex pipere conficiuntur, utiliter fronti illinuntur.

De dolore capitis ex ebrietate,

Cap. IIII.

Si à uino dolet caput, multo quidem epoto & magnarū uirū (quale ætate nostra cretense, et rheticū in Veronēsi agro: uel salernū prælatū à Virgilio: chiū itē aut cyprū uetus) in uaporibus calidis exastuat caput, uel humoribus calidioribus exagitatis. Si ab initio dolor est, aquā tepentē in potu ebrioso damus, & uomere cogimus uel sapius. At si tam uinū decoctū est, refrigerantia p̄sunt, ac discutientia, quale rosaceū est per se uel cū aceto, uel cū succo hederæ, aut brassicæ, nam & ipsa folia grandia lenia in aqua frigida infusa, imposita & fascia adalligata, dolori & ebrietati, mire aduersantur. Succus amygdalæ nucis amaræ cū rosaceo. Dolorē sedat flos agni casti, teneriq; cauliculi sedat. Et uehementiorē dolorē eius seminis decoctū in potu dissoluit. Si his remedijs prima die morbus nō cesserit: nec dormire, nec q̄scere poterat æger, in nocte balneū ingredi opus est, ac cibo refrigerantū boni nutrimentū: sicut p̄santæ succo, aut alica alere ægrū necesse est, prodest & panis cū aqua, aut sorbilia oua recētia, mica salis duntaxat addita. Ex oleribus lactuca iuuat, ac brassica quæ uaporundā uini potorū stomachus aquæ potu subuertitur, uinū ma-lorū granatorū datur, uel poma delicata aultera, decocta, stomacho grata: quæ Galenus ita decoq; suadet: ollā nouam igni superposito aquæ semiplenā, quæ pomū nō attingat, sed uapore duntaxat elixetur. Prodest & uua passula in cibo, uel pyra siue cruda siue eodem modo decocta, stomacho utilia. At palmulæ nocent, & quæ specialius caryotæ uocantur: Hic si nocte quiescere nō potest æger, nec dormire, ad balneū sequenti die ducendus est æger, ac tertio pariter: quo die & aquā bibere iuuat: uerū si bibere noluerit, uinū renue aquosum dandū est, aqua q̄ infractū: laudatissimū est Patauinū, uel Sabinū inquit Galenus.

Quibus ebrietatis curetur.

Galenus. In cibo gallinaceas alas damus, ac testes, pisces q̄ saxatiles, aut columbaceos pullos elixos, quibus idē auctor addi porrū & anethū suadet, modico salis adiecto. Qui es ad eleuationē doloris imperāda est. In fine morbi deambulationes ante cibum iuuat. Ad reliquias uero doloris si quæ remanserint, chamæmelino oleo utendum, temperatē calefacto, aut irino, quæ plurimū ualent, caput q̄ aqua calida fouēdū est: quoniam ea meatus aperit, & somnū cōciliat. Tum lactuca prodest, si detur ex aceto diluto, & salis exiguo. Tertio die quæ magis caput confirmant infundī debent: qualia oleum irinum, aut chamæmelinum interdum & nardinum. Laudat Galenus unguentum foliatū, aut huic simile: quibus matronæ & reginæ in delicijs utuntur. Atq̄ quæ ebrietatem inhibent, hoc loco enarrare, non sit alienum, hoc idem docuit Carō, amygdalæ amaræ numero 7 si ieiunis dantur. uinum absinthites, uel myrtites porum, uel ipsa myrta cōmanducata: brassicæ quoque folia prius commanducata, sed ebrietatem ipsam sedat centaurij tenuis decoctum, ceruinum cornu, aut peristereon ex aqua.

De dolore capitis ex percussione uel lapsu ex alto, Cap. V.

Hic dolor similem ferē cum inflammatione capitis curationē habet: quæ humorū concursu sponte sua euenire solet ex abundantia siue πλεονεξία, ut Græci uocāt. Si igitur percussio, aut uulnus illatū fuerit, uarias animaduersiones exposcit, altera ut uulnus conglutinetur ijs quæ uulnera sanant remedijs, nō inflammantibus, labia uulneris colligādo. Altera uero in cōquassatione percussionis. Postrema in dolore ipsius partis læsæ: uerum & partis proximæ, quoniam cutis & mēbrana uniuersum caput ambiunt, ob id totū caput dolo: præsertim si uulnus aut percussio ad os usq̄ infederit: tū primū caput abradere ad cutim oportet, & nouacula scindere quod cōtūsum est in, X. literæ modum: sed futurarū ratio cauēda est. Si uero per futuras caluarie ad primā interiorē cerebri mēbranam inflammatione penetrauerit, nō sine magno periculo phlegmone orietur. Magis letale est, si mēbrana eadē lacerata fuerit: uel cū cerebri parte, tum sine ulla spe dolor acutior et uehementior est. Curationis igitur inītiū erit, si ætas & uires suadebūt, sanguinē in primis demere, à cubito uel cephalica brachij uena: aut ea quæ inter pollicē & indicem sita est. deinde oleū dulce cum lana largius subinde infunderet: ut uulnus cōtēctū custoditur. Si sanguis (ut tradit Galenus) extrahi nō potest, dyltere aluus citanda est, quoniam materiā à capitis partibus ad inferiora auertit, quā ἀντιπαστική idem auctor appellat, deinde inflammationū remedia cōueniūt. Qualia autē esse oporteat, & quāta uidebit̄ ex ægri dispositione & habitu, & partis læsæ ratione, uiribus, ætate, percussione tempore, et magnitudine. Magnā quoq̄ curationis possidet partē, anni tēpus, atq̄ sua deniq̄ constitutio quoniam ætate flante aquilone tēperatiora cōueniunt cataplasmata. Quidā rosaceo & aceto caput perfundere suadebant (nec acetū asperrimam uim animaduertunt) quoniam in phreneticis conueniat plurimum: similitudinis errore lapsi sunt, quos Galenus coarctat. In eo casu nō inutiliter acetū permiscemus, quoniam ad inītiū remediōrū uires perducit, & ad penetrandum exacuit. Inflammationibus enim acetum plurimū obest, quoniam neque mitigat, neque emollit, sed exasperat. Animaduertendum igitur, quoniam in uulnere ablato osse tepidum duntaxat rosaceum, pdest infusum. At integro osse, rosaceum & acetū paulum permiscendo, membranā iuuat interiorem, quoniam uires rosacei penetrabiles reddit, eius tamen acrimoniam oleum mitigat, & per ossa penetrando uis ipsa resoluitur. Capitis item membranā os ambiēs sub ipsa cute si acutius inflammatur, permixto exiguo aceto mitigatur, at ingens cutis inflammatio uniuersa, addito aceto, rosaceum (ut dictum est) dolores infert uehementiores. Rosaceum igitur cum aceto doloris inītiū, si non est quod prohibeat, conuenit: in statu per se tantum iuuat. Si uerō phlegmone ad duriciam conuertatur, absinthium uel pulegium permixtū ualet, sine uero duricia inclinante inflammatione, emollientia conueniunt remedia. Sed si experimentis credimus, hederæ folia cerebrum continentis membranæ dolorem sedant, si mollia imponantur cum acetū exiguo & rosaceo trita, & decocta, addito etiā rosaceo: unde posteriores ex hederæ lachryma cerotariū componunt. Quod et nos felici euentu experti sumus in sene octogenario, qui ex trabis percussione obmutuerat, suadentibus uiribus, sanguinē ex manu detraximus intrepidē, imposito eo emplastro in bregmate, sine uino carne q̄,

Indicationes re
mediōrū unde.

Antispasit.

Aceti usus.

Foliorum hederæ
re uis.

carne q̄, contentus pitifana & intrita panis, sine ullo potu, nam aquam nolēbat, quoniam senex uiribus ualere, eo uictu ad 15. diem sermone carentem decrepitum prospere diximus: sequenti die loqui cœpit, paucis q̄ sequentibus diebus ex toto ex periculosa cerebri conuassatione, præter omnium opinionem per sanatus est. Huius exempli fidem faciunt Hiadrenses ciues, quoniam & hic senex inter primarios habebatur, Lubanacius cognomine. Emplastrū ex his constat, gummi hederæ. 3. 3. resina purgatæ. 3. 4. cera. 3. 3. olei rosacei. 3. 2. ammoniaci. 3. 2. terebinthine. 3. 3. succi corymborū hederæ. 3. 4. farine fabarum quantum satis sit: omnia ad unitatē redigantur. Sine sine id prodest, nam & frastra caluarie ossa ferruminat plusquam sit credibile, huius emplastrū gloriam quidam ex posterioribus chirurgis sibi falsū uendicauere, cum uetustiorum inuentum sit.

De dolore capitis qui à stomacho & iecore fieri solet, Cap. VI.

Si in ore stomachi acutus humor constiterit, ieiunis præsertim ex inedia, dolore afficitur caput: mordacitas enim quædam in eadem stomachi parte percipitur. Cibo præterea assumpto, uis illa remittitur, & quicquid capiti imponitur cataplasmatibus, nihil prodesse dolori affirmat æger. Ventre enim in primis necesse est aquæ tepentis potu ad uomitiones irritare. Qui digito, aut penna uomitus sollicitant, improbantur. Deinde cibus offerendus est boni succi, qui stomachum adiuuat. A cœna absinthij decoctum in potu sequenti die datur. Cæteris diebus cum pane aliquid pulpamenti datur, quod ægri naturæ conueniat. Humores enim malos ac eorum exundantiam efficit concoquendi uis inbecillis: ac oris stomachi nimia sensibilitas capitis q̄ ad suscipiendos uapores commoda dispositio: quemadmodum & in oculorum affectibus uidemus. In hac curatione famem & abstinentiam damnamus, quoniam humorum mordacitatem exacuit. At ubi humor acidus est, uel insipida pituita aut salsa in imo stomacho infederit, ad intestinorū uiam materia facile prolabi indicatur. Recentiores uero medici, aqua hordei uomitus redundantiam sollicitant, uel præsumptis uarijs cibis. Post hos uomitus, uentrem deiciamus hoc catarthico facili, in quo balanorū croceorū 3. 5. rosarum rub. aridarum. 3. 3. diagridij. 1. trita in catapotia redigantur ex aqua, sesquidrachmā dabis in mane, & statim decocti capni herba. 3. 3. cum saccharo dabis. Galenus mane dari suadet, molle panis simlaginei cum succo granatorum pomorum: in quo casu temperata laudat: uel panem, inquit idem auctor, calidum dabis ex uino aqua diluto. Interea digerēda est materia in stomachi ore hoc modo: Cichoræ, sonchi, eupatorij uel fumiterre decoctari. 3. 2. syrapi fumiterre. 3. 1. s. Materia iam cōcocta erit, si in urina sedimentū fuerit album limpidū, compactum in pyramidis formā sese attollens ab imo. Tum pilulas dabimus coccias aut aureas omniū 3. s. pro ægri uiribus, cæteris diebus ex aloë, radice barbara, ana 3. 1. bdellij albescentis 3. 1. ex succo rosarum in pilulas digerantur, ex quibus alternis diebus mane deuorandæ singulæ sunt. Si dolor præterea perennat, ex ijs singulas aut binas horæ spacio ante cœnæ tempus deuorari, summum erit auxiliū. In eo quoque casu bis in anno Maio mense ac Septembri digesta materia hoc medicamento uentrem à bili liberare nō erit inutile: siliquæ ægypticæ, atramenti 3. 7. radice ponticæ seu barbare. 3. 1. spicæ grana 5. salis fossilis grana 2. cum decocto cichorij uel aqua tēperatis omnibus, mane absorbendum est. Sequenti die eadem hora in potu dabis hanc potionem, syrapi rosacei, seris ana 3. 6. aqua absinthij, cichorij ana 3. 1. s. si reliquæ doloris supersint, eadem, ut dictum est, pilulas rosarum deuorabit. At si iecoris uitio dolor contigerit, quoniam materia non solum uaporibus lædat, sed humoris quoque substantia per uenas sphagitides ad caput deferatur, unde dolor diuturnus esse solet: in eo dolore tum acria tum salsa, ac uinū multarum uirium uitanda sunt, deinde his catapotijs utatur: aloës lotæ cum succo cichorij 3. 1. rheubarbari primi merit 3. 4. diagridij 3. 1. uiolearum, spicæ, rosarum, mastichis, seris seminis ana. 3. 8. salis indicij 3. s. cum succo rosarum catapotia formentur in modum ciceris. Loco balnei prodest, si ab inguinibus ad pedes crura macerentur in aqua in qua decocta sint, strychnum, rosa, uiola, salix q̄, bis in hebdomada ante cœnæ tempus, estate duntaxat. Verum si hæmorrhoides intumuerint, æquinocetali tēpore eucurbitulis euocandæ sunt, impositis q̄ sanguisugis tantum sanguinis demant, quantum & ætas & uires, & ratio expoposcerit.

Ad dolores mēa
brarum cere
bri emplastrū.

Dolor capitis
ex iecore.

In arte medica plurimū situm in coniectura.

Dolor capitis est, inquit Galenus, siue ex rossonibus, torsionibus, punctione, tēsiōne, grauitate aut quassatione: aut caliditate sola, aut frigiditate. Cōiecturalis enim pars maxima est artis, inquit Galenus, in cognoscēdis rerū omnīū dispositionibus: quæ cum inuentæ fuerint, non coniecturam amplius rerū, sed artis disciplinā perferuntur. Sic in cōpositionibus medicinarū coniectura plurimū potest, quæ ratione interdū uel fauto quā plurimū gubernatur, unde alijs fortunatiores medici adiudicantur. Sed de flauibili iam dicere incipiamus: qua si dolere incipiat caput, morsiones sæpe sentiuntur, pallor faciem occupat, ac oris amaritudo percipitur. In cholericis quā plurimū id euenit habitudinibus, iuuenescētis ætatis, uixēq; curis anxie: quæ omnia bilis originem adaugēt. Temperatis balneis opus est, ac inuentionibus, frigidis & aquosis potionibus, frigidatq; n: tura, ac humectantis cibi qualitas. Hiera ex aloē, absinthioq; uenter molliendus, adiecto (ut tradit Galenus (scāmonij momēto: Alij demere sanguinis modicū suadent ex cubito quoniā cholera cum sanguine emittitur, feruorisq; æstuario diminitur. Interea materiā omnibus modis digerendam studemus, qua cōcocta balanorum croceorum, tamarindorumq; decocto, siliquæ succum alexandrinæ liquefactum in potu summo mane damus: modus est ʒ. i. s. siliquæ succi. alia similis est, pruni damasceni carnem, tamarinidi recentis, ana p. 2. cum aqua ferueant & percolentur: adde sacchari ʒ. 20. diagridij obolos bñnos aut unum & s. da in potu mane diluculo, flauam cholera ducit. Alij aloēs drachmam addunt, alijs radicis barbaræ sesquidrachmam per noctem maceratā & percolatam. Cauere iubent, ne capiti cataplasmata imponantur, non perpurgato uentre & corpore. Verum si cholera admixta fuerit phlegmatici, tum dolor in capite & cum grauitate & mordacitate permixtus erit, unde utriusque humoris compositionem, cholera uitellinam uocant: quæ si à stomacho aut à præcordijs, quas phrenas uocamus, originem habuerit, humor cerebri partem anteriorem infestat, uel periodico doloris ordine: uel euentu, quoniā uenæ arteriæq; directā uia ad eam cerebri partem pertingūt, ut in anatomicis diximus, uel neruis ab ore stomachi ad cerebrum rursum conuertentibus, præcordia pari ratione cum cerebro connexa sunt, quoniā si afficiuntur, phreneticos faciūt affectus, ut dicemus si deus uoluerit. Et cum maior copia cholera q̄ phlegmatis fuerit, tū dolor est acutior, cum pulsu uenarum capitis, cū puncturis & morsione, siti, oris amaritudine, uigilantia, nō sine iracundia, & nocte inquiete. Si uero phlegma supereminens fuerit, notæ ijs contrariæ erunt, capitis grauitas, longior somnus, ac profundus, & ex somno humorum fluxus, & in ore salugo, uel insipidus sapor: glutinosa præterea uiscositas palato hærens, & faciei pallor plūbeus, pulsus tardus. De uictus ratione hœdos, uerueces, capreolos, pullos, auiculas, columbaceos non implumes, phasianos, perdicēs, cumulos & lepores iuuenes, inulos, porcellosq; non sine ratione laudauerunt: Inter cholera asparagum, lupum, capparem, buglossam, napuntiolum, uel napum ipsum, pastinacam croceam, uel albam, foeniculum, petroselinum. Inter legumina cicer tantum. Inter reliqua sata hordeum, alicam, orizam, panicum, cum amygdalarū succo, & iure pingui. Oleum laudant, butyrum non damnant. Inter aromata crocum tantū & machū. Lactuca & ruta dānantur, ac portulaca. Inter fructus cōditicios narrantia & limones in citreorum genere: acorem, & acetum non multum acra, sapam, & defrutum commendant. Pastinaca Gallica, napū, ac pyra condita melle uel saccharo utilia sunt: intactæ saccharo amygdalæ, & pinæ nuces: uerum quia capiti & stomacho nocent bīduo aqua macerari debent bis infusa die. Coriadrū quoq; præparatum, saccharoq; albo inuolutū, nuxquoque pontica liberata cortice & saccharo condita peculiariter capitis doloribus prodest: cucurbita ac citrū si saccharo conficiantur. Hæc sunt transcurfu quodam denarrata pro ægri uictu. Pronunciant quoq; ex manu dextra sanguinis circiter ʒ. 9. demitti plurimum prodesse: aluo prius soluta. Sequenti die eiusdem siliquæ succum ʒ. pondere: cum lupuli aqua, agarici, radicis barbaræ, omnium ʒ. spicæ, gingiberis ana granis ʒ. salis Indici unum: De digerenda item materia ac repurganda eadem conferunt. Id præterea medicamentū frōni & temporibus imponūt, in quo terræ lemnæ ʒ. i. id est cadmiæ preparatæ ʒ. 2. acariæ ʒ. 6. corticis papaueris triti ʒ. 5. russis ʒ. 1. scāmonij, croci, ana ʒ.

4. ouorum uitellos ternos, aquæ rosacæ ʒ. i. adde amyli quantum satis sit ad mellis spissitudinem, bis die illinitur. Mire prodesse tradit, cæteris diebus tum ligaturas extremorum, tum crura lauari: & uentrem clystere molliri suadent. A sanguine uerò, omnīū cori sensu demēdus est sanguis à iecoraria cephalica, uel manus, si reliqua quæ diximus subseribunt. Alij & à talo exerant, uel in manibus: quoniā materiā ad longinquiora auertunt, non inuili remedio, uel cucurbitulas saltem supra talos, infantia: ceruici applicantur uel cruribus. Si morbus longus est, mediam frontis uenam utiliter secabis. Demum cataplasmata antedicta uel in nares, quæ dicentur, errhina infundes. His prodest lens dempra cortice, & granatorum uinū, & pruna, uel similia: quæ sanguinis æstuationes inhiēt ex totius corporis distemperātia, ut tradit Galenus, qui panē ex aquoso uino dare censuit, ac hordei sorbitiones, aut alicæ: & capiti frigidam infundi iubet.

De dolore capitis à febris, Cap. VIII.

In febrium autē prima uel saltem secunda remissione, si reliqua quæ diximus consensuerint, sanguinem mittere necesse est, si æger sanguine abundat: sed cauendum, duce fortuna uel coniecturali illa disciplina, quæ ex frequentibus casibus oritur, ne à stomachi ore, iecore, uel præcordijs uel alijs membris oriatur cephalica. Sequentibus diebus uenter clystere exinanendus est uehementiori. Et occipitio cucurbitulæ impactæ profunt, uel ceruici, tum oleū rosacū capiti perfundatur sæpius, dolores enim mitigat æstate præsertim et habitu calidiori, adiecta aceti stilla: alioqui chamæmelinum additū prodest, iuuat crocomagmate uti in feruenti materia. In hoc symptomate cauendum est, à semine et flore agni casti, in potu, lacte, item oliuisq; nigris, inquit Gal. ac eruo, quibus de facili tremuli sūt, & hederæ semine uel lentisci, croco & peucedano. Styraç quoq; si modica est, hilaritatē facit, aliq; somnos turbulētos efficit. reliqua ubi de febris. egimus præcætauimus.

De Cephalica, id est, doloribus capitis longis à materia siue calida siue frigida, Cap. IX.

Duturnus & perseuerās in capite dolor, cephalica à Græcis (ut dictū est) appellatur, ex materia tā calida quā frigida: difficulter omnino sanatur: leuīq; de causa maximos inferens paroxysmos ut ægri somnos minime capiāt, nec uoces, nec sermones ferant, neq; lumen, neq; uini potum, nec crematarū nidorem, sicut styracis, neq; motū sustineant: quietem tantū & tenebras diligunt, ob doloris magnitudinem, siquidem tantum sub malleo caput fauciarū uideatur: quidā confrangi caput, alius distendi putat, in genūq; omnibus ferē ad oculorum radices penetrat dolor. Hic morbus interdum continuos infert dolores, aliquando paroxysmos facit & interualla aut extensā, aut inordinatā. Desinunt & periodi, sicut & in morbo comitiali, ubi intermediū tempus omnino dolore uacer. Non dubium est quin hic morbus ingentem capitis habeat dolorem, cephalalgicis haud dissimilem, ueruntamen illis maiorem infert dolentibus membris imbecillitatem, & cerebri membranīs, quæ cerebrū ambiunt, uel ei quæ caluariam circumdat, maiorem dolorem infert. Dolores itaq; cum grauitate plethoriā indicant. Morsiones uerò humorum aut uaporum mordacitatem: pulsationes phlegmonem: tensiones deniq; sine grauitate & pulsu uentū inclusum tenuem & copiosum, prædicunt. At si cū grauitate tendantur membranæ, humorum multitudinem continere arguunt. Rursum dolores extra caluariā, ambientis membranæ uitū esse certum est: qui uero ex profundis emanant, membranarum interiorum malū esse præ se ferunt, & ad radices oculorū pertinere dolores, quoniā eorū tunice à supradictis membranīs originem ducunt. At si humor intus putrefit ardentior redditur, et febrim excitat, qualē phlegmon ortus. Ex multitudine itaq; uaporum & humorū ex uniuerso corpore orta cephalica, medicamentis exinanito corpore, dolorem sedabis, his quæ proximè dicentur. At si capitis imbecillitas fuerit, quæ de facili recipiat quæq; attolluntur, quæ ad inferiora materiā diuertūt, eximie ualent, clystere quoq; diuertitur materia: extremorum ligaturis, frictionibus: & a cubitu sanguinis missione, quæ omnia scilicet communi nomine ἀνρίσασιν uocauerunt Græci. Si etiam num sanguinis copia resistit, enaribus sanguinis profluuium irritandum est: hoc tamen remedij genus hac ætate unā cum balneis exoleuit. Exinanimus & uentrem hiere antidoto, damus & apophlegmatismos ex ore pituitam pro-

Quibus modis materia diuertatur.

Errhina. uocantes, uel errhina, quæ naribus infunduntur, eandem materiam euocantia, quale est elaterium, aut cyclamen, cum lacte & porri succo mixta, Galeno demonstrante, eo succo par se ad cephalicam uti possumus, quemadmodum tradit Plinius, si in nares infundatur, sicut & gith. His ordine peractis, quæ dolore discutiunt, fomenta imponenda sunt, oleum omphacinum id præstat per se, rosaceum quoque, uel cum aceto & rosæ succo, uel sonchi, uel betæ frequenti illitu. Vel quod sit cum codiis, anemone, miræ capitis inflammationes sedat, uel oleæ teneri cauliculi, aut hedere corymbi, et s. lix mētha q; uiridis, cū sandalorum scobe, ex Galeno. Occurrere item calidis auxilijs oportet, ubi frigidior & cum cruditate fuerit multitudo. Sed quoniam & materiam distrahere opus est, oleū dulce calidum infusum, & quo uetustius, efficacius distrahit, & oleum sicionium, ad crassiores, uero humores spondylion infunditur in doloribus longis, Plinio & Galeno testib. aut serpillinum oleum, aut pulegiū: nepeta tū, aut mentha, Nam eadem & capitis firmitudine corroborant, quibus utq; ad ultimam morbi inclinationem uti possumus. Præcipue uero inter cætera distrahit & caput confirmat peristereon uiridis, aut arida cum radice & serpillo in oleo cocta. Adde & radicem crocodyliadis herbæ, quæ in sabuleis nascitur. Per se tamen sanat, antedicta peristereon ex oleo cocta & infusa. Iis itaq; omnem ueterem capitis dolorem perfanabis, qui ex frigida & crassa fuerit materia. Peculiariter iuuant Onisci, quos puto centipedas à Plinio uocari ex oleo cocti, Galeni sententia sub hydris inuenti. Idem autor capitis dolorem Galeam uocauit, ubi de interioribus morbis mēto habetur in genere cephalicæ, iisdem affectibus, iisdemq; feri e notis ab exiguo initio in maximum trahens acumen, pari modo periodicus perennat, sicut & comitalis morbus, Verum hunc morbum imbecilliora capita suscipiunt, uel citius. Cephalicorum uero citius implentur, & corpora eorum ad replenda capita paratiora. Quibus tam exterior quam interiores membranae materiam ad morbum concipiunt: quæ ea nota dinoscuntur, quoniam ex interioribus membranis ad oculos pertingere dolorem denunciant. In cæteris eadem ferme curatio est.

Communia auxilia cephalicæ ueteris, ex Archigene & Galeno, quæ in hæmicrania ualent, Cap. X.

In his sanguis statim demendus est, uel uentris deiectio imperanda, uel saltem clystere aluus citanda est, uel utrunq; si opus est: uel è naribus demum sanguis euocandus. Sincipiti fomenta imponenda sunt, de raso prius capite. Quale id, quod ex scammonio, peucedano & aloë, aut ex amygdalis amaris, rore marino & myrrha: aut agarico, dialcy lies, ueratro, & agrestis cucumere. Aëtius uero diacantharidum cataplasma laudauit sed quoniam uiscæ plurimum nocet, lactis potionem propinandam censet. Si ijs non cedit cephalicæ uel hæmicrania, secandæ sunt in temporibus arteriæ, aut eas partes inure re oportet. Sed eliborus præcipuum remedium præstat: sed modus seruandus est. In his acria uiranda sunt, & crassiores succi, qualia sunt, lac, caseus, bulbi, fungi, rapæ & similia. Laudantur quæ urinam ciunt, uinum album, tenue, nullarum uirium. Dulciaria uiranda sunt: Ophites siue candidus siue nigricans, capitis dolores sedare adalligati dicuntur. Reliqua cataplasmata, apophlegmatismi & errhina mox dicentur: hinc ad hæmicraniam transeamus.

De hæmicrania capitis dolore, Cap. XI.

Hæmicranici nonnulli in cute tantum dolorem sentiunt. Alij in interiore parte acuti, in dextris, aut sinistris, in longitudine capitis secundum mediam suturam cerebrum diuidentem. Inter reduces quoque morbos & iste annumeratur, et per certos periodos hominem affligit. Ex uarijs enim causis oritur et iste, uaporibus, humoribus, calidis, aut frigidis, aut uento inclaso. Nam & ex ore stomachi cholericò humore impacto: uel alijs membris, sicut ex icore: sed hæ causæ uarias notas, de quibus iam dictum est, ostendunt. Si extenduntur membra cum quadam leuitate continua, spiritum inclusum patefaciunt. Punctio ac mordacitas cholerae feruorem indicat: sicut sanguine grauitas cum caliditate, & oculorum rubore. E diuerso è phlegmate notæ sunt. Nam ex toto corpore quandoque ad membra suprema atolluntur tum uapores tum humores, sicut ex ebrietate & remulcra euenit:

Causæ huius morbi

uel aromaticum nidore, sicut sapius ex styrace, uel myrrha, uel similibus. Huius quoque doloris causa est, quoniam membranarum interiorum cerebrum tegentium nimia est sensitiva potentia, quæ de facili à supradictis causis offenditur. Quidam etiam secundum tempora dolentibus musculis ita conflantur, ut manum impositam non patiantur.

De curatione hæmicraniorum, Cap. XII.

Curatio huius morbi est diuersio, euacuatio cum digestionem materiarum, & rectificatio membrorum demandantium: & quæ caput demum confirmant disponenda sunt. Itaque ut in cephalicæ, considerandum est an æger sanguinis missione indigeat, aut uentris deiectione: dein ad reliqua morbi peculiaria auxilia, frontis dimidiam partem perfricando, aut tempora, manu uel linteolo, ante paroxysmi accessionem. Sed dolorem sedant à causa calida, tum infrigidantia, tum leuiter calefacientia admixta, & cum ijs, ex sententia Galeni, quod habeat stypticæ uirtutis portionem, quod remedia corroboraret. His obest aeris calidi ac sicci qualitas, sicut & Aquilonis uolentia, loca plana quoque, & humecta, qualia uetusta concamerata ædificia. In cibis omnia acra, & aromata. Lac nocet, legumen, ius pingue, uua, sici recentes, poma, & similia. Et quæ uiscosa traduntur, ut pilces, quales anguilla sunt, & murex: salsa quoque nocet. Exercitationes uehementes, tum studia nocent, à cibo præsertim. Abstinencia & fames damnantur: sicut & uini crapula. Somnus & quies profunt: sicut & animi securitas. Ante accessionem uero circa Idus Septembris digesta materia cum syrapi rosati. ʒ. i. acetosi compositi ʒ. s. cum aquis cichorii, absinthij, acetosæ omnium ʒ. i. atq; his catapotijs repurgetur: pilularum cocciarum de radice barbara uel pontica ana. ʒ. s. cum nitido rosarum uel earum succo in diluculo assumantur, post quintam horam aquam hordeaceam bibat. ʒ. ʒ. post horam cibum assumat. Rursum materiarum reliquias pari modo digerat, & repurgetur siliquæ ægyptiæ succo drachmis 7. radice antedictæ. ʒ. i. spice grana ʒ. s. salis fossilis uel indici, gran. ʒ. s. feri caprini quantum satis sit ad potionem liquadam pro aurore diluculo, Circiter quoque Idus Martias: Antithodo rosarum. ʒ. antithodi indici. ʒ. ʒ. ex uino albo propinandum mane dabis. Pilula quæ toto anno tuetur ab hæmicrania: Aloës. ʒ. ʒ. radice barbare, agarici ana. ʒ. i. diagridij obolū, mastichis, rosarum, sem. acetosæ, feris, gingiberis, spice ana. obolum unum, salis indici duos: ex succo feris & maior. nre tertia parte contrita & admixta, solis uapore torreantur, ac denuo, terticq; admisceantur succi, bis hebdomada ex ijs pilulis assumantur ternæ, ante cœnæ tempus. Secundo à cœna totidem dormituri deuorent, stomachi uires & icoris cerebri que iuuant, & à dolore certo remedio tuentur. Bregmati eodem tempore hunc pollinem superinjciunt, spodiij, collorum rub. labruscæ, coriandri præparati, ana. ʒ. s. macis, rosarum, ana. ʒ. 2. contrita imponuntur, terni hebdomada, mane pectine aut feris porcinis puluis admittitur. Errhinum quod plurimum iuuat: Anagallidis flore cyaneo succi. ʒ. i. & radice betæ succi. ʒ. s. ex hydromelitis. ʒ. ʒ. id tepens naribus infunditur bis quaternis diebus. Id quoque sternutamenta si auocat prodest. habet gith. drachmam 1. florum rosmarini obolos binos, ellebori al. obolum. 1. in farinam redigantur, quæ naribus admota, per sternutamenta pituitam concitabit.

Medicamenta ad hæmicraniam, Cap. XIII.

Habet piperis albi, croci, ana. ʒ. 2. euphorbij. ʒ. s. Id probatur quod recens est, uetus flauescit, ob id duplum ponderis requirit, simi columbaci ʒ. l. ʒ. s. atramenti iuto. rij. ʒ. 1. Trita aceto acerrimo in mellis modum temperetur, hoc ungentes frontem dimidiam cum tempore. Aliud quoque in cephalicæ ueteri utimur, habet croci. ʒ. 15. cacanthi. ʒ. 1. aluminis scissilis, myrrhæ, opij, omphacij, calcitidis, ana. ʒ. ʒ. s. gummi. ʒ. s. trita uino salerno, cogitur in pastillos, qui aceto diluuntur ad usum. Aliud, scamoniij, cauliculorū hedere ana. ʒ. 6. croci. ʒ. 2. sulphuris uiri. ʒ. 4. sem. anisi, apij ana. ʒ. 8. cū succo ocimi, trociscos composito, qui cum rosaceo illinuntur ad usum. Aliud in quo thapsia ʒ. 2. euphorbij ʒ. 4. opij ʒ. 3. myrrhæ, opopanacis, ana. ʒ. 1. contrita in pastillos composito, cū aceto diluatur, et imponantur fronti. Ex simplicibus, euphorbij. ʒ. 1. cere. ʒ. 3. olei sabini. ʒ. 12. mixtis frontem ungitur & tepus, ante balneum, & pest. Sed in calida causa non idoneum est. In autem præterea oleum in quo euphorbij adiectum sit, si infunditur, iuuat. Id hoc modo componitur.

ponitur. Olei. 3. 12. euphorbij recentis. 3. 4. uel. 6. si elaguitat in corpore plurimum sensifico. 3. 3. tantum uel minus, medicamen tutius prestabit. Id enim naturali quadam dote hemi cranicis prodest. Vel aceto temperatum, si tempus dextrum doleat, sinistrum inuigito, ac e diuerso, nam confectum dolor sedatur. In caula calida peculiariter ualent cocleæ, & terra intestinalia: sedat et testudinum fluuiatiliu sanguis instillatus. Et cinis lanæ succida leuat dolorem: & murina pellis cremata, ex aceto illito cinere.

Euphorbij uir-
tus contra hemi-
craniam.

Alia curatio cephalæ & hemicranie, Cap. XIII.

SI a sanguine malū ortū est, post sanguinis, ut dictū est, missionē a cubito, uel cephalica uena, rosaceū cum aceto capiti infundunt, niue prius refrigeratum, si opus est. A uino & carne agrum abstinere necessum est: cucurbita uel lactuca in cibo profunt, & rhoiō in potu: pruna utilia sunt, quoniā uentrē molliūt. Quidam balanorū croceorū & prunorū decocto poriones dedere cū saccharo, et sincipiti fomenta imponūt ex semine aristalthæe integro, ex aceto cocto, aut psyllio. In cholericā causā digestā materiā deducunt cathartico, oleum q̄ uiolaceum narib. infundunt: aut ex nymphaea. Sternutamēta profunt, de quibus mox dicemus. Caput tonderi ad cutē oportet, ac frigida perfundi. Odorata profunt, rosa, uiola, nymphaea, & similia. Si hæc non iuuant, opij & camphoræ momento in aures ac nares utiliter conijciūt. Si ijs contrariæ notæ sunt, phlegmatis causa est, præsertim si morbus longus est. Tum digesta materiā pilulas damus, quæ phlegma a capite deducant, quales coccias appellamus, uel a cibo, & clysterem uehementio rem infundimus, qui ab intestinis, mesenterio, & a cauo iecoris extrahit ex Galeni dictis. Tū cataplasmata capiti imponimus excalefacientia, & odorata naribus infunduntur, qualis est muscus, euphorbiū & castoreum oleo diluta in aures & nares conijciuntur. At ubi cholera feruet, id emplastrū fronti & temporib. imponimus, ex semine lactucæ, strychni succo, rosā rubente, ac opij plusculo, ex aceto & aqua rosacea excipiuntur. Aliud, Rosarū, uiolarum, nymphae, papaueris albi, sandalorum ramēti, lactucæ, cucurbitæ & cucumeris corticis ramenti, in aqua decocta capiti imponuntur: uel cum farina hordei polentæ modo. Alij hyo cyamum, portulacā, semperuiuum addunt, uel mandragoræ radicem. Alij decocta ex aqua & percolata capiti infundunt. Aliud, sandali albi, sarcocollæ, ana. 3. 1. opij obolos 2. cum lactucæ succo uel semperuiui, aut intubi, aut arno glosæ, adde camphoræ exiguum, aqua rosacea cum aceto naribus subdita, odore confert, adde opij paulū cum nymphae oleo, uel uiolaceo, & lacte mulieris quæ foeminam peperit, narib. infunditur. Aliud, aquam semperuiui, cucurbitæ, strychni, olei nymphae, lactis muliebris æquo pondere, adde caphoræ momentū, id naribus utiliter infunditur. Aliud quod putant efficacissimū, cancrum fluuiatiliū coctum, & diligenter tritum, refrigeratum q̄, cū oleo scilicet cucurbitini, aut uiolacei, aut rosacei naribus supposita olfactu subueniunt. Extremorū quoq; ligaturæ ex fascijs. Vel si pedes macerentur in aqua tepente, in qua uitis folia & harundinis, uiolarum, rosarum q̄, & similia efferbuerint. In potu uinum granatorum prodest, aut oxyachanthi, uel tamarindorum si in aqua infundantur, aut coriandrorum præparatorum. 3. si conterantur ex syrupo rosaceo, aut uiolaceo. In cibis cucurbita, lactuca, spinachium inter hortensia quæ aculeatū habent semen, simile tribulis: & beta, item pisces saxatiles: Inter fructus mala dicta granata non nimum acuti saporis: & poma quoq; persica, pruna, & mora submature scientia: uel niue refrigerata si opus est. At fere omnia contraria in phlegmatis causa requiruntur. Inter cataplasmata id a Galeno laudatur, habet castorei, euphorbij, piperis, sinapis semen, styra cis, rutæ, æquis portionibus, ex marrubij succo, uino q̄ in pastillos digeruntur, qui exiccati oleo nardino digeruntur, ac fronti illinuntur. In eo casu bibere uinum non austerū laudatur. Si morb. per seuerat æger in balneū descendat, ubi sylleo aut syncheli superne infundatur aqua, in qua chamomila, sampsuchus, stœchas q̄ decocta sint. Dolor qui inedia contingit, accepto protinus cibo superatur. In uetusto dolore hæc cōmunia sunt remedia, sternutamēta, frictions, gargarisationes, quos apophlegmatissimos uocat Græci, cucurbitula q̄, de quibus statim distinctius dicitur: uel ex naribus sanguinem uel aquas ducere, et in fronte uel occipitio partes exulcerare, uel pustulas excitare. Præter hæc inuenitur & doloris aliud genus, quod & longū est, ubi humor cutē inflat, ea q̄ in tume-

A cholera orta
remedia.

Remediorū rati-
o si a phlegma-
te.

scit:

scit: & prementi digito eedit, ὀλοκὴ φάλαξ Græci uocant. Primum caput tondendum est. Deinde uenter & iuperiora repurganda sunt, uictus tenuis esse debet, uiniq; non mra cis exiguum insudare oportet, exercere, uehementer perficari. In quo casu & que urinam mouent danda sunt. Cuti medicamentū exulceratorium uel causticum imponendum uel scalpello cutis circuncidenda. Hinc ad reliqua cōmunia remedia transeamus.

Asclepiadis remedia ad recentis capitis dolores, Cap. XV.

FOLIORUM rutæ recentis, mēte, peucedani, iridis, ana. 3. 4. seminis ocimi. 3. 8. sem. papaueris nigri. 3. 4. aceti diluti sextarium, ad dimidias feruefiant partes, colato, & cum rosaceo permisceto, hoc fomento frequenter caput fouebis. Aliud: amygdalarum amararū, abiecto cortice, florū agni casti, radicis peucedani, mēte uiridis, & rutæ quoq; baccarum lauri sine cortice, spodiij, serpilli, castorei, ana. 3. 2. rosarum. 3. 4. aceto redacta in farinam, dilue, adde ceram quantum opus est, linteolo emplastri modo capiti extenditur, cuti abrasa, singulis dieb. mutabis. Aliud Antonij: Habet peucedani succi. 3. 16. opij, anisi. sem. hyoscyami, croci, scamonij, mirrhæ. ana. 3. 4. contritis ex aceto trochiscos cōformabis: qui in umbra arefieri debent ad usum. quum opus est ex aceto dilutos fronti imposito, temporibus. in febrī ex aqua temperabis. Aliud Alexandri, continet radicis peucedani. 3. 4. uel succi. 3. 2. croci, myrrhæ, opij, ana. 3. 1. ex aceto coguntur in trochiscos, quos ex aceto quum opus fuerit dissoluito & illinito. Aliud Antigoni: Baccarum lauri, seminis agni casti, rosarū, ana. 3. 2. rutæ uiridis. 3. 2. contrita ex aceto in unū colliguntur. Et cū rosaceo & cera nouacula præparata cuti capiti linteolo impones in sequentem diem. At in magno cruciatu post fomenta lini seminis farinam cum rosaceo & lana succida caput circūligato, mire enim dolorem sedat, milium q̄ in sacculo impositum iuuat, salis fomento: cum grauitate queritur æger.

Quæ pituitam ex ore ducunt & quæ sternutamēta ciunt, Cap. XVI.

INTER opportuna remedia, quæ inter cōmunia auxilia numerantur, sunt quæ ore saluante pituita euocant, magno quandoq; impetu, ut in Gallico morbo qui dicitur hæc conscriberem orbem pene crudeli tæbe afflixit: trahunt sinapis et hyssopi decoctū cum sapa, aut staphisagria trita cum pipere, uel eadē per se cum melle. Apollonius ex parabilib. remedijs: radicis betæ succū in nares infundito, sedat quoq; dolorem dentium, inter Errhina: Aliud: cymintū quantum ternis digitis capitur, myrrhæ fabæ magnitudine, et interioris cucumeris syluestris, duplicato modo, trita lacte muliebris permisceto, collyriū facito, quæ arefacta & in nares coniecta, tantū contineri debent, quantum quis quingentos perambulabit passus, deinde eximito, mire enim & dolorib. aurium prodest. Aliud Asclepiadis errhynū longos epiphoras & comitiales morbos sanans. Habet gith. 3. 8. salis ammoniaci. 3. 1. elaterij. 3. 1. trita quā diligentissimē, oleo sicionio cōpones uel cyprino uel irino ad mellis spissitudinem. in pyxide cornea seruabis, eo inungito interiores nares. Aliud: Ciclamini aridi. 3. 8. iridis. 3. 2. nitri rubri. 3. 1. in farinā redigito, per nares sursum spiritū trahitur, deinde humorem colligito fluentē. Aliud quod sternutamēta facit caput repurgans, habet cimini Aethiopicij, piperis albi, struthij, castorei, omnium pares portiones: cribrata in pixide ænea reponito ad usum: naribus pollinē indito. Aliud, gingiberis, struthij, piperis albi, castorei, ana. 3. 1. Aliud, uertiginosis & comitialibus, habet ellebori albi. 3. 4. struthij, radicis cucumeris syluestris. ana. lb. 2. struthij. 3. 2. castorei, acori, nitri flauij, cimini Aethiopicij, ana. par. 1. euphorbij par. 5. Contrita in farinā seruabis. Aliud quod cōmanducato pituitam cit, habet piperis albi, organij, staphisagriæ, ana. 3. 2. cum passula cōmanducato, uel sicu sicca pingui, adaperto ore caput deorsum flectito, pituita ex ore incessanter profluat. Medicamentū mordacitatem sedabis, si in ore aqua frigida contineatur. Aliud, staphisagriæ, pyrethri, piperis, hyssopi, cardamomi æquales partes, eodem modo facito. Aliud, errhinum, euphorbij. 3. s. capsæ, iridis, ana. 3. 1. mellis decocti. 3. 1. s. succi radicis betæ, quantum satis sit ad cogenda, erui magnitudine ex aqua diluitur, & naribus imponitur. Aliud saponē dilue, cum succo radicis betæ, uia & palatū ungit. Aliud: staphisagriæ, organij, ana. par. æquales, nitri exigui, trita & cōmanducata expuio, & oris hiatus pituitam finito fluere. Elateriū per se illitis naribus sine molestia trahit choleram e naribus, copiosius si peluū aquæ plenum calefactæ ingrediatur æger ad iugulum usq; erui

erui magnitudine in muliebri lacte temperatū. Addunt alij in ijs que cōmanducantur agaricum, carpsiumq; quam cubebam uocant, alij ex neotericis cum anagallidis succo, que cyanum fecit florem, uel hederæ succo.

De Vertiginosis.

Cap. XVII.

Vertiginis
causa.

Vertigines ex iisdem ferme causis oriuntur, ex paruo quodam initio ad magnum acumen euadunt, & cum perseverant, comitiales morbos, uel apoplexiam prænunciant: aucta enim materia, cerebri uentres, ac eorum uias haud difficulter obstruit. Ex solis enim uapore oritur, uel si quis in girum diutius uerteretur, aut rota circa agere tur, uel si fluminis rapidi cursum intentius despiceret, uel ab alta turri, summisq; iugis in profunda contueatur præcipitia cerebro infirmiore. Hoc uitium interdum ab ebrietate, & ab ore stomachi concipitur. Archigenes ab imis quandoq; hypochondrijs oriū cernit, aut, ut alij credunt, uulx uitij. Vel suapte natura cerebrum infirmum damnati habitus uetum inter sua spiramenta prognerat. Ex humoribus quoq; omnibus fiunt, sed plurimum ex phlegmate, rarō ex cholera & atra bile: ex sanguine interdum. Ex caliginoso saepe spiritu contingere uidemus, sic & oculorum obscuritas uel obtusitas euenit, quoniam uapores caliginosi ad eorū neruos attolluntur, permisceturq; unde uisibiles species obumbrantur, uel obtunduntur: uidendiq; illa uis diuina corrumpitur, eam ob causam in tenebris detineri creduntur: & pro humoris uaporisq; ratione, uaria rerum imagines aut tenebræ uisuntur, uel scintillantes, uel quædam lutea uel subrufa, uiridia, uel alterius coloris, & in aere aquosa inundationes, uel cadens pluuia, ex uaporū copia uisibili spiritu cōmixta. Inde etiā in auribus tinnitus continuū, & audiendi difficultates. Alius etiā nil reddit, nec uentum quoq; urina tenuis est. Que omnia uertigines antecedunt, quib. omnia in girū uerti rotariq; uidentur, ipse æger in medio ueluti positus, reliqua in orbē attolli arbitrat: ita quod & cerebrū pariter circumuolui credatur, ut nisi ab alijs contineatur in pedes facile in terram delabatur. Quoniam humores, uapores, spiritusq; caliginosi animali spiritui cōmixti uentur: quibus cerebrum & reliquæ capitis partes, ueluti rota, obiter uersari creditur. Neque enim uis sensifica aliud fieri arbitrat, quam quod obiectui uel eius formis occurrit, uapor scilicet aut uentus turbinis modo circumactus, in anteriore cerebri parte ubi animales spiritus, eodem circulari motu secū trahit. Vnde potentia sensifica pari ratione immutatur. Sicut concussio uasē uitreo aqua circumuolui uidetur, ita ex motu obiectorum mouentur instrumenta, quorum motu mouentur organa, ex quibus immutantur potentie, unde licet obiectum & ipsius immutatio sit interior, sensifica potentia falsō motum in exterioribus arbitrat: propterea & sensus exterior pariter corruptus est, quia se uidere putat quod non est. Itaq; ipsius uertiginis uitium tam imaginariæ potentie, quam tangendi sensui attributum est: cuncta enim rotari ante oculos creduntur, uel circumferri falsō adiudicatur. Ab oculis per neruos uisuos ad uentres cerebri interiores, & contra imaginariæ species ultro citreq; deferuntur. Sed ex ponte in aquarum cursu diuersa ratio contingit acius intuentibus, rapitur enim spiritus uisuos ab obiecto rapidi cursu, contra nitente spiritali ui, potentem & seipsum contra cursum fluminis trahi uidetur. Si enim præcordiorum uitio uertigines acciderunt, aurium præsertim sonitus & tinnitus, & capitis grauitas, antecedunt, uel olfactus obtusi sensus. Ex ore uerō stomachi affectum, cordis tremor nauisq; prænunciant. Ex cholera et atra bile, æger insomniculosus est, & lamiarum occurrantibus lacessitur, alijsq; mentis alienationibus: nam & oculi eorum sanguinolenti cernuntur, ad insaniam paratioris sunt, sicut purpurei ad comitiales morbum. Ex uulx abscessu uel aliorum membrorum, dolor cuiusq; partis indicat.

Vertiginum curationes.

Cap. XVIII.

Vertigines eas, que σκοτόδυνα ή σκοτόδλωή à Græcis uocantur, latini appellauere, quoniam uorticosa & rotatilla quædam, ut dictum est, circumagi uideantur, ita ut affecti occasione parua succedant. Ex quibus, inquit Galenus, plurimos sanatos fuisse, post aures præfectis arterijs, ita ut ora non cohæreant, experimento interdum fallaci, quoniam nocens humor per uenas multo maiores per colli interiora subeat: Sed cum plurimum ex frigidis & lentis humoribus in cerebrum deuocatis oriuntur uertigines.

Oculorum ob-
scuritas & falsas
laces uaria re-
rum imagines
uident

uertigines. Quidam in morbidis corporibus ex cubito sanguinem prius mittere suaserunt: ita & in naribus, cruribus, circaq; colli partes, cucurbitulas salutaris prædicauerunt. Si parotides uenæ non turgent, ex uena capitis sanguis mittendus est. Deinde ueneris deiectiones laudantur. Alij post aures sanguisugas exhauriendū sanguinem collocari docuerunt, que omnem ferè uertiginis causam leuant. Alij cucurbitulas uertici imponunt, si à uaporibus uento que malum oriatur. In longis uertiginibus in medio sincipitis, quod βήρυλλος uocant Græci, ubi suturarum compitum efficitur, inurere, summum remedium est, unde caliginosus uapor ac humor pestifer educitur. At si bilis in causa est, uomitoria medicamenta profunt, uel aluum ducere. Vbi stomachi tædium affuerit, uomere necesse est, uel catapota damus, ijs utilia, laudantur quas officinæ uocant aureas pilulas, uel coccias, quibus composita materia detrahitur: ternæ uel quaternæ uel quinæ dantur summo mane. Cibum neq; calidus, neque frigidus, aut uiscosæ materię esse debet. Si in cerebro materia sita est, coccie pilule dormituris dantur, uel sæpius quoniam materia inde educunt. Sed ægri uires ac proprietates consideranda est, ob id hieras damus cōmixto agarico: si dolor quoque capitis affuerit, rosaceum & acetum infunditur. Gargarizanda damus que picuitam ex ore ciunt, uel ex naribus sternutamenta euocamus: erthina uocamus, cucumeris syluestris succus cū aqua malla ubi decocta sit maiorana, subditus. Prodest xyloballam un saccharo conditum ante coenam præsumptum ternis horis: aut balani croci conditū: uel anisum ipsum excalescunt, naribus subditum, uapore miræ confert, aut ceruici impositum sacculo, nam cephalicam & uertigines frigiditas leuat, Dioscoridis & Galeni testimonio: coriandrū quoque præparatum cum saccharo, à cibo manducatum prodest. Melancholicæ quoque uertigines suis medicamentis curantur. Sed unam quamq; materiam prius digerere necesse est. Profuit in eo affectu & clystere uehementiori aluum sollicitasse hiera colocynthide, uel similibus auxilijs. Ex simplicibus facul naribus, hæræ nigra succus naribus iniectus ualet, & cuminum satiuum cum aceto illitum fronti, uel naribus subditum, sicut de aniso diximus. Anisum idem trium digitorum capru cum semine cucumeris & lini, pari mensura cum uini albi cyathis tribus, contra uertigines bibitur parthenion cum aceto, uua passa & pipere. Dare quoque in portu consueuit antiquitas elleborum, eo quo in melancholicis modo dicemus. Nam & uertigines melancholicas rhecoma curabat ueteres. Testes castrorum cum semine uiticis triti ex aceto, aut rosaceo ad crassitudinem mellis, perunctis profunt. Inter compositiones quibus recentiores utuntur, efficacissimè ualet antidotum anacardinū ex mulla danti. 3. pondere uel ex aqua maiorana. Hermetis quoque hiera præstantissima est. Ex his constitat, chamædris, gentianæ ana. 3. 9. aristolochiæ rot. 3. 2. s. ruta th. 1. trita & cribrata cū melle th. 10. despumati ad unitatem redigatur. Hoc antidoto frigidæ stomachi distemperantia, cerebri item & neruorum omnium 3. duum pondere ieiunis datur. Aliud quoque succini magnum cerebro prodest, omnem oppilationē aperiens, dormituris datur. 3. uerum fermentari prius necesse est. Aliud in quo epithymi 3. 10. scamonij, marrubij, stœchadis, myrrhæ, ellebori nigri ana. 3. 4. scyllæ tostæ, euphorbij, aloes, croci, gentianæ, petroselinij, ammoniaci, opopanax ana. 3. 1. polij, cinnamomi, sacopenij, spicæ, floris iunci calamenti fluuiadlis, aristolochiæ longæ, ana. 3. 3. At gummi in uino austero macerentur, reliqua contrita & cribrata cum melle despumato conficiantur in antidotum. modus est ad drachmas tres ex mulla.

De Phrenitide ex pluribus autoribus.

Cap. XIX.

Phrenitis ex acuta plurimū contingit, circa cerebri membranas, mentis, intellectus, imaginationis, cogitationis, memoriæq; uires uel comminuit, uel distrahit. Rarō autem hic morbus à febris oritur initio: cum plurimum à quinta die uel sexta uel septima, nona item. Sed mira in eis uarietas, quibusdam, cæteris sensibus illatis, perperam imaginari uidetur: aliquibus imaginaria uis salua est, ac memoria, sed ratio prorsus nulla relicta est: nonnullis imaginarijs sensus seu phantasticus cum ratione offenditur, conseruatur duntaxat memoriæ potentia: ij sensus locorum ordine dirimuntur quibus comprehendimus, iudicamus, & ratiocinamur. Cum igitur in his affectibus, spiritū uideris difficulter trahi ex imo pectore, præter consuetudinem, & suspitiosum ægrum, uideri non le-

Phrenitidis mi-
ra uarietas.

b uia acci

via accidentia dijudicabis, quæ cerebro imminet. Quoniam quæ in febribus mentem immutant, cum plurimum ex alijs membris cerebro connexis eueniunt, raro in essentia sui inflammatio contingit. Tum phrenesis calida dicitur ex flaua bili uel sanguine à Galeno, ex qua perniciosissima accedit febris, quoniam apostematis accidens est, & delirium dicitur. At ab alienatio uocatur, cum caliginosi fumi feruentes, cerebrum corripunt, & rationem immutant, quoniam stomachus & cerebrum in sympathia conueniunt: sicut & phrenes, siue præcordia, cor, uulua mulierum, addimus & in pueris uentris animalia. A capite enim ad stomachum non exiguus nervus pertinet, quo os stomachi cæteris membris sensibilius redditum est. Ob id in capitis uulneribus, aut fracturis, si membrana continguntur, cholericæ semper redundationes sequuntur. In uulua quoque uulneribus ex quibus contractiones sequuntur, intellectus confunditur, oculique radicitus dolent: sic & suppressis mensuris, aut in utroque sexu hæmorrhoidibus. Vnde necesse est, inquit Galenus, cum calidum abortum fuerit apostema in nervosis membris, alienationem mentis sequi: ex quibus calor continuus, humores, fumique putres, aut caliginosus uentus, siue crassior, siue tenuior per nervorum nexus ad cerebrum deferuntur. Crassi enim humores si in cerebro coaceruantur, essentialiter ledunt, quoniam simile membrum est, nam & immutant. Nocent & officialiter, si pororum transitus obstruunt. Etenim si melancholicus fumus, siue tenuis sit, siue crassus, ad cerebrum irrepserit, mentis ratione melancholica symptomata sustinet. Et si à corde uel præcordiis corrigentur, Galeno teste, non capiti auxiliâ, sed thoraci ingerimus. Phrenesis itaque alia calida est, alia frigida, illa ex nimia siccitate & caliditate, hoc est, cholericum humore, progeneratur: ex qua, sollicitudo, angustia, uigilia, languor, ex mala habitudine substantiæ cerebri. At frigida phrenesis, quæ lethargia uocatur à Galeno, siue mentis stupor, ex nimia humiditate & frigiditate oritur simplici siue commixta: tum somnus grauior fit: quia membra humectat, & congelat, unde corporis actio & operatio destruitur, ueluti ex medicamento somnifero, quo non somnus modo, sed torpor, & resolutio in uniuerso corpore generatur. Nam quod tantum humectat, somniferum meritis dici debet. Quod autem sensum obtundit, & congelat, non soporiferum est modo, sed & doloris mitigatum, quoniam sensum & motum in nervosis membris obtundit. In phreneticis enim animalis spiritus exagitur, qui in somno requiescere solitus est, naturali humiditate, uel humectante cibo, uel multo uino, aut balneo, aut lassitudine: uel si humiditate capite repleto, grauiori somno prematur. His e contraria, hoc est calida & sicca, morbum efficiunt phrenesim, quo corpus in opere & actione fortius efficitur, quoniam nervi, chordæ, lacerti, ligamenta, quanto sunt sicciora, tanto fortiora, præterquam in postrema siccitatis distemperantia, qua membra perniciosè contrahuntur. At insana audacia ex flaua bili oritur, concocta melancholica, dicta leonina, cum febris, uel sine febris. Per se melancholicam excitat mentis & hæmorrhoides, si importunè substituerint, ex melancholico habitu, uel cibis crassis mali temperamenti, leporina carne, suilla, bubula, hircina, asinina, camelina, conchis marinis, & cæteris omnibus, brassica, lente, caseo ueteri, hisque similibus, quibus melancholici humores in humano corpore congregantur. Et quoniam phreneticos angit uigilandi anxietas continua exhausta uaporum dulcium irrigatione, quibus somnus efficitur, oppressis primi sensus interioris meatibus, arterijsque, quas sphagittidas uocamus, quæ si leuiter obstruuntur, sopore animal corripitur: alioquin apoplectici corrumpunt moribundi. Phreneticos itaque alios dicimus: alios uero paraphreneticos, qui mitius trahuntur, raroque nisi in accessionis impetu desipiunt, & aliena loquuntur: nec hic affectus pestifer habetur. Ieuato enim paroxysmi statu, protinus mens redit. Vidimus quoque quosdam in tertianis periodis desipientes, citri succo, aut uix acerbæ acore protinus rediisse. Sed ad phreneticis signa transcamus. Huic febris continua, ac acuta semper superuenit, aut contra: nam altera alterius affectus est siue + accidens, capitisque dolor committatur, oculorum grauitas, ardor ac rubor faciei solis luminis que claritas hos offendit: uenarum pulsus inges, citatus, ac frequens. Ex sanguinis uitio ea sunt, sicut à bili lingua aspera, nigrescensque, immodicæ uigilia, faciei pallor ac oculi felle suffusi, sitis uehementior, inquietus animus, frequens anhelitus, habitudo tenuior, pulsus citatior ac frequentior, mentis alienatio com-

Medicamenta stupefacientia.

Quare phrenetici robusti.

Melancholia unde generetur.

Nota phreneticis.

et al. accidentis.

tio comunis nota est: in illo urina densior ac magis purpurea, in hoc alba est uel tenuior, aluus astricta: quæ si perseverat, & reliquæ notæ magis intenduntur, continuaque alienatio fiat, mors præsens est, eoque magis si ira, iurgia, contumaciaque cum quadam indignatione audiatur.

Curatio Phreneticis,

Cap. XX.

IN eo periculoso affectu, nihil utilius sanguinis missione ex uena capitis cephalica dicta, si uires sunt, ætas, anni tempus, constitutioque, ac sanguineus habitus, ad animæ usque defensionem, censemus: sed regionis quoque ratio habenda est. In ea causa alij à ralo utilius extrahunt, in fœminis præsertim, quando materia ad longinquiora distrahatur. Possi donio autore pueris inter scapulas cucurbitulas imponunt. Quarto die ægro parcendum est: interea malorum granatorum succum mitiorem cum uel syrupo damus bibendum, prisanam, aut alicæ cremorem, siue crassitudinem, hisque similia pro ætate, sexu, regione, tempore, & ægri consuetudine: at si uenter astrictus est, roris syriaci potionem, quam manna uocant. 3. 3. aut siliquæ ægyptiæ atrum succum. Ego tamarindos admiscendos putauerim, quoniam emolliunt aluum, & refrigerant. Qualis sit siliqua ægyptia à posterioribus celebrata in libro de Pestilentia, hanc cassiam siliquam falsò appellari diximus, pollicari crassitudine, rufescit aut nigricat, brachiali longitudine, succo dulci, septis semina, cæteris siliquis similima, distinguuntur: sed crassiora: arbor nucem iuglandem æquat, folijs haud dissimilibus, uerum crassioribus siliqua ipsa officinis familiaris, uel infusionibus apta: uentrem emollit, si pransuris aut cœnaturis detur, horæ ante cibum spatium, antidotum admiscetur. Dum hæc conferberemus, in condimentis cum saccharo ad usum seruatur, eodem modo datur, ita siliqua in aqua maceratur septembris mense, eodem modo aluum soluit, sed gustu gratior: quandoquidem saccharo turgescit, ad id exilior ac tenuior siliqua deligitur: Damus & prunorum dulcium antidotum. Si ægro ea ingrata sunt, clysteribus uti oportet cum betæ decocto, salis drachma, olei sesamini. 3. Alij hordeaceam infundunt in qua mixta. 20. & ziziphæ totidem decoquunt, addito sale exiguo, & siliquæ atramento ad. 3. 10. addito uiolaceo oleo: si ea uentrem emolliunt, glandes ex melle, addito sale trito, in aluum inditæ profunt. Si ijs morbus non cedit, & uires consent, è naribus uenam soluit, uel quæ in media fronte sita est: aut sanguifugas imposito uel post aures, alij uenam inter indicem & pollicem secant. Exinde, capillos ad cutem succidunt utiliter, quando cataplasmatibus opus sit ex rosaceo, aceti stilla addita, si uigiliae sunt, uel plurimo acetone, si capitis affuerit maior grauitas, adde rosacæ aquam refrigeratam, in ijs lintheoli frustum conijce, & capiti impone: id enim remedium refrigerat, humectat, recreat que cerebrum: & uapores regerit noxios, in quibus tota cura adhibenda est. Vinculisque interea crurum lacertos obstringe, & plantas pedum cofricabis. Per hyemem domi loco tepido, ætate uero frigidior, & lumine irritatus, in tenebroso conclauis continendus est, ubi nulla sit pictura. Damnant nonnulli sanguinem ad deliquium usque dimittere, quandoquidem uires exhaurire facile possit: sicut & niue refrigerata cataplasmata, quæ spiramenta cutis condensant: uel nimium calefacta, quæ inflammationem cerebri congeminant. Nam hyeme calefacta infundimus, uel calidiuscula admiscemus, sicut oleum chamomelinum. In stomachi ardoribus hanc potionem dabis frige factam, quæ ex ijs fieri solet: Cucurbitæ semine, cucumis satiuus, semine portulacæ, acetosæ, uel tamarindorum carne, ex aqua hordeacea & saccharo albisimo trita & cribrata, dissoluta in potu dabis, addes & uinum rhoiton, in maximis ardoribus cucumin rotundum magnum, quem laconicum uocant nonnulli, comanducandum dabis: repurgato prius uentre, uel aquam assati cucumis ex saccharo. Sed citreo malo, quod narratur dicimus, nihil utilius: cuius acrimoniam saccharo iniecto temperabis. In ratione uictus uires & morbi impetum considerabis. Phreneticum & uigilias sedat papaueris syrupus, & cucurbitæ decoctum cum succo seminis deponit, aut atriplicis, uel lactuce, aut amygdalarum recentium succum. Cubiculum uero consperges nympha, rosa, uiola, uicis palmitibus, salicæ, hisque similibus refrigerantibus floribus, pomis, cucumeribus, aut gummi camphoræ nidore, sicamini lachryma. In eodem cubiculo fit scyllenus frequens aqua plenus, uel synchelis desuper paulatim infundens: uel aqua rosacea uasculis circumpositis. Sit cubiculus perflatilis, aquiloni conuersus, flabellis lectulus saltè perflari debet: linthea odorata, munda, non complicata sub mem-

Commoda phreneticorum habitatio.

bris ægroti. Absit scurra & dicacula mulier, & uisitantium tumultus uel frequentia, & inimici inuisa præsertim facies. Si uehementior amentia fuerit, caput perfundes oleo in quo papaueris capita incocto sint: & sopifera naribus subijciantur: aut mandragoræ poma olfactu profunt. Alij capitum papaueris farinam lingue mensura in potu dedere, plus minus uel pro ægri uiribus. sed morbi uigor cauendus est, quoniam medicamenti uis soporifera in eo morbi statu quietem in somnum intempertiuu rapit: tumq; febris insurgit ualidior. Salubrius id medicamen adiudicatur, si & rhodomelitte admixtum fuerit, uim enim reprimat, & aluum subducit. Datur quoque utiliter in paroxyismi statu ex aqua in potu. Ob auxilia nanque stupefacientia, inunctione q; nimium frequentes ex phrenitide ægrotantes in eam quam phrenesi uocamus, nos alio nomine pernitosum lethargum, facile delabuntur. At in longa phrenesi & abalienatione, serpillio & spondylilio ex oleo incoctis, crassiores uapores discutunt. Permanente facie rubicunda, post sanguinis detractio nem occipitio cucurbitula impactam paulisper continebis, & scalpello mediocriter circuncides. Finita febre, ouum sorbile offeres, & alicam, prifana q; demum pullum cohortalem, quando pinguiora nocent, in cibo dabis.

Auxilia que somnum phreneticis conciliant.

Cap. XXI.

Rosa plurima adiecto serpillio una ex aqua decoctis perfuso capite, aut solani succo. Si nihilominus uigilant ægri, aqua caput fouendum est, in qua uiola purpurea, papaueris albi calices, hordeum nudum cortice, lactuce semen, mandragoræ radix, decocta sint: ualētius proderit, si supernè ex scylleno uase guttatim ex alto superinfundatur. Idem bis uel ter in die. Quidam arietinos pulmones statim euulsos admouent seruantesq; diutine calorem, linteolis calefactis superimpositis, ij frequenti appositu iuuat. Qui hyoscyami semina & mandragoræ mala, in sacculo naribus subijciunt, uel puluino suspensa, tutius medicamen exhibet. Qui ea uenena in potu dari suadent, ab Asclepiade & Possidone damnatur: quoniam sæpe in lethargum conuertunt. Syri medici ætate nostra experimento phreneticus ex toto liberatus est, qui cucurbita ex melle coctam in febre assumpserat uniuersam. Prodesse uideo & cucumeris semina. in phrenesi elixir allium laudat Diocles. & succus rutæ syluestris ex aceto illitis temporibus, & capite, idem præstat & serpillium, laurus q; & anisum, infunditur & spodilion. Phreneticos somnus sanare dicitur, quem peucedanum præstat ex aceto, capiti infusum, uel anagallidis succus cyaneo, inquit Galenus, flore. Verustiores pecudum pulmones præferebant calidos capiti adalligatos, & inueteratas herinæ carnes, castrorum testes, cum rosaceo & peucedano peruncto capite. Vigiliis tollit lactuca fatiua, papauer utrunque puluino suspensum somnum facit. Semen iunci, quem tropicè uocant, allicit, sed modus seruandus est. Somnifica uis est mandragoræ, bibitur ante sectiones punctione q; ne sentiantur. Allicit somnum utrunq; aladatum. In uigiliarum remedio monstrantur, panaces, clymenum, aristolochia, & odore peruncto capite, aizoum, siue sedum inuolutum panno fronti q; impositum, anagallidum succus, absynthium item, & corallum utrunq; crematum in farinam contritum, & ex uino potum, aut si febris sit, ex aqua. Somnum conciliat, si extrema colluantur, habet nymphae uiolarum foliorum, papaueris albi calicis recentis, chamomille recentis, singulorum manipulos binos, cum aqua feruefiant & colentur: adde rosam recentem, aut uitis folia, uel aizoum, aut solanum, uel similia. Vnguentum id laudatur, in quo seminis papaueris albi .ʒ. s. sem. lactuce, portulacæ que, uiolarum ana. ʒ. 2. croci. ʒ. 1. olei nymphae, olei ex semine lactuce, florum cucurbitæ, ana. ʒ. 1. adde cere modicum: pedum plantas, manus palmas, pulsus quoque & fronte & tempora illinito, permiscebis succi papaueris albi ʒ. 3. feruefacito donec absumat succus. At in uigiliarum desperatione, ea catapotia constitue, habent opij obolos. 6. galbani, myrrhæ, castorei, piperis, singulorum obolos. 12. ad ciceris magnitudinē satis est deuo rasse. Alia ualētiora, sed stomacho magis nocent, mandragoræ. p. s. apij seminis, hyoscyami. ana. singulorum. p. 4. trita ex uino excipiuntur, quod eiuſdem sit magnitudinis, deuoratur.

De Lethargo.

Cap. XXII.

Quatuor corporis uel marcoris discrimina Græci fecere, hoc est somni inuictum delirium, caros (unde nuceſ iuglandes nomē à Græcis traxere à capitis grauedine) lethargum, morosum, & nothroteta: hoc postremum ueternum est ex humida materia,

teria, caros & lethargus ex frigida, qui memoriā eripit. Morosis uero & memoriā & usum rationis intercipit. Sed de lethargo nunc agendum est, quoniam superiori morbo contrarius inexpugnabilis torpor, cui nisi celeriter succurratur, iugulat. huius notæ sunt, nā clamor ingens lethargicum excitat, cum mentis alienatione, sed rursus graui somno premitur, occipitium, memoriæ & rationis uires infestat, quoniam cerebrum afficitur ex phlegmatica materia intus diffusa. Febricula leuior, non ualde acuta, cum quadam uelut periodi inclinatione, pulsus raro, ac magno. Respirat uero lethargus rarèter ac ægrius. Semper somniculosus, difficulter que excitatur, tum que ægri uocantibus responder, obliuiosus, desipit, ac frequentè oscitat, & aperto ore, non recordatur claudere: frequentius ad mingendum festinat, et accepta macula obliuiscitur. Aluus liquida est. interdum nihil redditur, uel quasi ueterinaria turbulenta demittitur. Quibusdam hypochondrium conuellitur uel indureſcit. & quibusdam tremor oritur, & in extremis sudor. Qui in statu paroxyſmi in lethargum incidunt, ij, teste Possidonio & Archigene, manifestiorè habent pulsum, qui nō sine periodo sunt, pulsum habent minimū, difficulter que mobilem, & experge facti aliena obloquuntur, penitus obliuiosi. Qui uero in periodum incidunt, nihil horum patiuntur, sed cum graui & sublata respiratione in profundum somnum deferuntur, ut stertant, neque referre possunt dolores expressos, aut alia accidentia: quoniam pars rationalis oblata sit, ceteri quietus consopiri uidentur. Dupliciter modo tradunt lethargum incipere: aut enim ex præcordijs, intestinis uel, aut ex cerebro ipso, quoniam ex acuto, ut dictum est, morbo, & a phrenitide præsertim sæpe innascitur uehementior phrenesis: nā medicamina nimium refrigerantia in lethargum contrarij effectus conuertere morbum, iam & si pilulimè ex continentibus febri, uel ijs quas longiores uocamus quotidianas, uel hemiticas, et quartanas: quibus ægri profundiori somno ipso periodo in marcorem inuictum aguntur. De lethargo Galenus hæc pauca annotauit, & animalis actionis esse morbum non dubitauit, quoniam moderatricè ac reſtricem prosternat potentiam. Circa quam terna symptomata in humanæ rationis perniciem uersantur, unde regendi ac ordinandi potestas, aut leditur, aut commutatur, aut ex toto denique auferitur. Auferitur enim, cum mens commouetur, quam lethargia uel taciturnitatem uocant, stupentis rationis initium: cum uero memoria simul que & ratio offenditur, mentis stupor nuncupatur, cuius causa est aut frigiditas ex gelido aere, aut medicamine uenenato, uel ex frigida materia in cerebri substantia coaceruata: uel ipsius membri corrupta habitudine: unde regendi uis perperam ad actiones mouetur, perturbata mente. At in comitialibus morbis secus euenit, quoniam frigidum phlegma cerebri membranas duntaxat obsidet: propterea ij fontici cito, morbo comitiali corripuntur, ac protinus restituntur, peracto paroxyſmo. Alienatio duobus modis contingit, primum, aut enim non bene imaginatur, aut non bene recordatur: sed & in utroque aliquando accidens euenit, auferens imaginationem & memoriā, quod delirium & insaniam uocatur, unde plurimi literas oblitū sunt, & propinquorum nomina & sua pariter, sicut ex certis autoribus habetur, ex quadam pestilentia libertatis, de quibus in libro pestilentie dictum est a nobis. Eadem lethargica obliuio etiamnum decrepitis euenire solet ex immodica frigiditate, que curationem ullam non desiderat. Sanguisuga fronti admota si non adhæret, periculum indicat, atque sternutamenta prouocantia, si excitare nequeant.

Curatio lethargicorum.

Cap. XXIII.

Si fuerit, inquit Archigenes, redundans sanguis, uenam secabis capitis, quam cephalicam uocant, in cubito, & quantum queas, auferes. In eadem sententia est & Paulus, qui si uires nō sunt, inquit, clysteribus uehementioribus opus est. Coclauū illustriori & calidiori continendus est lethargicus: cuius manus & pedes cofricamus, interdum & pilos conuellimus, ut excitemus, nā femora & rura uel ligamus, uel rubicunda medicamentis exulcerantibus facimus, nā femora & rura uel ligamus, uel rubicunda medicamentis exulcerantibus facimus, nā femora & rura uel ligamus, uel rubicunda medicamentis exulcerantibus facimus, nā femora & rura uel ligamus, uel rubicunda medicamentis exulcerantibus facimus. Quod si phlegmatica in eis fuerit materia, danda sunt in potu ea que materia extenuat, & que crassitudinē uiscositatem q; coedunt, quale oxymel habetur: si in neruosa substantia non fuerit uitium, tum apij, inquit Possidonus, feniculi & adianti decoctum damus, similia q; præterquam in febre, donec materia digeratur. In potu aqua mulsa prodest uel ex saccharo albo: esse alioquin nihil oportet, uel iusculi exiguū.

Lethargi signa.

Lethargi generatio prima.

Mentis stupor.

b i guum.

guum. Caput uero radendū ad cataplasmata, atqua caput fouēdum est in qua laurus, ruta, lauri bacca, hederā, & rosa ex aceto imponuntur, ea enim discussoriam uim habet, triduo ea utilia sunt. Sed interea materia purgāda est. ueteres medici castoreū cum scammonio mixtum dabant, recentiores in uetustis lethargicis si uires affuerint, diacolocynthidis hieram dare iubent. Alij cum agarici decocto & hiera post septimū diem. Inter cataplasmata utilia habetur rosaceū cum aceto, ex materia calida. In calida, castoreum, lilia ceum oleum, & rosaceū cum aceti exiguo, quoniam caput & cerebrū confirmant. Pro catochis peucedani radicem, & serpillū in aceto decoctum, cum oleo capiti infundunt. Prodest & irinū oleum, si additur in tremoribus & contractionibus, castoreū cum aceti modico liquatū capiti cataplasma utile facit. Ad hypochondria aestuaria cataplasma id ualeat a principio ex gyri, pane & cydonico malo cocto, uel uitium capreolis. sequenti die lini semen cum gyri & pane, imponitur uel absinthio: althea: q̄ folijs decoctis. Postremo ex hordeacea farina, foenugraeco, & altheae radice, omnibus absinthiū addito. Linteo latiori utriusque praecordia comprehendens, & thoracis partem sub mamis. Ad hoc cataplasmate nuda sine remedio relinques praecordia, sed ea nardino unguento, aut cyprino unguento, ea spiritu inflatur inter cataplasmata cymini ualeat, quod uentum discutit, aut lauri bacca ruta ue, uel similia. Ad duricies uero praecordiorū lomentum fabae; farina cum rore marino permiscebis. Sternutamenta prouocabis elleboro albo naribus admoto, uel struthio & pipere, & castoreo naribus iniecto, elateriū cum lacte prodest, uel cyclaminis succus, uel radicis aridae farina naribus imposita: palatū cum sinapi & melle inuengendū. Naribus quoque sinapis semen contritū admotum ualeat, occipiti demum cucurbitulae admouenda sunt cum multa flama, uehementiores inter primā & sequentem uertebrā ubi atlas, & epistropheus collocatur, & scalpello circuncidenda, mox sinapismū ex arida ficu & aceto superimponitur. Post statum morbi, & inclināte uigore, aeger in balneū deportandus est. Castoreumq̄ singulis diebus interea in portu datur. In balneis membro rum extrema exulceratorijs medicamentis excrucienda sunt ad materierū reliquias educendas. Praestat id fex cremata, sinapi, pyrethri, piper, lauri bacca, calx, nitru q̄ mixta cuti imponuntur. Nam & curandū est, ut excernat, & aliquid assumat, quod tenuis sit substantia, & exiccatis naturae, quodq̄ incidat, quale apij condimentū, uel cyminum, aut piper, columbi syluestris pulli, aut auiculae morānae, perdicēs, ac phasiani, atagenes, turdi q̄: inter olera, petroselinū, apium & asparagus conueniunt: uinum tenue & aquosum sit, albam, subastringētis naturae. Inter aromata cynamomū, zingiber q̄ condita, aut xylobalbanum, aut inter composita diacalamentum, uel diatriopipereon, & similia.

Exulceratoria
medicamenta

Quae somnum lethargicis excitant, & ueterosis. Cap. XXIII.

Somnum excitat silymbriū syluestre capiti infusum ex aceto, album elleborū: ueterosis quā acerrimos raphanos mādere remedium est: excitatur cepis, raphanis, ex aceto aut sinapi, uel ruta syluestris succus ex aceto olfaciendus datur. Semen sinapis aceto mixto adijcitur, & cordylion suffitu medetur: serpillum quoque. Lethargicus expurgiscitur urtica tactis cruribus, magis q̄ fronte. Amygdalae nutes cū amylo & metha & spondylion quoque si capiti infunditur, odore pix prodest. Agni semen in oleo decoctū instillatur. Euphorbium in primis ex aceto naribus tactis lethargicos excitat, peucedani que suffitu. In lethargum uergentibus uituli marini coagulum suffitu ualeat ad olfactum. Odore excitant stromuri in aceto putrefacti, & uituli coagulum adiuuat oboli. p. in uino potum. Haec simplicium remedia subiunximus ex ueterum medicorum experimentis, scimus que affectus capitis plurimos quos diximus, & dicturi sumus, ex his remedia habituros, quibus quotiens opus fuerit, specialius caput occurrat, ne idem sapius dicatur. Hinc ad alia somni intempestiui genera transeamus.

De Caro.

Cap. XXV.

Carus ad lethargum quem soporem Latini uocant, cum mentis quoque alienatione, & totius corporis immobilitate. In eo morbo principales animalis potentiae actiones amittuntur, oculi in nullas partes diducuntur. A lethargo superiori differt carus, quoniam lethargici uociferantibus respondent, nec omnino muti sunt. At in cari inexpugnabili torpore, nec loquuntur

Carus ad lethargum
quid differat

quuntur, & si alta uoce uocantur, non respondent, intentis oculis, uerum punctiones sentiunt. Horum curatio priori haud dissimilis est, uerum uehementioribus opus est, magis attenuantibus & concidentibus stomacho cataplasmata collocanda sunt, quae conferat, hinc ad aliud ueterni genus transeamus.

De Catocho uel catalepsi.

Cap. XXVI.

At aegritudo media est inter phrenitidem & lethargum. Nam & signa communia sunt, amentiae et mentis alienationis species, haec uocauere carochen & catalepsi, ex atra bili accidit lethargo periculosior: uerum in febris illi consimilis est, & aliquando quidem uidentur dormire, aliquando autem immobiles habent palpebras, aut incessanter oculis conueniunt, aut em stitijs & immobilibus intuentur, ut admoto pupillae digito conueniant: obmutescunt, nec audiunt, nec magnis clamoribus respondent: sensu carentes, ferunt autem manus suas ad oculos, ad nasum, caput, aliquid ceu queritantes, puluis languet, deficientibus similes, ex interuallis uehementer respirant. Aluus & uelica nihil reddunt, non excrementorum causa, sed quia sensus intermortuus est, oculis lippitudo concreta cernitur, propterea nec phreneticis, nec lethargicis similes purantur. At Paulus haec de catocho pauca contexit. Pro materiae commixtae exuperantis potentia, manifesta esse signa: ex phlegmate supinus aeger iacet, protensus, facie tumens, ac pallida, ut lethargici, interdum rubicunda, demissis genis ut aspiciere nequeant, infusum per fauces humorem deglutiunt. At si bilis phlegma superat, a lethargicis differunt, quoniam neque tumens facie, nec liuida cernitur ut lethargicis, uerum paulatim sudore diffuunt. Ex his periculosior est, qui uigilijs defatigatur, uel si urina subsistit, uel si haustu ipso aqua e naribus reijciatur. Propterea simplex & nequaquam compositus catochus ex simplici causa ortus, a frigida & sicca materia postremum cerebelli cauum oppitulante prouenit, in qua parte aeger plurimum dolet, & repente aegri figura mutatur, siue stando, siue sedendo, modo oculis clausis, modo apertis, ob id catochon, aut catochomenon appellabant antiquiores, carochen & catalepsi iuniores. Censent quoque Aetius ex sanguinis copia euenire, qui ce ebri uenas supra modum compleat, iuuenis cuiusdam exemplum qui triduo intentis & nunquam conuenientibus oculis iacuerat, & magnis clamoribus nunquam eos dimouerat, semper mutus. Quarto autem die narium profluuium ingenti, qui sponte eruperat, a letifero morbo statim liberatus fuit. Sed & alia causa occurrit nobis referenda. Cum Cydone effemus in Cornelia domo, puella quae octauum nondum compleuerat annum, in febris ardentissima somno primum, deinde intentis oculis, catocho correpta est, diebus septē continuis nihil hauriendo, praeter ius pulli in quo portulaca decocta fuerat: iacuit pallida, muta, sine sensu & motu, grauiter respirans, in ea suprema filiae desperatione, mater ex melle glandem in aluum subdidit, qua sine sordibus duos & quadraginta uermes in globi modum extulit, & statim ad uitam redijt, ex his uentris animalibus caliginosi uapores cerebri sensus omnes comprehenderant. Si aegri itaque corpus sanguine, inquit Aetius, abundauerit, uenam in ancone superiorem soluito, & demito quantum necesse sit. In ceteris clysteribus uehementioribus aluus sollicitanda est. Prodest fursuris succus, addito aphonitro et melle, uel polypodij radice decocta. Nos uero in eo somni marcere hieram diacolocynthidis alteram hieram imponi iubeamus, in exemplo haud dissimili, ubi materia crassior densior que bilim superauerat: iuuenem Petrum Guilielmum ciuem Venetum in somnum inexpugnabilem corripuerat. In illa suprema medicorum desperatione, unicum remedium tentandum duximus, catapotia quae aurea a colore uocamus, supra drachmae p. liquefacta, quoquo modo potuimus, per fauces demissimus: paulo ante & clysteres quosdam in aluum infusos, profuisse scimus, quibus foedissimam proluuiem extraxere, his ad uitam aeger reuocari cepit. Remediorum summa est catochis, si oleum tepidū infunditur: uerū si calidius caput fuerit, caput papaueris oleo incoquito: si uero frigidius, serpillū. In astricta aluo cū fursuris succo, atri ellebori radice incoquunt. In potu multa nihil utilius, aut cocta addito pur o saccharo. In cibo pitana datur, aut anethi uel apij decoctum, praeter tim si urina crassa aut turbulenta fuerit. Demum corpus uniuersum anethino oleo perungi debet, si hyems est: si non tremulus fuerit aeger, castoreum contritum cum mulla dabis. Ceterum diuer-

Catochus ex sanguinis copia.

Catapotia aurea.

b 4 sis au.

sis auxilijs utimur: pro symptomatum differentia. Sanguinē demere non improbat Paulus, ubi facies rubicunda fuerit, & si aegri uires, ætas, & anni tempus cōstitutio que affuerint. Sed ad aliud iōmni genus diuertamus.

De Coma e & agrypnocomaie. & cataphora ad somnum. Cap. XXVII.

Coma morbus
qualis.

Galenus libellus
de comate.

Duplex ca-
taphora.

IN febris quandoque, refert Possidonius, cum uapores humidi calidique, qui ex subiectis membris in caput deferuntur, ipsum que cerebrū compleuerint, hunc morbum coma à Græcis uocari. Magno enim somno & præternaturali corripuntur, in quo aliena obloquuntur, genis demissis in somnum labuntur, expergefacti subito rursus nimia capitis humiditate somno comprehenduntur. At Galenus de comate ædito libello, plura utiliter disseruit. Coma, inquit, alij ad somnum quandā inclinationem, alij somnolentum imperium, uel lethargicum uocant. Nam & Homero teste, somnum mellem uiuit. Et uigilando coma astringit, Hippocrate autore, in phreneticis præsertim. Arbitrantur quæ nonnulli impossibile esse cataphoram ægrum pati, hoc est, ad somnum inclinationem & uigilias pariter: ueluti contraria. Ignorant enim duo cataphoræ genera haberi, quoniam communis affectus est, quo quis oculos attollere nequeat, sed in somnum rapiatur, plurimum tamen refert, quod in altero genere profundo, & somno diurno uel ueterno marcescere: in altero uero dormiendi cupiditas est, sed uarijs imaginibus cogitationibus que somnus intercipitur, & uigilans redditur: unde agrypnocomatosi dicuntur, unde semper uigilant, sed surgere nequeunt, neque efficere que a uigilantibus effici possunt, sed graues sunt, & somni desiderio inani tenentur, quos interdū de facili dormituros speramus, sed data omni occasione, non solum non dormiunt, sed amissa omnino dormiendi spe frustantur. Itaque cataphora alia somnolenta, alia uigil dicitur, plurimum tamen somnolenta est ac ueternosa, raro cum uigilia inuenitur: unde comata continua tum uocare solent, & comatosos simpliciter appellant. Si uero uigilant comatosos uigiles, id est agrypnocomatosos: quod symptoma tam phreneticis quam lethargicis comune haberi solet. Inueniuntur enim phrenetici surgentes, qui tamen oculos non attollunt, sed lethargicis similes immobiles uidentur. Unde nonnulli permixtā phrenitidem & lethargiā uocant, & typhomaniā. Somnolenta itaque lethargicis euenire solet, insomniculosa phreneticis. cum enim cataphorā segnem dicimus, non eo modo quo albi lac uocamus nullius determinationis ratione, quoniam omne lac constat esse album: sed quia alia est segnis cataphora, alia uero insomniculosa. Ita & coma phreneticū dicimus insomne, in quo ægri facilliter surgunt audientes uoces, si si aliqua corporis partem tergeris, oculos statim attollunt, & ragentes respiciunt: in lethargicis cataphoris non obloquuntur, & clamores difficulter sentiunt, punctiones que, in cataphora manus & crura mouent, & membra sine ratione iactant, desipiunt, & exiliunt ueluti spatii: & uana loquuntur lethargicis cōtrarij. Ex his qui insomniculose cataphorā patiuntur, alij robustiores, et ad uoces promptiores fiunt, & expergefacti toruē aspiciunt, & mente cōmoti, alij quod facinus aggredi tentat, ex omni parte conclamata insania uidetur. Alij expergefacti surgunt, minus tamen mente labuntur, uerū minus ualidi. Desipiunt enim magis quo somnolentiores in quo a cataphoris lethargicis differre uidentur. Nā & in febrili accessio nibus sæpe, et in aliquibus ebrijs comatosi fiunt initio cum capitis grauitate, & si cogantur oculos attollere, nequeunt, & tamen dormire nequeunt, anxij, inquietes, hinc inde iactabundi. Nā indigesta humoris copia caput & cerebrū complet: unde uigiles & comatosi fiunt, sicut ebrii, quoniam nec lethargia, nec phrenesis sequitur, inualefcere uero ebriitate, ad phrenesim corripitur, interdū tamen materia subtili quoquo modo egesta procedente morbo lethargia grauior insurgit. Possidonius comatosi rosacē noui in quo pars aceti cōmixta sit, capiti infundi iubet. Si caput frigidius uideatur, anhelinū oleū cum dulci oleo æquis portionibus infusum prodest excalescētū. Et quatenus frigiditas intenditur, eatenus caliditas explicata proderit. Adde pulegium, uel rutam, si opus est. Mulsā & prisana nutries ægrum, deinde iusculis pane que infuso.

De insania & delirio & signis. Cap. XXVIII.

CALIDA (inquit Galenus) phrenesis, de qua dictum est, non solum ex feruenti gigni tur humore, sed ex cerebrū abscessu in substantia, uel in ipsi inuoluentibus membranis:

branis: eam alienationem febris antecedit: uerum illa que in febris acuta statu contingit, ac subito ex caliginoso fumo acuto pungente oriri sæpe solet, quod ex apostemate plerique medicorum ignari fieri arbitrantur: & paulatim sedato uigore, febris mitigatur pariter & alienatio. Itaque alienatio & uigilia sunt, ex febris exultatione, ex apostemate pariter pulmonis, uel lateris, cuius alienatio febrim comitatur, offensio in essentia capitis non haberi traditur. Verum animaduertendum est, quod si mens commota, sanata pleuresi, permanserit, tum in essentia cerebri alienatio sita est. Morbus enim capitis, qui propter aliorum membrorum cōmunitatem fieri solet, non semper eodem statu permanet, sed augmentum & decrementum febris pari uigore concomitatur. Sed de insania & delirio nunc agendum est. Tradunt nonnulli stultitiam & delirium differre, quod hoc senibus decrepitis, illa pueris contingat, quoniam si & uerbis & factis desipiunt, sed senes magis factis quam uerbis peccant. Tradit Possidonius ex solo frigore hyemali quosdam desipiisse, alios ingenti uento, quosdam pluuia, alios ex phlegmate cerebro in fluxu sine febre. Nam ratiocinandi modum paulatim amittunt, & semiamentes fiunt. Iis si a principio statim occurrimus, faciliorem curationē inuenimus, alioqui auxilia secunda putamus. Nam & ex epilepsia melancholici humoris in insaniam transmutatur, & insipientes epileptici plurimi uidentur puerilis stulticie. Aliquibus mens commouetur ex animi ingenti tristitia, amissa pecunia, uel quod ex aliquo honoris fastigio deieci sint, uel imperij sollicitudine, ex aliquo item metu uel longo uel repentino. Quidam solis uapore commoti sunt. Alij ex nimia amoris impatientia, de quibus aliqua mox dicturi sumus. Alij ex uenenato animalium morsu, sicut ex cane rabido frequentibus exemplis, hos hydrophobos uocamus. Quidam magicis incantationibus furentes redditi sunt, uel rum falsum ue, decreuerit uita. Multi ex damnato uictus genere, oborta in corpore dira distemperantia, stulti effecti sunt, ex suilla carne, bubula, asinina, hircina, canina, leporina, salisamentis continuis, canibus marinis, ceteris que omnibus uel conchulis, caelo uel uulso, brassica & lente. Plurimi commanducato cati cerebro, furentes redditi sunt. Proprea in spectaculis urforum capita cremari traditur, quoniam in ursinam rabiem, qui comedissent, agi non dubitarentur. de leonibus pari modo, si in spectaculis stimulis in rabiem acti diu fuissent, & eam a Plauto comico leoninam rabiem uocari. uespertilio nes quoque idem ueneficium facere arbitrantur. Testatum quoque uideri & sceminarum menses prima uirginitate soluta, canibus solo gustatu rabiem inferre, homini in potu furores gignere, cuius rei multa exempla haberi. Et sanguis quoque humanus biliosus ab ira præsertim epotus, mentem commouet, & furorem facit. Quis queso hæc in uentis inter damnatas mentes æterno supplicio annumerantur. Sed alia sunt que prætermittenda duximus, quibus insania ac stulticia inferri potest, sed ad causas transeamus abditas. Melancholici humoris causæ, & effectus pariter, inquit Hippocrates, pene infiniti sunt, nec modus est: plurimi timorem, ac inanem metum præ se ferunt: pauci furore agitantur. illi timoris ac mœsticie causam, si interrogantur, nullam afferunt, ex flaua bili adusta audaces & iracundia furie præstat, & ad periculosa facinora temerarios, ætate præsertim. E sanguine uero intemperantes, risus & effrenos cachinnos effert stultos. ex atra bili, tristis meticulosi fiunt, & solitudinis pleni, tenebras exquirentes. Ruffi enim homines colore de facili in melancholicam incurunt distemperantiam: si uigilia, labores, solitudines tamen, & uictus affuerit melancholicus. Huic malo fauet & cœli & loci, & ætatis conditio: uel si hæmorrhoidum in primis et foeminarum menses substerint. Corpora nanque pleniora, mollia, & alba, melancholia raro periclitantur. At ediuerso atræ cutis, tenuis tamen habitudinis, uenis tamen ampliusculis ad stulticiā proniores sunt. Post ruffos glauci secundi, siue liuidi, in unum uigilantes, ex ingenti mœrore, uel fame nimia. Gignitur itaque stulticia, ac furor ex omnibus in humano corpore humoribus, frequentius ex atra bili, deinde flaua, mox ex concocto sanguine. Nā sicut uniuersum corpus distemperamento uiciatū, elephantioli, lepra, hydrope, & nouo morbo gallico corripitur: cuius nouitate ætate nostra uincitur medicinæ ex humoribus damnatis, qui per uenas totas diffunditur: melancholicus humor eodem modo ad cerebrū uicium membrū efficitur, quo plurimum offenditur. Nā id duplici ratione cōtingit, aut enim aliunde influit, aut in ipso cerebro atra bilis conge-

Stulticia & deli-
rium quid diffe-
rant.
Ex quibus san-
si insania acci-
dat.

Menstrua.

Melancholici hu-
moris causæ &
effectus.

Gallicus mor-
bus.

congeneratur: quoniam is locus multæ caliditatis est, si flaua bilis, aut sanguinis plurimum torrefiat: ubi atra bilis rationalis animi sedem limpida, caliginosis uaporibus, atris & obscuris inuolutam possidet: nam & caliginosus aer sanis quoque tristitia affert ex Galeno & Archigene: & tenebris quoque nobis nihil horridius: ita & caliginosus, ater & dirus ille uapor rationalis animæ sedi circumfusis imaginationes, cogitationes, & memoriam quæ inter specus alioquin est, dilucidos & diuinos perturbat & commiseret, unde expauescere hominem necesse est, & metus causa insidiari alijs, uel sibi ipsi inferre necem aliquando cogitur animus. Quoniam atra bilis color haud dissimili tenebra animæ sapientem partem inficit & obumbrat: unde metum intus excitat, sicut infantes tenebrosa loca reformidant. Sed horum omnium causas referre impossibile est, sicut in aliquibus constare non dubitamus. In omnibus enim ariditas præter naturam uniuersalè causam reddit, exclusis cæteris qualitatibus, præter modicam frigiditatem. Huius morbi aliud quoque initium fecere, quod ex stomachi cruditatibus oritur, ex quibus uetosa exhalationes, circa præcordia uetoso murmure colluctantes frequentissimè sublata cerebrum corripunt, unde eructationes acida, uel ex quocumque improbo alimeto, in ore sentiuntur, tum aluus nihil reddit, somnia exigua turbulantur, graua, & distrahentia, capitis uertigines, incertus aurium sonus. Ex his hypochondriorum partibus noxius uapor, aut atra bilis loci propinquitate ori stomachi symptomata & diram qualitatem transmittit, unde cerebrum quadam sui communitate interuenientibus binis ingentibus nervis, plurimum afficitur, qui hypochondriacus appellatur morbus: nam ea præcordia magnam cum mente & ratione societatem habent. Nam antiqui ueteres, inquit Galenus, ab imis pectoris membranis phrenon appellauere, nos uero mentem, rationalis animæ partem. Constat enim id membrum quoque modo latum, mentem statim commouere, & insaniam gigni. Verum à Platonis temporibus id diaphragma uocare cœperunt. Nam & Plato eam corporis partem mentis nomine uocare solitus est, sed diaphragmatis nomen inditum esse, quoniam cordis animæ irascibilis partem, à desiderij iecoris uiribus deduci constat. Aristoteles epirissima uocauit. Nam & respirandi officium cum pulmonibus possidet: quo læso, parua & frequens contingit: & cerebrum quoque compatitur, unde phrenitis morbus ex præcordiorum offensione, uel oris stomachi uicinitate, uel ex acutis febribus (ut sæpius dictum est) uel pleuresi, uel peripneumonia. Mentis præterea alienatio quæ ab hypochondrijs siue præcordijs ipsis oritur, ex toto ferè, inquit Galenus, phrenitidi cõsimilis est, quæ ex abscessu cerebri innascitur, aut membranarum. Quoniam mentis commotio quæ ex aliorum membrorum communione fit, uel ex acuto causone, inclinantis morbis, mitigari solet, à quibus ueram, phrenesim differre uolumus, quandoquidè quiescente febris ardore illa perseveratè hominem cruciat, atque cum plurimum interimit, quoniam cerebrum & mens ipsa non aliunde, sed ex sese patitur, propterea cerebri apostemata paulatim crescunt, nec subito mentis perturbationem faciunt, ut in cæteris affectibus. Hypochondriacæ stultitiæ notæ sunt in oculis cõspicue, & sanguinis guttæ de naribus fluunt, anhelitus exiguus atque frequens alienationis initio: ex cerebro uero ingens est ac rarus: in illa item hypochondria sursum uersus contrahuntur, ex hoc uero nequaquam conspicitur, nisi in summo delirio, nam & ex cerebro quoque maior capitis & faciei caliditas percipitur, quam in hypochondriaco delirio. Ex his omnibus igitur causis quæ metum diuturnum inuestitiamque afferant, melancholiam efficiunt, ita enim Græci uocauere morbum ab humoris nomine, nostri uero insaniam & stultitiam uel delirium, cui si uetus malum est irremediabile existimatur. Nam si sanguis crassior, & melancholicus in uenis stomacho propinquus, aut calida apostemata sanguinea, tertii furoris speciem faciunt, sicut & epilepsia quæ ex stomacho oritur, aut inflatiua quæ ex stomacho uento repleto feri solet, quod accidens cibum duræ concoctionis concomitatur, hanc pleuritum uocant, quoniam sub diaphragmate accenditur cum dolore interdum, sed sæpius uentris murmure, quod cum notitio dorsi particula communicationem habet, ac ceruicis uertebis. Et digesto cibo finire morbus uidetur, & à cibo rursus reuertitur dolor. Nam crudos uomunt cibos, & phlegmata cholericæ, acetosa, quibus in uomitionibus dentes obstupescunt. Ex infantia id malum sæpe oritur, & perennat uomitibus, & eru-

& eructatione aut legitima concoctione leuari morbus uidetur: nam & aluus nihil reddit, perturbationes circa præcordia sentiunt ægri, & ex ardente uentre fumida exhalatio sublata ad superiora, crasso uapore oculos caligante, melancholicas generat uisiones, & hic furor hypochondriacus dictus est. sicut à stomacho ad oculos fumus caliginosus, siue tenebræ, siue crassi efferuntur, tum uidendi potestas uiciatur, quæ uomitu protinus discutitur: ita & ex tetrici & exitialis humoris dira exhalatione, caliginosusque fumo mentis imagines, ratiocinationesque, & mens denique tota confunditur: unde melancholicos affectus dicimus, qui ex imaginatione ea præternaturali uaria ac multiplici fiunt, alij se figulina ex argilla uasa esse putant de facili frangibilia, & frequentiam hominum euitant, ne occursum leui frangantur: alij se putant esse lupos, uel gallos, alij non parua formidine hiatu terre timent, quidam semper de morte cogitant, alij se mortuos esse arbitrati sunt, cibum potumque respicientes, alij se ceruina cornua gestare non dubitabant, quidam in flumina sese immerferunt, alij uitam suspendio finire, quidam religiosus in uadioso Veneto littore sine causa se obruit: quidam à dæmonibus quos noctu uidebat, ut in puteum sese demergeret, excitari, nobis narrauit. Timent ferè omnes quæ non sunt timenda: & mente corrupta in furiam labuntur, mortem eligunt, ut alia quæ magis timenda putant, euitent, ideo semper tristes, pauidi, & meticulosi cernuntur, sicut pueri in tenebrosis locis insipientes, sic color fumidus atræ bilis mentis sedem perturbans, timorem generat. Unde philosophorum sententia est, corporis humores complexionem et naturam immutare, ex qua animæ actiones pariter immutantur, & uitæ animæ corporis habitum sequi. Et diuerso alij se reges principesque faciunt. Quidam nec se caput habere arbitratus est, qui plumbeo pilo grauiori capiti imposito quo premeretur assidue, sanatus est. Ille qui cornua se gestare putabat, impositis & alligatis capiti ceruinis cornibus, quæ serra diu secari sentiens, & ablata cernens, ab ea infantia liberatus est. quidam qui se mortuum putabat mortuus cibum caperet, ad escam facile inuitauit insanum. Sunt qui tales timidi, stupidi, miserabiles, lachrymosi, latebras & solitudinem querentes. quidam se à dæmonibus uexari putant, alij uenenum ebibisse, quidam mala medicamenta hausisse, aut phyltra incautos deuorasse autumant, certissima tamen suspitione. Est enim morbus uariis ac multiplex, uel infinitus. Nam alij uel amicissimos metuunt uel odore: alij uel omnes, alij tenebras amant solifugari, & talparum more, & in lucem prodire uerentur. Alij aquam & humorem profus omnem reformidant, quos canis rabidi uitio hydrophouos uocamus. Toridem enim sunt melancholicæ deliria, quot particulares phantasæ, sed unum ferè omnibus commune est, formidine agi, quando non metuenda metuunt. Quædam mulieres sine pudore nude per urbem conclamante insanie feruntur. Exemplum unum referam mulieris nude per ciuitatem peragrantis in quadam Italice urbe, quæ quum in officinam quædam meritoriam incidisset, nocte tota à quindecim uiris Venere defarigata, mensum largo profluuiio qui pluribus annis antea substiterant, non sine magno pudore, diluculo menti restituta discessit. Nouimus quendam in Creta religiosum, habitudinis cholericæ, ætate iuuenem, subita furiosa dementia correptum, qui domesticos omnes gladio persequeretur, à pluribus captus, manicis & compedibus in carcerem intrusus est. tonderi ad cutem statim iussimus, & supremam in cubito uenam aperiri, & caraplastinata capiti imponi, & cibum humectantem dari. uerum præter pruna & sorbilia oua omnia negligebat, factis & sermone delirabat, neminemque neque amicum, neque sodalem nouerat: audax, furiosus, post triduum sanguis rursus dimissus est. Mox redire sensus paulatim, & manicas laxari supplex orabat, deinde & compedes, sed clausus in carcere detinebatur, tum perfecta loquebatur, nec factis deinceps delirauit. Qui demum non sine pudore patres rogauit, ut in Nihium insulam mitterent. Is enim nouissimum saepe commitaliter cadebat. Quædam item mulier epileptica singulis ferè noctibus à dæmonibus tentari asserebat, qui ut ex his miseris euaderet, suadebant, quoniam de animæ salute nulla spes relicta esset, ut in puteum se deiceret, ea domesticis uisa nunciavit, nocte de cætero cubiculo claudebatur, alioqui dæmonum iussa peregrisset: paucis post diebus assumptis remedijs conualuit, nec amplius dæmonum spectra apparere. His omnibus insanientibus,

Melancholici affectus.

bus, quos pauor incredibilis terret, ex urbano spiritu in ferinum mutato, oculi sæpe conuient, uel emissicij cernuntur, labra tumunt, membra atrii coloris sunt, tactu dura, ac asperiora, sine sensu, nam pilos e toto corpore sponte uellicant, lingua aspera, blefa, ac balba loquuntur, & gracili uoce humanum euitant consortium, semiseri, secum loquuntur, gestu & sermone omnia confundunt. Nigrescit autem hic humor, aut quia nimium accensus est, aut nimium gelu coactus, accendi enim carbones lucent, extincti nigrescunt, sicut interdum in sanguine limpido ac perspicuo uidemus, si calor adsit, eo extincto corpora liuentia apparent, ut in suggillaris, ac hyeme frigore correptis. Rursus uehementis calor humiditatem ferè omnem absumens, reliquum humorem atrum reddit.

De insanie curatione,

Cap. XXXIX.

HOc malum inter initia protinus expugnandū, alioqui pertinax & insanabile. Primum eos falsos metus e mente natos pellimus, & terrores remouemus: spes bona efficienda, ex fabulis querenda est delectatio, ludis que, lyra, cantu, saltationibus puellarum: uel nuncio de uictoria simulato, quibus maximè sanus capi assueuerat, laudanda, si qua sunt, eius opera, & ante oculos ponenda: leuiter obiurganda uana tristitia, subinde admonendus in ipsis rebus, que sollicitant, cur non potius letitæ, quam sollicitudinis causa sit. uigilæ, fames, sitisq; uitanda: & somnus in primis conciliandus est, qui maximè iuuat. Prodest, inquit Galenus, plusquam sit uerisimile balneorum frequens usus, uictus splendidus, humectas, boni alimenti, sine uentris inflatione. cuitur que diximus, syluestria & melancholica nutrimenta. Que urinam mouent, salutaria sunt, qualia anisum, daucum, petroselinum, asarum, & nardus, & hippomarathi semen, chamaedrys, & chamæpytis, uel singula ex aqua cocta, aut arida potionibus aspersa. Exercitationes quoque profunt Aëtij sententia, uel in sole inunctiones ex oleo chamomelino. In uictu laudantur auiculæ montanæ, phasianæ, perdices, pullus gallinaceus, oua sorbilia, pisces saxatiles, & echini marini, hædina caro mollis, uulæ suillæ, uel iuuenis porcæ, asparagus, uinum album & tenue, nec admodum uetus: nec plurimo opus est potu, ne cibus in uentre in natez. Si a phrenitide, uel a solis æstu, aut ictu capitis uehementi, uel sanguinis uitio in uni uerso corpore, delirium contigerit, initio morbi sanguis a cubito demendus est, ab ea uena que turgidior cernitur. At si in cerebro impacta iandudum fuerit materia, uenæque in fronte tumidæ uideantur, de media fronte demendus est: & quibus naturalia profuuta substitere, autore Possidonio, a crure dimittedus est, uel talo: uel hæmorrhoides sanguis fuga sollicitadæ, uel cucurbitula. Qui accrescentem morbum ueratro perurgare attentauerit, ab omnibus damnandus est: quoniam inclementer materiam trahit, uerum siue cerebrum afficiatur, siue præcordiorū uitio fiat, materiam digeri prius necesse est, mox hiera Rufi, aut Archigenis purgari eger debet. alij singulis diebus epithimum, & aloë dedere, quoniam aluum leuiter emolliunt. Ex uictu querenda auxilia sunt ubi humoris uitium fuerit. At ubi utriusque peccatum cognitū fuerit, ante sanguinis missionem, clysteribus aluus ducenda est, surfuris decocto, addito melle & aphronitro, uel polypodij radicis decocto cū epithymo. tridui interuallo dato ex aloë hieram uel Rufi uel Archigenis: modus est ad drachmas quatuor ex mulso, addito salis modico. atros humores ducit, amaracum, uel cunila duum drachmarum pondere ex mulso si bibitur. prodest & lactis serum potum, quoniam uentrem subducit, ex caseo improbat, hemina mensura datur. prodest & malure semē duum drachmarū pōdere in aqua cyathis tribus frequentu usu. ualer & in primis pulegij decoctum, ante purgationes, & a purgationibus centaurij minoris & absinthij decoctum, si sapius datur in potu, nam stomacho profunt, & in stationes uentris leuant, & urinam ciunt: eo præcipuo remedio plurimos ab insaniam liberatos se uidisse tradit Aëtius. At quos atra bilis, ut alij uolunt, exagitat, ex uena fecoris uel lienis saltem ex manu sinistra supra minimum & annularem digitum detrahi oportunum est: sanguinis claritas modum temperat, nam & si opus sit iterū & tertio demendus sanguis est: mox recolligendæ uires sunt ex media materia, uinum que nullarum uirium, quale dictum est. lac ex ubere tepidum laudat, & ex alica panem. & matutinis horis id lenimentum propinandum dari iubent, in quo epithimum, ac anisum ex caprino sero excipiuntur. Tum pilulas damus, quæ ex nigro ueratro fiunt, quæ atrum humorem

per uen-

per uentrem trahunt. uespera interea medicamentū quod cordi conuenit damus, in comellio, sophylli, corticis mali assyrii, epithymi, pulegij, gariophyllorum, croci, machir, nucisq; eius nucata, cinnamomi, cardamomi, seminis ocimi, nardi spicæ, costi, amomi, cassie, si haberi potest: nā & balsamum unā cum arbore hac tempeltate deletum est, calami odorati, malobathri, singulorum drachmas, trita ex melle componuntur: adde musci odoratissimi cum refrigeratum est obolos duos & auri tenuissimas bractæas. 30. alij gemmarū farinam addunt, alij improbant non sine ratione: quoniam smaragdū quam officinæ ingerunt, ardere in carbonibus iniectam uidimus: cum uera smaragdus flammam non emittat. Alij ceruini cornu cinerem addunt, alij & sericum, uano (ut purant) experimento: ex eo ad nucis græcæ magnitudinem ieiunis deuoratur. Quidam addidere et margaritas minutas phrygionibus inutiles, & foeminarū desiderijs ineptas. alij corallium præferunt rubrum: inuenit & ætas nostra nigerrimi coloris, quod est in magno prætio, quoniam rarum est, in Ligustico mari primum inuentum, huic morbo plurimū prodesse autumat. Qui ossicula ex ceruino corde trita superaddere cogitauerit, non uana (ut puto) coniectura uisunt, quoniam cerui natura omnia uenena abigi & repelli constat. Varices in eruribus præter reliqua auxilia si soluntur magno sunt remedio. Alij & occipitium inurunt cauterio, uel simili medicamento, unde pestilens humor educatur. Inter omnes leuior insaniam cum risu perhibetur. Quidam furentes si perperam aliquid dixerint, aut fecerint, fame, uinculis, plagis, compedibusq; coercerent, coguntq; attendere, addiscere, aliquid & meminisse, sic enim fiet, ut paulatim metu cogantur considerare quid faciāt, subito enim terreri & expauescere in hoc morbo prodest. Qui sine causa ridet, terroribus melius curantur. Omnibus (ut dictū est) exercitatio multa, ac iactatio prodest, ac in balneis frictio. non oportet eos uel solos esse uel inter ignotos, uel inter eos, quos aut contemnant, aut negligant. mutare item regiones confert. Recentiores uero hoc modo atrum humorem extrahunt. Agarici obolos duos, aloës drachmā, nigri ueratri obolos binos, salis capadoci siue gemmæ semi obolum, ex melle uel passo per catapotia assumuntur, & intermissis tribus quatuor te horis: hoc medicamentum dandum est, ex his constat, balanis indicis 3. 10. silicula. 5. senæ recarum Orientalis, adulteratur ea Italica ex Bononiensi agro damnata: tripolij. 4. stœchadis. 10. passulæ minutz Pafrasensis, epithymi cretici, singulorum drachmis 10. omnia præter epithimum libris ternis a que decoquantur, ita ut dimidium super sit, mox epithimum additur, protinusq; a flamma remouetur, que cum intepuerit manu infricanda sunt, atq; succus linteo percolandus laneo: saccharum addimus ut gratior bibentibus fiat, ternos cyathos damus tepentes: post quartum diem eadem repetenda sunt, tum catharticum, tum lenimentū ipsum. Laudant nonnulli cyanei uel cerulci lapidis farinam præparatam duntaxat additis his que in lenimento diximus, & orbiculos faciunt ex saccharo non ingratos. Alij catapotia faciunt saluberrima in quibus cinnamomi, anisi, sceniculi, cardamomi, ana. 3. 1. zingiberis, zedoariæ, machir, galangij, balani muscati, gariophyllorum, croci, cubebatū quas quidam uocant carpesion, ligni aloës odorati, & balanorum omnium semiuncia, aloës uncias quatuor, mastichis semiuncia, agarici, senæ antedictæ, tantundem, radicis ponticæ, quam rhecomam uocamus, omnium æquo pōdere ex meraci uino conficiantur: sed teri singula oportet, & cribro secernere, deinde commiscere. Alia quoque sunt, que pares uires habent, trahunt enim bilem & atram, & crassum phlegma: in ijs balani omnes imponuntur, agaricus, diagridium, colocynthis, senæ, drachmæ pondere, epithimum, tripolium, anisum, sceniculi semen, mastix, lapidifcæ rubei præparati, omnium semi drachma, aloës 3. 2. ex sceniculi succo conficiantur. modus exiguus est ad scrupulos duos, maximus ad quatuor, inter catapotia laudatissima: ijs usus sum in quodā qui matris complexus deperibat Hiaderæ ciuis, cui mens & ratio restituta est. Antiquorū experimentis constat insanientes lymphaticosq; iuuare nasturtium ex aceto sumptum, & aristaltheæ succum si datur quaternis cyathis omnibus diebus. thymum candidum melancholicos ex aceto & melle potum denarij pondere iuuat. elleborum citra febrim dabant his & lymphaticis, dissectis raphanis inferebant, quos comprimebant, ut ius transiret, & illud lenimentum dabant. Reddi post quatuor horas incipiebat, & totum opus

Gemmaū usus.

Cerui natura ueneno contra fia.

Carpesion.

c septenis

Quare melancholicus humor atret.

Ex atra bile insanitiū uictur. Vinam mouentia.

septenis peragebatur horis. Pueris & senibus ac fœminis dari non suadebant. Contra inianias heronicam dabat. Mentē captis & melancholicis raram uenerem prodesse asseriebant. Serum caprinum sub diuo prius refrigeratum laudabant. Contra lymphationes Callitratu: ualere prœdidit succinū, eas item metus q̄ natos ē mente pellit adamas. Sed ad reli quas morbi causas transeamus. Et primum ad mentecaptos hypochondriacorum causa: ea oleo rutaceo fomentamus, anethino, serpillino q̄, & absinthite, artemisia, pulegio, et agni femine, lauri baccis, uel folijs quā tenerrimis, ea enim dolores inflationes q̄ discutunt. At si in stomacho inflationes & moriones sentiuntur, acetū in quo cum minum & pulegium incoctū sit prodest foru cum spongijs compressis. Alij anisum in oleo concoquunt, uel apium uel cuminum, uel cyperum & iridem rorem tē marinum inter cataplasmata, & ieiunij & a cibo exhibēt. Post ea hypochondria nardini oleo perungenda & lana succida molli operienda. Vtūmur & cucurbitulis quæ inflationes leuatur, nam stomachum excitat & digestionem procurat, & lāguores detrahit ab hypochondrijs. Quidam picem aridam liquefactam per se imponūt, addito exiguo oleo, ubi uero conuulsiones uel spasinata sentiuntur, in potu castoreum si datur, utilissimum est, uel si ex oleo perungantur, ad id ualet & siccionium, iuuat hos & lauacrum ante cibum, & exercitationes. Oxyporum ex Possidonio hoc modo fit: Leuistici semine, apij, zingiberis, thymi, ana. ʒ. mellis despumati quantum satis sit, datur linguae dimidiæ mensura, antelucano tempore, uespera quoq̄ utilis est & theriaca, hyeme præsertim. Rufus tradit & mente captis uomitus prodesse ieiunij per interualla ex radice sicco, uel origani uel epithymi decocto: uehementiora remedia in uomitu damnantur. Illudq̄ in primis curandum esse, ne uehementioribus auxilijs uentrem trahētibus natura lacefeat, sed induciæ tam morbo quā agro dandæ sunt, ut in remissionibus natura uiuidius resurgat in morbi materiam, quæ in quiete roborari solet. Refert Galenus, quotidianis lauacris uti humectantibus cibis boni temperamentij, nihil utilius inueniri, mētē commotis modo: ne sit uetus melancholia, aut furia irremediabilis. & cū inuenerimus, inquit, symptomata melancholice propria & indubitata, ac stomachū sine ullo prorsus uel exiguo affectu, proculdubio cerebrum male habet, & atra bili uexatur, aut uniuersum corpus eodem humore infectum non dubitamus. Tum curationis inītiūm est a sanguinis missione si sanguis melancholicus est. Et si in cerebrum duntaxat uel totum corpus, atra bilis penetrauerit secare uenam inutile haberi. Et si intra uenas omnes melancholica materia dispersa fuerit, mediam laxabis uenam, quæ cum uena capitis & iecoris communicatiōnem possidet: et tantum demere potes quantum ægri uires sustinent: sed iteratio largiori quæ unica sit dimissioni præfertur. Præterea si hypochondria suppurant phreneticos furentes fieri, refert Galenus, ut dicemus, si ex materia præsertim calida fuerit, et curatio eadem est iudicanda quæ febris acutæ & phreneticorum est, sed ex iecoraria uena sanguinem mittere præcipuum esse remediū. Veteres medici in aqua & oleo macerabant infantium corpora, & frictione quotidiana, uel exercitatione: carnem pinguem & uinum uetantes. Hilares dementes albo elleboro purgabant, mœstos, et demissos atro ueratro. Quod si poriones neglexerint, pani commiscendum, ut facilius fallat: quod si bene purgauerit ex magna parte morbum leuari sperabant. Et si ex toto non conualuerint, interposito tempore, iterum dari suadebāt. Dementes hilares subitis terroribus curabantur. At contra, nimia tristitia, fabulis, ludis, uel temperata uenere, si licet, leuandi sunt: et caput æstate aqua frigida infusa in qua rosa ac uiola chamamelina q̄ incocta sit, perfundi debet: ijs solitudinem damnari, ac terrores subitos nocere, iactari utile inueniri, uel interdum peregrinari uere uel autumnino non inutile esse prædicabant. Thymi potio (ut Plin. scribit) datur & in alienatione mentis, ac melancholicis, datur & comitialibus, quos correptos excitat thymi olfactus. Aiunt inquit, & dormire eos oportere co in molli thymo. Attribuitur et helenio in uino potæ hilaritatis effectus: eam q̄ quam habuerit tristitiam omnem aboleri. Hæc pauca à ueteribus medicis dicta sunt, hinc ad reli quos melancholice affectus transeamus.

De uesano

De uesano amore furentibus. De lycanthropo & hydrophouo, Cap. XXX.

Mentis quoq̄ malum est in amore furere: ex graui enim (ut inquit Paulus) mentis sollicitudine oritur hic furor, & ex animi laborioso motu capitur. Uesania ea signa sunt, oculi caui, sicci q̄, sine lachrymis, cōiuentes: cæteris corporis partibus illæsis, sed solo inani amore uexantur. Amantibus nullus peculiaris quidē pulsus reperitur, sed turbatis similis. Cum enim amoris recordatio, uisu aut auditu, uel epistolarū lectio ne repente subierit, protinus percussa mente, pulsus pariter perturbatur, ut neq̄ naturalē æqualitatem, aut ordinem ostendat. Tristes enim sunt, demissi & insomniculosi, lāgis q̄ suspirijs de amore cogitant, facie pallente, & oblici cibi, cupidinis tabe intereunt. Is mentis error quotidianis balneis discutitur. Et uini comotationibus crebris, ambulationibus, spectaculis, hortis, pratis uirētib, modulationibus grauib, & gratis, tibiarum & cythare sono, fabulis, historijs quibus grauius uesania huiusmodi error coarquetur. Nunquam soli nec ociosi relinquatur furentes. Laudauere alij uenerem cum a lia, & sanctius cum coniuge, ut eius paulatim obliuiscatur, quam misere deperit. grata quoq̄ colloquia de uenationibus, spicationibus q̄ sæpe fiāt, præterquam de amore. Pugnæ quoq̄ & bellorum causæ legantur, & neglectis comicis, tragœdias audiat seueriores. Alij metu coercendi sunt, & amoris periculis obiurgandi, ne fixo amoris affectu pertinaciter teneantur. Oportet & contrarias excitare contentiones, discordias, tumultus, pro hominum conditione, ut paululum laxatis amoris habenis, alio transferatur cogitationes. Alij ad alios amores furentes compulerunt, ut uarijs mentis affectibus letales curas abolerere discant. Paratiores ad id malum esse putantur qui ingentes iecoris fibras habent. Deterior etiam: num est quæ lycanthropia dicitur siue cynanthropia, qua nocte in cunctis lupos uel canes imitari prosiliunt, & in lucem usq̄ circumeunt se. pulchra. Hi semper pallent, & obfixis spectant oculis, & siccis, lingua aret, os sine salina, sitibundi, exulceratis cruribus, quoniā noctu in obiecta temere prolabantur, ac atrabili ulcera insanabilia fiunt. Ante morbi accessionē sanguis primū demi debet audacius ad animi deliquitū, inquit Paulus. Et cib. esse debet ex ijs quæ pauloante descripta sunt: hos balnea quoq̄ iuuant, & in potu lactis serum. quod efficacius erit, si balanorū indicozum, aut emblicorū, epithymi, polypodij q̄, pollinis obolos binos addideris, & si ægrū sæpius perpurgaueris, dialiura colocyntididis uel similibus: mox theriacam uiperinā dabis, & quæ in melancholica dicta sunt passione. At superueniente malo, soporifera auxilia conueniunt, capitis q̄ inunctiones quibus somnus conciliari solet: nam & opium in nares coniectum prodesse uolunt. Ad aliud deniq̄ melancholice generis transeundū est omnium miserrimū. Canes enim lupi q̄, Paulo autore, syrio ardente, rabie instigatur. Galenus solū canem rabie agitari cōtendit, quorum salua uel cōtactu, reliqua animalia ad rabie compellantur. Nam & homini pestifera est ab aquæ metu, hos *υδροφοβος* uocamus. Est medicamentū inter cætera, quod dixisse hoc in loco uenia sit: est uermiculus in lingua canū, qui a Græcis uocatur *λυγία*, qui exēptus infantibus caulis tutos a peste illa facere dicitur. Morfu igitur canis rabidi, hominis paulatim habitudo mutatur, & humores sensim melancholici fiunt, qui a corde per uniuersum corpus disperguntur, unde mœbra uarijs quandoq̄ ulcerib. ueluti lepra quadā commaculantur. Hydrophouus primum uigilia uanæ q̄ cogitationes, iræ, & quadā mentis alienatio euenit: ijs secūsum misse loquuntur, & interrogati perperā uoce rauca respondent, nulla cibi cura est, potū oblatum refugunt, siti pariter et aquæ metu cruciantur. Tradunt enim in quouis humore canis effigiem conspiciere hydrophouos qui hausta canis rabidi imagine, & mente atrabili corrupta, unde timor ille inanis oritur, potum sitibundi reformidant, in terra uolutando quietē querere uidentur, genitura inuoluntario profluit, in qua & in urinae sedimento catulorū imagines, ut tradunt cōspiciuntur: latrant interdū canum more: demū ijs in mordendo mira propritudo, de quib. plura in uenenatorū libris diximus, Hydrophouos sanat unicum inter tot remedia auxiliū oculo repertum: syluestris rosæ spongia in potu data. Celsus in flumē conijci tradit, cū natandi peritis qui ægrū demergat, ut pariter inuitus aquā bibat, & aquæ metū non expauescat, sic tolli sitim & metum unā adim posse tradit. Addā ad id uirus antidotū præstantissimā diacarynon dictā in qua hæc

imponuntur

Hypochondriace infania curatio.

Quādo nena scandamela cholic.

Hilares & tristi oris infanie uia cura.

Signa uesaniae.

Remedia huius uesaniae.

Lycanthropia Cynanthropia

imponuntur facopēnī, opij thebaici, ana. ʒ. ʒ. croci sesquidrachma. lycij, ʒ. ʒ. s. nocti corticibus liberatarum ʒ. ʒ. ex aqua pluuiā melle componuntur. Datur drachma ex aqua pluuiā. Actia huic similis quæ diacarcinon uocatur. Constat cancrorū fluitatiliū cineris. 10. ʒ. gentianæ quinis, roris marini unā cum melle trita: excipiuntur efficacius Augusto menſe luna ʒ. 18. Illa ueſpera dari debet, hæc uero matutino tempore. Sed inter ſimplicia unicū remedium eſt oraculo reperum: ſylueſtris roſæ ſpongia tria & ex aqua pota, aquæ metu hydrophouos liberare traditur.

De incubo & ephialte. Cap. XXXI.

Ephialtes (ut tradit Aegina) a uiri proprio nomine nuncupari uidetur. Themison in decimo epiſtolarū lib. p. nigalionē a ſuffocatione habere, nomine inuenio, indica uir. Id malū crapuloſis euenit, & ſtomacho crudis. Pueri ſæpiſſime cruditate & uentris animalibus, nocturnos pauores, & fauorum ludibria ſuſtinent, & nocturnis metibus inter nutrices noctu pauidi expergefacti exiliūt. Cæterum cum hominē occupauerint ephialtes dormientem, mouendi difficultas & ſenſuum ſtupor cōprehendit; ſuffocatio ne ac ſuppreſſione ueluti immenſi pōderis, ut neq; moueri nec exclamare poſſe in ſomnis uideatur. ſunt & qui in rem uenerā trahi uideantur: putant q̄ mulieres ſe a faunis uel nocturnis quibusdā ſimulachris eſſe cōpreſſus: ſimilia q̄ fauorū in ſomno appare- re: ſunt et quæ interdū cū quodam ſimulachro ad mariti uel amici imaginem ſe cōpreſſas eſſe atq; uterū ad ſinem uſq; uitæ geſtaſſe opinatæ ſunt. Ea ludibria fugere aut uant ſi expergefactis cancellatim digiti quodā nixu copulētur. Obſeruare igitur inſimū in- tio oportet. Quoniā his notis diu perſeuerantibus dirū & acutum morbū denunciarī certum eſt, apoplexiā, comitiale morbū, aut furioſam inſaniā, quamprimū materia ad cerebrum irreperit: nā quæ comitiale morbo interdū correpti faciunt, eadē præcedenti nocte in ſomno ephialtici patiuntur. Et ex frigore interdū uehementi, quo cerebrū corripitur, quoniā inſimū eſt & tenuis habitudinis, idem uicū contingit. Cauſa enim eſt ſumidus & caliginofus uapor, ex ſanguine craſſiore, aut phlegmate, aut atra bili, qui ad cerebrū imaginarios ſenſus nocturna tantū quiete defertur. Quoniā interdū uigiliatū motibus uapor ille alioqui exitialis, & tantorum malorum nunciū diſcutitur ac reſoluitur: humorum ſigna ſuperabundantiū ex antedictis manifeſta ſunt. Tum enim in pri- mis uenā in crure ſecare neceſſe eſt, mox uentrē trahere, ac uniuerſum corpus perpur- gare, ſi materia fuerit grauis, operæ precii eſt: ueratro nigro, præſertim præparato, ut in comitibus ſtatim dicturi ſumus. Robuſtiorib. nanq; drachma cū binis obolis ſcāmo- nij datur, addito anīſo, dauco, et petroſelino, uel ſimilib. prodeſt etiam nū diacyonia hie- ra, Rufo auctore. Abſtinētia in primis laudatur, ac uictus tenuis, uentrē minimē inſas- iuant & præoniæ ſemina nigra quina, aut dena trita, & ex aqua pota cōtinuis dieb. Ex recentioribus alij, euphorbij drachmā & ſcāmonij binos obolos, & tantundē colocyn- thidis carnem, addita anīſi ſemidrachma, datur in potu pro uiriū ratione. Si nō ex frigo- re ortū ſit uictus, oleis excalefacientib. ac ſtypticis caput illinito, uel emplaſtris quæ calorē excitant exercitationes quoq; proſunt, ac frictiones nocturnis metib. aſphodelū Nican- der ſubmiſtrauit, alij caſtoreū dari uolunt. Hinc ad cognata mala trāſeamus, et primū de apoplexiæ origine dicendum, qui torpor appellatur: quo apoplexiā epileptiam q̄ grauiſſimos morbos ſonticos appellatos prænunciari certum eſt.

De torpore. Cap. XXXII.

Torpore affici uidemus cerebrū anteriorem partem cum plurimum, raro poſterio- rem, ſæpiſſimē ſpinæ medullam ex quibus membris nobiliſſimi interiores ſenſus, & exteriores quoque, manus, pedes quæ, digiti, crura, brachia, facies, & reliquæ fere membrorum partes torpentes ſine ſenſu exiſtunt: torpentibus oculi clauduntur, in ca- tocho adaperi manent. Proprium eſt et peculiare in torpore naturaliter reſpirare. Qui ſi ex nimio uehementiq; dolore contigerit, animali ſpiritu delinquente ob doloris ue- hementiam, ut tradit Galenus, deficiente principali animæ inſtrumento, qui eſt ſpiritus animatus in cerebri cauis, tum ſenſiles operationes, ac motrices, uoluntarięque, omni- bus membris letaliter adimuntur. Quod ſi morbus in uniuerſa cerebri prioris parte fue- rit, ex loci uicinitate uentriculum quoque pari neceſſe eſt, unde mentem & corpus ſtu- pere

Qui morbi con- ſueuerint ſequi incubum.

Anima inſtru- mētum ſpiritus in cerebri caui- tatibus.

ſtupere dicimus: tum reget nec ſentit nec mouetur, & ſi ipſe nihilominus animalis ſpiri- tus incolumis habeatur. Qui ſi diſſoluatur, prorinus ſanitas reintegratur. Hoc malum ex frigidiōri oritur in uerā craſſa uel uilcoſa, & porius in uentriculis quam ſubſtantia cerebri. Et ſi capitis oſſe fracto uel perforato: cerebri uenter comprimatur aut collida- tur, & ratio & membra pari modo ſtupent. At qui in febris acceſſione torpent, quæ pe- riodica ſit, ex materia phlegmatica in cerebri ſubſtantia coaceruata, aut immodica me- briſigiditate, torpentia redduntur membra, ſicut ex toto ex ardenti febre, aut ante ani- mi deliquium, uel morituris de proximo. Alioſ quoq; gelu iniuria torpent membra, aut uenenatis, opio, aut ſalamandra, icū q̄ ſcorpionis marini, aut alicuius ſerpentis, ſæ- pe torpedinis piſcis marini uiuentis contactu uel a lōginquo. Et membri item abſceſſu cuius collectione ſpiritus ultro citroq; nequit diſcurrere: frequentiffime euenit uehe- menti ligatura aut percuffione. Tum ſanguis coactus neruorum uias ſenſificas obſtra- it. Letale ſignum exiſtimatur, ſi uniuerſa torpent membra, quoniā a membro oritur principali letifer morbus, cum q̄ membrorum torpor perſeuerat, reſolutionem, aut con- tractionem denunciat, ſicut facies cum torpet cynicum ſpasmus præſagit. Cum pluri- mum a peripneumonia, pleureſi, frigidiſq; abſceſſibus torpor in eis ſuperuenit. Qui ab eo affectu præſumptis cardiaticis non ſanantur, ac uertigines intercedant, apoplexiā in- grucere certum eſt.

Quibus torpentia membra ſanantur. Cap. XXXIII.

Eadem ferme curatio eſt, quæ tremulis & paralyticis conuenit. Verum ſi morbus a ſanguine fuerit, quem uenæ turgentes præſertim grandes circa guttur, ſphagtiſides dicte, rubicunda facies, oculiq; ue, ſomnus & corporis grauitas inſueta, indicant. Tum enim ſanguinem demere bis ter ue ſummum præſidium eſt: ſi q̄ in uictu abſtinentia af- fuerit, uini præſertim. In omnibus torporis cauſis origini ſtudendum eſt, & pororum meatibus, ut facile ſuaues q̄ ſiant. Huius rei rationem exemplo referam cuiuſdam mu- lieris quæ a uiro ſupra humerum ſcipione percuffa, manus digitos ſtupentes mihi oſten- dit: & a quodam imperito chirurgo, qui digitis emplaſtrum pluribus diebus impoſue- rat, ſeſe fruſtrari conquirebatur: emplaſtri genus laudauit, quod non ut digitis, ſed collo imponeret, hortatus ſum: illa obſequens paucos poſt dies ad nendi opus redijt incolu- mis. Proſunt præterea & membrorum continuatæ exercitationes, & concoctioni præ- cipue ſtudendum. Verum inter compoſitiones ea præſtantiffima adiudicari debet in qua cinnamomi, caſſiæ, apij, croci, euphorbij, coſti, ſpicæ, ſeminis urticæ, ſeminis cartami, nuclei, acatice, gummi arab. bdellij, thuris, & huſſis, ellebori, ſulphuris, ſtyracis, pipe- ris albi, zingiberis ſi ngulorum ʒ. ʒ. roſæ aridæ, pyrethri, cyclaminis, ſemen ſtaphiagræ ana. ʒ. ʒ. concrita uino excipiuntur, adde mellis ſpumati quantum ſatis ſit, adde ſi inueni- tur opobalfami unciam: uitreo uafe ad uſus ſeruato: ſexto menſe, fermentato medica- mento, ut ſi uis poteris, modus eſt drachmis duabus: iunioribus drachma ſatis eſt. Ca- taplaſma utile quod membris ſtupentibus imponitur: ſucci ſtaphiagræ, radicis cycla- minis, ana libram unam, olei ſicyonij uncias tres, olei ueteris lb. ʒ. bdellij, thuris, ſingulo- rum uncie binæ, contrita igni ferueſiant, donec aqua abſumatur, membrorum partes eo illinantur. Hiberis, ut tradunt, torpentibus membris prodeſſe traditur, & decoctum glandium & foliorum cerri, & ius gallinaceum in potu. Syderatum morbum uocamus ſi ſine motu & ſenſu membra manent, quos uulguſ adſyderatos uocat. His pulli aſini- ni urina, admixto nardo, perunctione ualere traditur, autore Plinio. Vidimus quos- dam cum in Creta eſſemus qui nocte lunæ radijs expoſiti dormire, mane ſideratis membris debilitati ex ſomno reſurrexere. tanta eſt in familiariffimo ſydere uiolentia, ſic citatis uapore ſirio ardente: arbores etiamnum ſyderationem patiuntur, ſimili uicæ in utroque moleſtia.

De apoplexia. Cap. XXXIII.

Dictum eſt frigidam phrenſim ex immodica fieri frigidityte, ſicut & reliqua ſym- ptomata, Galeno auctore, quæ corporibus ſenſum auferunt, & ita & lubita apo- plexia ex frigida, craſſa, ac lenta oritur materia: quæ nobiliſſimos cerebri uentriculos

c 3 ſubito

subito concursu complet, habitudine cerebri immuni, ut in frigida uel calida phrenesi, furia, melancholia & lethargia: In apoplexia quanto maior est anhelandi difficultas, tanto seuior est morbus, in quo membra nec sensum nec motum uoluntarium habent, nec aliud præter anhelandi officium possidet pectus ac pulmones, quibus cerebrum initium mouendi subministrat: nam pectus pulmones attollit cum diaphragmate atque constringit, cuius lacerti neruo annexi sunt, qui à cerebro uires recipiunt: unde in eo morbo anhelandi difficultas periclitari ægrum ostendit ex periculoso symptomate: qui cum superuenerit, graui ueluti somno altius stertere audimus. reliqua membra in malaciam resoluuntur. Anterior ac posterior cerebellum plurimum afficitur, sicut & in comitiali morbo: frequenter subita sanguinis in cerebrum inuasionem, per uenas iugulares ac sphagitides, quæ statim obstruuntur, apoplecticos uulgius corruere arbitratur, e capite sanguinis gutta in uitalia delapsa: in uenriculos enim cerebri eadem oppilatio letifera effertur, à qua nerui sensiles ac motiui nullo spiritu intermeante iniuriam sentiunt: unde respiratio difficilis, interdum spuma quæ periculosa est, ac hominis ueluti strangulati sonus intercisus. Deterior omnium est morbus si non respirat æger, sine spuma, & sono, mens & corpus stupet. Si omnia quoque membra resoluuntur, rapi celeriter solent apoplectici: si quædam resoluuntur diutius quidem uiuunt. Ictu fulminis interdum a foris iniuria cõcidunt, uerum raro, stupetque mens & corpus, quos attonitos latini, greci *κωφοντὴς* appellant, qui oculis apertis non conueniunt. Leuiter ætate nostra tactus fuit in foro Iulio Antonius Fereus ex Patricia gente, diutiusque resolutis quibusdam membris uixit. Hippocrates letalem apoplexiam pronunciauit uehementer difficiliterque leuiorem. Qui misere spiritum trahunt altius stertendo, ad sanitatem non perueniunt: si partes tantum resolutæ sint, ferè sanabilis, & si longior morbus est. Frigore quoque uehementi, quo meatus opprimuntur, morbus oritur is perniciosus, aut abscessu interiori calido, aut frigido. Cum in uenis & arterijs sanguinis copia meatus obstruuntur, nec spiritus transitum liberum habeat, ueluti strangulatus concidit æger. Assyrii sanis parè effectum sæpe inducunt, cum grandiusculis adolescentibus aut uiris præputia demittere uolunt, ne sentiant, tum in balneo supinis uenas quas circa guttur esse diximus comprehendit, quibus & sensus et motus protinus stupet, illi cultello pudèda corporis partes ueluti apoplecticas amputat. Par ratio est ipsi qui seipsum suspendio strangulanti, qui sæpe terram pedibus tangentes suffocati reperiuntur, putat uulgius à demone strangulatos, quibus uenæ astricte pedibus manibusque sensum, motum, et penitentiam pariter auferunt, resolutis membris, in pedes prostrare nequeunt, quod in summa mentis desperatione fieri contingit, aut animi tristitia melancholicaque inania. Accedente ita apoplexiæ morbo, ut signa breuiter attingamus, antecedunt uertigines, oculorum obscuritates, corporis grauitas, strident in somno dentes, totius corporis tremor, uenæ antedictæ circa guttur turgent, urina surfuracea: si ex apostemate fuerit febris anteit: si à sanguine, notæ ex se manifestæ sunt, præsertim si nunquam uenam soluerit, aut si assiduus fuerit uini potor. Ex phlegmate uero è naribus continuata profluit pituita. Apoplecticus demum subito concidit et clamat. Cui inquit Hippocrates, subitus capitis dolor ac ciderit, & inde apoplecticus fiat, ante septimum diem interit: uerum quandoque febris spem afferre solet qua superabundantia illa resoluatur. Eo morbo facilius tentantur humida corpora, ætasque, & qui uictu humecto nutriti sunt. Deterius tamen est si in calida & sicca habitudine contigerit, quoniam ægrotatio habitudini contraria uehementem arguit causam. Quibus item melancholicus sanguis frequenti missione educitur, ipsi apoplexia facile corripiuntur præsertim frequentiores apoplexiam denunciant. Cum uniuersum corpus membrorum resolutione periclitatur, ueteres autores non paralytin, sed apoplexiam & apoplexim cum partes tantum paralytin, uocauerunt, sed utrunque id nomen comprehendit, nam hemiplexia dicitur cum in alterutram partem incubuit morbi uis. Nam & paresis illa dicitur à uirium deliquio. Hinc ad curationes transeundum.

Quæ apoplexia periculosa.

Castaldi ratio.

Notæ apoplexiæ præcedens.

Curationes

SI notis in apoplectico sanguis superabundare cernitur, is primum ex tale uel crure mittendus est, mox ex uenis quæ circa guttur turgentibus appareant, nam protinus occidere uel liberare creditur. Archigenes prius periculum pronunciant tradit, & à dextro brachio demi suadet, pro uiribus. Considerandus interea pulsus, & faciei color, nec non respirandi potentia: ita quod si nihil deterius consequitur, auferendum. A dimissione si non sentit æger punctiones, aut non moueatur, nihil spei superest. Nam si sentire, aut moueri aliquantisper uideatur, per aluum infundi debent quæ materiam à capite molliter detrahant, ad id rosæ aridæ uiolæque nymphæ, maluæ, adijciunt cartami semen contusum uel colocynthidis interioris paulum, uiolaceum & rosaceum oleum admiscunt. Deinde brachia, ac crura arctius deliganda sunt, nec tamen diutius ne torpescant membra. Derafo ad cutim capiti rosaceum exiguo cum aceto subinde infundimus. Abstinentia pro uiribus morbi initio prodest, exinde hordeacea uel lactis serum cum saccharo faucibus instillatur uinoque abstinentum. Naribusque subijcienda sunt quæ cerebri uires confirmant sine caliditate. Plantaginis decoctum ex oleo utiliter infundi à ueteribus traditum est, nos experti sumus efficacissimè prodesse psyllij semen cum coriandro præparato, & plantaginis semine, decocta ex oleo & aceto capiti sæpius infusa ualent. Ac si sanguis cum phlegmate signa refert, soluere uenas pari modo necesse est, ac infundi clysteribus decoctum debet, in quo centaureum minus, colocynthidis, aut cyclaminos, cartamum, similiaque decocta sunt, aut elleborus albus, rutaque, quæ pituitam trahunt: herbacea cucurbita per se infusa medetur, si experimentis credimus antiquorum, eiecto tamen semine: laser item ex aqua mulla, agaricus, tripolium quoque pari ratione infunditur, ueterum opinione, utilissimus est e centaureo minore succus, si immittitur: & fontium aquæ sulphurata, si calidæ ex fonte haberi possunt infusa, uel aluminata bituminataque, nam & nitrum infunditur, ueterum Græcorum opinione, nam pituitam trahunt & aquas. Glandes item iniecta profunt ex bdellio, opoponaco, opopartheno, cyclamine uel semilibus, addito felle bubulo, uel illitæ. Si remissius stertit æger, pilulas diluimus ex aqua mulla, quæ ab euphorbio nomen ab officinis habent: de quibus uulgius admonet, ne putent ex solo fieri euphorbio, cuiusdam temerarij religiosi exemplo, qui inter arcana id remedium habebat, is ex solo euphorbio catapotia cuidam ægrotanti dedit, quem uentris fluxu & sanguinis demum profluuio sequenti die sustulit. Ac si maior phlegmatis copia cerebro infuderit, quæ cerebrum primum suauiter calefaciant imponenda sunt. milium sale adiecto calefactum fotu prodest. Inter humentia cataplasinata aniti uel amaraci, calamenti, hyssopi decoctum spongiis fouemus. Vbi & uehementior frigiditas fuerit, rutaceum oleum prodest, in quo pyrethrum uel castoreum, uel galbanum uel opoponacum liquatum sit. Inungitur & uniuersum corpus oleo sulphurato. Idem præstat gariophyllum, nuxque muscata, & machir puluinarum eius operimentum. Diuites regesque quibus fortuna arrisit, accipiant muscum odoratissimum qui solus priorum unguentorum præstantiam superauit: addimus styracem item metopion ladanumque. Pedum quoque plantæ, oleo calidæ naturæ adiecto sale sardonico uix contuso confricentur. Spinæ uertebrae, & neruorum ex utraque parte orientium initia, oleo inungantur, in quo euphorbium & castoreum adiectum sit: in occipitio quoque eadem ualere scimus addito sagapenio & sinapis semine. Sunt utilia scyoniolum oleum, rutaceum, & scyllite ex uetustissimo oleo confectum, solibusque continuis diebus quadraginta macerata scyllia, cerotaria facies si ceræ exiguum addideris ne uis euanescat, ut in collectionibus nostris diximus. In morbi desperatione candentem sartagine micipiti imponimus, cuius calor intus congelatus humor, eliquescat: sternutamenta item profunt, quæ errhina uocantur, elleboro albo contrito naribus iniecto, aut stratiotis herbæ radice. Vomitus quoque utilis existimatur, demissa in interiores fauces penna oleo intincta, si à crapula morbus ortus est, tum & uehementiores clysteres conueniunt profunt & collyria, quæ aliter sunt quam superiores glandes in quibus cyminum, rutæ semen, lapri bacæ, castoreumque ex melle cocto excipiuntur. Si dentibus frendet æger, ne conterantur,

Curatio apoplexiæ eius phlegma causa est.

pila lignea in os coniecta, tutos à cōritu dentes facit. Si æger conualescere uideatur, thetriacam, aut mithridaticam antidotum dabis ex scyllite, aut castorei drachmā ex mulla, inter simplicia id efficacissimum est, uel cum oxymellite: deinde si transcunt ad uitā sternutamenta, & gargarismata profunt, sub occipitio aut in ceruice cucurbitulæ ualent impactæ, uel scalpello circuncisæ, si opus est, mox balnea utilia sunt, ac inunctiones ex oleo. Quæ uero commanducatu pituitam euocant sunt calamintha, staphisagria, piper, sinapis semen, per se uel composita, adde si opus est rosam & rhus, acori quoque radix condita ex saccharo prodest. Imbecillitati demum membrorum prodest oleum liliaceū, aut amaracinum chamomelinum, anethinumq; , aut quod de iunco quadrato fit, quod utiliter etiamnum capiti illinitur: in cibo panis cum arida fico, passulæ cum amygdalis conueniunt. Et nihil nocentius existimatur quam à cœna uinum bibere, aut protinus dormire. mulla damnantur, aut nimium uetusta uina. Verū ante cibū deambulationes aut membrorum debiliū exercitationes laudantur.

De comitiali morbo Cap. XXXVI.

Inter notissimos morbos est, qui comitialis dicitur, à quibusdam maior uel fonticus, à Græcis epilepsia nominatur. epileptici comprehensis & illigatis sensibus corripuntur: distenduntur enim omnia membra sursum uersus cerebrum quoniam id primum afficitur, aut eius uentriculi, huius mali signa prænuncia sunt, obliuio, uertigines nocturnæ, compressiones, faunorumq; ludibria quædam inquiete, de quibus suo loco dictum est. Homo confestim concidit, distentioneq; miserabili quatiuntur membra: sauior motus est, si os spumam habuerit, aut genitalis urina sponte proruperit, uel si profuerit ex aluo. epileptici interposito tempore ad se redeunt, sponteq; consurgunt. Vulgus arbitratur nunquam sanari posse qui in ignem aut in æde sacra conciderint: Hoc morbo uiri magis quā fœminæ afficiuntur: infantia & pueritia magis quam reliquæ ætates: uerum in adolescentibus prima uenere, uel primis mensibus morbus ipse quandoque soluitur. Gal. comitiales morbum uniuersum corpus spasmo affligere tradit, non simili causa, qui tetanus, opisthotonus, aut emprosthotonus, uel uim spasmus esse dicitur, qui certo temporis circuitu redit, quo tempore mentis ratio, sensusq; omnes comprehenduntur. Et quia morbus protinus cedit, ex materia crassa fieri creditur, quæ spiritus uias oppilat in cerebri uentriculis. Qua causa animalis potentia cum materia colluctatur ut a sese obstructis materiæ offensionem repellat: tum spasmo quatiuntur epileptici, quo paroxismo, neque uident, neque audiunt neque sentiunt, neque memorantur, neque intelligunt, caligante animo: quapropter animalis spiritus in uentriculis à crassa materia & uiscosa phlegmatica aut melancholica oppilante prohibetur: in eo enim animali spiritu sedem habere anima traditur, Platonis sententia, in qua imaginem, memoria ratioq; inhabitat: hinc intellectus subit ueluti ex animæ instrumentorum initio, hinc actiones sensificæ, ac uoluntariæ proficiuntur. Ea uis (ut tradit Galenus) in uentriculis duntaxat cerebri posterioris reperitur. Et si medium cauum cæteris nobilitate præstare credatur. Epilepsiam in cerebri essentia contineri uix credidit Gal. quoniam inter apoplexiam & torporem medium tenere autumant: minime enim membra mollia & resoluta efficit. In quibusdam is morbus cōtingit ex naturali habitudine, ut infantia uideatur, aut cibi uiscosi, aut crassæ naturæ nimio usu, unde phlegmaticus humor in uenis congeritur: euenit tamē & ex sanguinis adusta fece, quæ in meatibus uentriculorū, tum medijs, tum postremi uentriculi cōcluditur. Quæ demū si aucta in essentia cerebri deriuetur, melancholiā & insaniam facit conclamatam, quemadmodum atra bilis, quæ ex ruffa oritur adusta, ex qua furēs uelania generatur, quam leoninā uocamus, quæ aut cum febris, aut sine febris fieri solet: unde quædam calida, quietior, aut mitior phrenesis adiudicatur. At cum ruffa bilis percoquitur, quam diximus furiosam insaniam efficere credimus. Ex dolore quoque capitis is morbus oritur ex causa primitiuam uocant: interdum ex aliorum membrorum communiōne, ceu oris stomachi uitio, uel mēbris ignobilioribus, ut tradit Galenus, cuiusdam pueri exemplo cui à crure ad femur, inde ad coxam, mox ad ceruicē, ad caput demū pertingere uidebatur uapor quidā ex quo torpore corripiebatur, adeo ut nō solum nō sentiret, sed ne intelligere quidē ualeret. Et altero quidē

Pituitam euocantia.

Quæ signa, comitiales morbi præcedant.

Spasmus.

Beats anime.

quidē exemplo haud dissimili in quo frigidum uentum ad caput ascendere perceperat nam ea materia in quibusdam nervosis membris delitescēs ad neruorū originem in modum uenti reptantis pertingere sentitur, aut quia eadem materia mēbra paulatim in uiris commutat, scorpionis ueneni exemplo, aut torpedinis piscis miraculo, qui retis contactu membra torpescere facit. oculorū quoq; , ueluti suffusiones, uitio interdum stomachi inferuntur. Sed sæpe comitialis morbus oritur, quoniam in cerebro materia colligitur, cuius tria genera cōstituantur, sicut in melancholicis traditur, ex cōmuni tamē causa in hoc morbo cerebrum omnino pati certum est. At puerum illum Gal. perpurgarī iussit, mox asphodeli & sinapis cataplasmata morbi origini imposuit, & crus arctius deligauit, quæ remedio fuere. Idē autor in cæteris cerebri affectibus ex quibus epilepsia humorum offensione fieri contendit, piperis mordacitati si quis id nimium deuorauerit, per quā simili coniectura, ex illa nanq; aromatis mordacitate singulus infiniti in seipso oriri asseuerabat, uel alia pari acrimonia ex aliquibus cibis deuoratis, quib. per uomitiones eictis singulus protinus sedabatur. haud dissimili ratione ad expellendam materiā omni nixu in epilepticis neruorum initium colluctatur, in qua re membra totius corporis miserabiliter sine sensu quatiuntur. Paulus ex cerebri substantia uel uentriculorum corripit hominem epilepticum tradit, uel aliorum membrorum iniuria, locorum uitio, uel si secundæ remorantur in utero. Infantibus peculiaris morbus est conuulsiones uocamus, alij distentiones, quantum causa imponere nomina ueteres non consueuerunt. senibus uero aut decrepitis ferē nunq; euenit. Comitiales præterea morbum antecedere animi tristitiam, obliuionem, & mentem immutatam, somnia turbulenta, dolorem capitis, ac cōtinuatam grauedinem, faciei pallorem, ac linguam sæpe balbutientem, quam aliquando demordere solent. Si ex stomacho quis comitialiter conciderit, stomachi fluctuationes intercisionesq; antecedunt, soletq; & abstinentia humores in eo exacuere: quibusdam adeo sauius ortus est is morbus ut ad præsens correptos interemerit. Comitiales morbos, ait deprehendet bitumen suffitu, aut gagatem lapidem, aut caprinū cornu, aut hirci ni iecoris nidorem, aut idem commanducatum.

Curationes morbi comitalis. Cap. XXXVII.

Ingruente igitur morbo ijs qui sæpius corripuntur, obtorta membra corrigēda sunt, lea præsertim arctius deliganda, à quibus malum oriri ab epileptico sentitur citra tamen torporem, sed soluenda rursusq; deliganda. Possidonius perpurgarē prius uniuersum corpus suadet, deinde membrum cataplasmate fouendum, quod exalefaciat & discutiat & distemperantiam emendet: qualia sunt menta, althea, & dropacis omnia genera: ex sinapis semine, uel euphorbio. In alijs comitialibus penna in os inserēda cum oleo intincta cyprino, uel irino, uel narcissino, ut uomitionibus, tetri humores inde regerantur. Vtile quoq; est peucedanū & laser suffitu naribus subditus. Si à sanguine ea pestis oboritur, & nullus subsequitur spasmus, sanguis mittendus est iuxta talum, & utroq; crure, & occipitio cucurbitulas admouere oportet, uel eam partem candente ferro inurere, ut continua inde sanies effluat. Aliqui & pilulas coccias imminente morbo dedere. An tiqui ueteres nigro + ueratro perpurgabant, de quo dicere hoc in loco par est, quoniam morborum causas extrahit radicitus, nostra ætate terribile, nec nisi in cōpositionibus datur, sed priscis tam promiscuum (ut inquit Plinius) ut studiorum gratia pleriq; ad prouidenda acrius, quæ commentabantur, sæpius sumptitauerint. Constat Drusum inter tribunos populares clarissimum hoc medicamento, liberatum comitali morbo in Anticyra insula, ubi tutissime sumebatur: quoniam sesamoïdes admisceretur. Radicis cortex carnosissimus eligitur, optimū quod acri gustu feruensq; in frangendo puluerē emit tit, uires eius pluribus annis durare tradunt. Ex aqua plurimum dari censebant, modicē obolos quater nos, addito sale, uerum pro albo elleboro assumendo maior totius corporis cura antecedebat magno terrore & fama: sicut & ætate nostra cum puer essem de radice pontica, qua nihil sanctius inter remedia haberi potest, illud euenisse tradunt: quoniam in eadem sporta ab Aegypti Alexandria eandem radicem unā cum uiperinis trochiscis inter merces detulissent, omnino exitialem. Nubilo non dabatur elleborus, nec hyeme, aut æstate, sed uere aut autumno, corpora septe diebus præparanda,

Conuulsio pœtiliaris infantia morbi.

aliq; alba.

Elleborus.

paranda, tum cibis, uel uini abstinentia, tertio & quarto die uomitionibus, pridie **ecere** abstinentia. Albū ē dulci datur aptissime in lacte, aut pulre. Inuenere & dissectis raphanis elleborum inferere, deinde raphanos comprimere, ut trāseat ius in succum, atque ita dare. Reddi post quatuor horas incipit, & totū opus septenis peragitur horis. medetur ita comitialibus morbis, uerigini, melancholicis, insanientibus, lymphaticis, elephantiae albæ, lepris, tetano, tremulis, & similibus, uel podagricis. Senibus & pueris, non dari tradunt, item mollibus & foeminis animæq; exilibus, scammonium item obolis duobus cum castorei drachmis quatuor. Gargarismata præterea & sternutamenta profunt si cerebri causa fuerit, ex materia præsertim frigida, præoniæ namq; farina utiliter in nares facitur, rutæ succo addito: chamæleuces radix cocta ex aqua & contrita, melle excipitur addita præoniæ farina, cinamomiq; exiguo, mane sumitur singulis diebus linguae mensura. senis mensibus integram promittunt salutem. Alij sampluchi succum, quæ in aridīs prouenerit, drachmæ pondere, singulis diebus assumunt mane, lunæ coitum, ac plenilunium euitantes: quibus interuallis purgari uolunt. Suilla caro damnatur, stomachi cruditas, frigus ac uentus in primis obest, uini item usus, capre, allium, similiaq; acris, apium quoque, quo epileptici deprehenduntur. Soles præterea & balnea euenient, crapulam & ebrietatem, ut Aegineta tradit, uel inconcocto cibo rursus alium super ingerere, famem item interpestitiam ferre, & pinguibus uti, obesse nunciat, uinum quoque uetulum crassa substantiæ nocentius esse & in cibis acris, uel uehementer odorata, quæ caput degrauat, damnauit & thermarum usum, & ex alto grauissimum perauit despiciere. Terræ ita quæcunq; effugere necesse est, ac solitudines in primis. Caluariam, præter cætera auxilia, humanam inter catapotia contritam dedimus miro experimēto, ex ijs quæ ex Aegypto deferuntur, cadaueribus. Si antiquorum experimentis credimus, hæc comitialibus medetur, succus syluestris rutæ cyathis quatuor potus, pulegij semen ex aceto prodest, aut siliqualtri succus, Castorei autem. Infantibus capiti illinitur anisum cū pulre hordeacea, aut secundum Pithagoram, in manu habentes non timere morbum prodest & sinapis semen tritum cum fico & cumino, ferulæ semē, luna quarta, sexta, septimaq; lingue mensura dandum censent. thymum utrunque olfactu correptos excitat piper, cum uua passa, cum nucleis commanducatum. Huic uitio subuenit odore galbanum, & cū uetere oleo assumptum spondyliū, populi nigri semen, ex aceto, panacis radix cū coagulo uituli marini, ita ut sint panacis partes tres, beronica per se uel agarici oboli terni, baccharis radix arida, cum coriandro ex aqua calida, hyssopum & peucedanum cum coagulo uituli marini, quinque folij folia contrita diebus triginta ex uino sumpta. Cerebrum cameli arefactum ex aceto potum, serum caprinum sub diuo prius refrigeratum prodest, leporis quoque coagulum, asini quoq; cerebrum ex aqua mulla: infusum prius in folijs semuncia per dies. Item unguarum eius cinis, coclearibus binis toto mense potus, item testes sale asseruati, & aspersi potioni, maxime in asinarū lacte, uel ex aqua. Membrana partus earum præcipue si in marem peperint, olfacta, accedente morbo comitiali resistit. Prodest cespium cum myrrha momento. Castoreum in aceti mulli cyathis ternis ieiunis datur. His uero qui sapius corripuntur, drachmæ binæ clystere misce infunduntur, addito mellis & olei sextario, & aqua tantūdem, sed ad præsens correptis olfactu subuenit cum aceto: At qui stomachi uitio corripuntur, nauisæ antecedunt, & cordis palpitatio insueta, tum uomitus prodest raphano commanducato, ubi ueratri albi furculus tridui interuallo fuerit maceratus. Deinde uentrem ducere, ijs quæ phlegma aut aquas trahunt. demum emplastrum uentri imponimus ex rosa, spica, mastiche, thure, ladano. Vino meraci uti non debet, uerum cibi mediæ materiæ conueniunt. Ad dam Possidonij sententia quedam remedia, quæ uidere non erit inuile: is collapsum epilepticum laesere excitari & castoreo oxymellite dilutis, & adaperto ore in fauces liquadum tradit. Et in aluum centaurei, & calaminthæ decoctū infundit, uel aristolochiæ, expergefactis, colocynthidis hiera Galeni purgari. Idē autor ellebori corticis drachmā cum mulso dare solitus est, uel cū melle cocto addito pipere. Cum hypochondriorum uitio id malum contigerit, cucurbitulas affixas laudamus sub præcordijs, quæ deinde capiti admouemus, & cataplasma subinde ex amaris amygdalis, aut serpillio uel calamintha, men

Veratru quibus non dandum.

Quæ uitanda sint comitialib.

Comitialis morbus ex stomachi uitio.

tha, menta uel ruta, abraso prius capite, mox peucedani decoctū ex aceto, uel spondyliū, aut iris per interualla hieræ drachmæ ternæ, & olfactoria quoq; sternutatoria quæ erri na uocat Galen. naribus iniecta ex cyclaminis succo, aut radice eius aridæ farina, si subijciatur: aut elaterū cū lacte, & capiti quoq; exulceratiæ emplastra sternutatoria imposita. Si ijs remedijs nō cedit morbus, in bregmate uel occipitio inuritur, ut materia inde nō cens effluat. Didimi opinio est, si suo sanguine collapsi labia illinias, nā saepe ex naribus uel aliunde profluit, protinus excitari, uel si magnum pedis digitum in quancunq; partē conuellas. Archigenes eryngion montanū laudauit, si acceperint eius radicem aridā cōtusam ex mellis acerabulū mensura diebus cōtinuis, ita ut annū impleat, si cōtinuauerint morbum non recidere. Aesculapius uero oxalydem prætulit uiridem cunctis remedijs quotidie assumptam à prima luna ad tricesimam usq; quæ & insanientes resipere dicit. Dioscorides cum Plinio spondyliū laudat & bryoniæ radicē, drachmæ pōdere, & carpobalsamū ternis drachmis, sed non id quod officinæ nostræ uendunt, quod tantū distat à carpobalsamo quantū à bromo uilissimo asinorū inter fata pabulo: naues onustas deserunt, nullius penē momēti, nullius odoris: cum id preciosissimum sit, & odoratum. Desiere & horti ætate nostra regij apud Memphin, cum hæc conderemus. Cardomum singulis drachmis prodest & pentaphylli foliorum aridorum drachma, quotidie pota. Iaser quoque per se. Inter animalia testudo quoque terrestris cocta & assumpta, castoreum item de quo saepe dictum est. Sed stellionis tuniula nihil mirabilius, quæ eodem modo, ut anguis exiit quidam & ipsum harundinem exenteratum & inueteratū hibendū dedere, alij in cibo in ligneis ueribus inastatum, uerum ales fraudulētus depositam senectam prorinus deuorat, nisi obseruato cubili eius ætate, nam hostia, fenestras, cameras, sepulchraq; uetusta incolit: uere incipiente textas opponunt casus ex filis harundinibus, quarum angustias adamant: ex quibus reptantes facilius circumdatum torporem exuunt ad quem deuorandum remeare nequeunt. Prodest & cerebrum murstele inueteratum potumq;. Et iecur eius uel testiculi uuluaq;: aut uentriculus inueteratus cum coriandro: item cinis: syluestris uerū tota in cibo sumpta, lacerta uiridis ablati pedibus & capite, cum condimentis quæ fastidium abstergant: fel agninum cum melle magnificē laudatur. Lien mulæ in oxymellite potus iuuat, cæselis herba, Galeni sententia, spondylii semen, & radix, & aristolochia ex aqua pota. Idem autor mire prodesse tradit, frequentem sanguinis missionem ex popolite uel suro. Præoniæ quoque radicem miris laudibus extulit si collo gestatur, ut stomachum contingat, ita ut sapius correptos liberauerit. Senes & pueros, qui ægre medicamenta sustinent clysteribus curandos docuit, centaurei, aristolochiæ, polypodij & anethi decocto: gargarismata, & sternutamenta quoque prodesse. Pueris præcipue profunt, dropaces, quæ mēbra rubescētia reddunt. At infantes nuper æditi, uix curantur, quoniam quæ nutritibus dantur parum proficiunt, pro quibus hanc compositionem penē diuinam inuenere: in qua ea admiscuntur: Asinixæ unguis: seminis præoniæ, p. 3. dictamni radicis albæ, quæ uerius fraxinum humilem, Illyricorum more uocauerim, uel Græcè chamæmelinam, qualis sit apud antiquos herbarios nondum inuenimus, magno medicorum errore dictamnium uocitatum: huius quoque par. 3. feminis atriplicis. p. 1. coralli utriusque farine. p. 2. margaritarum minutarum. p. 1. foliorum auri, mulciq; odoratissimi exiguum in polinam tenuissimum redigantur: Obolus ex lacte infantibus satis est. addunt alij castorei optimi. p. s. nos uero addimus non in consulto caluariæ. p. 3. cadaueris quod ex Aegypto defertur, miro quodā miraculo reuocato ad uitam infantes uidimus, et si tinearū uitio malum id ortum fuerit. Paulus uero præter cætera asphaltū, laserem, cedriamq; picem laudauit: & corpus ellebori cathartico perpurpare docet, & colocynthide abiecto, semine, aut albo elleboro. medicamentū hoc modo fieri solet: baccarū lauri detracto cortice. 3. 8. piperis albi. 3. 8. alypiados, euphorbij. 3. 8. ellebori albi. 3. 8. ea admiscuntur contrita. modus est pro corporis uiribus: & a purgatione balneū prodesse tradit: & occipitio panem ex mulso addito croco & amaris amygdalis imponendum triduo cataplasmatris modo censer, aut serpillio, aut menta, aut calamenitha, aut rutha additis. Demum ad cutim caput tondere & peucedani lachryma inungere ex aceto diluta, in quo spondylium incoctum

Carpobalsamū.

Cibi generi idoneum comitiali morbo laborantibus.

incoctum sit: & post decimum diem castoreum in mulso dari suadet, & centaurij, colocynthidisque decoctum per clysterem infundere. In cibo cappare & salamēta laudauit, quæque incidentia, extenuataque dicuntur. Famem tamen damnavit, carnem, legumina, uinum, & ueneris præcipue ulum, balnea quoque: & in cibo uel condimentis sinapi. Nam pestiferum uinum adiudicauit à balneo potum. Qui stomachi uero uicio comitialiter concidunt, ad bonam concoctionem, inquit Paulus stomachum confirmare oportet. & panem ex uino albo meraciusculo leuiter stiptico dari. Bis ter uel singulis annis aloē in medicamentis assumi. Nam & agaricum epilepticos adiuuare commemorat, & sileris semen, spondilijque cum radice, & aristolochiam rotundam ex aqua potam plurimum ualere. Inter exercitationes crura mouere ac defatigare suadet. & si ab extremis partibus uitium id ortum habuerit pede uel manu, ea deligare prius necesse est, & inclināte morbo, medicamentum exulceratorium parti imponimus, quale lepidium est: aut cantharides uel his similia. Ab his remedijs theriaca, & naturalia balnea postremū locū possident.

De his quæ caput & sensus purgant, Cap. XXXVIII.

Hæc caput & sensus purgare dicuntur, quæ non solum causis antecedentibus cōferunt, sed sequentibusque conferre existimantur, sicut & distillationibus, & capitis grauitatibus, si modus ratioque seruetur. Succus igitur betæ albæ naribus inditus caput purgat uel sensus quoque: brassicæ decoctum in cibo, nasturtium tritum ex melle capitis uitia, sinapis semen contritum & potum caput & sensus omnes purgat & firmat. Semen quoque crocinum rosæ subductū ad sensus purgandos facit: radix uitis albæ, uua passa cum nucleis & pipere commanducata, hederæ quoque succus naribus infusus: efficacius addito nitro. Cyclaminos cum melle, capitis pituitam purgat. Rhysselij radix apij similis herbæ commanducata: anagallidis succus infusus per nares, ita ut uino inde colluatur: caput purgat calcanthum cyprum cum melle dilutum, ac naribus instillatum. At quando de sternutamentis in omnibus fere his morbis mentio habita est, quibus caput purgari certum est: ideo hæc pauca specialius subiungemus, quibus quoties opus fuerit, sine mora ac labore legentes hunc perquirant locum. Iris itaque naribus subducta sternutamenta mouet, sed ea non est qua utuntur nunc officinæ, lanarum insectoribus familiaris, nullius in medicina pene momenti: Illyrica ad medicorum usum ruffa odoratissima celebratur, hæc sternutamenta mouet Plinij & Dioscoridis sententia: ueratri quoque albi radice farina, uel rubicæ quoque radix inter pauca, ranunculi radix sicca & concisa. Ostendere nobis herbarij quandam sine nomine herbam in montibus agri Veronensis humilem supra Suauij oppidum, pallidam ueluti canescentem abrotoni modo cōcisam, quæ manibus calefacta, subiecta naribus sternutamenta etiam uiridis mouet. mouet etiam tricomanes, pyrethrum, piper, zingiber, & herbæ lanariæ radix. Hinc ad neruorum affectus transeamus, & primum de resolutione neruorum, quæ apoplecticis contingit.

De paralyticis, Cap. XXXIX.

Apoplexia, hæmiplexia, paralyticis.

Cum uniuersum corpus (ut dictum est) resoluitur, & in omnia membra materiae quæ uerior incumbit, apoplexiam ueteres auctores, cum in partes tantum, hæmiplexiam & paralytin, uocauerunt: sunt & qui utrunque eodem uocent nomine, inuenio & pharesin uocari, in uniuersum syderationem, uel resolutionem Latini uocauerunt. Ex Græcis Galenus membri nomen addere uoluit, ut genæ paresin uel paralytin, manus quoque aut pedis: alij μαλακίαν uocauerunt, hoc est mollitiem. Solent eadem fere semper quæ resoluntur torpescere, unde pleraque remedia paralyticis membrisque torpentibus conferre uidentur, paralyticis item & tremulis, per cognationem enim morbi cōeunt. Is morbus seuor est cum in totum corpus incubuerit, sensus & motus auferens, quoniam cerebrum afficitur, quo & facies offenditur, cæterum si à spinæ medulla malum oriri uideatur, anatomica ratione uoluntario motu nerui inde omnes oborti læduntur, uel his superiores qui pectoris motum subministrant, quoniam à medulla initio oriri cernuntur: constat namque medullam spinæ præcisam inferiora omnia membra torpescere statim atque resolui. Archigenes hunc morbum temporis spacio uinci nunquam arbitratur, in quo corporis partes ita desunt, ut mentis & rationis simul splendor obscuretur, memoriaque amittatur. Senibus incumbit per hyemem plurimum ex magnis cruditatibus, uinolētis, crapulisque

erapulisque ut dictum est. Qui hac ægrotatione corripuntur, deinceps circa sensus contuminati uiuunt uel semiuui. Exempla ponemus si quando à foris iniuria membrorum debilitas secuta fuerit: uidimus quendam sub renibus in spina uulneratum, altero duntaxat crure debilitatum, quoniam altera medullæ pars ictum senserat. alium e ponte lapsum, iuxta spinam, sine motu & sensu iacuisse, triduoque obijisse. Alterum ex alto quoque lapsum integris manibus, cæteris debilitatum partibus, quoniam ab initio medulla illaesa permanerat. Ex equo alium lapsum, luxata septima uel concussa ceruicis uerebra, digitis torporem tantum intulisse, quem insciji uulnerum medici auxilia digitis imponentes ægrum frustrabantur, quæ tamen contusæ parti imposita ex toto profuere. At faciei partem sensationis & motionis uires à cerebro possident, per neruorum semitas inde orientium quorum alij humoribus crassis obstruuntur, alij immunes relinquuntur: quibus de causis oculus interdum, de quo sequenti uolumine dicetur, aut lingua aut genæ, aut labia, buccæ uel resoluuntur, quoniam singulorum nerui non ex eodem tramite oriri uidentur, sed alij ex alijs prodeunt foraminibus, quæ in nuda caluaria facile conspiciuntur. E diuerso cuidam faciei duntaxat motus ac sensus permanerat, cæteris resolutis membris, læsa ab initio spinæ medulla. Vidimus & Marcum Bassadonium ex acuta febris paraphrenitide, dextro brachio debilitatum, adeo ut sensationis & motionis uires amiserit. Opere precium igitur est nouisse neruorum originem. quoniam qui longius procedunt, & à cerebro uel medulla oriuntur, sensificam uim possident, quæ perpetuo in membra effunditur per neruorum tramites, nerui uero qui membrorum lacertos mouent, ad saltus & opera faciunt laboriosa, qui lassitudine defatigantur: à quibus omnibus & sensus & uoluntarius motus, & uterque pariter adimitur. unde membra quæ resoluuntur, aut insensibilia, aut immobilia redduntur, uel utroque affectu debilitantur. Inde uniuersum omnia periclitantur si cerebrum principale membrum obsessum fuerit (ut in uniuersali dictum est) apoplexia qua celeriter rapiuntur.

Faciei motus & sensus.

Per neruos sensificam uim in corpore diffunditur.

Curatio paralyticorum, Cap. XL.

Archigenes paulatim sanguinem demi suadet si abundantia notæ sunt: alioqui, si intempestiue dematur, calori naturali officere arbitratus est, prohibere item reatum, habitum, tempus, & constitutiones: & præteriti uictus rationem plurimum referre adiudicauit. Fiar autem, inquit, à partibus ualentioribus, & membra subinde pelliceis cōtegenda, oleo scionio iniuncta quotidie, uel glaucino addito castoreo, aut lana succida celsipo infecta, addito interdum nitro. sorbitiones interea tenues esse debent ex pistana, uel alica, alius subinde subducta est clysteribus, uel aloë uel polypodio uel diacolocynthide. In potu aquam mulsam laudamus: post cœnam ueteres uomitus laudauere, & ex uenatione carnem, assam præsertim. Longam quoque famem & cœli mutationem, perfrictiones, gestationes, exercitationesque probauere. Prodest & summam cutim exasperasse, urticis casam, uel sinapi semine imposito, sicut ubi rubescere cœperit corpus, hæc remoueantur. Scylla quoque contrita & imposita cum thure efficaciter prodest, pluribusque locis cucurbitulas sine ferro admouere. Inter unctiones aptissimum est oleum uetus per se, uel addito nitro uel aqua salia. Sed in primis frigora uitanda sunt. Prior ætas præter cucurbitulas, pulsabat membra leuiter inflatis uescis bubulis. Diligentiores ex nostris nihil per purgari censent inconcocta morbi materia. Acori radice, saluia, stœchade, rosmarino ex aqua unâ de incoctis & colatis addito melle uel saccharo, syrupum faciunt ad maturingas potiones perutilem: mox catapotia dari uolunt, quibus materia phlegmatica extrahatur, aut diacolocynthide, uel diatripolij farina, uel tragemate, de quibus mox dicturi sumus. Singulis tamen diebus ea compositio plurimum prodesse traditur in qua hæc imponuntur, pyrethri, githi, costi, piperis, macis, piperis omnium 3. 10. myrrhæ, rutæ aridæ, aristolochiæ, baccarum lauri, castorei, castæ odoratæ, sinapis, gentianæ, omnium 3. 5. melligenis anacardinæ ex amygdalino oleo iniunctæ, ex melle in unum componuntur, commanducantur binæ 3. mane: natuum enim calorem excitant, sicut remque, decemque diebus cathartica abstinentur, ubi uictus tantum ratio exigatur. His simplicibus remedijs paralyticos & tremulos iuuari uideo, quibus antiquitas usa est. In paralyti clysteribus infundebant cucurbitam herbaceam quam colocynthidem uocamus,

Vena sectio.

Inconcocta non purganda.

mus, electo semine, brassicæq; decoctum & in cibo sumptum, cappares item quotidie
no usi, nam & eius cortex ex uino sumitur. sagapenion ualet, & laser medetur ex aqua
mulsa. Vinum minus neruo infestat, uetustate dulcescens, quoniam minus in nervis ace
rare creditur. Id quibus sine uino uita esse non potest dictum sit, alioqui in nervorū
uitijs dari non censemus. Quod bicon tamen appellatur dandum putant, paralyticis ac tre
mulis nocuum. Paraly sin betonica sanare dicitur: & iberis achmex radix ex aqua mulsa
absinthium quoque utiliter datur. Incipienti uitio succus hypocistidis tribus obolis da
tur. serum caprinis matutinis utile, & e uetere gallinacco ius, & carnis testudinis deco
ctæ ad tertias succus bibitur. Oleum amaracinum illitum prodest, lilium quoque, & lau
rinum recens, utile & selgiticum balsaminumq;. liquida pix plebi utilis si perungitur. &
femen quoque hederæ, pinguis glirium decoctorum utilissima traditur, simili modo so
lutis aqua aluminata, aut bituminata utilissima perhibetur. Patauini fontes, ac Strati
censes aquæ ob id cæteris præferuntur, testes castorei triti cum semine agni ex rosaceo ad
crassitudinem mellis perunctis omnibus. inter compositiones idem testes, costum, pi
per, pyrethrum, euphorbium ex oleo excipiuntur narcissino, aut laurino, ea enim molli
unt, exiccant, mordent, extenuant, atque excalesciunt. Diatripolium hoc modo fieri
solet, tripolij farina 3. 8. hermodactylorum alborum 3. 7. diagridij, zingiberis, ana 3. 5. sac
chari albiissimi 3. 5. modus est obolis tribus, drachma ad summum, tragemata diatripolij
eo modo componuntur, ramentorum sandali albi & rubentis, uolarum, zingiberis ana
3. 1. 5. anisi, cinamomi, croci, mastichis, ana 3. 5. tripolij, hermodactylorum ana 3. 1. theubar
bari hoc est rhecomæ electæ 3. 10. diagridij 3. 4. sacchari albiissimi lb 2. ex aqua centau
rij fiunt tragemata. modus est à binis drachmis ad senas.

De lingua resolutione. Cap. XLI.

AD hanc partem tum morbi causarum affectus similitudine non incongruè transe
undum fuit: nam lingua ita quandoque resoluitur, ut hominis sermo explicari nō
possit, quod interdū per se euenit, in qua causa quæ supra de paralyssi diximus huc refe
renda sunt, uerum corpus uniuersum, aut sanguine si opus fuerit, aut cathartico perpur
gabis. deinde uenas quæ sub lingua sunt secato, & cucurbitulam sub mento imposito,
& quæ pituita ex ore educat apophlegmatissima imperato, thymi uel hyssopi uel nepetæ
decocto, uel sinapis: ceruici & occipitio unguenta adhibebis acutiora, uel sinapisimos, cer
uicæ perfricare uehementer, lasere linguam linire, uel sinapi commanducare, aut pyre
thrum. plebs uel rusticitas ipsa allium comaducare potest, aut cepe. sed magna ui in om
nibus lactandum est, ut uerba exprimantur, & retento spiritu diu exerceri. & radiculi es
se prodest Celso autore, deinde uomere. Alij gariophyllum, & piper laudant, aut nucem
muscaram, & zingiber, astaphisagriam, & sampuchum, gith quoque & salem capodo
cum, contrita linguæ imponuntur, quibus multa pituita os saluat, si cofricatur. Linguæ
grauis imperfecta q; loquenti laserem laudauere ueteres, Plin. ac Diosc. testibus, in mul
sa gargarizatum, uinum damnantes, sicut in opisthotonicis, tetanicis, spasticis, cæteris q;
neruorum uitijs. At in gena soluta de qua sequenti uolumine dicitur uel cibo quæ pare
sin uocauimus, Galeno autore, calidioribus, & acutioribus. unctis uti debemus. sandy
cis succum laudat, admixtum in potu, myrrham, & castoreum, styracem & piper, æquis
portionibus damus, aut opopanace, sagapenion & castoreo, aut myrrha, cyrenaico succo
cum pipere & rutæ cima: Acrius quoque pustulas excitare suadet plurimum huic malo
conferentes, igni, aut caustico medicamento in occipitij cauo: *ισορ* uocant græci, unde
noticeus habet initium, & binas utrinque, tres quatuor uel in summo uertice efficere uti
lissimas fore: unde perpetuus inde humor effluat maxima ægrotantis spe. Victus tenuis
esse debet ex media materia, non feruentis naturæ neque glutinosæ quæ urinam ciant,
uenter clystere subducatur, caput abradere necesse est, & cucurbitulæ cum scalpello cir
cumponendæ sunt, ut sanguis copiosius inde effluat, sed temporis ratio habenda est. ster
nutamenta interea profunt, & quæ pituitam ex naribus educant. Vnctionibus caput
conficandum est, de quibus dictum est, pyrethro, lauri baccis, nitro, sinapi, cum cyprin
no oleo, aut sinapi per se largius impositum. Dropaces quoque omnes his maxime con
ueniunt. Reuocare etiam sensus thapsia dicitur illita ex aqua uel aceto. Quidam post
Dropaces

Vinū neruis mi
nus nocens.

Diatripolium.

Resolutæ lin
gua auxilia.

Dropaces diacantharidum unguento utuntur. In potionibus uero cum mulso castoreo
um danus 3. 2. aut laser pari pondere aut opopanacum fabæ magnitudine cū castoreo,
& sagapeno, aut inter compositiones theriaca ex uiperis, aut anudotum Mithridaticū,
aut illud, castorei, rutæ agrestis seminis, opopanacis, oboli 2. pyrethri obolus, acori, tan
tundem, piperis grana 10. cum hydromellite, pro uiribus datur, modus est linguæ mensu
ræ. Vniuersa cura à capite sumere initium debet.

De resolutione uesicæ & curatione. Cap. XLII.

UESICA uero resoluta, Paulo Aegineta autore, seu cohibeat urinam, aut inuita exclu
dat, pectini & uesicæ ceruici remedia adhibeantur, & in aluum infundendum ole
um rutaceum, aut cucumerinum addito butyro, & castoreo, galbano, opopanace, aut la
sere: uesicæ eadem uoliter etiamnum infunduntur, & singula quædoque medicinam faci
unt. Centauræ uero & colocynthidis decoctum cum cucumerino oleo efficaciter in
funditur. Salutaria esse prædicat idem autor quæ urinam in potu ciunt, & castorei idem
præstat. In primis tamen obseruandum esse quibus urina subliterit suffiu multa pro
desse, & causticorum illitu. At urinam cohiberi, stipicis, & uires confirmandibus reme
dijs, in cibis exiccantibus uti, ac potionibus refrigerantibus. Ex uulnere aut ex alio la
pis occurrere non potest, si spinalis luxata fuerit ac medulla contrita aut uulnerata. At si pe
nis resolutus est eadem quæ dicta sunt profunt remedia, in quo casu urinæ exitus nō im
peditur, sed coitus, & seminis excretio: quæ calefaciunt imponenda sunt, & satyrasim ex
citant, danda. Præter alia ceruicium carnes, echinorumq; mollia, & inter uolucres stur
ni. Cauenda sunt frigida omnia edulia, lactucæ & olera similia. Ex Archigene remediū,
in eo castorei, rutæ agrestis seminis, pyrethri, acori, ana, obolus, piperis grana 10. cum
hydromellite dimidium bibitur, cæteris diebus totum datur. Solutis uero interaneis ex
crementa in ueluntario profunt uel retinentur. iisdem utimur, & alui infusionibus, Aegi
neta autore, uel stypticis, ueluti cyparissi decocto, aut lentisci uel rubi. Interdū uero &
mollientia profunt, sicut axungia, aut anserinus adeps, aut maluaceum oleum. interdum
& mordentia ualent, qualis muria est, aut colocynthidis decoctum. At si frigore id ma
lum ortum est exiguum euphorbij ex oleo acopo dissoluti infundantur. At ipsa soluta
membra iuuantur si sapius confricentur, distendantur, sæpiusq; deflectantur.

De Paralyssi ex colico dolore. Cap. XLIII.

EX colicis sæpe doloribus plurimi paralytici fiunt: aliquibus annis ui pestifera per
provincias euenit cæli uitio, & plurimos sustulit, motus membrorum non sensuū
intercepit, quoniam materia sensibiles neruos occupat, crisimo naturæ motu, sicut ex co
mitiali interdum morbo & apoplexia. Nonnunquam ex uulnere præfocationibus, uel sta
tutis quibusdam febribus, quæ quandoque in paralyssi membrorum exteriorum per
mutantur. Ex colicis doloribus, refert Paulus, simpliciora quædam per sanare, sicut o
leum non multum uehemens, quale est lilinum & nardinum, narcesinum, uel carynum.
Indicum, aut cedrole. im. Paulus plerosque iuuari tradit ijs quæ leuiter refrigerat & mē
bra confirmant, & calidiora plurimum obfuisse. iuuat propterea chamomelinum oleū
cum succo seris satyræ, aut glycirrhizæ. Paralytici ex aquæ frigide largissimo potu, ther
mis calidioribus ac siccioribus recte curantur. Deinceps neruorum reliquos affectus
quos symptomata Græci uocant, dicemus.

De contractionibus. Cap. XLIII.

SPASMI siue neruorum contractiones morbum (ut dictū est) comitalem semper se
quuntur, sicut & apoplexiam paralyssi, neruorū utriusq; affectiones: quæ uoluntari
os lacertorum motus a functionibus suis prohibent. In spasmis membra uersus origi
nem in uoluntario contrahuntur, haud dissimili cum naturali & uoluntario motu. Citha
ræ chordæ, inquit Galenus, aquilone flante, contrario humectante, facile rumpitur, ob
id haud inepte à citharedo laxatur: pari ratione & in humano corpore nerui, aut nimia
humiditate, aut siccitate distendantur. Nam & ex apostemate, quod initio neruorum
otiri solet, membrū contrahitur: ex apostemate cerebri calido membra subiecta ita con
trahuntur, sicut exiguæ chordæ, quoniam ex ardentis febris sola siccitas distentionis cau
d 2 sa est,

Remedia resolu
tiponit.Interaneis re
soluio.Colici doloris
presidia.

Elegans simile:

sa est, in eo genere tetanici sunt, inquit Galenus & Aegineta, cum musculi circa col-
lum ita ex æquo rigent, ut se flecti non possint recta ceruice, & immobili: & cum
Tendonet. mentum pectori annectitur, emprosthotonum uocari: si caput uero scapulis, opistho-
tonum appellari tradunt, Tendonetæ uocari neruos ualentes circa collum, à rigore
dicti, qui caput sustinent, & ceruicem mobilem reddunt. In poplitibus quoque ua-
Toni. lidiores ad cursum ponderatæ, neruos ingentes eodem nomine uocauere. Sic & qui ex
utraque stomachi parte descendunt, à robore toni dicti sunt: nos uero à troce uocales ap-
pellauimus, quoniam læsi trocem adimant. Omnis præterea distentio, quæ ex siccitate or-
ta sit insanabilis habetur: cæterum quæ ab humore superabundanti, aut abscessu pro-
ueniunt sanari possunt. Cum igitur à principio aut non multo post, inquit Paulus, spasmi
incipiunt ac permanent, alioqui sanis, sine alio præcedente morbo, & cum partes conse-
litim conuelluntur, ex humorum plenitudine fieri certum est. At post nimios sudores, uo-
mitus, uentris fluxum, sanguinis profuuium, uigilias, famem, & diurnas febres arden-
tes præsertim, exinanitionem corporis, exitialem indicant, quoniam ex uehementi aridi-
tate nerui distenduntur. is morbus maxime periculosus est, ac ferè irremediabilis. In cæ-
teris tetanicis exundantiam exhauriendo remedia conferre sæpe uidimus. Contractio-
nes demum quæ locorum uitio, aut infantibus ob rotundas tineas fiunt, suas causas &
curationes habent.

Curationes tetanicorum, Cap. XLV.

Cum igitur rigore quodam neruorum membra contrahi uidentur, is inter morbos
acutissimus habetur, quoniam sæpe intra quintum diem hominem rapit, spasmi
dicimus aut tetanum, aut rigorem uel distentionem uocamus. Euenit quoque & scorpio-
nis ictu de quo in libris animalium uenenatorum dictum est. Si quædam membra humo-
re contrahuntur, eadem utilia esse creduntur, quæ contra paralytin dicta sunt remedia,
sicut castoreum cum pipere aut lasere, centaurij tenuis succus, seseli cum oxymellite, & ca-
storeum in potu, uel inter unguenta: uitandum est frigus antelucano præsertim tempo-
re: admonent alij bubulas uescas olei calidæ naturæ ante focum uel in sole ceruici impo-
Frictiones uer-
usbris utiles. sitas, uel ubi morbus ortum habere creditur. Frictiones cum omnibus in homine uerte-
bris utiles sunt, tum ipsæ præcipue, quæ in collo sunt: ergo die noctuque oleo castino cerui-
cem, aut spinæ uertebras perfricabis. interpositis tamen quibusdam temporibus, hoc re-
medio utendum est, dum id intermittitur, imponenda sunt malagmata ex calefacientibus.
Caput si opus est attonsum habere utile est, idque irino, uel cyprino calido fouere &
superimposito pileo uellere, nonnunquam etiam in calidum oleum totum descendere.
Paulus omni nixu frictionibus incumbendum in contrariis, & membra fricari oleo ru-
taceo, siccionio, & uetustissimo per se, & mullam in potu dari suadet. Si ex phlegmate con-
tigerit, perpurgatus humor subueniet, nam & inflammatio proprijs sanabitur remedijs,
alijsque sæpe subducta superiores partes resoluit. Ex sorbitionibus lenibus cibus offe-
rendus est, ex alica intrita bene madida, & mullâ sitim sedabit. At qui ex inanitione pro-
uenerit, oleum per se, aut hydroleum, teste Aegineta, calefactum uel tepens super infu-
sum iuuat: & si nihil prohibeat, ad balnea ducere temperata suadet, ubi ex oleo molles
frictiones imperat, sorbitiones quoque ex ptisana & alica, & uino tenui uel aquoso, si fe-
bris non affuerit: tum enim ptisanam duntaxat offerimus. Ex cerebris uomitionibus a-
canthi radicem ualere tradit Paulus: & acanthi albæ semen epotum, uel Aegyptiæ, ac
centaurij minoris decoctum. Cruribus uero contractis, coxendicibus ac postremis uer-
tebris cucurbitulæ admouendæ sunt cum scalpello, at si brachia contrahuntur, primis spi-
næ uertebris & inter scapulas cucurbitulas affigimus, uel ubicunque opus fuerit, originem
semper querendam esse admonemus. At cum uniuersum corpus sine morbo est, ac re-
pente tamen labiit, aut palpebra, aut lingua, aut os contrahatur, difficilem morbum denun-
ciat, & si corporis partes quæ læduntur minimæ uideantur: in ipsi igitur ab occipitio &
& primis ceruicis uertebris, incipiendum.

De cynico spasme, Cap. XLVI.

Cynicum spasmodum uocamus cum os motu quodam peruenitur, ubi pars altera
faciei tantum affecta est, quæ aut soluitur aut distenditur: in illo oculus claudi non
potest,

potest, nec bicaequaliter inflatur, dumque spiritus foras emittitur Iubia perterritantur,
ac difficulter mouetur, uixque ea pars sentit, ac salua diffluit: si contractio oris est, mens
commota uidetur, ac somnus in promptu surripit, cutis rugosa, interdum tumens: & ex
acuta sæpe febris innascitur. Ex utraque causa ducere aluum oportet, & sanguinem de-
mere, nisi quidpiam prohibeat, & sub lingua Paulus censet: cataplasmata, inunctiones,
malagmata, sinapismi, & cucurbitulæ primis utrinque appositæ uertebris: apophlegma-
tismi quoque ex sinapis semine, & errhina siue sternutamenta, conueniunt. cum pluri-
mum enim ex phlegmate id malum oritur, in quo affectu pilulas coctas damus, addi-
mus bdellium & colocynthidis mollem partem internam præparatam, & opoparthi-
am siue assam scetidam non inutiliter. Antiqui ueratro nigro uomebant uiuum & uene-
rem damnantes, & aquam in potu mullam egelidam, cibumque tenuis materiæ uel
medicæ. Speculum, si sapius intuentur, prodest. Ceruix ac facies castino inungi debet, si
spasmo contigerit, quæ emolliunt prius, mox quæ discutunt, imponenda sunt: interea
anacardi compositionem damus, binis drachmis ad summum. Si nec sic discutitur, occipi-
tium inurere mire prodest. Cynicus spasmus in acuta febris qui sensim oritur, ad præfens
occidit. Paulus de cynico spasmo, in contrarium inquit, æqualiter peruertere per phor-
ueam coadoptatam prodesse tradit. Præter quæ supra commemorauimus remedia, in
primis ualere uidimus chamomilæ decoctum cum meliloti semine, nam & luxatas ma-
xillas corrigit. Sed cauent medici officinarum errores quotidianos qui melilotum
non nouere: hæc noticiæ gratia dixerim scire uolentibus ex Dioscor. & Plinij sententia.
Melilotos ubique nascitur, laudatissima tamè in Attica, ubicunque uero recens nec can-
dicæ, & croco quamuis similia: quancumque in Italia odorator, & candida, & arida diutius
odorem continet: huius semine odoratum est, in asperis nascitur, quod in Illyricis nos ipsi
collegimus. Plinio teste in Campania Italia præstantissima, à Græcis in Sunio, mox
Chalcidica, & Crætica. Ubique uero asperis & syluestribus nata, odor eius cro-
co uicinus est, & flos ipse, placet maxime folijs breuissimis, atque pinguisimis, coronis
familiaris, unde fertur nomen.

De tetanicis ex Archigene, Cap. XLVII.

Qui ex uulnere, aut ictu tetanici fiunt, raro sanantur: nam neque infantibus neque
senibus membra rigore tentantur, sed infantes comitialibus correpti, ut dixi-
mus, mulieres quoque in abortu misere contractionibus infestantur. Si ex uulnere con-
tigerit, sanguis mittendus est, uel copiosus, alioqui spasmo tentari certum est. Vidimus
enim uulneratos post sanguinis copiosum profuuium sine contractionis metu paucis
diebus liberatos. In castris quendam chirurgum uidimus, nobilem iuuenem in humero
uulneratum curantem, cui linteolos protinus uulneri admouerant amici contra sangui-
nis profuuium, linteolos statim euouisse, nescio quid in uulnere digito perquirentem,
dum amicos profusione larga sanguinis conquirentes frustraretur, sanguinem pro ægri
uiribus citra animæ defectum fluere permitte haud ignarus, quod ægrotantem tutum à
spasmo reddidit, & s. circiter die per cubiculum deambulante uidimus. Hoc magistris
uulnerum dictum sit, qui à uena demere debent, si ex uulnere commode haberi non po-
test. Ex plenitudine quoque tetanus sanguinis detractio leuandus est, ac in unctionibus
uehementioribus, cataplasmatibusque, quæ emolliant ac resoluant, uel concilient. Mu-
sculis ac neruis præsertim, qui ad ceruicem, maxillas, & spinam prætentantur, profunt,
si admiscantur, foenugracæ & lini semen, loliacæ farina, ac hordeacea, cum therebinthi-
na resina, galbano, castoreo, melleque multo. Oleum rutaceum ualere dicitur in quo co-
za uel artemisia, incocta sit. suffitu quoque ammoniaci iuuat. Sint cataplasmata leuia &
quæ calefaciant plurimum. Vesica bubula oleo plena sub feruenti fotu continuo prodest,
binæ esse debent, ut subinde mutantur. Alij salem & milium cum fursure candefacta im-
ponunt. Dimittimus in peluim olei feruentis bis ac ter quotidie tetanicos: expedit quin-
tam olei partem seruefacere, reliquum frigidum commiscere, ut temperamentum referat
oportunum. cubiculus calidus esse debet, mullaque in patu danda est tepens, alica ac pi-
fana in cibo sit. Sed laser in primis ab antiquis commendabatur: & hyssopi quoque deco-
ctum, &

Phorueæ.

Melilotos lau-
datissimæ.Uulnerum em-
ratio.

etum, & myrrha quoque fabæ magnitudine, deuorata iuuat, & in primis castoreum in potu datum mirè confert: ab his utiliter infunditur in aluum opopanax cum rutaceo oleo, prodest & Archigenis hera 3. duabus cum castorei obolis duobus ex melle.

Simplicium facultates quæ retanicis, neruorum rigori, opisthotonicis & ceruicis doloribus profunt. Cap. XLVIII.

Teticis elleborum nigrum eo quo diximus modo dattî purgatione ualet. petcedani succus perungitur, bulbi triti per se curant neruorum cōtractiones, hos neruos attractos & spasmatos uocamus. Anisum quoque iuuat, marubium, centaurium ex aqua mulla, uerrucariz folia contrita & illita. Si comitaliter cōtractiones acciderint, tertium genus halimi nascens sub hederæ longioribus folijs & hirsutioribus odore cum pressu tribus obolis in sextarium aquæ. hoc gummi genus officinarum incuria gummi helemi uocatur, capitis emplastris familiarissimum, de eo Plinius & Galenus. Cuius uitu sanat cum axungia uetere. Ad spasmi tremores pix liquida perungitur, axungia illita cum calce spasmata leuat. Caro palumbina in cibis ualet pro neruorum concoctione. Spasmos fieri prohibet serpentium senectus in pelle taurina adalligata: prodest & decoctum Aristaltheæ neruorum rigoribus oleum illitum & expressum in quo sinapis semen madefactum fuerit. Neruos auenæ farina decocta in aceto & therminum è lupinis oleum emollit, oleum cyprini, laureum. Neruorum ægyptopis succus. Opisthotonicis radix pastinacæ 3. 4. semen felis, cretici duum aut trium linguarū mensura, laser ciceris magnitudine ceræ circumlitum, pulegij semen utriusque, cum sale & aceto & melle confricatur, & sagapenion, prodest. illinitur aristaltheæ succus tepidus, & semen sinapis cum rubrica, & succus brassicæ ex lacte caprino & sale & melle, acanthij folia uel radices si bibuntur. perungitur epithymo, semini hyperici, quod & portu prodest, simum caprinum illinitur: testes castorei triti cum semine uiticis ex aceto uel rosaceo, ad crassitudinem mellis perunctis omnibus, & centum capita, damason quoque, butyrum quoque & adeps urlinus, & lutea ouis cruda cum anserino adipe, & rosaceo, semine lini tritum & impositum, opisthotonicos sanat radix præoniæ. Neruis utile est semen abrotani tritum & impositum. Dolores neruorum mulcet propolis alueorum imposita, inflammationes neruorum hordei farina cum meliloto, aut papauere, deloribus milium seruens in sacco apponitur, neque aliud utilius, quoniam leuissimum & mollissimum est, & caloris capacissimum ueteribus doloribus fabalium siliquarum cinis, cum adipe uuluo uetusto, utilis est & lens, cupressi folia trita, cum duab. partibus panis mollis, & a uino amineo subacta sedant. Coriice & folijs salicis in uino decoctis foueri utilissimum est. Semen uiticis in malagmata neruorum additur. Succus arboris quæ in oriente cypros dicitur, neruis prodest, & hederæ grana trita, foris adhibita, neruis utilissimus succus e centaurio minore, & discurrentibus per scapulas, humeros, spinam, & lumbos betonica prodest pota, argemonia tusa ex melle, plantago trita cum sale, simum caprinum cum melle & aceto decoctum utilissimum putant, uel putrescente neruo, aqua fontium sulphurata neruis medetur, sal in saccis aqua feruenti crebro madefactus leuat, infunditur nitrum, uel cera permixtum ex oleo illinitur, calcanthum, cyprinum, maximè cum lini semine superponitur emplastris ad dolores. Baccharis radix infusa ex oleo, neruorum dolores frigore ortos, cinis uitium sanat cum axungia uetere. Tumentibus musculis & radix altheæ cum melle & resina medetur. Musculo cum duricie semen lini tritum impositum quæ prodest. Hinc oculorum morbi dicentur.

ALEXAN-

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMI

lianum Cæsarem Augustum inuictissimum Imperatorem,
Liber II. de oculorum affectibus.
Proœmium.



Quoniam de morbis hæcenus diximus, qui caput infestant, à nobilissima totius corporis parte orsi, & qui mentem, rationem, memoriâ occupant, & reliquas demum cerebri actiones, quas medicorum more rectoris appellamus, quoniam uniuersa corporis membra regunt, hinc neruorum & lacertorum affectiones dictæ sunt, sequuntur oculorum morbi innumerabiles ferè, qui soli oculos medicos efficiunt.

Sensus oculorum nobilissimus est, sine quo uitæ usus inutilis habetur: hic colores, figuræ, corporum magnitudines, motusque uarios continet: hinc magna indicia animi habentur, odij, amoris, tristitiæ, ac lætitiæ: unde truces, torui, flagrantes, limi, & blandi cernuntur. In cerebro animus inhabitare creditur, qui in oculis intelligitur, clementiæ & misericordiæ notis: propterea cum osculantur, animum ipsum attingere uidentur, læticiam unà cum oris risu, præ se ferunt, & cum fletu rigantes ora riuos miramur in dolore, in foemininis præsertim tam subito paratum humorem, quo lubrici sunt & mobiles ob inarescentiam. Homini diuerso colore, magnitudinetque cernuntur, uel emissicij prominentes ineptæ, aut conditi, qui soli homini deprauantur, strabones, peti, uel simili cognomine appellati: quidam ad longinque, alij nisi ad prope admota hebetes, alij claro tantum die, nubilo non contuentur: quosdam nouimus è somno in tenebris quendam fulgorem cernere, protinus tenebris sese obducentibus. Plurimis niçtare non cessant, pauci uero sunt, qui contra comminationem non conuieant. Quibusdam à natiuitate negatus est uisus, & alij repente ablatus nulla præcedente iniuria. Omnes senectute uisu hebetiores fiunt, alij ad octogessimum usque annum sine specillis, sicut Laurentio patri meo contigit, clara oculorum acie uitam duxere. Vidimus senem uisu hebetiorem nonagenarium Hyaderæ, supra frontem uulneratum, cæcitate & uulnere pariter liberatum. Oculorum sensum diuinum Cicero uocauit, quoniam nec tempus, nec terminum habeat: à cerebri anterioris uentriculis ortum habet, & per neruos cauos ad tenuissimam tunicam crystalloidis defertur. Ea grandini similis principalis sensus uisus sedes est, summa claritatis, splendoris & luminis capax uersicoloris naturæ intercedente aère limpidissimo. Ex felium oculis quidam igneus exit fulgor. Diem amamus, nocte & nebuloso celo tristes sumus: solis tamen radijs contuitu obæcamur, concauique speculi aduerso sole, quo fomenta repente flamma corripitur. Viridi colore, atque cyaneo gaudet uisus: cœruleas tamen literas contueri diutius non patitur, nec uirgata uersicoloribus. Nix quoque suo candore longis itineribus aciem oculorum hebetat. In comitali morbo aperti nihil cernunt, caligantibus in cerebro spiritibus, aut obsessis interioribus meatibus. Ceratoides, quam corneam uocamus, translucido candore ad omnes colores peruia est, ea media fenestruit pupilla ad crystalloidem, in qua adeo absoluta uis speculi inest ut eius exiguo ambitu totam hominis reddat imaginem. Opticos diximus neruos ad cerebrum pertingentes. Ab oculis ad stomachum alij tendunt nerui, quare sine eius redundatione nunquam eruitur oculus. Palpebræ in genis utriusque constitutæ sunt, ut uallum quoddam uisus & munimentum ob incidentia promineat. Tam genæ quam palpebræ morbos & sua habent uitia. Extremum ambitum cilium uocamus, unde & supercilia, quæ uulnerata, aut paralyti soluta, oculos importuno uitio contegunt.

De oculorum morbis, Cap. I.

Varia, inquit Gal. oculorum curatio est, quoniam eorum compositio (ut in anatomia nostris diximus) non simplex est, sed uarijs tunicis, humoribus, neruis, musculis, connexionibusque constituta, addo genas geminas, cilia, & supercilia, quæ ad ornamentum & utilitatem etiam à natura collocata, quanta sit cum cerebro & membranis suis,

d 4 cum

*Facultates reſ
trices in cere
bro.*

*Animi malicia
ex oculis.*

*Homini oculorū
uarietas.*

*Uisus sensus di
uinus.*

Nerui optici.

Oculorū partes.

cum stomacho, & corde societas, præcordijs item, icore, uuluaq; in foeminis iam dictum est. Opticos nervos, qui caui sunt, spiritum oculis suggerentes uideamus, & motu quoq; ex posteriori cerebello duriusculos nervos, tunicarum amphibilastroidem & rhagoidem circulofoforamine insignem, & exteriorem cerathoidem, quæ ex crassa cerebri membrana, ut arbitrantur qui nouis refectionibus fauent, ortum habet, et extimam quoq; albam quæ forinfecus ossi capitis annectitur: tria præterea inter tuniculas contineri certum est: hyalloides, uicri substantia, & colore haud dissimili: crystalloides crystallo simillimus, qui & phacoides cognominatur lentis figura, tertium omnibus circumsum ouis ex omni parte per quam simile, ex quo ohoides appellatur. Crystalloides gratia oculus totius corporis custos habetur: postremus ad lumen oculorum comparatur, altero, hoc est, hyalloide primus humor & nobilior alii traditur. Cilija uero per ambitum circa genas constituta sunt, has partes plura morborum genera infestant, ex quibus magna medicina pars existit: sed oculorum & genarum communes ægritudines ophthalmia. id est lippitudines, sclerophthalmia, ac xerophthalmia. Ciliorum uicia sunt er genarum hydatides, melicerides, et steomata, dasites, & thracomata, sycofes, chalaxia, lithiasis, symphiasis, mysis, lagophthalmia, ectoropia, colobomata, diabroses, helcofes, trachocollia, trichiasis, siue mandarosis, pilosis, phthiriasis, chrite siue posithia, uel melphosis colore multo similis. Encathides, & rhocades, angulorum morbi sunt, sicut xgyloux & ptergia, circa cerathoidem tunicam hypopios, nubeculae, caligines, amauroses, & albugines, epiphora siue fluctiones delachrymationesq; impetus, & obscuritates, scintillationes, epicaulis, helcofes alia quam superior, cœloma, bodriū, inter fracturas, rhexis, proptosis siue prociencia, phlegmones, inanitas, onychia, ipyobis: omitto pustulas, carbunculos, carcinomata, & ulcera, circa tunicam rhagoidem proptosis myocephala, staphylomata, clauis, mydriasis, siue platycoria dicta, phthisis, & atrophia, synchisis, ex uulnere peraspasmi pupillæ, suffusiones, siue hypochymata in ipso consistunt rhagoidis foramine, hoc est ante pupillam, glaucosis siue glaucoma, ariditas uehemens crystalloides, obrusio siue obscuritas ex oppilatione nerui optici, ut qui ita afficitur cernere non possit, liquida tamen apparente pupilla, & circa oculos nulla offensione manifesta, & qui noctu cernunt uniuersi oculi uitio, ecpiesimus morbus dicitur, aut ex ictu cruentatis oculis hyposphagma dicitur, aut a uento, & emphysema appellatur à Paulo. Inter uicia oculorum strabones diximus, sunt item & myopes qui ex ipsa genitura propius duntaxat cernunt: melancholicis oculi rigent uel continue conuient: iidem nimis uigilijs defatigantur in febris præsertim. De his ferè omnibus morbis sigillatim pertractabimus: reliqui ad communes re legabuntur curationes ne idem sæpius dicatur.

De causis morborum oculorum, Cap. VII.

Spiritus in primis animalis aut lymphidus est ætheri consimilis, aut caliginosus, ut fumus, aut nebula, nimis, exiguus uero: rursus plurimus lymphidus & æthereus, remotiora uidet ac perspicatius cernit: exiguus uero & clarus propiora tantum uidet: si spiritus denique nimis est crassior, ac turbulentus hebetiores oculos præstat, qui nec remota neque propinqua cernunt: humor pariter multus ad remotiora facit, exiguus ad remota hebetes reddit. In morbo regio bili suffusis oculis crocea diiudicantur quæ cernuntur: in pterygijs uero rubicunda obducta carnosa membrana cornea tunica quæ ante pupillam sita est crassior, aut densior, at magis humecta, quam par sit, aut colore infecta, aut uulnerata aciem turbat, ita ut tenebrosa & obscura sint omnia, ex Gal. Vultus itaque in eadem parte si maiusculum fuerit cum plurimum cæcitatem minatur, quoniam humoris copia prorumpit, unde crystalloides acre inficitur. Senectute cornea inter cætera mala crassior, spissior, atq; humidior redditur. At si humor qui interioret dispersus fuerit ante pupillam modo cinices, modo muscas, modo anguium senectam representat, aliaque falsas imagines sub uarijs coloribus, modo croceas, uirides atq; figuras pro humoris differentia reddit, sæpiissime glauci coloris quæ glaucomata dicta sunt, ex stomachi sæpe uaporibus eadem mentiuntur suffusionum initia, crocea & lutea ex bili ruffa, ex porracea uero uiridia cernuntur uisa. Ex uaporibus duntaxat à stomacho cerebrum delatis id contingere solet, ubi acutior cernendi uis consistit: & cibo præsertim indigesto, in eo

cry-

crystalloides ac hyalloides naturaliter lymphida esse constat, Gal. auctore. Cæterum qui perperam imaginantur suffusionum dira initia possident, præterquam ut dictum est, ex oris stomachi affociatione, aut cerebri male affecti confusio: plurimum enim refert, an in uno duntaxat oculo cernatur ea imago an in duobus, ac pari modo: quod ex humoribus stomachi ad suprema delatis contingit: at in uera hypochylis in altero tantum imaginari primum contingit, nec in utrisque pariter apparet. Si continuant præterea imagines sine remissione, hypochylis incipere argumentum est, alioqui delitescetes certis diebus aut horis ex stomachi uaporibus teris oriri certum est, uel eo magis si inter uomitum mordaces, humores sentiantur in ore stomachi.

De mala habitudine partium oculi, Cap. III.

Si cerebrum præterea, de quo dictum est, mala habitudine affectum fuerit, aut similia trium partium oculi, uidentis potestas difficilior redditur, ab actione enim magna uel exigua diiudicabitur ægrotatio, quoniam & grauior habitudo mala magnum quoque detrimentum affert, & offensionem. Nam 8. modis similia membra patiuntur ex mala habitudine, quæ in oculis constituta sunt. quales humores sunt tunicæ nerui & similia: inter quæ crystalloides iisdem modis afficitur. Ex spiritu quoque qui à cerebro, à quo procedit, per nervos opticos ad crystalloidem diffunditur: & quia dissimilia quoque connexa sunt membra ob id facile oppilationem sentiunt, & humorum rheumatismos abscessusq; & alia item similibus ac dissimilibus commune iuncturarum separatio nem, qui affectus tam cerebro, quam opticis neruis, ac crystalloidi contingere possunt. Itaque si crystalloides quoniam instrumentum principale uidendi habetur, si uersus angulum dimoueat exteriorum uel interiorum, uisui non plurimum obesse creditur, at si sursum uersus aut deorsum mota fuerit, singula quæ cernuntur geminata diiudicabunt. Verum quæ in confusio esse diximus si læduntur, plurimum officiant, coadiuantia enim instrumenta sunt crystalloides, spiritus, humores, rhagoidis fenestra, nec oblata cernere compatiuntur, sicut & cerathoides male affecta aciem perturbat. Si alterutrum, inquit Gal. oculorum soluitur, aut uerumque, tum sensu tum motu, aut utroque modo, causas superiori libro commemorauimus. At cum inoffensi oculi creduntur, sanis similes, cernendi tamē uirtus ex toto fere adimitur, optici nerui malus affectus haud dubio existimatur, abscessus, crasso humore, aut duritie aliqua meatus obstruente, quæ & cæteris membris dissimilibus eueniunt, uel similibus: eadem uisibilem, inquit Galenus, spiritum auferunt, aut partim aut ex toto cerebro defluentem. At si quando motus interceptitur, non liquido constat, unde morbi origo proueniat, difficulter diiudicamus quoniam senis lacertis moueri oculos dicunt, qui concisum dissecuere, qui à secunda syzygia ortum habent. Experimentotq; cognitum est altero lato, cæteros quoque indiscretè patitur unde oculum difficulter moueri posse uidimus. At si oculorum lacerti resoluuntur, oculi misere prociunt: quod si ad angulos torqueantur, aciem illatam relinquunt, lacerti qui superiorem genam mouent, si soluantur, ex toto gena prociunt, qui superiorem genam deorsum trahunt gemini sunt: ijs solutis oculus ex toto claudi non potest, altero duntaxat sano partem suam operiet, altero pars altera claudi non potest. Hos lacertos in maximorum animalium refectionibus diligentiores nouere.

De tunicis & humoribus oculi, Cap. IIII.

Quoniam primum in cernendo instrumentum est crystalloides, lymphida omnium colorum susceptrix per neruos cauos à cerebro uim suscipiens, à circumstantibus tamen particulis iuuatur, quibus læsis aut uidendi potestas læditur, aut ex toto afficitur: si hyalloides humor superuacaneus fuerit, aut defuerit, uitio utrunque datur, si quæ crassior fuerit, acies obscurior redditur, ex quo remotiora ægrius cernuntur, & propinqua difficulter, & si rursus coit humor, ut in suffusionibus, nihil prorsus potest cernere: in quo casu si pupillæ pars dimidia occupata fuerit, dimidiata duntaxat obiecta cernit: si uero in media pupilla ueluti punctus situs est, perforata omnia diiudicatur, ut in suffusionibus constat. Si uero illato uulnere humor à rhagoidem paulatim effluat, duo ingentia mala sequuntur, alterum est, Galeno auctore, quod rhagoides crystalloidem comprimit & rugas contrahit, alterum quoniam spiritus uisibilis non ad crystalloidem, sed per nullas in-

Similium partium affectus.

Principale uide di instrumenti.

Optici nerui affectus.

Sex lacertis moueri oculos.

Humor rhagoidis.

utiliter exit: unde & pupilla constringitur, quoniam diminutus est humor, quo, Platonis sententia, crystalloides magna naturae providentia ueluti cooperimento tegitur, ut & splendoris uim facilius ferat, eoque ut dictum est humectetur: alioqui non sine magno damno arefcit, uel conspecto solis lumine uehementiori cecitatem facile affert, aut parum affectum irremediabilem. Huius humoris color est glaucus inter nigrum et uiride, quo fatigatorum oculorum nimio splendore aut lectione aut carcere abdito recreari solet, tenebris enim nimium uisus colligitur. Exinanito eo humore oculus diminitur & pupilla coartatur, cui difficulter occurritur remedijs. & constrictio quae ex morbo contigerit, damnatur, quoniam uisus obtusior redditur, non ea ratione qua angustior sit, sed quoniam rh. goides laesa est, aut cerathoides patitur, uel ulcere uel abscessu.

De pupilla male affecta secundum Galenum, Cap. VI.

Si pupilla a sua natura commutata fuerit, ita ut constringatur, aut dilatetur, aut contorqueatur, aut scindatur, aciem pati necesse est. Diffusio pupilla semper diminatur siue natura siue casu euenit. E diuerso constricta naturalis praestat aciem praestantiorē, ceterum inutilis, & inter exempla frequens est, cerathoide uel exuulnerata, choidem humorem protinus effluere, quae cum coaluerit, deformiter pupilla torquetur, nec tamen in cernendo plurimum officit, eo quod cerathoides pristinam ferē claritatē referat. Haec Galenus de pupillae astrictione retulit, Herophili uerbis, qui neruum opticum uiam appetiuit, quo spiritus (ut sepius dictum est) ad oculos deferretur: tradit alterutro oculo digito compresso, alterius protinus pupillam diffundi, spiritu adaperit oculo subito delato tanto est amborum meatuum associatio. ea nota suffusiones sanabiles uideri: quoniam spiritus ad utrumque oculum meabilis est, alioqui irremediabiles ab ocularijs diiudicari. tum spiritum ad omnes tunicas & humores ad crystalloidem usque delabi per foramen rhagoidis peruium. Pupilla praeterea naturae licet diffusa, aut senectute, aegrius uidet, eo quod ampliori loco spiritus uis diffusa dissipatur, propterea ipsa laeguet tunica, exigua uero facile spiritu completur. At si pupilla paulatim turbidior reddita fuerit, atque obscurior si quis, suffusionis initium ostendit: crassioris naturae cibi, male damnataeque uentris concoctiones indies turbidiores reddunt, nec si inter stomachi repurgamenta hiera pura assumatur, obscuritates eleuat: ea namque (ut supra memorauimus) si a stomacho contigerit, eiusque uaporibus, suffusionis fallax imagines solent discuti. Hinc particula uisum oculorum morbi dicuntur, & primum de dolore, & de remedijs.

De dolore oculorum ex phlegmone, Cap. VII.

Dispositione doloris, inquit Galenus, in phlegmone animaduertere debemus: aut enim humores acres sunt ac mordaces, aut multi, quibus tuniculae oculorum supra modum extendantur: aut enim humor crassior laedit, aut spiritus intus inflammans: unde erodere uel compungere, extendere, comprimere, uel astringere sentiuntur, ex intimis cerebri destillationibus, aut forinsecus euenientibus, aut ab ipsis arterijs uenistis, descendunt. In profundum enim oculorum aguntur humores crassiores, uiscosiores, multi aut denique acuti, ex quibus uehementissimi doloris symptomata eueniunt, adeo interdum saeva, ut aegri mortem praeferrant. Paulus inquit, mordaces humores catharticis commodē educuntur, ac corporis morbidi plenitudo, & sanguinis missione, aluique pariter deiectione exonerari debet. nam & frictions imperum humoris auertunt. Oritur album oculo efficitur imponunt: digesta phlegmone balnea quidem apertissima sunt. Vbi uero sanguinis crassioris materia in oculorum uenis fuerit, nullo superabundantiae humorum signo manifesto, uini temperatam potionem, non abdicamus: quoniam aperit, digerit, & leniter exalfacit. In morbi tamen desperatione, si parum per ea proficere uidemus, uenas, aut arterias penitus abscondimus, cicatricemque obducimus, ne de cetero noxius humor ad oculos ineat. Verum si per neruos interiores materia in oculos influat, teste Galeno, irremediabilis morbus est. De uenarum & arteriarum sectione mira a medicis omnibus traduntur, caput enim primum ad cutim usque abradendum est, & parotidas arterias uenasque, & quae in temporibus sunt digito praetentamus, & si turgidiuscule uehementer pulsent, considerandae sunt, & quae calidiores ceteris sentiuntur, ex praecedendae utique sunt, eo quo in uomitibus modo facere consueuerunt.

Sed

sed ad particularia auxilia descendamus, inter quae ex foenugraeo suffusiones laudamus, quibus dolores leuantur, ouorum lutea cocta, ut indurescant, admixto modice croco ex melle & lacte muliebri mitigant dolores, oleum amygdalinum cum rosaceo & melle, & mali punici germine, peponis item caro, uel portulacae folia trita, aut lana succida ex rosaceo & mulso, aut pulvis hordeaceus cum mulso cataplasma, & rubrica circumlita dolores mitigat, alij crysocolia utuntur, uiole luteae cum myrrha & croco, uel crocum ipsum cum muliebri lacte. Candidus panis, ex uino imponitur, spodiūque & cauliculis oleastri. Inflationes sedant, lauri folia tenera trita cum pulvere hordeacea. At tumores uel leuantur spongiarum mollissimi penicilli ex mulso impositi, & cuminum cum melle, & ipsum gith. si uero uento tument, fomenta, balneaque laudantur, ubi & millio candefactio uapori conuenit. Qui audacius stupefacientibus utuntur, a peritis medicis proculdubio damnantur. Dum haec conscriberemus, Patavius id accidit, Iustinianus patricius Venetianus in dentis cruciatur, conuellere iussit molarem unum e magnis dentibus, & cum dolor ingens perseveraret, suadentibus nonnullis oleo, quod cum opio confecerant, in cauum sepius indito supremo somno correptus fuit.

De Ophthalmijs siue epiphoris, Cap. VIII.

Ex iam dicta inflammatione ophthalmia siue oculorum epiphora innascitur, quae ossa capitis, nexus oculorum membranas, tunicas, neruos, & cutim ipsam, cauum uniuersum oculi, frontem & genas usque inflamat: unde eadem curatio est, quae inflammationum apostematum: sed in his praeter cetera nobilissimi membri dignatio consideranda est: quod de facili omnes fere morborum causas sustinet raritate subtilitatis, ex quibus quae discutiunt remedia obiter uehementiora esse non debent, nec plurimum styptica & cum his opus est, qualis est cadmia, aut stimmi, cum his quae humida sunt a quibus mitigata uehementius imponimus, quale est oui album, foenugraeique decoctum, lac muliebre, quod tepens, ac recens cum collyrio infunditur in magno dolore, uel si acrior destillatio fuerit, uel oui album additur in collyrijs monemeris, hoc est praesentaneis, una enim die ingentes cohibet inflammationes unde nomen, ita ut ab ambulationibus balneo uespere uti possit ceu decedente morbo fereque finito: ac deinde nardino collyrio uti possunt. Monemera uocamus, inquit. Gal. in quibus acacia uario pondere, imponitur & si aliquando nihil profusus adhibetur, aliae aris squamam, uel res coibulum suscipit, cum aliquibus temperatae stypticitate quae materia digerunt & discutiunt, ceu crocus, myrrha, licium indicum, castoreum, & thus ipsum. spongiisque oculum fouemus ex aqua calefacta bis in die, in maximis cruciatibus, ter quaterque, aestiuis praesertim temporibus, uel ex decocto meliloti, ac foenugraei. At si perturbati oculi fuerint fumo, igne, puluere, calce, haud difficulter curabuntur, aquae tepidae primum fomento, mox frigidae: sed in obscuro cubiculo, aeger continendus est. collyriumque diacrocium, aut diarrhodinum imponitur, quibus sordes, & glutinosa lippitudines deglutinentur. In potu plurimum iuuat posca diluta, uel aqua egelida pota. at in ipsis inflammationibus plurimo potu opus est, autore Hippocrate, oculorum dolores largior potus sanat ex uino diluto. balneum item, ambustiones, deiectiones ac sanguinis missione, conferre tradit, sed haec omnia non omnibus accommodata esse. Paulus in oculorum epiphoris abstinentiam, & castitatem etiam laudat summopere, sed rheumatismos suspendere praedicat facie aceto madente. Verum primus alui deiectionem praefert. Si supra oculorum supercilia inflammans materia infederit, fronti imponenda sunt uiris folia recentia, ruborum cauliculi, portulaca, aut mali cidonij folia, aut gallae farina ex uino, uel papauer, psylliumque ex aqua, aut strichnum, uel papauer cum ostrearum corticum cinere: ac omnia denique styptica refrigerantia profunt. Ex coibitis giris sitim, myrrha, thus, ex oui candido, aut samia terra, cum myrrha, & thuris manna, ex oui quoque albo. At in frigidis fluctationibus, sulphure uiuo, aspalatho, pice colophoniam ana. 3. 2. & Musae trochiscus, & aster. assumiturque utilissimum est theriaca: lanam quoque cum luteo tenui oui candido subacta imposito. Post purgationes corporis, sternutamenta, gargarismataque laudat, & capitis tonsuram, in quo quae rubicunda reddunt cutim, rubefacientia dicta, imponi, iuber, & arteriarum denique refractiones & in occipitio cucurbitulas: quosdam probasse in uertice adustione si rheumatismus extrastu-

A stupefacientibus abstinentia.

Monemera collyria.

De oculorum dolore.

at cal.

at caluariam, quod ex uenarum conceptaculis deprehendimus, quoniam ea supra modum tument. Gal. uincula ex serico facito, inquit, quoniam de facili non putrescit. geminas ligaturas ocularum faciant, mediam uenam dissecant: tum caro super excrecens ora uenarum claudat, quo ad uinculorum nodi sponte cadant. sed arterias ualentius deligare oportet, quoniam continuè subsultant: demum ex fronte & naribus mittere non est alienum. Alij inciso uertice cucurbitulas accommodat, cataplasmata subinde quæ exsiccant, & glutinant fronti imponunt. His impositis ac obseruatis perseverante contumaciter humorum fluxu, frequentibus sternutamentis, ac plurimum molestis, sub caluaria ex membranarum acrem humorem subterfluere indicium est, tum arterias tuto incidere sua demus: hunc humoris impetum nostri rheumatismum oculorum etiam uocauere, interdum fluctiones, unde lachrymationes perpetuè innascuntur, præterquam in ea inflammatione, quam xerophthalmiam uocamus: in cæteris pituita alba, quam lippitudinem uocamus in narium angulo adhæret. Omnium tererrimæ sunt quæ aciem occupant, palpebrasque inuertunt: si ex sanguine fuerint, oculi frons faciesque & tument et rubent, multaque lachryma, ac pituita crassior, alba, æqualis, cum tumore uehementi, grauique dolore cernuntur. At bilis notæ sunt acutior dolor, tumor modicus, ac rubor diluitor, feruentior tamen lachryma, ac pituita minus apparet. In phlegmatis uero uitio his contraria indicia uidentur inflatio maior, quam œdema uocamus, tumor præmenti digito cedit, pituita alba, molliorque, lenis item lachryma, quæ nec calida est: quæ uero in eo genere saluor effluit, deterior est, nam sæpe exulcerationis causa esse potest: præsertim si liuida pituita deprehendatur. De xerophthalmia suo dicitur loco. Epiphoræ quatuor quoque, si cur & reliqui morbi, temporibus includuntur, cum incipiunt pituita tenuis est & aquosa, ac dolor minus grauis, cum crescunt, alba sit & mollis, tum grauior uel acutior dolor: consistunt uero ubi alba & crassior est, gummi modo adhærens, dolorque in summa est. palpebraque cum oculo agglutinatur, decedunt denique cum ea omnia immittuntur.

De Epiphorarum curationibus, Cap. VIII.

Epiphoræ, si protinus non occurrunt, de facili fistulatur: incipientibus sanguinis de tractione opus est, ex cephalica (ut dicunt) uena, dolori maxime contraria, uel ex utraque, uel ex istis quæ inter pollicem & indicem sitæ sunt. Si epiphoræ rheumatismus consistit ab eadem parte duntaxat uenam soluimus: uiresque & materię quantitas consideranda est, rheumatismus propterea minoris impetus leuioribus sapissime medicamentis uincitur. Alij nisi in ophthalmiæ desperatione temporum uenas uel earum quæ post aures feruntur, secari non patiuntur neque inuri uolunt: imo leuiiores alii deiectiones probant, ex siliqua ægyptia, aut hiera, uel rore syriaco, quam mannam nunc officinæ uocant, ob thuris manæ similem, de qua dicere aliqua parte pro tempore uidetur. Hæc ex roboris folijs colligitur, teste Hesiodo, & si nostri nunc ex lapidibus etiamnum colligi tradant: constatque inquit Plinius, rores melleos è cælo candentes non alijs magis inlidere frondibus: non alia suauitas, ususque maior mortalibus à morte uocandis, quam diuinum hoc medicamen: soluit enim leniter nec uentrem turbat, regia quidem portione. Veteribus matronis etiam uncias ternas dedimus sine molestia aluum humoribus exonerantes. Ex Assyria defertur: probatur recens tantum gummi mastichis lenticiam præbens, subcitrei intus coloris, dulcis, suauiter gustatu, os refrigerans, roris frigore naturam referens. Leporini simi baccis in uitreis uasibus resperfam ad nos ferunt, uim, ut dicunt, medicaminis exacuentibus. Vetus improbat, saporis non iucundi. Amyli farina adulteratur, gummi & saccharo terreno & humido uiciatur, sicco ac ueto septentrio ne commode alleruatur, aperto uase. Huic cognatam naturam habet Eleomeli, sponte nascitur in Syria palmiremis, manat ex oleis pingue, crassius melle, resina tenuius, sapore dulci, & hoc, inquit Plinius, medicis non sine nausea aluum emollit, bili præcipue detrahit, duobus cyathis in aqua hemina datis: qui bibere torpescunt, inquit, excitanturque crebro: pugnatore certaturi præsumebant ex eo cyathum unum. At nunc Eleomeli ex A pulia defertur ad medicinæ uulgares usus. sed ne nominis similitudo officinarum magistros decipiat quid sit Rhos syriacum dicemus, quod nomen latinum non habet: siue id rhos appelletur, hanc Syria fert ulmi folio, paulo longiore, & piloso, foliorum inter

Xerophthalmia

Quatuor tempora morborum.

Manna.

Eleomeli.

Rhos.

hæc se semper contrarijs pediculis, gracili, breuique ramo, pelles candidæ, conficiuntur, semine lentici simile, cum uua rubescit, quod uocatur thus, medicamentis necessarium. Medici autem rhoicis utuntur, ad contraia, item coeliacis, quoniam uis ei styptica est: semen à Syris sumach uocari tradunt. Sed de epiphoræ calidis dicamus quæ restant: uis uinum damnamus, præter eo quo dictum est modo. Prodest mihi legere, nihil loqui, & leuis materię cibus, sicuti alica, & intritus ex melle panis, cucurbita, lactuca, & similia. In frigidis epiphoræ ius ciceris, aut foeniculum, datur in potum multa. In cæteris temporibus & morbi & uirium ratio habenda est. Sed ad simplicium naturam transeamus, epiphoras feruētes cohibet succus betæ fronti illitus, & aridæ rosæ farina, epiphoras feruētes cohibet succus betæ fronti illitus, et aridæ rosæ farina, epiphoras & tumentes gith cum urino inhihet. Discutit incipientes ex punico acido succus in cacabo ad mellis crassitudinem coctus, & coccum ilicis ex aqua imponitur, & papaueris caput uiride, & aridum impositum lenit, portulaca, inijs aridæ rosæ cum pane imponuntur, uiole purpureæ confusæ impositæ, anemone decocta & imposita, lens quæque cocta cum meliloto, aut cydonio malo, flos rubi illinitur. Hippocrates mercurialis folia, & decoctum eius impositum cum myrrha & thure, hyoscyami semen, ac tantundem meconij ex uino epiphoras suspendit, peristereos ex rosaceo & aceto, psyllium illitum fronti, & mandragoræ radix tula cum rosaceo, et uino, uel oculorum dolori, astiuas cohibet oculorum epiphoras: doloresque se dat cicuta succus circumlitus: nam & omnes alios rheumatismos cohibet, & folia quoque sedant: imponitur & myofotis per se. Lana cum oui candido imposita, ac thuris poline, & oua per se cohibent: cochleæ demptis putaminibus ualent contra incipientem epiphoram: spongia ex posca imponitur: chalcætho eam suspendit, fronti penicillo illitum, spodium medicamentis conuenit, & squama ferri, & rubrica circumlita: medicamentis quoque inferitur alumen, nam epiphoras cohibet, terra samia, hæmatites sistit, stibia inhihet fluctiones. Contra lippitudines infantium uix aliud remedium est, ouum butyro recenti commixto, et flos rubi illinitur. Epiphoras uero frigidæ apium per se tritum, uel cum pane impositum, ocymum ex uino, succus mētæ, gith cum urino, radix anisi tula & imposita, & anisum ipsum cum croco ex uino, uel anethi radix. & silybrium cum pane, aut decoctum in uino, semen lini tritum cum thure aut myrrha ex aqua pluuiali, barchar quoque, & ruta hortensis: pollium item præcipue ualet, & holochrysos illita medetur. Amaracum cum farina hordei, alphodeli bulbis decoctus in fece uini supposito lin teolo, siliginis grana cõbusta & trita cum uino amineo, elixum aron, & panacis radix, gentianæ succus imponitur, iberis adalligata capi: cum quinque folijs, al: fenthium cum passo imponitur: simum caprinum prodest ex melle illitum. Interea profunt & gargarismata, & quæ commanducata pituitam euocant ex ore, apophlegmatismos uocant, ex melle cocto, uua passa, thymo & pulegio aridis. Damnantur acriora, quale est astaphisagria semen, & pyrethron: sed hyssopum ex melle superillunt.

De mixturis ad epiphoras & dolores,

Cap. IX.

Inter compositiones est ea in qua thuris. ʒ. 6. gummi. ʒ. 6. aluminis scissilis. ʒ. 2. balustio rum. ʒ. 1. aqua pluuiatili commiscetur, & finito arefacere. Ad dolores uehementiores, Galli compositio, aloës, licij, rosarum recentium, croci, opij, myrrha, omnium partes æquales, contrita ex uino in pastillos digeruntur, & in umbra arefacti ad usus seruantur, ex dulci cum opus est, diluuntur, inunguntur oculis, frons, et tempora. Alia qua usus est Eraclides Tarentinus, rosarum recentium. ʒ. 4. croci, opij, ana. ʒ. 1. cum meliloti decocto, & dulci aliquo componuntur. Alia rosarum, uiolearum albarum quæ ex Iesumino colliguntur, meliloti, cicutæ papaueris, ana. ʒ. 2. croci, opij, myrrha ana. ʒ. 1. cum oui luteo asso, contrita ex dulci coguntur in trochiscos ad usus. Ad acutos dolores & rheumatismos Philoxeni mixtura est, in quo rosarum. ʒ. 15. seminis hyoscyami. ʒ. 8. thuris. ʒ. 6. myrrha. ʒ. 4. farinæ hordei, oxybaphum unum, oui luteum asso, succi mandragoræ. ʒ. 4. croci. ʒ. 2. opij. ʒ. 4. uini aminci quantum satis sit ad ea cogenda. Aliud croci. ʒ. 4. thuris. ʒ. 2. cynosbari. ʒ. 4. gummi arabici. ʒ. 2. ex uino cogitur, addito melle exiguo. Alia mixtura quæ somnum conciliat, & dissoluit. Gluci. ʒ. 15. croci, sar cocollæ, ana. ʒ. 7. opij. ʒ. 4. succi mandragoræ. ʒ. 2. tragacanthi. ʒ. 8. ex aqua cœlesti componuntur. Alia compositio, quæ ab effectus cele-

Ad infantium lippitudines.

Apophlegmatismos.

ritate

ritate monemera dicitur, ad phlegmones discutiedos, stimmi, acacia, ana ʒ. 20. cadmia ʒ. 3. xris combusti, piperis, ana ʒ. 7. cerussa ʒ. 4. gummi arabici ʒ. 20. ex rosarū decocto cum oui candido in collyrium uitor. Dioclis collyrium ad idem, tragacanthi ʒ. 8. gummi arabici ʒ. 4. cadmia ʒ. 6. cerussa ʒ. 8. opij ʒ. 2. ex aqua pluuiā cum oui albo imponitur. Collyrium Cyani, argenti spumæ ʒ. 8. cerussa ʒ. 4. amyli ʒ. 1. tragacanthi, acacia, opij, gummi rosarum ana ʒ. 1. in usus seruatur. Post morbi statum deambulationes conferuntur, & oculorum sua fomenta. Compositio Galeni qua rheumatismi suspenduntur, farina simlaginis, thuris māna cum oui albore, fronti & temporibus imponitur, aut ex eadem farina et thuris māna p. 2. chalcanti, aluminis scissilis, ana p. s. ex oui albo recenti, fronti & temporibus cum linseolo imponitur. eo enim saepe uisi sumus, nam & lachrymarum profluuium plus quam sit uerisimile coeret. At ubi tenuis pituita cursus infestat, qui ex inflammationibus finitis remanet, in hac curatione demendum est aliquid ex assueto cibo, aluius que soluenda est, cum Andree mixtura laudatur, quæ habet gummi p. 1. cerussa, stibis, ana p. 12. spumæ argenti & coctæ ex aqua pluuiatili & clote p. 14. arida ea omnia ex myrti succo conteruntur, fronti imponuntur: prodest et id quod diaceratos nominatur, habet squamæ xris, papaueris lachrymæ, ana p. 10. ceruini cornu combusti, & eloti plumbi, eloti gummi, ana p. 14. thuris p. 22. inter has autem curationes post immisionem aliquam profunt & balnea & uinum. omnibus enim lippientibus extenuates cibi nō conueniunt, sed astringentes, uel præcipue in ueteri lippitudine & aquofa: si uero ex ipsa de qua iam dictum est inflammatione, in qua & plerisque & caput & oculos euaporasse uoluer uidimus, post sanguinis emissionem, & uentris deiectionē gargarismatis usos fuisse nouimus ex lentis uel fici arida decocto, in eo enim affectu & palpebra inuertitur, & interdum asperitudo, sicut Damiano nostro euenit, cum lippitudine inquietat ægrū: quæ alijs breuis, alijs longa, & quæ uix unquam finiatur. Quidam crassas duras que palpebras & ficulneo folio, & asperato specillo, & interdum scalpello eradunt, in ueritas que quotidie medicamentis suffricant: quæ neque nisi in maxima uetusta que asperitudine, neque saepe faciendæ sunt: nam satius est uictu & medicamentis curationem querere, exercitationibus, balneo frequenti, multa que aqua calida, oculorum palpebras fouere: & ex cibis acres & extenuantes assumere debent. Inter collyria laudatur spherion, constat ex lapidis hæmatitis eloti p. 12. piperis granis 6. cadmia elote, myrrha, papaueris lachrymæ singulorum p. 13. croci p. 14. gummi p. 8. quæ cum uino amineo conteruntur. Reliquum est ut iam ad xerophthalmiā transeamus: est enim genus arida lippitudinis, qua neque tument, neque fluunt oculi, sed rubentes dolent, grauescunt, & noctu præ graui pituita inhaerescunt. Et quanto minor in ea humoris impetus est, tanto minus in expediata curatio habetur: in hac multa ambulatio, exercitatio, balnea, & in ipsis defudationes, frictions que necessariae sunt: cibi ex media materia querendi sunt. Mane post stomachi concoctionem ex sinapi gargarismata ualent. Dein capitis & oris defricationes. Paulus uero oculos fouere alternis spongijs ex aqua calefacta, & dormituris ouum ex rosaceo imponi tradit, ac anserinum adipem, & capiti quoque pinguiā insundi: & utilia denique esse quæ durities emolliunt, & ariditatem humefaciunt. Sed unam compositionem huic uitio accommodatam referemus, habet myrrha p. 10. papaueris lachrymæ, acacia, succi, piperis, gummi, singulorum p. 11. lapidis hæmatitis, lapidis phrygijs, lycij, lapidis scissilis, singulorum p. 12. xris combusti p. 14. uino excipiuntur amineo, & ad usus seruatur. Sed prius quam ad aliud inflammationis genus transeamus, quibus ex manu remedijs uti possumus, breuiter explicabimus.

Mixtura ad epiphoras & dolores oculorum.

Cap. IX.

Hactenus mediocria medicamenta leuia que ferè dicta sunt, quibus pituitæ cursus & lachrymationes que (præterquam in ægyptopis, quæ ex inflammationibus antedictis enascuntur, quæ finitis ijs adhuc manent) cohibentur. Perseuerat enim in quibusdā ille pituitæ cursus contumax, qui ualidioribus medicamentis eget, uel manum desyderat, humor enim ipse iugiter manans, asperitudinem continuat, ex leuibus que causis inflammationes rursus atque lippitudines saepe excitat, & totā denique hominis uitā infestat. in quibusdā nullo modo succurri potest, alijs quibus remediabile habetur. Superuacua enim

Coercent lachrymas.

Spherion collyrium.

Xerophthalmia curatio.

Asperitudo.

qua enim primū curatio est, si ab infantia id uitium ortū sit: deinde nec admodum necessaria est in ijs quibus non multa pituita, sed tamen acutior sentitur, in qua manuali opere non opus est: sed medicamentis scilicet & uictus ratione, quæ crassiorē pituitā reddat, grandia enim capita uix medicinā suscipiunt. Sed animaduertendū est, quoniam uenæ quæ pituita effundunt, aut inter caluariam & cutem, aut inter membranā cerebri & caluariā situm habent, sicut iam explicauimus, superiores ferè per tempora oculos rigant, inferiores per eas membranas quæ ab oculis ad cerebrū tendunt. At ijs quæ supra os caluarie fluunt, potest sanè remediū adhiberi, nō potest ijs quæ sub osse delitefcunt, nec ijs omnino ullū est auxiliū, si pituita utrinque emanat, quia leuata altera, pariter nihilominus altera infestat. Quod hoc modo dignoscitur: Raso capite ea medicamēta quæ in lippitudine epiphoras suspendunt, a supercilij usque ad uerticem illini debent. Si sicci oculi esse coeperunt, apparet per eas uenas quæ sub cute sunt, proculdubio oculos irrigari: si nihilominus uident, manifestū est sub osse destuere. Plurimi tamen sunt quos superiores uenæ sub cute infestat, pluribusque etiam curatio profuit. In Asia enim Syria, ac Media præstantissimi ocularij medici hac ætate inueniuntur, apud alias nationes uel in Italia perquam paucissimi sunt, quoniam literas non didicere, itaque ea medicinx pars Orientis duntaxat nationibus exposita est. In Græcia quoque desiere non solum ocularij, sed & chirurgi, uel ex tota medicina clinici: quoniam ætate nostra Turcarū feritas Græcorū imperia & regna cum literarū studijs sustulit. Fuere ex chirurgis qui capitis cutem noue lineis inciderent, duabus in occipitio rectis, una super eas transuersa: dein duabus super aures, una item inter eas transuersa, tribus inter uerticē et frontē rectis. Reperti sunt qui a capite recte eas lineas ad tempora diducerent, leuiter cutim incidentes, ne musculos ledant, uenas ipsas reclusis hamis legunt & obligant serico filo & eis præcidentes, lineamenta ita inserunt, ut cicatrix latior increseat, ne uel cutis antiqui fines de cætero cōmittantur: atque ita humorē ad oculos descendentem astringunt. Quidam etiā atramento duas lineas duxerunt a media aure ad mediā alteram aurem, deinde a naribus ad uerticem, tum ubi lineæ cōmittuntur, scalpello incidunt. & post sanguine fuso, os ibidem adurunt, nihilominus autem & in temporibus, & inter frontem, atque caluariā eminentibus uenis idē candens ferrū admouetur. Frequēs at tamen curatio est, uenas in temporibus adurere, quæ ferè quidē in huiusmodi malo tument: sed tamen ut inflentur, magisque se ostendat, ceruix ante modicē deliganda est, tenuibusque ferramentis, & reclusis uenæ adurenda, quæ pituitæ cursum sapissime finire. Valentior tamen medicina est, ubi tenues, conditæque uenæ sunt, quæ deligari minime possunt, eo quod dictū est modo, inflatæ atramento notantur, cōtra tempora, uerticem & frontē, uenæ inciduntur, & sanguis demittitur: ubi satis fluxit, tenuibus ferramentis inurunt: cōtra tempora tamē timidē ne musculi ledantur, qui maxillas cōtinent, ceteræ uenæ uehemēter. Aliqui uerticē usque ad os adurunt, sic ut squamam remittat: interea parata ante oculos esse debent, quæ sanguinem uenarū supprimant.

De oculorum procidentia quæ ex inflammatione quandoque oritur.

Cap. X.

Procidentiam Latini, Græci quoniam oculi procidunt, προπίπτω uocant, cum rhagoidis summa in oculo tunica attollitur, ex humorū sæpius ebullitione, aut collisa intus cerathoide tunica, siue laxata. Quæ cum exigua apparet a similitudine, inquit Paulus, myocephalon uocatur, increfcente morbo uix acino figura magnitudine proxima staphyloma appellat, cum cornea etiamnum tunica resoluta, & uiribus defecta recuruetur, laborare illa quoque tunica, quæ rhagoidem in refectionibus appellauimus. At cū plurimum palpebræ supereminet, melon uocatur, at cum sine sensu stupet, clauus nominatur, callosum in albo oculi tuberculū, cui nomen a figuræ similitudine habetur. Ea præterea nonnunquam ex ingenti inflammatione tanto impetu erumpunt, ut totus quandoque oculus ex sua sede propellatur. Is morbus, inquit Paulus, ad myocephalū usque malum discutientibus, & astringentibus sanatur, nardino unguento, & diacerato antedicto, oculi quoque spongijs sine dolore alligatis oxycrato, uel aceti posca frigida, aut uino styptico, aut rosarū decocto, eadem & clauis conueniunt, & staphylomatis antequam albescat: nam alba & stupentia insanabilia sunt. Alij ad ipsas radices per mediū transiere acu, duo linea ducere, deinde alterius lini, inquit Celsus, duo capita ex superiore parte, alterius ex interiore astringunt.

Myocephalon. Staphyloma.

e 2 gere

Ex Bibl. Mus. Vat.

gere inter se, que paulatim secundo id excidunt. Alio modo in summa parte eius ad lenticle magnitudinē excidere, deinde spodiū, aut cadmiam infricare, & utrolibet autem facto album oui cum lana excipiendū, & imponendum: postea uapore aquę calidę fouendus oculus: & leuibus medicamentis unguendus est, & callosa in albo oculi tubercula, hoc est clausos ad imam radicē perforare acū cōmodissimum est, infra q̄q; eam excidere, & deinde lenibus medicamentis inungere. Procidit interdum oculus paralytis uitio, quam resolutionem nostri uocant, de paralyti in cōmuni priori libro iam explicauimus. Hoc malum interdum euenit in altero oculo, modo in utroq; aut ex ic̄tu aliquo, aut ex morbo comitali, aut ex neruorū distentione qua uehementer oculus ipse cōcussus est, ut is neque quoquam intendi possit, nec omnino consistat, sed huc illuc uel sine ratione moueatur, ideo q̄q; ne conspectū quidem præstet. Posteriores medici alias huius morbi causas subnectūt, quarum prima est ex humore crasso uentosoq; qui uel oculi partem, uel ipsū totum extrorsum propellat: altera uero sanguinis uel alterius humoris abundantia oculum comprimentis ad exteriora, qualis in angina suffocante uidemus: postrema causa est, neruorum opticorū uitio uel nexuum, quibus cauo alligatur oculi, si resoluiuntur. Prima causa ex damnata cerebri dispositiōe, uel totius corporis plenitudine, uel in scēminis mensibus retardatis, quoniam oculi locorum uitio lēduntur, uel hæmorrhoidibus non fluentibus. Secundam causam constituunt uehementis capitis dolor, angina strangulans, frequens uomitus, uel ut in tuba innixus spiritus, in tenasimo, partu difficili, uel in utero emortuo conceptu, ex quo terri humores & uapores noxi ad oculos feruntur naturali cōmunicatione membrorum. Procidunt & in strangulatis quoq; uerum si earum plures conueniunt causę, maiorem oculorū procidentiam inferunt. Ultima causa ex Galeni sententiā existimatur, laxis oculorū neruis, nexibus, lacertisq; resolutis profluit, unde nihil prorsus cernunt, nam nerui in oculis puri, cum musculis, et nexibus cauo alligantur, molliores uero cum cerebri substantiā & oculorū nobiliore parte coniunguntur, hoc est crystalloide, qui neq; longius protenduntur, quoniam mollitia de facili dirumpentur, per quos neruos cauos ueluri animę canales, animalis spiritus multus, clarus, luminosus, ac purus intermeas. Nerui igitur ac lacerti opticos neruos sustinentes si resoluiuntur, oculū cum cauis neruis ac mollibus remittūt, atq; ita miser e procidit. Ex ic̄tu, inquit Galenus, si prolapsus oculus adhuc cernit, oblectus dūtaxat lacertus est, neruo optico immuni, si uero nihil uidet, etiam qui cauus est neruus, malē affectus est: raro tamen id contingit, quod immunis sit uidendi potestas. Resolui oculū tum motu, tum sensu, utroque modo contingit. Si ex sanguine malum ortum est, tumet oculus, sanguinolentus maximē rubens, in angina uero, aut cerebri membranę abscessu, aut peripneumonia, uel ex laqueo, strangulatione, non admodū tumens oculi prominentes, sicut neque ex ipsa resolutione, in qua oculus nō consistit, sed sine, ut dictum est, ratione mouetur, quod in manibus tremulis contingit. Animaduertendū est quod oculus prolapsus omnino altero maior apparet, quoniam ē sede sua iam emotus est, qui si parum resolutus fuerit, parum debilitate uisus periclitatur.

De curatione oculorum procidentium.

Cap. XI.

Veteres post inflammationis curationem, in hoc quoque morbo sanguinem mitti suadent, si per uires licet: aluū item duci, & in primis longiorem inediam indicāt, ac leuissimis medicamentis utuntur. Ideo Cleonis & Nilei optimū adiudicant. Cleonis nobile ad modū traditur: Papaueris lachrymę frictę p. .1. croci p. .1. gummi p. .1. quibus cum terūtur, adicitur rosę succus. Aliud eiusdem ualentius: squamę æris, quod stomaia appellant, p. .1. croci p. .2. spodię p. .4. plumbi eloti & combusti p. .1. gummi tantundem. Eius quoque aliud ad idem est, maximē ubi multa pituita profluit, castorei p. .8. aloës p. .1. croci p. .1. myrthę p. .2. lycij p. .3. cadmę curatę p. .8. stibis tātundeni, acatiz succi p. .12. Quod cum miscēt, liquidū in pixidicula seruatur. Theodorus uero huic compositioni adducit papaueris lachrymę combustę p. .æris combusti & eloti p. .2. nucleos palmarū combustos p. .10. gummi p. .12. At Nilei collyriū omnium optimū. Id habet nardi indici, papaueris lachrymę, singulorū p. .gūmi p. .1. croci pondere .2. foliorum rosę recentū p. .4. quę uel in aqua pluuiatili, uel uino leni subaustero coguntur.

Cleonis medicamentum.

Nardi palmarum.

tur. Neque a fenem est, malicorium uel fertulam campanā ex uino coquere, deinde conterere, aut inxatum nigram cum rosę folijs mitcere, aut hyoscyami folia cū oui cocti uittello, aut farinam cum acatiz succo uel passo, aut mulso, quibus si folia quoque papaueris adiunguntur aliquanto ualentiora sunt. Horum aliquo preparato penicillo fouere oculos oportet, ex aqua calida expresso, in qua ante uel myrthi uel rosę folia, decocta sint. Deinde ex illis aliquid imponi. Præter hæc ab occipitio incila cute cucurbitula admouēda est. Quod si per hæc restitutus oculus in sedem suam non est, eodem q; modo prolapsus permanet, scire oportet lumen esse, inquit Celsus, amissum: deinde futurum, ut aut inarescat is, aut in pus uertatur. Si suppuratio se ostendit, ab eo angulo, qui tempore est propior, incidi oculus debet, ut effuso pure & inflammatio, ac dolor finiatur, & intus tunica relidant, quo minus foeda postea facies sit: utendum deinde uel hsdem collyrijs est ex lacte, aut ouo uel croco, cui album oui admisceatur, at si induruit, & sic emortuus est, ne in pus uerteretur, quatenus foedē prominebit excidendū erit: sic ut hamo summa tunicę apprehendatur, infra id deinde scalpellus incidat, tum eadem medicamenta erunt coniicienda, donec omnis dolor finiatur. Hsdem medicamentis in eo quoque oculo utendum est, qui primū procidit, deinde qui per plura loca fissus est. Nostri huius ætatis medici supinos accubitus utiles esse tradūt, uel in omnibus oculorum uitijs, de quibus hoc in loco dixisse satis sit. In uniuersum q; omnes tum cibi, tum poriones ex ijs quę exiccāt ac astingunt, præferuntur: sternutamenta uomitionesq; damnantur, uerum gargarisationes profunt, quę pituitam euocant, uel quę manducatu aquam trahunt. Ex mixturis triseram laudamus, ac unguenta astringentia, quali supra diximus. Plumbeam lamīnam tenuem in semiorbem ductam, ut oculum contineat imponimus: alij leni tantum ligatura ex lana molli, aut gossipij mollicie: ac quies omnino imperada. Et si parum promineat oculus satis est uti collyrio ex Assyrio thulle, quoniam stypticum est, exiccāt, reprimūt, ac stringūt: at maiore oculi procidentiā ex superabundanti materia, corpus exinanendum esse statuiimus, caput deinde, sanguinis missione, aliaq; deiectione: & materiam in diuersum trahere necesse est. Quod superest digerere, & educere, uel dissoluere oportet. Demum ijs quę oculos iuuant, & corroborant fouendi sunt. Cucurbitulas eo modo quo diximus imponimus, uel paruulas in temporibus quoq; coniicimus, uehementioribus que collyrijs utimur hoc est magis astringentibus. In initio facies ac oculi aceti posca cum lana fouendi sunt, ac frigida subinde, ubi decocta sint astringentia, ea magis prodesse dicuntur, nec aliud absolutorium inueniri medicamentum, si non fuerit ex corporis plenitudine. At Oribasij sententiā oculi uehementius deligandi sunt, nā & lachrymationes laudat, quibus materia destillat, ac ex aceto aqua reperato fomenta. Ex paralyti uero, hoc est neruorū nexuumque resolutione, procidentiæ, hiera frequenter pota succurrit, gargarisationes que profunt: sternutamenta & quę ex naribus pituitam trahunt, ut diximus obesse uolunt. At odoramenta iuuant, quę materiā dissolunt, uel exiccāt, nam & cerebri uires excitant, ex thure, succino odorato, ligno aloē, gario-phyllis, similibusque odoramentis, dissoluta materia, leuiter quoque astringentia iuuat. At ubi ex emortuo partu cōtigerit malum, uel si menses substiterint, remedia suis locis quaerenda erunt: Deinde ad oculorum affectus trāseundum erit, qui stypticis iuuari solent, ut in sedem oculus redeat: Quale emplastrum id probatur, quod habet fabarum farinam, rosam aridā, thus, & palmarum nucleos combustos ex uino styptico. Simplicia uero quę huic morbo profunt summam subiuugemus. Portulacę folia trita cū corticibus fabę recentis, medentur & dolori, aut coriadrū cum muliebri lacte, aut fatium lapathum, per se positum, aut cicutę succus circumlitus: caulium item rubi tenerrimorū succus, si fronti illinitur, lotura plumbi, aut ipsū ustum, in medicamentis additur, utilissimus est hæmatites æthiopicus præsertim.

De carcinomate carbunculo oculorum.

Cap. XII.

Carcinoma in cerathoidis tunicę parte rubens innascitur ex inflammatione materię adustę (ut tradit Paulus) ex quo continuus dolor ad tempora infixus peruenit, uel eo magis si oculus moueatur. Anthracosis quoque cacoethę ulcus dicitur cum in eadē cerathoide tunica aut palpebra suppurat, uel utraq; (sicuti in alijs quoq; corporis partibus

Accubitus in oculorū uitijs quę utiles sint.

Carcinomate generatio.

Anthracosis.

partibus cōtingit ex eadem inflāmatione) ingens dolor est, siue in ea parte quæ alba est, siue ubi lymphida sit cerathoides, qui tum læuior est, sed omnium pestifera, ubi pupillæ imago cernitur, in ijs punctiōnes ictusque sentiuntur, lachrymæ cōtinuæ profluunt. Euenit & præter cætera cibi trādium, dolor quoque capitis ægrum plurimum inflātat ex membranae cerebri cōmunicatiōne, nam & a calidis magis irritatur dolor, ac ipsa inflāmatio, ob id & uehementiora collyria plurimum doloris inferunt. Constat que nulli membri magis carcinomata inferre dolorem quàm oculis, ex manifesta sensilis membri ratione. Melancholica enim tabes in duriore tunica si infigitur, diutius permanet, quoniam transpiratione non euanelcit, ubi de facili corrumpitur, & carcinoma innascitur. cerathoidem enim uocamus & ipsum album oculi, in quo quoniā tunica mollior est, carcinoma quoque leuius sentitur. Is morbus omnium sententia remedijs non uincitur, quoniam medicamentorum uim morbi uolentiā superare necesse est, nec manu in eo opus est, quia materia acutior tabifica interiores oculi partes, aut alterum oculum corrumpet. sed quæ tamen dolorem leniant, imperanda sunt, ne ut ex toto æger sine remedijs spe relinquatur. Galeni opinione, qui periclitari ægrum desperatione, impium esse adiudicauit, necessarijsque indicasse irremediabile malū, esse satis. Oblectamentis quibusdā opus est, lactis præsertim potione, si modo id in stomacho non uitietur alica, putana, alijsque refrigerantibus siue ulla acrimonia. Aluus præterea clystere soluenda est. Sanguinis missio, a cubito, inde a capite, si ater fuerit, iuuat, uentrisque defectio, ijs quæ atram bilem trahunt, necessaria admodum est. Vel si uenā solui non licuerit, ea hoc modo fieri potest, epithymi, senæ, si li quarū, buglossi, melissophylli, feminis seris, linodesmi, sem. cucurbitæ, melopeponis singulorum æquis portionibus, tripolij ʒ. ʒ. hermodactylorū radicis ʒ. 4. nucis chebulæ tantundē, ellebori atrii, salis indicii ana ʒ. 4. succi glycyrrhizæ ʒ. ʒ. stoechadis ʒ. 2. lapidis armeni eloti, gariophyllorum ana ʒ. 1. musci odorati semiobolum, cōtrita seruatur: modus est ad drachmas quinas, cum calē sero. Inter ea dolorem sedantia collyria laudantur, id præstat melilorum cum oui candido, exiguo croco addito, ualet & oui luteum coctum rosaceo commixto & impositum, cum croci paulo. Vel aliud in quo cerussa, gummī, amyli & opium miscentur, cum feminis cydoniorum lentore. In carbunculo quoque eadem ferme ualent: spongia ex posca frigida oculus fouendus est, deinde eruiuea aut triticea farina ex mullō cocta & imposita prodest. ex lacte quoque oculos fouent. Ad ulcera uero depascantia, quas phagedenas uocamus, lenticula cocta ex melle imponitur: aut cū malis cydonijs coctis. Alij oliuæ folia, & balauista in uino decocta cū melle imponunt. Perfeuerante pure, ac putrida rabe fluente, eodem utimur cataplasmate. Dein ouorū lutea assa cum croco & melle diluta ad cicatricem imponimus. Aut aliud uehementius in quo cineris ʒ. 4. myrrhæ oboli ʒ. ex uino amineo teruntur, & cretico dulci uetusto miscentur, in olla que in usus seruatur. Ad carbunculos palpebrarum malum punicū, acidum, concisum, ut Paulus asserit, in aceto coquito, & tritum in linteolo bis die, aut semel in nocte impositum, mirè prodest. Celsus quoque & Paulus idem sentientes, ex inflammatione carbunculū oriri tradunt, in oculis & in palpebris, & in ijs ipsis, modo ab interiore, modo ab exteriore parte, in hoc casu aluum etiam ducendā tradit, cibumque minuendū, lac potui dādum, & ut acria quæ læserunt, leniantur. Quod ad cataplasmata & medicamenta pertinet, ijs utendū, quæ aduersus inflāmationes ante proposita sunt. Atque hic quoque Nilei collyrium optimum est, si tamen carbunculus in exteriore palpebræ parte est, id cataplasma aptissimū est: lini semen ex mullō coctum, & si id non est, tritici farina eodem modo cocta ualet: similis de carbūculis apud antiquos curatio. Ferunt enim si diu in palpebra permāserit carbūculus, atrum contrahere colorem, ab initio que cauendum esse, ne nimis refrigeratiā imponatur, quale est per se strychnon: quod in oculum materiam regerat, alioquin cum dulci tumore discutit. Deinde rosarum decocto repente aut rubi, oculus fouendus est, si enim serpere malum uideretur, hypocisthidis succum cum myrto, acatia mixta illinimus. Valet & mali punicī cortex, cum lente decoctus, exiguo melle addito, humoris enim impetum suspendit. Apollonius ad carbunculos oculorum eo medicamento uititur, spodiij ʒ. 4. stibij ʒ. 2. croci obolos ʒ. myrrhæ tantundem, cum uino terentur, misce cretici dulcis paulū, amouet enim crustas, & ulcera repurgat, & fluxum quoque

Ægri etiam in morbis desperatis non desistent a medico.

Carbunculi curatio.

Phagedena qui bus curentur.

quoque cohibet, nec minus inflāmationē discutit. Aliud ualētius in quo plūbi scorite elote ʒ. 4. spicæ ʒ. 1. gāmi ʒ. 2. oleæ foliorū succi quantū satis sit. Ad carcinomata autem oculorū Demosthenes acriora medicamenta danauit, quoniā uehementiores dolores excitat. Is morbus senectuti cōtingit, & post uetustas epiphoras, & mulieribus, quas menses defecerunt. Remedijs huic dūtaxat mitigatorijs procurari cōset. Mane dulci oleo corpus perungendū est, caput uero rosaceo, aut omphacino, ante oculos linteolo ex nigro serico hōs uelanda est, ne in cernēdo oculus laborec. inde molliter deambulandū esse in obscuro cubiculo, & quā maxime fieri potest, caput ne quatatur. Frictiones præter quā in capite ad inferiora usque membra uiles sunt. lactis quoque potiones decocti laudat. & sorb le ouū a prædio uero somnū improbat: in cibis suillū sicut cū cerebro, pedesque: ac inter pisces murenā in cibo, ab eodē autore cōmendari uideo. Ex oleribus, maluā, atriplicē, lactucāque & uinū item album subausterū. Legumina & salsamentorū omnia genera damnauit: inter cætera auxilia spodium medicamentū prætulit, & Cleonis quoque in oculum cōiendū docuit ouū & lac mullebre, tepentia. Mitigat item & lenis decoctū, aut plantaginis, aut portulacæ. Ad dolores uero temporū diarthodon collyriū ualere non dubiū est. In uehementi uero ardore, ex papaueris calice cataplasmata laudauit.

De oculorum ulceribus, & de eorum generibus, causis & signis, Cap. XIII

PRæter carbunculos, pustulæ quoque ex eadē oculorū inflāmatione in cerathoide fieri manifestū est, sicut in cæteris corporis partibus: ex materia dūtaxat acri adustaque, reliquis humoribus, eam non facile penetrantibus, quoniā crassior est tunica. Ex paruitate pustulæ dicuntur, ex ijs quoniā materia sit mordax, ac exulceratrix, ulcera demit in tunica cornea permanente: horū quatuor sunt genera, alij plura cōstituunt, hoc est septem, quia modo corneæ superficiei, modo in imam partē exulcerant, & quoniā alterum altero profundum insidit, ipsam tunicā ex quatuor cartilaginosis densissimis que tunicis cōstare arbitrantur, ulcerū que nomina inde fortiri. quod uimissimū esse putamus. nā tunica crassior est ac densissima, ob id summā partem eius, imā, ac inter ipsas medias geminas cōstituimus. At in ea cerathoide tunica quatuor ulcerū species Paulus Aegineta, præter quæ in cōmuni esse dixit, nobis demonstrauit. Primū cauum & angustū mundum que ulcus, cōpunctiō simile bothrion cognominatū, eo latius minus que profundū Cælo ma uocari. Argemon uero, quod nigrum candidū que oculi occupat, ita ut in albo rubrum uideatur, in nigro uero albū conspicitur, unde & argema rubens dicitur, uel leuīdum, quod albugo uocatur a nostris. Epicauma itē sordidū ulcus est, & immundū, ac tabidum, quod cum expurgatur, sæpe humida in oculis inueniuntur: Et aliæ sunt ulcerū quoque differentie. Alij differentias distinxerunt hoc modo. Caliginē ulceris speciem per nigram oculi iridem nebuloso ferē aeri similem euagari, cæruleo ferē colore, plurimū que circuli nigri amplecti tradunt, quæ cum ad pupillæ fenestrā peruenerit, non facile oculus possit cernere. nebulā uero in eadē nigri partē profundius ulcus inhære ipsa caliginē: uerū minus, & ob similitudinē, quia cādū est, nebulæ nomine uocitari. Epicauma uero cū oculi nigra pars in superficie exasperata ueluti exustus cinis appareat. Eclīma autem ulcus est ex pure ortum cum crusta, quam escaram uocamus: quod in nigro profundius est ex maiori tunicæ corrosione, ita ut humor paulatim effundatur: & oculus denique foris miserè erumpat. ea ulcera cum plurimū non sine febris innascuntur. Quidā cætomata rotunda esse cōpunctiōibus similia, cūua, angusta, ac pariter munda tradūt. Nostris quoque recentiores tales abscessus oculis euenire non dubitāt, sicut in cæteris corporis membris, ex ijsdem quos diximus humoribus acutis: & ea uitiā in cerathoide magis quàm in funda, hoc est in albo, oriri, quia hæc pars quæ translucida uidetur, solidior sit, ac per eam conceptus humor, minus trāspiret, ob id locum facilius suppurari: quàm in funda: reliqui humores nō facile densissimā tunicā penetrare possunt. In cornea pustulæ semper minores generantur, quàm quæ in cādū fiunt, ex ijs, ut diximus, ulcera oriuntur, ex humoris adustione: quorū species septē esse tradiderunt. quatuor in summa tunicæ parte, reliquæ in ima membranæ parte generantur. Primum genus simile esse fumo, nomina quoniā barbara sūt, omittimus, uel quia de facili interpretes ea inuenterint: nam & magnam quidem partē supremæ tunicæ corneæ occupat, colore ex nigro & albo mixtis,

Quibus caris nomata potissimum cōtingat.

Doloribus temporum que conueniant.

Ulcerum genera in oculis.

hoc est, leucopheo: latè item funditur, ueluti cætera serpentiã ulcera. Secundũ genus caliginosum uocant ulcus, priori profundius, magis albicans: uerum exiguum nubem q; uocant, plus minus q; albet cit ulcus, quo magis ad interiora penetrat. Tertium genus partim iridem, partim cãdidum oculi, licet parum occupat, idem tamen uitium est, quamuis colore differat, quoniã & rubens & album est: nam ipsius fundæ ulcera omnia rubicunda semper apparent, ueluti sanguinea. in cornea eductio alba ferè semper cernuntur. Quartum genus ulcers est, quod tunica dirumpit, ramosum uocãt, nam & foraminolentum est, interdum lunæ cãdidæ simile, lanatum appellãtes: profundius quã cætera radices agit, nec ullã fundæ cãdidæ partem recipit: cæteris calidius est, magis q; adurit. Ex ijs uero quæ interiora sunt, alterũ profundius, calidius, ac angustius est, nec tamen sordidum, grano ueluti albo simile. Alterum lacum, sed minus profundũ quã reliqua interiora ulcera, ueluti primã tunicæ partem non excedens, cum prius ad terciã usque tunicæ partem penetrat, semiq; ambitus forma ducitur, albicãte in lunæ modum. Postremũ uero ex interioribus ordine septenum, magis quã reliqua tunica rumpit, saniosum sordidum, escarã habet, quoniã pluium adurit, propterea oculi haud difficulter erumpit. & primus qui sub tunica continetur, humor effluit, difficulter abstergitur, uel periculo, quoniã tunica penè lacerata magis attenuatur: nec eius imbecillitas abstergendi uim medicamentorũ ferre potest. Ulcus præterea omne quod ab interiore tunicæ parte incipit, & in exteriorem fertur, abrodendo deterius habetur. Pari modo & quod atrum cernitur, uel quo magis ad pupillæ partem accedit. Ulcus initio pluium doloris affert, punctiones, & lachrymarũ profluuiũ exuberat. Cur omnia cerathoidis ulcera, cicatrices q;, ut tradit Aristoteles, albicãtia uideantur, ratio euidens est, quoniã tunica, inquit, cornea nigra est, & morbus in contrarium ferat, ideo quod nigrum est, album redditur: nã & Aethiopi si cæditur, uibices albicãtes cernuntur. Alij alia rationem afferunt, quoniã aer, qui lymphidus est, si cogitur, aliquãtisper caliginosus redditur. at desior in nebula albican tem cõdensatur. Cerathoidis nãq; potentia si ualidiuscula est, nutrimentũ ad lymphidũ in sese cõuertit, alioquin affecta malis humoribus aut uaporibus caliginosior redditur.

Cerathoidis ulcera omnia albicantia.

De curatione ulcerum oculorum,

Cap. XIII.

SI ulcus cum phlegmone, autore Aegineta, ortũ habuerit, ab inflammationis causa initium curationis sumendum est, & ab ijs quæ leniunt, & concoctione præstãt, admixtis similibus collyrijs, incipere debemus. Quale est dialibanũ, aut cicnu, & pyliria appellata, & aster, & similia, ex amylo, altere, cerussa q; cõposita. Et quæcunq; discutunt, nec mordent: sordidis ulceribus mullam laudãt, cum fœnugræci decoctũ. Perpurgata ulcera ad cicatricem perducit Cleonis collyriũ, nam & cicatrici decorem affert. Alij alium prius exinaniunt clystere, uel sanguinis missione corpus & caput exonerãt, si pleniũ est, magis q; si febris adsit. Mox Nilei diarrhodon infundit dilutũ: aut lac muliebre tepens statim ab ubere: at Apollonij chiacon. Celsus quoque in chirurgica non ignobilis, hæc de ulceribus tradit, ex pustulis, inquit, ea fiunt: sed recentia lenibus medicamentis curanda docet, & præcipiũ ad ea laudauit dialibanũ uocatum, habet æris combusti & eloti, papaueris lachrymæ frictæ singulariter p. .1. spodij eloti, thuris, stibis cõbusti, & eloti, myrrhæ, gummi singulorum p. .2. At superexcrecetiã ulcera sordida, caua, uetera que quæ ex inflammationibus fiunt, ex ijs superexcrecetiã, collyriũ quod memigmenon uocatur, optime reprimuntur, Euelpidi attribuitur, in eo papaueris lachrymæ, & albi piperis singula uncia sunt, gummi libra, æris combusti p. .1. Et sordida purgantur eodem, & eo quod similton uocant, habet eruginis p. .4. gummi tantundem, ammoniaci, minij sinopici, singulorum p. .16. quæ quidã ex aqua pluuiatili, aliqui ex aceto conterunt, quo uehemetiora sint, id quoq; quod phymum appellatur, in quo croci p. .1. papaueris lachrymæ, gummi singulorum p. .2. æris combusti, & eloti, myrrhæ, singulorum p. .4. piperis albi p. .6. spherion eiusdem Euelpidis, lapidis hæmatitis eloti p. .2. piperis grana 6. cadmiæ elotæ, myrrhæ, papaueris lachrymæ, singulorũ p. .3. croci p. .4. gummi p. .8. cum uino amineo conteruntur. Eiusdem siquidum medicamentum in quo hæc sunt, eruginis p. .1. minij combusti, atramenti sutorij, cinnamomi, singulorum p. .4. croci, nardi, papaueris lachrymæ, singulorum p. .1. myrrhæ, p. .2. æris combusti partem .3. cineris

Sordidis ulceribus quæ conueniant.

cineris ex odoribus p. .4. piperis grana 15. hæc ex uino austero teritur, deinde cum pasta tribus hæminis decoquuntur, donec corpus unum sit, id que medicamentum si aiter uatur, efficacius fit. ad caua uero ulcera implenda, supradictum spherion ualet, sicut & uetustis ulceribus, & uix ad cicatricem peruenientibus. Est & Hermonis collyrium, habet piperis longi p. .1. s. albi p. .1. cinnamomi, costi, singulorum p. .1. atramenti sutorij, nardi, cassiæ, caltoei, singulorũ p. .2. galle p. .5. myrrhæ, croci, thuris, lycij, cerussa, singulorum p. .8. papaueris lachrymæ p. .12. aloës, æris combusti, cadmiæ singulorum p. .6. acatiæ, stibis, gummi, singulorum p. .25. Verum communia ad pustulas & ulcera remedia ab ijs quæ supra dicta sunt, epiphoris quærenda sunt. At clamores in primis, mentis cogitationes uel cerebri, sternutamenta que obesse uolumus: & balneorũ usus damnatur, quies uero & ocium laudatur. Olfactu prodest uiola, rosa, nymphaea, camphora, & poma omnia odorata. Supinus somnus utilis est, aut in contrariam partem. Cibis tenuis esse debet, ac boni succi, qualis alica est, uel syrupus uiolaceus, aut rosaceus, mali q; granati succus. uel initio morbi nihil esse uilius est, sed in totum abstinentia prodest, si uehemens dolor infestat. Ad aperto ulcere, ex quo plurimum humoris effluit, dabis animalium extrema in cibis, uel pullos gallinaceos. Alius soluẽda est quatruidi interuallo, sed ægri uires consideranda sunt, ex ijs quæ acres humores trahunt. Ex posterioribus quidam Iudæus hæc catapotia deuorãdã ægris dabit, succi glycyrrhizæ, tragachanti, ana 3. 1. diagridij 3. s. modus est ad drachmam. sed quis ebrius uel ebriõ daret, aut hostis: Satis est si obolus assumeretur. Alij tutius balanorum croceorum & Indorum, quos falso myrobalanos posteritas uocat, decocto utuntur cum hiera, & huiusmodi. His ulceribus id collyrium præcipue medetur, quod habet cerussa, amyli, camphoræ q; portiones: nam profluuium suspendunt, & ad conglutinationem ulcus præparant. Aliud ab eodem laudatur Iudæo, quod habet gummi uel tragachanti, amyli, ana 3. 2. cerussa 3. ., opij, cadmiæ uel spumæ argenti, ana 3. 1. ex aqua pluuiatili terantur, & ad uis seruetur. In primis uero laudatur lac muliebre, quoniam rheumatismũ cohibet, & ulcus abstergit. Sed quæ ulcera sanant, & conglutinant, & caua replent, exiccantia sunt, non mordentia, qualis est cerussa, gummi & amyli, & oui corticis farina ex lacte mulieris, quæ nec opio indigent, quoniã per se refrigerant, leniunt, ut Galenus tradit, & abstergunt. Si ulcus in cerathoidis parte suprema fuerit, diarrhodon collyriũ prodest, uel quod habet sarcocollæ & amyli portiones ex asinino lacte: ubi lac haberi non potest, fœnugræci decoctum in primis laudatur, nam dolorẽ sedat & abstergit leniter. Collyriũ dialibanon quod pustulas maturat, & ulcera sanat, habet thuris 3. .1. ammoniaci, sarcocollæ, ana 3. 5. croci 3. 2. cum fœnugræci decocto miscetur. Aliud præcipiũ ad tetra ulcera, humores oculi intus cohibens, albuginẽ & hyaloidem. Habet stimeos, sarcocollæ, ana 3. 11. acatiæ 3. 3. cũ succo cauliculorum rubi cõficiantur. Aliud sarcocollæ 3. 4. in lacte asinino pluribus diebus maceratur, sed mutato omnibus diebus, stimeos, sanguinis draconis, amyli, ana 3. 2. myrrhæ, aloës, ana 3. 1. s. opij 3. 1. cum succo caulium rubi diutine teratur: & seruetur in uis, si ulcus ijs cedit, plumbũ combustũ & thus, cerussa q; profunt, in collyrijs ex oui cãdido. Aliud quod replet & cicatricem inducit, habet plumbi combusti, stimeos, cadmiæ elotæ, floris æris eloti, tragachanti, ana 3. 3. opij 3. s. cũ aqua pluuiatili cõterantur. Item prodest ustræum cinis elotus cum oui albore. At ubi sine feruore ulcus est, prodest quod supra diximus de nardo & myrrha collyrium. Si uero sordidũ est, mulla cum fœnugræci decocto ualet. Si ulcus erodit, plurimũ ac serpit, collyriũ ex opio & melle & aqua pluuiatili confice. Palpebrarũ ulcera collyrijs magis abstergentibus indigent, ob id ab eo abstinemus, donec oculorũ ulcera persanentur. Paulus in suprema inquit tunica cicatrices, aut nube cuias, & in profundo albugines uocitatas, smectica remedia repurgãt, & discutit, sicut anemontis succus, uel minoris centaurij ex melle. Vetera uero uitia cedria extenuat, & ite per se, ut collyriũ ex aqua tollit, sunt & smectica collyria, diaceratos elaphii. Albugines nitũ ex oleo ueteri officiose teperatũ, illicitũ leuat. Et sepe cortex cõbustus, melle q; dissolutus, aut id qd habet ammoniaci, thymiamatis, myrrhæ, troglodytidis, crocodyli fimi, ex aqua collyria facito, prospere aut si succedet, tabefacto sale capadoco, & in albuginum collyrijs addito, & in oculos instillato. Ex eodẽ autẽ quæ cicatricibus colorem reddunt,

Cinis ex odoribus.

Viciũ commodus oculis malè habentibus.

Myrobalani.

Smectica collyria.

reddunt, gallæ, acatiæ, ana ʒ. 4. chalcantii ʒ. 2. Aliud collyrium, balauftij, acanthi, acatiæ, gummi, ana ʒ. 4. ſtimini, gailæ, ana ʒ. 2. aqua diluatur. Alij ad albugines oculorum diacro cu collyrium præferunt, habet piperis p. 1. croci cilicis, papaueris lachrymæ, ceruffæ ſingulorum p. 2. pſorici, gummi, ſingulorū p. 4. Ex ſenectute autem aut alia imbecillitate idem ualere traditur. poteſt & melle quam optimo & cyprino & oleo uetere dilui. Efficaciſſimum eſt ſi baſſami p. 1. addideris. Prodeſſe affirmant ambulatioes multas: exercitatioes, frequenti balneo, ceruicis frictioes, & ex ſinapi gargarifmata ualere profitentur. Subiungendi ſunt in ſimplicium effectus, lecturis non diſpliceat, quoniam & Paulus & Galenus idem factitare ſolent. oculorum caligines diſcutit ſuccus rutæ utriuſque cum melle attico oculis inunctis, uel cum lacte mulieris puerum enixæ: poſteriores ſi foemel lam pepererit, magis probant, uel puro ſucco angulis oculorum tactis. Laphatum quoque, ut inuenio, trixaginis foliorū ſuccus cum oleo, aut anagallidis cum melle, gith quoque commanducatum, & inpoſitum peucedani ſuccus cum meconio & roſaceo, caliginiproſunt, & cepæ ſylueſtres olfactu ipſo magis ſucci inunctione: caligines & nubeculas ſanat lactuca ſylueſtris cum lacte muliebri, braſſica commanducata ex aceto, repentinæ leuar caligines, ſed foeniculo præſertim leuatur, quam ſerpentes nobilitaſſe dicunt, colligitur cum caulis turgeſcit, in ſole que ſiccatur, & ex melle inungitur. Succus item mellillophylli cum melle illitus eximius habetur. Meſſilotus cum lacte, aut lini ſemine, ſtomachite medicamentum ex acerbo malo punico factum prodeſt, ſuccus cupreſſi tuſis folijs cum ſemine mixto oleo, autores alij cedri ſuccum inunxere. Hebeni quoque ligno ad cotem trito, cum paſſo diſcutiunt. chamaſice utiliſſima eſt caligini et nubeculis. Ari ſuccus ex radice caliginem diſcutit, cum melle attico, & nigrum elleborū alij inunxere, chelidonitæ quoque ſuccus exprimitur ea florente, & in areo uaſe cum melle attico leuiter cinere feruenti coquitur, ſingulari remedio. Ariſtolochia quoque prodeſt, & capnos herba, id eſt, pes gallinæus. Et radice acori ſuccus potu. Alektorolophi ſemen ſolidum conijcitur in oculum, nec turbat, in ſeſe caliginem contrahit. ſelle hyenæ caliginel ſanatur, & crocodileæ, hoc eſt in teſtina crocodili minoris cum porri ſucco inuncta, ſel caprinum cum uino inungitur, leporis uero cum melle aut paſſo utiliſſimum: hiruudinum cinis, uel lacertarū crematarum cum melle cretico. uel accipe uiperam uiuam in fictili nouo combuſtam, addito foeniculi ſucco ad cyathum unum, & thuris manna, atque ita eas inunge. Fel quoque ululæ prodeſt. Vngunt incipientes caligines adipe draconis ex melle & oleo uetere: ad eas lauuntur mytili cremati plumbi modo, aut myum cicis illitus. Chalcantum cyprinum medetur. Nubeculis uero prodeſt omphacium unguentum, & minoris centaurij ſucco diſcuti tradunt, & lothon herba cum melle tollit, & ſuccus radice ari, ut diximus, prodeſt. Cyclaminū in paſtillos digeritur, othone quoque eodem modo digeſta purgat, ſel aquilæ mixto melle attico inungitur, eadem uis in uulturino ſelle, & cum porri ſucco, & melle exiguo. Albugines quas leucomata, alij argema uocant, quæ in pueritia ueluti cicatrices apparent, facilius curantur: in ſenibus uero deſperanda curatio eſt, niſi quam tenuiſſima uideatur. Aqua calida diu foueri oculos oportet. Sed proſunt quæ diximus, ſanguinis miſſio, alui deiectione, & gargarifmata, collyrium id ad ea ualet, nitri, alcyoni, lacerti ſimi, ſacchari, ſingulorū p. 1. acori, chelidonitæ, foeniculi p. ex aqua pluuiatili decocta, mox contrita in paſtillos digeruntur, nam & purgat, & miræ extenuat. Sepiæ quoque farina ex muliebri lacte, & centaurij minoris ſuccus, & papaueris nigri, mellis puri tantundem. Albugines ſanat orminium perſicum, uel ammoniacum, & callitrix quoque ſotu. Subiungemus quæ à Galeno inter communia auxilia dicta ſunt. Abſtergendi uim habet nō exiguam æs combuſtū, æris ſquamma, & eius ſlos, chalcitis combuſta, quæ quo magis mordent, eo uehementiora ſunt, uerum tutiora quæ minus mordent. Inter ualidiora ſunt, myſi, erugo, quæ & ad callos ualent, uehementiſſimè obſtruit chalcanthum, ſi comburitur & eluitur, quoniam uis illa uehemens mitigatur eluendo. Ferri ſquamma cuiuſdem naturæ habetur, & omnia ſtyptica terreſtris naturæ, que aſperitates, callos, duritiem omnem emolliunt, ſicuti myſi, tubigo, & his ſimilia. inter ſuccos omphacii, hypochiſtis, glaucion, & acatiæ. quæ abſtergunt, nec mordent, ceruinum cornu combuſtū uel caprinum, manne thuris, eo quod & cor-

Oculorum caligines que diſcutiunt.

Foeniculi uis.

Albugines leucomata ue quomodo curentur.

Abſtergentia quæ.

ticem contineat, ſtypticam propterea uim continet & abſtergit. Inter abſtergentia ſunt armenium, & indicum atramentū, quæ inflammatis ulceribus non ſine dolore conijciuntur, inter ea aloës & roſa medium tenent, nam aſtringunt & abſtergunt, & cicatricē inducunt. ſal uero ammoniacus, lapis aſius, eius que ſlos inter uehementiora annumerantur, unde & palpebrarū uitijs inaximè conueniunt. Inter aromata ſimplicia, quæ cū cæteris comiſcentur, ſunt caſſia odorata, malobathrū, & ammomum, ſtyptica enim ſunt ac diſtrahentia. Ex abſtergentibus noſſe oportet, quæ mediocriter & quæ plurimū abſtergunt, quoniam hæc durities & callos & cicatrices extenuat. Nam ad leucomata, ſiue argema & cicatrices draconij ſemen ex melle illitum prodeſt, cicatrices tollunt rutæ ſemen, ammoniacum & armeniacus lapis, ſi arida imponuntur, & hyrundinum pulli ablato capite in olla combuſti. Sicut ex puſtulis ulcera, ita ex ijs pariter cicatrices ſunt, quæ duobus, Celſo autore, uitijs periclitatur: ne aut cauæ, aut craſſæ ſint: ſi cauæ, impleri poſſunt eo collyrio, quod nuper ſphæriō uocari diximus, uel id quod Aſclepias nominatur. Habet papaueris lachrymæ p. 2. ſagapeni, opopanacis ſingulorū p. 3. eruginis p. 4. cumini p. 8. piperis p. 12. Cadmiæ elotæ ceruffæ, ſingulorum p. 16. At ſi craſſæ cicatrices ſunt, extenuat canopitæ collyrium. quod habet cinnamomi, acaciæ, ſingulorum p. 2. piperis albi, thuris ſingulorum p. 3. æris combuſti p. 8. cum aqua pluuiatili. Vel Euelpidis collyrium pixinum, quod ex ijs conſtat: ſalis foſſilis p. 4. ammoniaci thymiamatis p. 8. papaueris lachrymæ pondere p. 12. ceruffæ p. 15. piperis albi, croci ſiculi, ſingulorum p. 32. gummi p. 13. cadmiæ elotæ p. 9. Maxime tollere cicatricem uideatur id quod habet gummi p. 3. eruginis p. 1. crocomagmatis p. 4. Hæc de compoſitionibus. Radix hyacynthi ſylueſtris albugines tollit. Cicatrices & albugines leuat impubium puerorum urina. Vngulæ aſinæ, cinis inunctus è ſuo lacte tollit. Fel quoque capræ, ſimum columbarum ex aceto, nam & turturis ipſum albugines extenuat, gallinarum duntaxat cædidum in oleo uetere corneæ que pyxide aſſeruatum ad pupillarū albugines facit, item cochlearum cinis. Fimum cenchridis, araneus candidus longiſſimis ac tenuiſſimis pedibus, cōtritum in oleo uetere: nitrum cicatrices extenuat, teſtudinis ſel cicatrices extenuat, chryſocolia in collyrijs. ac in emplaſtris miſcetur. & alcyoneum ualet. Hæc de ulceribus & cicatricibus oculorum dicta ſunt. At genarum ulcera ſuccus foliorum oliuæ medetur, ſpongiæ combuſtæ explet ulcera, & elaterium ipſum ualet, & ficulnei fructus cinis bis toſtus, adiecto pſymmythio, in paſtillos digeſtus medetur, & marini ſcorpionis ruſſi, ſel cum oleo uetere aut melle attico, æſipum quoque miræ prodeſt. Oua perdicum in areo uaſe decocta cum melle medetur, angulis oculorum exulceratis mel illitum prodeſt. Samius lapis cum muliebri lacte, & pumicis farina cōbuſti leniter ea purgat, æs uſtum ſanat cum lacte. Prodeſt & omphacium. In nitrijs ulcera allata ſanatur, ibi uero facta tardius. Inuenio & argema rubetia anagallidis utriuſque ſucco tolli cum melle. Omnibus que quæ oculis obſtāt, ſuccus ſalicis incifæ manās è plaga cum floreſcit arbor prodeſt. argema extenuat ſel gallinæci, turturis que ſi inſtillatur. Plumbum quoque uocari uideo plumbæ coloris ulcus, quod & plumbum quidam uocauerunt, cui uitio molibdena, id eſt, plumbago, ſi commanducata religatur oculis, occurrit. aliqui & cuminum commanducatum imponunt.

De chymoſi ex Paulo,

Cap. XV.

PROſequamur reliqua oculorum uitia, quæ ex inflammationibus oriuntur, chymoſin Græci uocant, cum utriuſque genæ conuertuntur, ut uix oculi aperiatur, album quæ nigro ſupereminet, atque id ſanguinolentum fit, & magnam nigri partem occupat. In primis ſanguinis miſſio neceſſaria eſt, deinde catharticum, atque diarrhodon, album quæ collyrium, atque quod ſpodiacum dicitur, ex lacte & oui candido: ijs genas & frontem & tempora inungi utile eſt, cataplaſmaticis mitigatorijs fouere neceſſe eſt. ſedata phlegmone, acriora auxilia conueniunt, quale eſt uiride diarrhodon.

De Hypopijs & Phlyctenis ex eodem autore,

Cap. XVI.

TVnicæ quoque uitium eſt cerathoidis, quod hypopion uocant, modo quidem ex profundo oritur, modo in ſuperficie, ungui ſimile apparet, pro puris differētia, unde & affectū ipſum onycha uocauerunt. In hac curatiōe, leuioſib. remedijs pus abſtergimus: quale

Leucomata & cicatrices que curent.

Ad genarum ulcera que uulſa.

Plumbum ulcus.

Chymoſi cura.

quale est hydromel, ac foenugraeci decoctum, & inter collyria diolibanum, aut disruptum, & expurgamus ualidioribus collyrijs, qualis est diamyrtha, & igidion. Ad hypopia non purulenta eo collyrio utimur, calcanthi, croci, ana. ʒ. 8. myrrhae ʒ. 4. mellis lb. 1. & si bulla in ea tunica sublata intumuerit, humore quodam nervos suffulcente. Tum hygra hebasui ualet, croci, aloes, myrrhae ana. p. 1. uini p. 3. mellis optimi p. 6. crocum uino diluitur, deinde aloes & myrrha, demum mel adijcitur, et uitreo uase asseruato. eo bis ter uel in die illinito: oculum enim repurgat, & carnem reficit, & cicatricem inducit. Recentiores medici ex ictu aut apostemate eam materiam colligi in oculo, ac subinde suppurari tradunt, cum non pus in ipsa cerathoidis tunica colligitur, scabiem ob similitudinem uocant Galenus. aut pus ipsum tunicam subit, quod interdum sub albo, hoc est oculi fundam, diffunditur, si materia plurima defuerit, uerum sub cornea tantum apparet, quoniam limpida est, & aciem occupat. propterea ab aliquibus suffusionis genus reputatur, sed quod in tunica oritur, alias in superficie, alias in ima parte, interdum in medio tunicae innascitur eo modo quo tunicae partes diuidere audeat posteritas, ut dictum est, ubi de oculorum ulceribus egimus: sub ea tunica purulenta materia interdum rubens, aliquando alba aut liuida cernitur: qua ratione tunica aliquando plurimum tumet, saepius in semicirculi modum noui licinij figura apparet, unde nomen accepit, cum materia putris exigua subest. Verum si ex oculi contigerit abscessu, sanguinem demere necesse est, ac uentrem deijcere. eadem quoque adhibenda: si ex ictu aut ulcere uitium ortum fuerit: si tenuis & aquosa fuerit materia, dissoluentibus & exiccantibus duntaxat opus fuerit, tum id ualere tradunt: Quod habet thuris p. 1. croci dimidiam, ex foenugraeci decocto dissoluatur, si tardius erumpit pus in purulenta causa, opopanacum, ammoniacum que ex eodem decocto proderit, quonia mutationem accelerat, & adaperit. Idem praestat foenugraeci & meliloti decoctum, si imponitur, uel citius quam sit uerisimile. Quidam scalpello adaperiunt, ut materia putris exiliat, si in summo fuerit tunicae. Trahi idem auctor quendam ocularium uidisse, qui multos eo morbo curauerat, sedens in folio caput a gri, concutiendo ab altera parte temporis comprehendens, pus manifestum descendere cunctis uidentibus. Veruntamen Galeni uerbis, quod sub cerathoide subest, & intra sequentem tunicam tribus modis (ut tradit) educi potest, uel medicamentis resoluentibus, uel sectione, aut capitibus (ut dictum est) concussu, quoniam materia alio quandoque repellitur. Verum haec postrema auxilia nisi in desperatione morbi (ut alij tradunt) imperanda non sunt, ueruntamen si in albo oculi fuerit, scalpello tutius utendum est, ac alius subducenda epithymi decocto, chebulis indicis que balanis, sic enim nigiores appellantur, ac addito agarico, hiera que. Demum quae dicta sunt collyria conueniunt.

Quibus rationibus ex oculis educatur.

Emphysema quid.

De emphysmate & genarum pruritu. Cap. XVIII.
Emphysema, inquit Aegineta, est generum tumetis grauitas, inflatur absque manifesta causa, interdum ex pituitae abundantia, interdum non sine pruritu, ac lachrymarum fluxu: senectutis peculiare uitium est, ab angulo interiore oculi pruritu incipiente, ueluti muscae morfu, aut culicis ictu, et id contingit, diaspongio curatur, uel melle cum croco, gena que interior eo illinitur. At si plurimum pruriunt, & nihil prohibeat, sanguis a cubito demendus est, marina que aqua hyeme praesertim hausta salutaris est. Aegineta pruriginem & scabiem aceto & lenticulae decocto tolli tradit, ac rosarum suffitu. Aut hoc medicamento, in quo aris ʒ. 6. mys combusti, myrrhae ana. ʒ. 3. croci ʒ. 1. s. piperis ʒ. 1. uini chij & dulcis cretici, ana cyathum unum cum dimidio, conterantur ad mellis spissitudinem. Vitanda sunt in cibis salsamenta omnia, acria que. Ex posterioribus quidam ex lenticula granorum que cortice, ac pistaciorum ex aceto cataplasmata faciunt, quibus acuta materia sedatur, et serpere uitium non patiuntur, materia deinde exiccatur, unde squammam quaedam uel furfures a genis cadunt. Deinde ouii uitellus cum croco superillinitur. Scabries ipsa intra genas oritur, de qua plura statim dicturi sumus, milij modo conspergitur, ex acuto sic humore & materia salsa, ex inflammatione quandoque sanguinis adusti, quae prius pruritu mox scabriam inducit, cum in summo cutis est, uel utrumque uitium exundante materia. Verum ex Galeni sententia subtiliorem materiam haberi quae pruritu faciat, nam post oculorum epiphoras ea euenire solent.

Scabries oculorum.

De tra-

De trachomate ex Paulo Aegineta.

Cap. XVIII.

Trachoma generum scabries est, quae si augetur, & ueluti granis interioris fici exasperetur, sycosis appellatur, perseverans tylosis a callositate uocatur. Huic malo collyrium prodest, quod dialythion uocatur ex uino, & quod ex haematite lapide fit, ex aqua conficatis genis. Ad haec & psorophthalmis opus est, conuersa gena, si sine exulceratione fuerit. Si uero in duritiam conuersa tylosis, genas conuertimus & pumice, aut sepiarum osse abradimus uitium: aut ficulneis, ut alij uolunt, folijs, aut eo medicamento quod blepharoxistum nuncupatur, nostri quatuor genera constituunt pro scabrie modo, sycosimque esse uolunt non a granis, sed a contracta fici cute, disruptaque similitudine. Primum uitium rubes est cum pruritu, secundum magis prurit cum dolore: humida que ambo sunt, tertium finditur fici modo ad duriusculum habetur. quartum durum & callosum in totum cernitur, ex cephalica uena demi sanguinem necesse est, uel saepius, si opus est. deinde ex uenis iuxta oculorum angulos, uel cucurbitulis ex occipitio. Alius soluta esse debet, & caput pariter exinanire conuenit. Eadem in cibis quae diximus, uiranda sunt. Deinde ad reliqua consugas praesidia, abradi genas interiores (modo ne sit intus aliqua exulceratio) eo quo diximus modo, balnearum frequens usus conuenit, interea uiranda sunt, fumus, puluis, sol, clamor, ira, multusque sermo, aut lectio, maxillarisque plumeus mollis, ac in faciem cubitus. Ad haec puerorum uirina per se collyrium praestat, si aeneo uase contineatur, ostrearum cinis combustus & elutus, ac lapis haematites cum corticis granatorum decocto, & succus foliorum oliuae syluestris, cum saccharo instillatus, & conficatis genis. Molle panis ex uino albo frequenter impositum prodest, addito apij succo. Succus item brassicae crudae cum attico melle contra scabritias generum ualere tactis angulis oculorum. Spongiam in cruda olla figulini operis combustam plurimum eo cinere profunt, sepiam cortex per se, & cum lacte mulieris scabritias: ut dictum est, emendat, inuertunt namque genas id agentes, & uitium auferunt, post paulum rosaceo inungunt, & pane imposito dolore nocte mitigant, ex Plinio eas extenuat, nitrum cum fico illitum, aut decoctum in passo ad dimidias partes. Genarum pruriginem & scabiem tollit, aloes infusa, pruriginem & scabritias capilli mulieris cinis, in testa cremati, uel cum spuma argenti & ceruini cornu cinis, seuo bubulo addito, ac oleo illiniunt, mucrones autem ipsos efficaciores putant. Genarum uirius aptissimum est seuum uitulinum, ac anseris adeps, & ocimi succus, & duritie eiusdem medulla cum pari pondere cerae, & olei uel rosacei, addito ouo. Contra genarum callum & angulis scabrosos aëtopum medicamentum medetur, genarum roliones sanant succus foliorum oliuae, de quo diximus, & scabriam efficaciter sanat omphacium unguentum, & scabiem emendat oenanthe. Inueteratas uero scabritias sanat & extenuat myrsi, & semen sinapis ex melle decoctum. Et chalcanthum cyprium, uel ferri rubigo cum cera, & olco myrteo, squama ferri farinae modo aspersa paulisper, scabritias siccant sinopis adusta ex uino. Alumen quoque melinum extenuat, & impubium puerorum uirina antedicta, ficulnei fruticis cinis bis tostus, adiecto psymithio, pastillos digestus medetur. Et lacertae capitis cinis pro stibio habetur. De compositionibus uero ea praecipue probatur, quae habet eruginis rase, piperis longi, papaueris lachrymae, singulorum p. 2. cerussa, piperis albi, gummi, singulorum p. 4. Cadmia elote, cerussa, singulorum p. 6. Nihil tamen utilius medicamento, quod basilicon uocatur. Habet papaueris lachrymae, cerussa, lapidis asij, singulorum p. 2. gummi p. 3. piperis albi p. 4. croci p. 6. psorici p. 13. Nulla enim per se materia est, quae psoricum nominetur, sed chalcitidis aliquid & cadmiae dimidio plus, ex aceto limul conteruntur, idque in uas fictile additum & contactum ficulneis folijs sub terra reponitur, sublatumque post dies uiginti rursus teritur, & sic appellatur, id enim conuenit ad omnes oculorum affectus, qui non leuibus medicamentis curantur. Vbi non sunt medicamenta composita, scabrosos angulos leuat & mel & uinum, succurrit item & arida lippitudini, panis ex uino subactus, & super oculum impositus. Ex recentioribus medicis quidam hyrcino felle, aut suillo utitur cum cadmia & aere combusto, & sale ammoniaco, uel chalcathi combusto, uel singulis per se. Ex compositis tracomancis est id, succini p. 1. balustiorum p. 2. ex melle conciantur, addito exiguo ammoniaco. Aliud aloes p. 1. ex aqua pluuiatili conterantur, interea facies & oculi aqua foueantur. Animad-

Sycosis. Tylosis.

Ad genarum calum qua faciat.

Psoricum quid.

f uerten-

Tracomaticum
collyrium.

uertendum est, quod si pruritus et scabies cū epiphoris pariter oriantur, epiphoras prius curare necesse est, uel si epiphoræ adhuc magis infesta sint. Aliud tracomaticum collyrium, cerussæ, floris æris ana p. 1. ex meraci uino albo, ac rutæ succo ad crassitudinem mellis conterantur. Aliter cerussæ p. 2. floris æris p. 1. mixta inter leuiora collyria adnumerantur. Aliter ad genarum pruritum, scabriciem, & lachrymationes. Habet cerussæ, croci, gūmi ana 3. 2. ammoniaci, spicæ, opij, myrrha, succi uivæ acerbæ, ana 3. 1. s. cum aqua pluuiatili conficiantur. Aliud quod & pterygia sanat, priori uehementius, habet floris æris, chalcididis, alcyonij, æris usti, ammoniaci, arsenici rubri, ana 3. 1. ex succo chelidonie. Ad tylosim posteriores genas interiores folijs peristerij herbæ conficiant, aut siculis, aut instrumento ferreo aspero, nō acuto. At ad sanguinis profluuuū si contigerit, acetum cum aqua rosacea prodest iniectum, aut uinum album. Hyeme fouendus est oculus amaris amygdalis cōtūsis, adiecto cumino ex croco exiguo, cum molle panis ex uino albo, nocte enim id imponitur, uel postquam collyria infusa fuerint, alij oui candidū lingua agitant ac despumant lino molli superimponunt, aut gossipio lanae ue molli, nam lenit dolorem, & oculi humorem subinde nutrit. Septenis diebus uel circiter genas poliunt, & oui candidum superimponunt quod profluuuū sistat. Quidam post frictiones croci farinam superinspergunt, deinde oui luteum ex rosaceo imponunt. Cauendum est in omni ferre oculorum affectu, ne cataplasmata arctius deligentur. Alij chamomilam & melilotum cum sale superligant, interea oculi lauandi sunt rhusis syriaci decocto, mox aloë, succo sceniculi dissoluta, in aëneo uase solibus exposita diebus 15. ualet iniunctis oculis. Pruritus & oculorum ardores tollit uitium lachryma ex putatione. Aliud quod pruritus sanat, & genarum ruborem discutit. Cadmia trita in pollinem cum camphora in uase utreo cum uino albo ad soles exponitur, obturato ore, ne uis euanescat, nā mirè iuuat, & si leniter mordeat, aliud cadmiæ elotæ, floris æris, ana 3. 1. aloës epatitis 3. olei 3. 4. ceræ 3. 1. lardi infusi 3. 2. camphoræ 3. 1. fit medicamentum quod genis impositum plurimum ualere traditur, alij non lardum, sed uituli seuum præferunt.

De ectropijs.

Cap. XIX.

Genarum quoque alia uitia sunt, quæ ectropia uocantur, cum superior gena parum descendit, qua oculus non contegitur, sicut & inferior parum sursum attollitur, & pendet & hiat, neque potest cum superiore committi id uitium ex curantibus quando que indiligentia oritur, interdum ex senectute, Paulus ex cicatrice, aut ex sub excrescente carne accidere tradit. Si ex mala curatione contigerit eadem ratio medendi queritur, quæ in lagophthalmo statim dicere, plagæ tamen cornua ad maxillas non ad oculi conuertenda sunt. Si ex senectute est, tenui ferramento id totum extrinsecus adurendum est, inde melle inungendum, quartoque die aquæ calidæ uapore fouendum, inungendumque medicamentis ad cicatricem perducentibus: at si caro sub excrescens diu permanserit, æris flore iniecto sanatur, aut plūbo usto & eloto cū sulphure uiuo æquis portionibus. Verum si ex cicatrice in uniuersa gena fuerint, manu tantum curari possunt.

De lagophthalmo,

Cap. XX.

Nonnunquam autem nimium excisa cute euenit, ut oculus non cōtegatur, idque interdum esset alia de causa lagophthalmos Græci uocant, in quo si nimium genæ deest, nunquam curatione uitium restituitur: si uero exiguum, curari potest. Paulus infra supercilium cutis inciditur, lunata figura, cornibus eius deorsum spectantibus, altitudo plagæ usque ad cartilaginem esse debet ipsa illa nihil læsa, nam si ipsa incisa est, palpebra conciditur, neque attolli postea potest, cutis igitur tantum diducitur, ut paululum in ima oculi ora descendat: in plagam lineamentum coniiciendum est, quod & coniungi diductam cutim prohibeat, & in medio curandam in cicatricem euocet, quæ ubi est oculum impleuit, postea recte oculus operitur.

De agylopiis & anchilopis,

Cap. XXI.

Anchilopa.

Agylopa (ut Gal. tradit) in oculorum angulis, qui canthi dicuntur naso propiores, apostemata innascuntur, quæ si per negligentiam relicta fuerint, ad os usque descendunt. At priusquam exulcerentur, anchilopæ uocantur: si uitium perseverat, fistula perniciosa gignitur, per quæ humor aquosus, siue pituita, perpetuo distillat, quæ prementis digito

digito egreditur. Nonnunquam os exedit, & ad intima narium penetrat: id uitium interdum carcinomatis naturam retinet. Si ex humore melancholico fuerit, tum locus is pallet, & cutis dura sentitur, leuique tactu magis irritatur, partes que circumstantes plurimum inflamantur: id curare temerarium est, quoniam si tentatur, magis inualefcit morbus, interitum que accelerat: & agylopæ quæ ad interiora penetrant foramina, sanitatem non recipiunt, reliquæ etiamnum difficulter sanantur, uel quo magis angulis oculorum propiores sunt, quoniam pars ea angustior est, ubi uersari manus debent. Verum recentis uitio facilius occurrimus: deterius ite in corporibus imbecillibus, si os uitandū est oculo proximum, perniciosa est enim nimia uicinitas. In initio inflammationis, quæ discutitur, imponenda sunt, quod si feruor non credit, distrahentibus quæ non mordeant, opus est, quoniam oculū infestant. Aetius tradit, cum primum lotus inflamari cœperit, barbaro emplastro, uel lene, uel Dijscei, uel Bioxelli opus esse, quoniam distrahunt & arefaciunt tumores. Asclepiades uero minuti semper uiui, puto hunc digitellū à nostris uocari, strychni succi, quantum ad cogenda satis sit quæ sequuntur, thuris 3. 2. galbani 3. 1. s. malthicis 3. 1. contrita igni dissoluantur, & ad usum referuentur. auxiliatur is glauciū, crocum succo perdicij, si frequenter imponitur. Alex quoque in aceto decocta & trita, non solum incipientes anchilopas, sed iam exulceratas sanat: nam aperit, & ad os usque penetrat. Ruta horrensis cineris lixiuio mixto, agylopa sanat, & ad imū os descendet, initio duntaxat mordeat, sed præclare facere traditur, quoniam neque cicatricem turpem reddit. Alij cochleas cum testis imponunt, nam & aloë & myrrha, si mixtæ ante suppurationem imponantur, ualent, & post collectionem eadem exiccant. Aliud, sel suillum infusum ad exulcerationes agylopa ualet, quæ agylopæ herba quæ in hordeo nascitur, tritici folio, Galeni opinione, sanatur, semine cōtrito, uel succo imposito. Anthemis quoque prodest, & nepeta uulsa. Fimum columbinū ex aceto sanat. Eas manare prohibet sinopsis adulta, uinoque extincta, & bacchar per se imposita, antequam suppuret ex mero: myrtus quoque fatiua sedat & radis myosotis. Posteriores quoque medici ocularij si os uitatum non fuerit plurimum, priusquam candente ferro utatur, ad mitiora confugiunt auxilia. uitium in primis regio præscribitur, pinguis, acris, damnata, lacteosa, legumina que, bulbos, sinapi & similia, sicut & falsa, uina que austeria potentiora: Et a cibo subitū somnum, quoniam caput replent: sicut & uehementis exercitationes. Corpus exinde perurgandum tradunt pro habitudinis ratione & humoris abundantia. Deinde caput repurgandum est pilulis cochij uel hieræ. Interea materia digerenda est calamynthæ syrupo, betonicæ, atque rosmarini aquis admixtis. Deinde medicamentū dialibanum plurimum ualet, quoniam mirè exiccat: interea si aluus nihil reddit, aloës lota ante coenā præsumenda est, at digesta materia, pilulæ ex sarcocolla, ac cochij æquo pondere ex elaterio, diarrhodo misceantur, mane que propinandæ sunt. Collyrium demum in fistulam distillandū est, habet stimmii, cadmiæ ana 3. 2. sarcocollæ maceratæ muliebri lacte 3. 3. licij, sinopidis, spodij, tragacanthi tostij, squamæ ferri præparatæ ana 3. 4. aquæ rutæ, solani, chelidonie quantum satis sit: cum succo rutæ prius conterenda sunt, mox aquis antedictis temperetur materia. Nocte uero oculis hoc emplastrum semper imponendum est, sinopidis, acaciæ, sideritis succi, thuris, hypocythidis, mastichis ana 3. 3. acetabulorū glandium, conus cupressi, gallæ immaturæ ana 3. 1. ex aceto nigro acerrimo emplastrum confice.

De pterygijs, id est, unguibus oculorum,

Cap. XXII.

Pterygium (Celsi & Paulo autoribus) membranula nervosa est, oriens ab angulo, quæ nonnunquam ad pupillam quoque peruenit, ei que officit, Latini unguem appellauere, sæpissimè à nasi angulis, interdum etiā à temporum parte enascitur. Recentis non difficile est medicamentis uincere, quibus cicatrices in oculis extenuantur: si inueterauerit, iam que ei crassitudo quoque accessit, excidi debet. Si uitium recens est, ac neque nimium excreuerit, smectica inquit Paulus, remedia profunt, qualia sūt, trachomatice aut leucomatice, quoniam mirè extenuant: sicut atramentum sutorium cum felle suillo, aut æs combustum: sed id efficacius est, chalcanthi p. 1. gummi p. s. ex uino macerata illinuntur: quidam felle caprino inungunt. Aliud ex Oribatius ad pterygia & hypopios & amblyopias, habet lapidis magnetis, floris æris, sinopidis, ammoniaci, thymiamatis ana 3. 4.

f 2 croci

Quæ agylopa
sanare nō possunt.

Pterygiorū dif-
ferentia.

croci 2. mellis atticī quantum satis sit, facit enim ad albugines. Huius genera duo faciunt, alterū neruofum, charilaginosum, durum quod alterū uero mollius, & quod hamulo uix cōprehendi potest, nā facile refugit. Horum quoque alia rubetia sunt, alia lutea, alia interdum lūda. Ea curatio uere esse debet, aut certe ante hyemem quod tempus expectare tutissimum est, quoniam pterygia tarde nigrescunt, & dolore non cruciatur. ideo uer expectandum est: interea uniuersales particularesque in exinanendo curationes quae iam dictae sunt, obseruandae. Abstinentia à bubula carne, ceruina ac similibus laudatur, sicut à palmulis quoque. Nam ex omni temperamento uictus querendus est, inter remedia, pro uitij qualitate collyria deligenda sunt. Vt si mollis est, aut durus unguis, recens aut uetus, uel si etiam exiguus fuerit, aut ingens. Nā si paruus fuerit, quae oculorum scabriciem sanant huic quoque prodesse fatemur. Magnum uero unguem, duriorē ac uultum, uehementioribus persanamus medicamentis, uerum à mitioribus inchoandum: ex simplicibus ocini semen, aut psyllij, uel lini, integra enim imponuntur, nec oculum turbant, nam abstergunt & emolliunt: thuris farina in aqua calefacta per diem macerata utiliter instillatur. Ad pterygia & excrescentes carnes sel caprae cū uino, addita cadmia & sale, cortex sepiæ tollit, calionimi uel carnes oculorum superuacuas consumit: sal cum seuo uitulino, spongiae combusta, in cruda olla figulini operis plurimum proficiunt, nam dstringunt, spissant, et explent. In hoc usu utilius est lauare cinerem, sel testudinis cū melle inunctus. Ex collyrijs laudatur, quod habet lactis mulieris, croci, fellis hircini partes æquales, in oui calice cinere tepescunt, paucis diebus pterygium dstringit, emollit, et dolorem leuat, ac rubori subuenit, & lippitudinem denique suspendit. Alij æs ustum, calcanthum, ammoniacū cum suillo felle, aut caprino mixta, collyriū faciunt: ex uehementioribus, si eo parum proficitur, quae erodunt, & putrefaciunt imponuntur, quale arsenicum est, & calcanthū, æs ustū & ammoniacū, lilij quoque radix, alij arsenici, niri, alcyonij, ana 3. s. ammoniaci 3. i. cū succo rutæ conterantur. Aliud æris combusti, calcanthi, ammoniaci ana 3. s. ficulneum quod lactis 3. i. ex melle iniectū prodest. sed mirè per se conferre traditur opobalsamum. Inter ualentiora quoque collyria id laudatur, quod ex æris combusti obolis 2. aruginis 3. myrtæ, croci quod obolo, piperis granis quinibus, m. rmore ex uino conteruntur. Aliud in quo cadmix elote, calcanthi, ana p 3. s. aruginis æris, ammoniaci, arsenici preparati omnium 3. dimidia. Qui ferramento superuacuas carnes tollunt, diei abstinentiam indicere debent, Sed quidam ferramenti uice puluere utuntur ex testa figulini operis uitreata, friatu frequenti mirè extenuat pterygia. Si id non profuerit, & ferro opus sit, caueat ocularius, dū hamulo trahit unguem, & manubrialo scalpelli diducit, ne ex ungue aliquid relinquatur, quod exulcerari possit, nec curationem pariter recipiat, aut ita uehementius trahat, ut sequatur angulorum caruncula, qua foramen patefiat, per quod semper humor siue pituita miserè distillet, *ῥωαδία* Græci uocant. Posteriores quoque ocularij ita ferramento amouent, ut oculi candidum mundū, nec læsum conspiciatur, hamulo retuso prius candidum denudant, ut quantum opus sit facilius rescindatur: si neruosa caruncula difficilius euomeri potest, acu subducto filo serico paulatim dimouetur, uel saltem retuso ferramento, ut ex toto deducatur, ac rescindatur, uerum anguli caro præcauenda est, ne, ut dicitur est, humor perpetim effluat, quod facile distinguitur, quoniam pterygion durius est, neruofum, album quoque cernitur. Canthi uero caro rubens est, ac mollior: ablato ungue, linamentum ex melle coniunguntur, supra quoque linetolum, aut lana succida, alij cuminum commanducatum cum sale superimponunt, alij anisum, & luteum oui ex rosaceo uel uioleaceo superimponunt, bis ter ue in die commutant, proximis diebus deducendus quotidie oculus est, ne cicatrice inter se gene intempertuè coalescat, si quid denique ex ea supererit caruncula, nō ferramento amplius, sed medicamentis antedictis dstringenda est.

De encanthis & rhoade, Cap. XXXIII.

Encanthis qui
bur curatur.

EX curatione unguis importuna, encanthis uicium, aut rhoas oriri solet, cum in cantho iuxta nasum ubi fontes oculorum sunt superexcrescit caro, aut nimium auferatur. Illud uicium canibus euenire solet, & hominibus nauigantibus peculiare malum. Encanthis dura est inæqualis, cōpungens, quae si parua est, aridis medicamentis curatur, sicuti

sicuti canthi impetiginosi, cadmix & chalcitidis farina, alumine scissili, myrto quoque, aut chalcantho. Idonea medicamenta esse docet Paulus, quae *ἐκτροπία* dicta sunt, caustica & putrefacientia, sed neque ijs nimium utendum est, ne in aliud contrarium labatur uictus, hoc est, ne rhoades fiant, cum in eodem loco caro nimium diminuitur, sed usque ad naturalem dispositionem caro erodatur, quoniam ea cavitās in angulis turpior redditur. Verum si ea pars medicamentis parum absumpta est, restitui potest, ferramento uero nunquam, facilius tamen medicamentorum uehementia sublata caruncula restituitur, tum styptica mediocris potentiae carnem superinducunt, qualia quae de croco & glaucio & aloë fieri solent: idem praestat & diacroco collyrium, & hyosciamum, & aluminis exiguum ex uino decocta. At maiores encanthis ueteres quae manu curantur, si maior fuerit excessus, acu expedit linum duplū habente in imo trajcere, inde linum astringere, & paulatim astringendo dirimere, quoad caro liuescens abscedat, uel scalpello auferatur, uel caustico medicamento: exinde melle perpurgamus. Sed cauendum ne canthi ipse ex toto, ut diximus, cum carne auferatur, quoniam quae contra naturam sit rhoas, turpior oboritur, unde perpetua lachryma inuoluntariō fluunt. Ex canthis quoque pueris per se uel nimio fletu sanguis profluit. Curatio leuis est, quoniam posca infusa sanat, uel capiti etiamnum superinecta, prodest frigida aut gelida hyeme, aut oui candidū per se, aut aliquo leui collyrio addito: puer ipse ali debet, cibus crassum humorem generantibus. Adolescentibus in occipitio cucurbitula imposita ualent. Recentiores encanthisdem ita quandoque excrescere tradunt, ut aciem interdum perturbet: curatur aloë & hæmati te lapide ex uino, rhusis & myrti ex uino decocto. Quae autem caruncula ferramento ablata nunquam restitui possit, facilius uero quae medicamentis manifesta causa habetur, quoniam ea caro neruosa est, ferrū enim quamlibet particulam protinus auferit, medicamentum uero carnem duntaxat erodit, neruosa subtilitati parcendo. In angulo, inquit Celsus, parum ungue exciso, uel aliter tuberculū quod palpebras parum diducit patitur, *ἑλκυσθίς* græcè nominatur, excidi hamulo, & circuncidi debet, diligenter manu temperata, ne quid ex ipso abscedat, tum exiguum linamentum respergendū est, cadmia, uel atramento sutorio, in quo eum angulum diductis palpebris inferendum, supra quoque eodem modo deligandum, proximis quoque diebus similiter nutriendum, tantum ut prius aqua egelida, uel etiam frigida foueatur.

Quomodo in oculos incidentia sanentur, Cap. XXXIII.

SI in oculum culex, aut alia quæuis bestiola incidit, si alterum oculum confricabis, sponte tedium id exiliet. Item si arena, aut quodcunque uento sublatum fuerit, idem facere Demosthenes tradidit: sed si adhuc hæserit, aqua foueto egelida, uel lac muliebree infundito, aut mulfam.

Ad oculorum uictus, & ad eruentator, Cap. XXXV.

Υποφαρυμα dicitur uel *ὀφθαλμια*, cum ex ictu aliquo uel plaga, contusis uel apertis tunicis oculis, ita ut subito cruore interfuso cruententur, unde liuidior fit. Huic subita sanguinis à cubito detractio subuenit, ac uentris deiectione, oculo exinde oui candidum tepescitū utiliter imponitur, aut sanguis turturis, aut columbae masculae, desuper quoque datur lana succida ex uino & rosaceo, oui quoque albo addito, molli uinculo omnia deliganda sunt. Subinde oculus absinthij & hyssopi decocto fouendus est, lino aut spongia infusa. Prodest & strychni succus infusus ex melle uel efficaciter. Ad uetera uero hypophagmata urinam pueri impubis in uas æneum solibus exponunt, ænea quoque pari modo spatula miscent, donec arefiat, id quod superest, melle mixtum oculis infunditur. Apollo nius lapidis hæmatitis, sanguinis ex alinino corde arefacti ana p. i. ex urina pariter pueri impubis temperantur, additur histeridis herbae succi plusculum. Aliud, lapidis hæmatitis 3. 2. sanguinis columbae aridi, ac humani quoque tantundem, cum gummi drachma dissoluta ualent. Eadem quoque oculorum compunctionibus ualere traditur. At si uulnus profundius fuerit illatum, ita ut effuso humore oculi, uidentis imminet periculum, tum inflammatione, ac febris pariter affligere solet: sanguinis in eo casu missione ex cubito, ac uentris deiectione opus est, uel saltem clystere, oculis quoque protinus oui album superinductum prodest, aut ipsum totum ex rosaceo calefacto impositum ex lana succida. Sequentibus

Quare ablata
caruncula fer-
ramento resti-
tui non possit.

uero diebus rosarum decocto suffire conuenit, uel adiecto meliloto. Infunditur item & muliebre lac ex ouo tepidum, quæ autem nunc melilotos in usu sit, ætas nostra uiderit, nam melilotos, inquit Dioscorides, laudatur, colore crocū referens, & boni odoris. Plinius uero in Capania Italix laudatissima, mox Chalcidica, & Cretica, ut alij tradit, ubicunque uero asperis & syluestribus nata fuerit, odor eius croco uicinus est, ubicunque uero recens, nec candicans, sed croco quam simillima, quanquam in Italia odorator est candida. Quam uero meliloton admisceat ipsis compositionibus, omnium iudicium sit. Inter cataplasmata uero ijs utendum est, quæ ardoribus conuenire supra annotauimus, ex papauerum calicibus, meliloto & croco, unà decoctis, cum melle panis, opij exiguo adiecto, frons & tempora cataplasmate fouenda sunt, leuiterque semper oculus deligandus est. Prodest & Nilei diarrhodon fronti & temporibus impositum. Capillo quoque caput exonerandū est, ac occipiti cucurbitula imponenda est. Sorbitiones ex prifana in cibis utiles sunt, uel quæ aluum emolliunt: a uino abstinentum est, & omnibus quæ caput impleant, uel rheumatismum concitant. Paulus quoque hypophagma uocat, cum uenæ ex ictu sub tunica dirumpuntur: huic prodesse tradit lac muliebre tepens cum thuris poluine, adiecto sale capadoco. Ad inflammationes uero multa assidue fouere utile tradit, uel posca. Deinde sex uini combusta, aut columbinū simum ex uino, aut aceto diluta. Et cascus quoque recens imponitur. Alij oculis cruentatis, hyrundinis sanguine uiuntur, aut palumbi. Ad inflammationem leniendam eo cataplasmate in fronte utuntur, salis ammoniaci triti p. i. farinæ hordeaceæ p. 4. ex oleo et mulso decocta imponuntur. anagallidis quoque succus uel utriusque cum melle, cruore oculorum ex ictu tolli tradit, uel scæbe in uino decocta, aut cocco silicis instillato. Maltichen assidue comanducare prodest leuiter cruentatis. Sanguis ite anatū utilis est, ita ut postea æsipo & melle inungatur. Vena autē colubæ masculæ sub ala ad hunc usum inciditur, quando suo calore utilior sit. Cruentatis sugillatisque oculis confert sal cum myrrhæ pari pondere ex melle aut æsipo, ita ut postea foueatur saluagine.

De epinyctidis & de lachrymationibus, Cap. XXVI.

Fluctiones oculorum quæ inuocabiles sint.

EX inflammationibus antedictis, proueniunt quedam ulcera in angulis oculorum, quas *επιουκτιδας* uocant, aciem etiamnū hebetantes, perpetuo inde humore manante. Quidam eodem nomine pustulas liuentes appellat, ac noctibus inquietantes, ex interdum manent sinitis inflammationibus. Fluctiones uero quæ a natiuitate ortæ sunt, nunquam ferme curantur, uel quæ enchantide uel rhoade diximus oriri, cum angulorum carunculae ferramento inscitæ ablate sunt, de quibus proximè dictum est, ex Galeni præsertim sententia. At quæ ex imbecillitate potentie retentricis cerebri, aut male digerentis, aut ex rheumatismo abundant, unde lachrymarum eruptiones uocant, aut humoris mordacitate, difficilem curationem recipiunt. Quæ a quilone, aut frigore contingere, spon te quandoque desiere, aliquando etiam diutius permansere. Quæ uero in putridis febribus eueniunt sanguineis, aut sine putri materia, non uitio quoque oculi, sed cerebri affectibus imputamus, sicut in febris synocho dicta, utriusque genus, uaporis copia in cerebro collecta, & in aquosam pituitam conuersa ad oculos apertis meatibus, ex facili defertur: unde continuata lachrymationes fluunt, ex cum febris pariter recedunt: eueniunt interdum uel continuatis fletibus, quæ etiam difficulter sanantur. Lachrymosis oculis ex leui causa, occipitiū refricare prodest. Veteres lachrymationes, præter quæ cōmunia auxilia sæpe dicta sunt, succus foliorū oliuæ sanat. Confert & sibi quod in metallicis inuenitur. Cinis stellionis capitiū cum sibi lachrymantibus sine fine oculus medetur. Schistos in lacte mulieris prodest, & spodium quoque uel omnibus oculorum uitij. Contra delachrymationes ueteres samius lapis utilis est, fluxionibus omnibus elatine efficax est folijs tritis & impositis, subdito linteolo. lac mulieris mixto ouorū candido liquore, madidaque lana frontibus impositum, eas suspendit. Pituitæ acutas fluxiones sanat panis ex aceto, & præstringit. Rutha quoque ex aceto trita & imposita, succus foliorum oliuæ, atque eius flos uel oleastri, myrti folia trita, et folia fatiæ myricæ. Ex cōpositionibus id medicamentum discussoriū probatur, habet mali granati cortices, ac lentes abiecto cortice, contrita ac gummi adiecto ex aqua pluuiatili excipiuntur. Aliud, in quo aloës lachryma, acatix succus, lycium, glans, rubrica armeniaca, gummi que, ex ouī candido trita imposita ualent.

Eo tem.

Eo tempore, & cucurbitula inciso uertice, recte accommodatur, aut ex temporibus sanguis demittitur, & uentris deiectio prodest, uel abstinentia uini præsertim. Si materia phlegmatica est gargarismata conueniunt, ac sternutamenta. Verticem alij adurunt, unde humor pfluat quæ eo modo ex alto siccatur. Si uero feruēs humor est, cataportia sunt, quibus humor efficaciter demitur, qualia coccia uocant officinæ, ea mire profunt. Ima quoque frōs ea mixtura illinitur, quæ habet gummi p. 1. cerussa, stibis singulorū p. 2. spumæ argenti & cōctæ & elotæ p. 4. hæc contrita ex succo myrti cōponuntur. Mox hoc cataplasma oculis imponendū est, quæ ex farina & aqua fit, cui acatix succus aut cupressi adijcitur. Aliud collyrium, quæ cornu cerui habet, *διακρηστος* nominatur, habet squamæ æris, papaueris lachrymæ singulorū p. 1. ceruini cornu cōbusti, & eloti, plumbi eloti, gummi, singulorum p. 4. thuris p. 12. Inter has autem curationes post intermissionem alij, profunt balneum & uinum, maximè stypticum. In uictus quoque curatione, omnia prodesse uidentur quæ crassiores pituita reddunt. In huius tamē ualitudinis desperatione temporū uenas adurimus uel secamus, acie tamē hebetare certū est. Gal. oculorū angulis ex toto sublati, lachrymarū fluxū irremediabile fieri tradit, lachrymas uero leuiter astringentibus curari ostendit, corporibus in uniuersum repurgatis, exinde capite temperatè astringunt inter mixturas ut docet, diagaucion, diacrogum, dianardinum, ex uino eiusdem nature temperata.

De oculorum caligine siue obscuritate, Cap. XXVII.

CVm sine manifesto oculorū uitio uidentū facultas ex toto admittitur caligatio uocatur à latinis, *αμβλυωσις* à Græcis: sicut hebetudo quæ illi uocatur *αμβλυωσις* cū hoc ipsum quidem contingit: ueruntamen constat quæ ob causam id euenit. Alij uero cum circa oculos nulla appareat offensio, pura tamen manente pupilla in opticis neruis oppilationem esse tradiderunt, obtusionemque uocari. Nostri ex posterioribus hebetari oculos ex abdita quoque causa demonstrauere, sicuti in pueritia ex naturali imbecillitate uitio informatricis potentie, aut materie superabundantia, inopia ue. Verum & senio confectis id peculiare malum est, *γλαυκωμα* uocatur, oculorū siccitate, nam oculi quoque ut reliquum corpus senectute siccescunt, & id uitium cæcis accidit oculis, calore naturali, ac spiritu, uel humido congenito exhausto in uniuerso corpore. In omni ferè ætate caligari uidentur ciborum inconcoctione, & uaporum intemperantia, quibus oculorum spiritus uisibiles crassescunt unde caligines oriuntur. Hoc frequentissimū uitium habetur. Euenire etiamnum uidemus ex corporis frigidioris aut siccioris habitudine talem oculorum imbecillitatem per se, uel materia frigida admixta, sed alia quoque habitudinis qualitates officiant. sed imprimis uehemens corporis ariditas, sicuti cerebri, uentriculorum, ac neruorum opticorum uitia ex humoris cum plurimum exundantia. Ex ariditate corporis uel in iuuenibus frequens exemplum occurrit ab acutis morbis conualescentibus, oculorū claritate amissa. Sunt & alia quoque membra quorum communicatione oculis officiant. In fœminarū strangulationibus non cernunt, sicuti in comitialibus contingit, aut anime defectibus, subducto spiritu, spiritus enim temperatior in cerebro atque oculis quo affluentior eo efficacior habetur, inopia dicitur uisus hebetatur: utriusque cordi exitiale malū. Accedunt & alia causa, qualis est nimia spiritus tenuitas, crassitudoque, præter naturale temperamentū. Quæ quid enim nimium rarefacit extenuatque spiritus, aciem oculorū hebetat, ueluti naturalis uehementior siccitas per se uel caliditate admixta plurimum enim spiritus attenuant. Quæque forinsecus acie diffundunt ceu solis ardentis radij, aut resurgens speculi nitor, uel micatis auri splendor, aut albicatis nituis incōmoda qualitas si cōtinuatur: litere quoque cœruleæ acie ledunt quæ eorū radias splendor, Gal. sententia, spiritu naturali lymphido efficacior est, ueluti maiore lumine minus hebetate: nam quæ plurimum nitent ualidius penetrando acie subito diffundunt, solisque splendor oculorum aciem, spiritumque quadam nature cognatione ad sese elicit, ex quo facile diffunditur. At ediuerso, tenebris caligatur oculi ut si quis in carcere fuerit tenebricoso, quæ uisus colligitur inter sese, subita luce acies obæcatur. Crassescunt aut spiritus uisibiles ut summam attingant, unde acies hebetatur, cerebro naturaliter humido, crassis uaporibus uel si isdem spiritibus admixti ad cristalloidem deferantur, quod assumpta frequentius laetua cōiungit: acies enim hebetari percipitur, ex uehementi frigore, quo spiritus ad spissitudinem

Amblyopia.

Glaucoma.

Caliginis oculorum causa.

Nimio splendore oculi offenduntur.

61
 tudinem rediguntur, ex quibus causis spiritus ipse aut diminuitur, aut crassescit. Aut nimia interdum uenere, aut uigiliarum defatigatione, longaue, aut acuta ualetudine, uentris fluxu, sanguinis missione, aut quocumque profluuio, aut his similibus causis, uel ex ipsius cerebri imbecillitate, qua spiritus animales aut non generantur, aut progeniti non retinentur, ita ut ægre ad crystalloidem deferantur: exhaustis enim ex ualetudine spiritibus cerathoides interdum tunica, quæ prius turgidiuscula uidebatur, ut Galenus tradit, in a nitate paulatim resedit, exinanito humore ac spiritu. Caligantur præterea oculi, tunicarum uitijs, aut quæ extrinsecus eueniunt offensionibus, aut si angustior facta fuerit pupilla, aut nimium dilatata. Ea enim tunica translucida, tenuis, alba, & leuis sit necesse est, quoniam rugosa ut in senibus obumbrat, quoniam & reliqua cutis obrugat. Aut si oculorum interni humores uitiati fuerint, crystalloides enim peccare contingit qualitate, quantitate, positione, aut colore, sicut & alter humor ohoïdes exuperantia, aut crassitudine, quibus per uisum spiritus ægrè admittitur: hi nigri oculi sunt, quos luscitas infestat, ut Aristoteles tradit. E diuerso quoque humoris subtilitas atque inopia plurimum obest, quoniam lucis subito radimento acies protinus diffunditur, ob id fulgoris radios nequit ferre. Ex hyaloidæ quoque affectiones sentiuntur, si uitiatus humor fuerit, ex quo intemperatum quædamque alimentum crystalloidi subministratur. Humores enim crassi aut aquosiores spiritibus admixti, uisibiles species conspiciant, & caligines crystalloidi opponunt, aut conturbant, quæ legumine in cibo frequenter assumpto excitantur. Reliquæ a foris oculorum iniuriæ sunt, ær (de quo diximus) post tenebras nimium luminosus: Dionysii tyranni exemplo occæcat, hic eductus è tenebroso loco in clarum & refulgentem protinus collocabat, ita ut subita & contraria qualitate uidendi potestas adimeretur, nouo tyranni cruciatu, de quo Galenus refert. Ob eam causam ei in sole mora, aut ante ignem, uel rerum refulgentium continuatus aspectus lædit: quoniam luminis uastiore obiectu, ac uehementi acies corrumpitur, ex Aristotelis sententia. Vigilans aut nimia lectione defatigari, ac lædi oculos cernimus, exhaustis spiritibus, sicut & diuturnitas conclauis obscuri uidendi aciem interiore reddidit, unde & naturalis calor pigrior factus, defuetudine spiritum non attrahit, atque ita acies diu derelicta, ignauior efficitur: sicuti nimio fulgore, aut tenebrarum caligine adimitur acies, aut obtunditur, ita medijs quibusdã coloribus restituitur, aut firmatur. Qualis inter gemmas saphyri, aut smaragdi inueniuntur, quibus defatigati oculi reficiuntur, nã & in temperata conclauis lux uidendi uires reficit: sicut & in somno contingit, quibus in unum spiritus coguntur, & pariter excitantur. Sculptores quoque gemmarum ac pictores, quæ diu minima peruidentes, aciem oculorum offendunt, h coloribus medijs recreantur. Fumus præterea, puluis, uentus, caliginosus ær, frigus, diuturnus fletus, somnus longior, ac à cibo protinus, ac in uentrem, nec sublato capite, qui que capillu non colluunt, obesse constant: ex cibis legumina omnia, salsa, acrida, in digestiones, & uenter denique astrictus officiunt. Ex his causis oculorum uarij affectus sunt. Quidã propinquiora non cernunt, alioqui longinquiora difficulter: nã quæto magis irradiatas literas perlegunt, eo deterius oculis subiectas literas cernunt: propterea niger oculus eius naturæ existimatur. Qui uero sine multo lumine legunt, his acrius propinquiora concernunt, propterea qui oculos glaucos habent, propinqua melius respiciunt, quoniam exiguum luminis appetunt, ob eam rationem seniores quibus spiritus tenebrosior ætate redditus est, plurimum luminis exquirunt, literas ob id ab oculis submo uent, quum legunt, & specillis euidentius cernunt, quoniam species uisibiles ex literarum singulis elementis crassiores redduntur, nec spiritus facile resoluuntur. At acie oculorum præualentes huiusmodi specillis læduntur. Aut oculi emissiu habetores sunt, nec remotiora contueri possunt, quoniam eorum acies superciliorum umbra duntaxat fouetur, è diuerso caui oculi remotiora acrius cernunt: quoniam uis circumseptæ in unum redigitur, ex Aristotele. Interea Platonis sententiam & Galeni subrexiemus, qui ex oculis spiritus radiantes etaculari asseruere, & ad obiecta pertinere, ita uisibilia concerni: nam equi ob eam causam, capræ & cati refulgent, noctu cernunt: ita quod ex oculis motus spirituum radiantium quum peruenit ad obiectum longinquum, attenuat spiritus radiantis crassitudinem, & eo motu suppetentibus radijs, ad longinquiora protenditur

Oculorū humores uitiati.

Gemmae oculos reficientes.

62
 protenditur uisus. Eadem ratione in breui spatio spiritus crassus attenuari nequit, neque radios nisi iusta distantia diffundi possunt, ob id oculis admota non cernimus, sed ad longinqua paulo remittimus obiecta. E contrario subtilior spiritus, ac exiguus, quoniam modicus est, protendi non potest, ad remotiora, subtilitasque plurimum resoluibilis atque euaniibilis nequit extendi. A Platone uero Peripateticorum schola imagines rerum uisibiliu a crystalloidæ fulcipi, & ære puro, ac lymphido huiusmodi species representari asserit. Quæ cum à longinquo in aciem defertur, uehementiori motu regeritur in spiritum in instrumento contentum, unde acies laborare uidetur, si spiritus exiguus fuerit, uerum idem multus facilius ferre uidetur: si uero crassus fuerit, difficili motione extenuari, et nihilominus longinquiora bene conueri. E diuerso, si tenuis & exiguus fuerit spiritus, dum uehementiori motu longinqua contueri conatur, dissipatur, resoluatur que prius tenuis spiritus: contra oculis admota, sicut nyctalopis contingit, clarius cernit. Aristoteles uero in libris de generatione animalium, non in spiritibus, sed in humoribus id discrimen constituit, in eo præsertim qui ohoïdes dicitur: siquidem uisus (inquit) non igni, sed aquæ tribuendus est: itaque qui multum humoris continent, nigri sunt, quoniam humoris copia transpici factis non potest, castis qui parum humoris habent, satis transpiciuntur, ut in mari etiam cernitur, quantum etenim eius transpiciuntur, castum apparet, quantum minus aquinum, & quantum præ gurgite alto non præfinitur, id opacat, & nigrum aut cœruleum sentitur magis minus ue ita constiterint. Eandem causam esse putandum est, & ut ca. l. acutè interdum cernere nequeant, nigri noctu. Casti enim præ sui humoris exiguitate mouentur, magis à luce & rebus uisibilibus, quoniam castetas imbecillitas est: nigri uero ob humoris copiam minus mouentur, lux enim nocturna exilis est, nec humor per noctem facile moueri potest. Uisus autem optimus, qui inter multum & parum humoris mediū possidet, quoniam neque per exiguitatem uincitur, ut colorum motiones impediat, neque per nimietatem præbet mouendi difficultatem. Verum de signis quædam attingamus, nam neruorum opticorum uitia uentriculorum que deprehenduntur, quoniam oculi sine manifesto uicio aperte hebescunt, subtilitas spirituum nota est, uel inopia, quod admota duntaxat oculis ac de facili contuentur, remotiora uero nequicquam. Crassioris uero spiritus ac plurimi, longinqua acutè contuentur, propius admota heberius. crassioris rursum ac exigui, neutro modo acutè cernit, quoniam exiguitas multam lucem non suffinet, quia diffunditur ac diminiuitur, crassitudo uero propinqua, nec in media distantia, si obiecta exilia fuerint, nisi solis radijs illuminata. Spiritus uero tenuioris exiguitas oculis subiecta melius uidet, quam si crassior sit, ac exiguus. At denique tenuitatis plurimum spiritus cuncta acutissimè cernit. Ad reliquas notas transeamus, nam si nebula apparet, uicium in ohoïde, aut cerathoidæ subesse non dubitabamus: nam si in eo humore fuerit, pupillæ fenestra obnubilari cernitur, si uero in tunica, maiorem ipsius partem caligari uidemus. Verum si materia illa pupillæ appositæ crassior fuerit, ac in medio sita orbiculi, omnia perforata esse creduntur, ceteræ quoque pari ratione partes quæ occupantur, similem imaginem reddunt. De coloribus pari modo falsè adiudicant, nam si à biliosa materia fuerit, lutea omnia esse mentiuntur. Falluntur interdum medici, qui huiusmodi oculorum caligines uel cecitates suffusiones esse arbitrantur, siccitatis & humiditatis signa asserere conantur nonnulli, quoniam ariditatem ipsam uentris exinanitio, & corporis totius exarefactio, ætas, uehemens exercitatio, ætus importunitas, & qui igni uicia constant, magis excitant. His contraria humiditatem indicant. Et si interdum nimia abstinentia, uapores à stomacho ad caput & oculos deferantur, unde acies protinus hebetatur, cui cibo quandoque subuenitur.

De curatione,

Cap. XXVIII.

Quæ, inquit Paulus, suffusionibus profunt, huic uicio prodesse dicuntur, ac præcipuum remedium esse ab oculorum angulis sanguinem mittere, nisi corpus morbidum fuerit, tum à cubito prius, deinde à cephalica demedus est, & in temporibus sanguisugæ efficaciter imponuntur. Verum commune auxilium esse uolunt, si ad imas partes frictionibus materia contrahatur, & sequentibus diebus sternutamenta uomitionesque à ieiunijs

Aristot. de generatione animalium.

Nigrorum & castorum oculorum uisus.

Optimus uisus.

Falsum oculorum iudicium unde.

ieiunij prodesse non dubitant. Opus est præterea multa ambulatione, exercitatione, frequenter balneo, ubi totum quidem corpus confricandum est, præcipue tamen caput, donec insudet, uelandum quæ postea, nec detegendum, antequam sudor & calor conquieuerit, tum cibis utendum est acerbis & extenuantibus, interpositis quæ aliquibus diebus ex sinapi gargarisandum. Ea quibus oculi caligabunt in communi utiliter fieri possunt. At cum uisus hebetatio ab ariditate oriri uideatur, lactis aut casei serum uel lac ipsum in potu dari censent, si cum cynare flore, aut cardui fatiui, coctum fuerit. Et lac ipsum capiui siue capillo infundunt frequenter, prodesse quoque olea humectantia tradidere, uel præcipue conualescentibus. Verum si cerathoides arefacta fuerit senectute, aut igne contractior reddita irrita curatio habetur. Calida oculos foueri frequenter iuuat. Ex immo dicis uisgillis, caput efficaciter perfundimus lactuce decocto, muliebri lacte, oleo quæ uio laceo admixto, uel quæ columbacei recentis candidum in collyrio modum infundimus. At si ab humectante causa uitium inceperit, omnia exiccantia conducunt, quæ in sex præternaturalibus uersantur. Omnium sententia uinum dulce, atrum præsertim, & quicquid in decoquendo difficulter uincitur, in primis lactuce in cibo frequens usus oculorum claritati obesse dicitur, quæ humoris lenticiam gignunt, uel quæ ad capitis partes uapores efferrunt, quales carpe sunt, porri, eruca, sinapis, & his similia. Verum & a cibo subitus somnus datur, uentus item septentrionalis, ac torpens frigus, fumus puluist. At ubi inopia spiritus caligatio orta fuerit, tum boni succi cibi dadi sunt, ac odorati, & in primis uenus uitada est, & quo rarior eo salubrior. Si uero spiritus crassiores sunt, abstergentia, extenuantia quæ profunt, uel resoluentia, quæ item in crassis humoribus, ac tunicis conueniunt. Qualia sunt mel ac maiorana, si parum quid astringentis addideris. Nam ea ratione lycium oculis inditum mirè oculos iuuat, uel balani citrini, si coti affricentur. Cadmia quoque elota, quam quidam feniculi succo, aut marubij eluunt, nam oculos mirificè firmat. Materia interea digerenda est, ac perpurganda. Ea enim compositio saluberrima est, habet betonicæ, stoechadis, chelidonix, cassiæ, an. ʒ. seminis feniculi, seminis citri, sileris, an. ʒ. s. foliorum rutæ, uerbenæ, anagallidis, floris rutili, ana ʒ. .i. in aqua decoquantur & percolentur, adde ei decocto uini scyllitis ʒ. 2. mellis, sacchari quæ quantum satis sit, ex eo lyru po uincia datur cum aquæ feniculi duabus. Cocomotione peracta uenter sine cruciatibus soluendus est. Inter catapotia aurea laudantur, & quæ a luce nomen habent, alij pilulas coccias præferunt. At inter compositiones hæc laudatur, quæ ex ijs constat, aciem efficaciter excitat si per interualla assumatur, habet balanorum croceorum, chebulorum, indorum, ana ʒ. 2. emblicorum, belliricorum, ana ʒ. .i. s. sacchari ʒ. marmore teruntur, bis die aqua fontana conspergi debent, sponte quæ arefiant, rursum teruntur, ex eo polline ʒ. s. tripolij gummosi ʒ. 6. zinziberis ʒ. .i. s. cinnamomi, anisi, sandali rubentis, ana ʒ. .i. diagra diij ʒ. s. sacchari quantum satis sit, modus est ad drachmam. Quidam sanguinis detractionem frequentem ex cephalica præsertim uena, quoniam noceat oculis, damna uere. Rare quæ (ut aiunt) contingat uitium ex sanguine oriri, & si euenit eadem obseruanda esse quæ paulo ante retulimus Aegineta autore. Quæ uero materiam auertunt, sunt uomitiones, quæ leues & senibus duntaxat prodesse dicuntur: & quæ urinam ciunt, quæ quæ sudorem mouent laudantur. Exinanito uentre, sternutamenta, gargarismata, & quæ commanducatu pituitam trahunt præbantur. Dormituris triphera minor lingue mensura datur. In omni oculorum affectu, inquit Celsus, interposito tempore uentrem molliri quam maximè prodest. Nonnulli cum aliquandiu nihil uidissent, sine ulla manifesta causa, repentina alui profusione lumen receperunt, nam inde omnis nocens materia depelli solet. Plin. inquit, sed homo solus emissio humore exitate liberatur, post uicesimum annum multis restitutus est uisus. Profusio quoque mensium, si decreto mensuectigali onere non sese exonerauerint foemina, caligine oculorum sæpe leuatur sunt. At si menstrua cum eo uitio hærent, ijs quæ suo dicemus loco trahenda sunt. Sed antequam ad misturas descendamus, simplicium facultates ad excitandam oculorum aciem præponemus. Lac in primis amaræ lactuce cum muliebri lacte utilissimum putant. Brassicæ ius in cibo sumitur, scylliticum acetum, ocimum, elaterium, eruca subtrita fotu, nasturcium nigrius illitum, ruta utraque, qua sculptores pictoresque in cibo utuntur.

Cunilacea

Cunilacea trita addito sale, & imposita, uel sinapis semen cum melle, oculos firmant, semen & radix cõtrita & pota, succus marrubij claritati prodest, & seminis lini succus, & ferule recentis radices, thymum candidum siue nigrum, sine flore collectum, & umbra liccatum: omphacinum quoque unguentum, cinis ex ficu aciem purgat, & omnium arborum aerior. claritati prodest oleum balsaminum, caliginem nanque discutit. Oculorum uisui succus cedri in magno quondam usu, sed capitis dolorem inferebat. In collyrijs conuenit ammoniacum ad claritatem, nam & pruritus tollit, facit & pix utraque, platani folia tenerrima in uino albo cocta oculorum remedio sunt, lanugo eorum inutilis. Aciem quoque exacuit cenchris succus uel radices. Medetur unice hebeni scobs, succus acariæ, ob eam quam diximus causam medicamentis, ante alia, additur, nam oculos iuuat. Chame licæ lenis folia habens inuncta claritati utilissima est: uinum ex betonica factum. Euphorbium inungitur, sed modus seruandus: peucedani succus dilutus, capnos quam fumum terræ uulgo uocant, inunctis oculis claritatem facit: cotyledi quoque succus, absinthium centaurium maius, succo minoris obscuritates discutitur: sanguis crocodyli, inunctis oculis, claritatem uisus donat, & crocodylea medicamentis admiscetur. Oculis utilissimum cespium est, quod innumeros prope usus habet, Plinio & Galeno autoribus, fordes enim pecudum sunt, ac sudor foemina alarum quæ succidæ primum colliguntur, ac lento igni in æneo uase subseruefiunt, ac refrigerantur, pingue quod supernatat, colligitur in fictili uase: iterum quæ decocto priore materia, utraque pinguitudo frigida aqua lauatur: & in linteo siccat, ac sole torretur, donec candida fiat ac translucida, tum in stagnæ pyxide cõditur. Visus quoque claritates restituntur murium capitum caudarum quæ cinere ex melle inunctis oculis: multo quæ magis glyris aut muris syluestris cinere: aut aquilæ felle, cum attico melle, aut cretico: cinis & adeps foricis cõbusti: uipera in olla putrefacta, uermiculis quæ enatis (ita apud autores inuenio) cum croco tritis, exurit in olla cum sale, quem lingendo aciem exacuunt: quidam capitis uiperini cinere oculos tangunt: adeps ululæ per se facit, fel perditum cum mellis æquo pondere, Dioscoridis & Hippocratis autoritate adijcitur, quod in argentea pyxide asseruetur. Facit & bubonis oculorum cinis, collyrio mixtus. Item hyrundinum pullos plena luna excæcant, restituta quæ earum acie capita cõburuntur, cinere cum melle utuntur ad claritatem oculorum & dolores, & lippitudines & ictus. Visum excitat coracini fel & marini scorpionis ruffi cum oleo uetere, aut melle attico. exacuit lumen scarabei uiridis natura, itaque gemmarum sculptores cõtuit eorum acquiescunt. Oculorum præterea claritati nitrarix utiles sunt, in quibus nulli lippunt, ideo aliqui nitrū ex melle inungunt, testes castorei ex attico melle, testudinis terrestris sanguis, sicut & omnium earum fel, fluuiatiliū omnium & marinarum piscium adeps ex oleo cõmixto melle, spondylos lota leni uino, collyrijs nimium uisgillis fatigatori apta putatur: coraloachaten spectare oculis prodest. obscuritates impubium puerorum urina sanat, succinum cum melle attico uel cretico, uel excrementorum lupi cinis ex eodem melle. Hinc ad cõpositiones trãeamus: ea a Paulo traditur, habet croci obolos binos, fellis hyenæ ʒ. piperis grana quina, succi feniculi ʒ. 15. ammoniaci, thymiamatis ana ʒ. .i. cum succo cõponuntur, adde mellis linguas 4. & rursum misceantur: & zrea pyxide ad usus seruetur. Iuuat tamen aqua marina oculos fouere, si ex reliquis lippitudinis id uitium ortum fuerit. Adiuuat collyriū quod Asclepiades nominatur, habet papaueris lachrymæ p. 2. sagapeni, opopanax, singulorum p. 3. eruginis 4. cumini 8. piperis 12. cadmiæ elotæ, cerussa, singulorum 16. Valer & quod ex crocomagmate cõficitur: sicut & diacocu, habet piperis p. 1. croci ciliis, papaueris lachrymæ, cerussa, singulorum 2. pforici, gumi, singulorum 4. Caligatio ipsa quæ ex senectute, aut alia imbecillitate fuerit, inungi debet melle optimo, & cyprino & oleo uetere, efficacissimum est, si cum ballami p. 1. olei ueteris aut cyprini p. 2. mellis optimi p. 3. admiscueris, & reliqua quoque collyria probantur, quibus cicatrices extenuari supra diximus.

De myopia & cecitate,

Cap. XXXIX.

Diximus quosdam a natura siue cõceptu, spiritus myopia parum & prope cernentes, & maiora quidem, sed longe spectare non possunt: myopes dicuntur, ij quoque cõlegunt, ad oculos literas admovent, ueluri & qui nyctalopæ uocantur. Qui inæquales habent

Myopes.

bens

Ob ariditatem laborantis uisus curatio.

Quæ oculis ob sine.

Vena sectione oculis obesse.

Quæ acie oculo rum excitent.

Strabones peti. benti oculos, strabones & peti uocantur, ita deprauatis oculis, qui inæquales habent oculos, & parum cernentes, lusciosi quoque uocantur: quod uicium nullum remedium habet. Horum alij nisi coniuuantes ad prope admota hebetes habent, alij eadem admota non cernunt, nisi patefacta plurimū pupilla. Pueri parentibus dormiunt oculis in ægritudine ferè semper leporum more: multi hominum ita dormiunt, quos *κορυβαπικος* Græci appellant. Quidam in magna animi cogitatione, abducto mentis uisu, nihil uident, sic in comitali morbo, ac similibus affectibus nihil cernunt animo caligante: propterea animo uideri, & animo cernere autumant: oculos quæ ceu instrumenta & uasa quædam haberi quæ uisibilem spiritus partem & accipiunt, & transmittunt, Platónico more: nam indicia animi ex ijs constant, misericordia, amor, lætitiæ, mœror, uel contuitu grauitas, uel toruitas, uel sæuitia: in oculis tandem animus inhabitare creditur, cum osculantur, ad animū uis ipsa pertinet. Quibusdam in senectute lumen restitutum est memorabili exemplo: Germanus quidam Hyaderæ octogenarius uisu hebetiore, equo abactus currite in terram ex improviso ferè exanimatus, in lapidem capite coniectus est, confregit frontem, in ea curatione (id enim uidimus) uisum recepit, obstructis meatibus, per quos effluere solitus erat humor acies infestans: atque ab imprudente milite medicinam inuenit. Infantes strabones corrigere audent. Paulus assueto in contrariū lumine, incunabilis ita dispositis, uicium emendari docet, quoniam lacertorum oculi spasmo corripiuntur, emendant & fila in temporibus rubentia, si dependent, ad quæ crebro cōtuitus deferatur. At myopia irremediabile uicium habetur, quoniam à natura euenit.

De Epietismo secundum Paulum,

Cap. XXX.

Exprimuntur autem oculi tam uehementer, ut exituri protinus uideantur, uerum nondum ex sede procidunt, de quibus suo dictum est loco. A cubito sanguinē demerere debemus, uentrem quæ deicere, elleboro atro uel scamonio. Fœminis in partu purgationibus naturalibus suis sanantur, uel in mensibus naturaliter solutis. In uiris si aperta uena non quieuerit malum, occipitio cucurbitulis studebis: oculis molliter lanam mele infusam cum aqua adalligabis: prodest & marina frigida fouere faciem, & seris succo: & polygoni cum papauere, cæteris que atringentibus illitis.

De phthisi & atrophia ex eodem autore,

Cap. XXXI.

Phthisis pupille uocatur, cum angustior & obtusior quam par sit, redditur: uicium pluribus ex imbecillitate fit in tunicis, aut cerebri mēbranis ex licitate condensante, uicium oritur. Quæ conspiciuntur, maiora esse uidentur, ob pupillæ angustiam. Curatione ea utilis est contraria caligini superiori, partes corporis superiores exercendo, hoc est brachia cum spiritus detentione uel alta uoce, diurno quæ sermone, & circa caput frictionibus, atque os diligenter linteolo, uel oculos extremis digitis ab interiore parte leuiter & assidue fricatio prodesse constat, aqua que calidiuscula os & oculos fouere utile est. Caput præterea unguento sæpe perfundere leuiter excalescente, quale irinum est, subinde que oculi uehementiori medicamento humorem trahente ungenti sunt, quale id quod habet ammoniaci, thymiamatis, crocomagmatis §. 4. croci §. 2. floris æris §. 4. ex aqua pluuia excipiuntur. Cibi boni succi ac facile concoquibiles esse debent, & sorbitio nes quoque, uinum amineum odoratum utile est, & à cibo somnus utilis habetur, caput que calida aqua sæpius perfundendum. Ab hoc uicio atrophia differre uidetur, quoniam in priori angustior efficitur pupilla, ut dictum est, in hac uniuersum oculum, tum minorem, tum cauum intus reddit. Subiungere Celsi quoque sententiam placuit de minutis oculis, euenit, inquit, ut oculi uel ambo, uel singuli minores fiant, quam esse naturaliter debeant, ex acriore pituitæ cursu in lippitudine, uel continuato fletu, aut ictu male curato: in his leuibus medicamentis ex muliebri lacte utendum est, cibus que præcipui nutrimenti, quibus implere corpus solet. Vitæ in primis est fletus, uel flendi causa, ob id totius rei familiaris cura, uel cuiuslibet rei, quæ mœsticiam aut luctum inducere possit: acria quoque medicamenta, uel acres cibi: uel quicquid lachrymas mouere possit. At posteriores de morborum origine distinctius pertractauere, quoniam aut sponte naturæ eueniunt, aut alia ratione, inquit Galenus, angustio rem pupillam acutius cernere, nec ob id uicium esse ab ullo existimari: at quæ casu aliquo angusta reddita est, hebetius

Atrophia quid differat à phthisi.

Gal. 4. de ac.

betius cernit, quoniam à naturali dispositione semota est: adeo enim aliquando pupilla constringitur, ut nihil prope cernant uel parum: prior nullā curationem expectat, altera curari potest: quoniam ex ariditate plerumque rhagoidis uicio contingit: ea enim ratione contrahitur, & mediūsculum pupillæ angustius redditur: id uicium quoque ohoidis humoris siccitate euenire traditur, aut caliditate uehementiori, quibus humor cōsumitur, unde tunica, qua continetur, rhagoides dicta sublato humore, quo turgidiuscula atcollebat, depressa iacet, unde naturalis pupilla angustior redditur. Omitto eundem humorem uulnere aut ictu, ut denarratum est, si effluitur, angustari pupillam: in quo casu rhagoides propellitur: ex nimio interdum humore (& si per quam raro contingat) quæ ohoidem uocauimus, si turgidus undique fuerit in angustum pupilla comprimitur. Aliqui pari ratione nec inepte ex interiore abscessu pupilla diminui cognouere. Eadem uero apud omnes ferè curatio est, si ex ariditate contigerit: in superabundanti uero humore abstinentiam tum cibi tum potus utilem esse demonstrare, & quoquomodo caput, & corpus uniuersum perpurpare, & in diuersa humoris copiam auertere studiosius edocuerit, ut ex toto humiditas exhauriatur: tum oculis collyria leuiter exiccantia infundere. De atrophia uero oculorum quæ ex acutis febribus oriri solet, uigilijs, sanguinis exinanitione, uentris profluuio continuato, inædia, luctu longo, mœrore, his quæ haud dissimilibus causis, ex caliditate item nimia, aut si igitur, oculos tabescere, certum est. Si niue malum abortum est, linteolo atro excalescente crebro fouendus est oculus. Aut ex decocto palæ tritici lana succida infusa fotu medetur: aut lapide candefacto uino amineo extincto, ita ut subinde oculus uapore suffumigetur. Ei morbo & sternutamenta conueniunt, si ex ariditate uicium ortum fuerit, quæ supra descripsimus, prodesse uolunt, in summaque quæ extenuatis corporibus ualent & corpora nutriunt & replent, iuuare non dubium est.

De mydriasi siue platycoria,

Cap. XXXII.

Mydriasis siue *πλατυκόρια* appellata à Græcis uicium est, cum pupilla plurimum effunditur dilataturque, acies quæ eius hebescit: superiori affectui contrariū malum pupillæ enim amplitudine incerta acies uagatur, atque ita subito diffunditur: sine coloris ulla mutatione, quæ cernuntur, minora esse putantur, effuso uisibili spiritu. Si à capitis uehementi dolore fuerit curationem non recipit, si maxime præsertim dilatatur, sicut & parturientibus. Vbi non nimium, ac recens malum est, succurri potest, alio subducta catapotijs, collyrijsque quæ à felle fiunt. Si ictu contigerit nec plurimum dilatata fuerit, oui luteum ac rosaceum cum seris succo imponunt, discussoriam enim uim habent. Aliud in quo rosaceum aizoi & solani succum ex oui candido, addita fabarū farina, componitur. Verum in primis, si uires consentiunt, sanguis mittendus est. Tum pulicula ex farina fabarum & anthemidis flore additis uini & aquæ æquis portionibus, deinde quæ supra in oculis cruentatis dicta sunt. Nascitur præterea hic morbus ex humoris abundantia, aut subita, aut paulatim infusa, ita ut sensum effugerit, extensa rhagoidis tunica, unde & pupilla latior diffunditur. Hoc aut uicium sanari minime potest: quoniam tunica chartilaginosa est rhagoides, quæ cum diu distenta fuerit, obdurefcit, nec coangustari amplius potest, uel difficulter. Lusciositas ea dicitur ab Aristotele quæ ex humoris fit copia, quapropter minoribus natu potius accidit, cerebrum enim eorum humidius est. Alij pueris hunc morbum oriri ob tunicarum imbecillitatem uel continenti fletu. Curari morbus debet ex humoris copia, sanguinem demendo ex cubito, aut deiectione uentris, uel soluendæ sunt uenæ, quæ eucathides dicuntur, inde occipitio cucurbitulas admouemus, & deambulationibus opus est frequentibus, sed leuibus, clysteribus, ac frictionibus, ad crura uel tyfibus, aqua subinde marina os fouendū est, et hyeme tepente, æstate frigida, ita ut apertis oculis admittatur, si marina non habetur, dulci salis plusculū adijciendum est, aut posca utendū est, interea uino abstinentiū, uictusque tenuis esse debet quo altius solnactr. balnei rariore esse debent, in quibus caput aqua perfundi minime debet. Collyria styptica esse probant, rosa, croco, nardo, thuris cortice, pompholyge, spodio, & acatia & similia: nam uehementiora & acutiora remedia in oculos coniecta copiosiorē materiam attrahunt, unde pupilla latior efficitur. Item pariter & uehementer styptica qualis est chalcitis,

g

citis,

citis, mysi, aut quæ plurimū refrigerant, sicuti cicuta, quibus exasperantur tunicæ, pupillamq; inutiliter diminuunt, in alterum uitium atrophiam aut phthisin deducendo. Vetusiores medici ipsdem ferme medicamentis utebantur, quæ in oculorum caligine dicuntur sunt. Calidis aquis utebantur aut fontib. calidis nitrois ac sulphureis, aut aluminatis, quibus plurimi releuati sunt. Posteriores uero ex Aristotelis & Galeni sententia, ita de pupillæ natura disseruere, ea enim in medio iridis collocatur sub cornea tunica nullius prope coloris, nigrū tamen illud mediūsculum uideri, quoniā ueluti foramen in profundū agitur ob id nigrum apparet, pupillamq; appellari, qui in ea totam hominis imaginem reddat, quæ quo magis dilatatur minus cernitur, itaq; si eius imagines candidum oculi pertingāt nulla iridis parte relicta, penitus obæcatur uisus. Luscosi, ut tradit Aristotel. in platycoria obtuso lumine, minimis semper exarant literis: quoniā genas utriusq; cōstringunt, ut acutius uideant, unde linearū uisibilibus anguli ab obiecto subtiliores intus suscepti, exiguo angulo res minor quam sit diiudicatur. At e diuerso ubi angustior pupilla sit ualde patentibus oculis crassior spiritus, qui multo lumine eget, uberius suscipitur, maiora ob id obiecta putantur, sicuti in aqua aut caliginoso aere apparet. Alii alij rationem afferunt, quod in platycoria res minores reputentur, quoniā ex pupillæ fenestra quæ latior naturali est, spiritus extra diffusus subito euanescit, propterea imagines rerum uisibilibus minora obiecta representant, quoniā imagines in medio aere uisibiles multiplicari nequeunt, res ob id minores uideri necesse est. E diuerso in phthisi coangustatis spiritibus imagines multiplicari uidemus: adeo ut obiectū maius quam sit arbitremur, ob eam rationem serena hyeme exiguae stellæ, quæ æstatis serenis noctibus nunquam conspiciuntur, apparent, quoniā hyeme crassiore aere cōspicimus, æstare uero rariore. Eadem ratio specillorum usum posterioribus seculis adinuenit, quorum quo crassiora uitia sunt, eo maiorum uisibilibus obiecta representantur: & in his oculorum ratio habetur. Galenus dilatari quoque pupillam ex siccitate tradit: sicuti in corijs foraminulentis, si distenduntur, foramina siccitate dilatantur: eius causæ curatio, si accidentalis fuerit, obseruanda est eo quo diximus modo, de oculorum caligine, ubi uarijs modis humectare opus sit. At ubi contrarium humiditatis copia pupillā dilatauerit, exiccantia omnino necessaria sunt, in omni uictus genere, potionib. ac ceteris auxilijs, uentris deiectione, sanguinis detractione, fame, sicuti: specialius tamen utile esse constat ciceris ius, sesamino oleo adiecto aut amygdalino, uel oliuo. De sanguinis missione, omnium consensu, ex cephalica uena utile esse haud dubiū est, si corpus sanguine est: ex uenis quoq; temporū, uel ex angulis oculorū, arteriarum item sectiones aut aduersiones, uentris deiectione, si nimia, ac frequentior est. Improbatur nimium quoq; sanguinis profluuiū, ac omnis intēpestiua inanitio uires eneruat. Quidā summa aurium aut ima circumcidunt, & ita utiliter sanguinem demūt: alij hæmorrhoides cōcitant, & cucurbitulas in occipitio locāt, aut utriusq; sub ceruice figūt. Collyria interea oculis instillāt, quale id quod habet hædini fellis, succi fœniculi p. i. ammoniaci p. s. alij ferinaceo felle utuntur, aut testudinis: aliqui hyrundinū capita combusta in olla cū melle & chelidonis succo collyria conficiunt. At in pueris & fœminis quoq; non ab re mitiora collyria esse debent: senibus uero acutiora & mordacia conueniūt, quæq; plurimū exiccāt. Si unus tantū oculus platycoria patitur, altero illæso, in integrum cadmix eloræ pollinem cū aqua rosacea, aut uino granatorum quæ oculi imbecillitatem iuuāt, iniijimus, quoniā a rheumatismo tuerur. Collyriū id efficacissimū prædicatur, habet rubricæ armeniacæ, cadmix eloræ, si deritis succi, quem sanguinem draconis uocari dicunt, ob cinnabaris similitudinem, tragacanthi, gummi arabici, ana ꝑ. s. marmore contrita, aqua rosacea excipiuntur, in collyrii modū, ut reatq; hamula in aliud uas aquæ plenū collocabis, ita ut medio aquæ pendeat, ita feruifacito collyriū ad aquæ feruorem dimidiæ horæ spacio, ab igni tollito hamulam, & uini pomorū granatorum lympidi uncias binas superinspergito, quæ omnia altero die percolabis diligenter, eius collyrii guttā in oculū si frequenter instillaueris mydriasis mire persanabis: interea aquam aut pluuialem addito sale, capiti attonso infundes sapius addito aceto, humorem suspendes, ac exiccabis. tale nanque uitium si negligitur suffusiones minatur.

Pupilla.

In platycoria res minores uideri.

In pupilla phthisi maiores res apparent.

Specilla.

Gal. 4. de ac.

Sanguis draconis.

De

Nυκταλοπία Græci uocant, Latini uero luscionem, uel nuscitionem, alij acie uespertina obtusa nocturnā cæcitatem, quod uitium etiam matutino tempore etiam euenit. Plinius lusciosos uocat, et alibi caprinū, inquit, iecur uespertinā aciem restituit, his quos nyctalopas uocat. Quidam qui plus uespere quam meridie lusciosos uocant, nisi ad motos oculis libros non legunt. Aegineta uero nyctalopes inquit sunt, qui inter diuident, occidente sole exiliter, noctu porro nihil. Myopes uero, ut diximus, qui iam inde ab initio genituræ, nisi admota quoq; oculis contueri nequeunt, quorum curatio uana est, si & lusciosi dicuntur, ita & luscionem uocari cum homo lumine adhibito nihil uidet. Hoc uitium ex cerebri imbecillitate, uel uisibilis spiritus crassitudine, humorumque, aut tunicarum spissitudine. Nam & noctu aliquibus melius cernere contingit, interdū uero deterius, raro quod noctu conspicua luna non cernant, nam si plurimum humoris ohoidis interfunditur, tum plurima indiget luce, quoniā exigua in ima penetrare nequit, nec pariter mouere. parē effectū reddit, si idem humor siccor, crassior uel factus fuerit, aut alius superne delapsus humor tuniculas compleuerit atque extenderit. ex quibus causis posteriores in cristalloidem accidere posse tradidere: nam & pupilla præter naturam angustior idem efficere traditur, ex inopia præsertim spiritus: nā & itis circulus si uarij coloris cernitur, ex diuersa oculi habitudine diiudicatur. Arist. ex humoris copia esse memorauit, quapropter infantibus potius accidit, quoniā cerebrum eorum humidius sit. Inter curationes de uictu hæc pauca subiungemus: cibus facilis digestionis laudatur, prandium magis quam cœna liberalius sit. uinumq; meracius ante cibum laudatur, quo spiritus ac humores extenuantur, lympidioresq; fiunt. Ceterum uini abstinentia probatur, & quicquid tenuem humorem reddit. Qui uespere ac matutino tempore, nec noctu cernunt, sanguinis detractione a cubito, & ab oculorum angulis curantur, digerentia subinde materiam singulis diebus danda sunt. id probatur quod habet euphragie, mellissophylli, betonicæ, ana M. i. radice fœniculi, petroselini, acori, passulæ, ana ꝑ. i. steuchadis, seminis fœniculi, ana ꝑ. s. ex aqua decocta & percolata addito saccharo, syrupum efficiunt: demū cathartica quæ nocuos humores deijciunt danda sunt, uel catapotia quæ ex coccijs fiunt additis quæ lucis dicuntur. Profunt & quæ ex faucibus pituitam commanducata trahunt, gargarisationes, sternutamenta, errhinum: id medicamentum probatur, quod naribus inditum pituitam ciet, habet seminis staphisagrie, seminis linapis, pipēris, radice betæ succi, quantum satis sit ad mellis crassitudinē, nares internas tægito, ad quintum uel septimum usq; diem id facito: sed ante cibum uel hyssopum uel origanum, rurante assumere prodest. Veteres uentrem scammonio perurgabant, obolis ꝑ. castorei binis, salis ternis, unica portione, uerum imbecillioribus binos tantum obolos dabant, his sæpe id uitium finitum est, aut ad meliorem statum perductum. Aliter, ut utriusq; humorem agat, colocynthidis obolos binos, scammonij quaternos, aloës tantundem: senis catapotijs ualidioribus dabant, exilibus dimidium. interea mel atticum uel creticum cydonium, aut oleum uetustissimum instillatur, alumen scissile uisum, ammoniacum, uel capadocus sal cum melle eodem temperantur. Aut cymini succus cum melle, & lacte muliebri, uel hyænx fel cum melle quidam continuo uisum uetustissimū oleum infundere probauerunt. Hircinum iecur tostum cum sale assumptum iuuare traditur, alij coquendo oculo suffiri iubent. Fel quoq; perdicis prodest, uel hirci, uel rupicapræ. Oculos capra suffusos iunci puncto, sanguine exonerat, caper uero rubi traditur. Ea animalia noctu non minus quam inter diu cernere dicuntur, ideo caprinum iecur, ut tradunt autores, si uescatur, uespertinam aciem his quos nyctalopas uocant, restituit. Herophylus Iis qui interdū nō cernunt, gummi crocodyli terrestris iterus, mysi, fel hyænx ex melle trita illinuntur oculis bis die: & ieiunis hircinum iecur datur, quod alij noctu quoq; non cernentibus dari uolunt. Cuidā, qui noctu neq; stellas, neq; lunam cernebat, cum spodij exiguo uioleaceum admiscebat, & in naribus sæpe coniectum, lumen restitutum est: ex oleo illitus cinis ficulnus, emendat, & hircinus sanguis, caprarum iocinera in uino austero decocta. Quidam in affatorum sanie inungunt: nostri recentiores piper longum inter iecinoris fibras imponunt, atque ita in affatum in fa-

Lusciosi. Nyctalopes.

Arist. 2. de ge.

Caprarum iecur.

rinam redigunt addito exiguo musci odorati. Caprarum carnes uesci utile existimant, & dum coquuntur oculos uaporari præcipiunt, idq; referre arbitrantur, si rutili coloris fuerit. Suffiri etiam tradunt oculos iocinore in olla decocto, aut igne inaffato. Quidam gallinaceorum fumum duntaxat rubrum illinendum monstrant, turturum, palumbinum, columbarum, perdicumq; te sanguis nyctalopas sanat, & iecur quoq; ouium, atque ut in capris diximus, efficacius fuluæ.

De glaucomate & hypochymate, Cap. XXXIII.

GLAUCOMA, ut refert Aegineta, idem esse quod hypochyma arbitrati sunt, at postea riores glaucoma in crystalloide inueniunt, ab humore, qui in glaucum colorem, unde nomen, conuertitur, at hypochyma ex humoris suffusione inter crystalloidem & cerathoidem coacti. Cuncta, inquit, glaucomata nullam prorsus curationem expectant. At hypochymata non omnia quidem sanantur, ea & alij glaucomata quoq; appellauere. Glaucomin uero propria initio morbi quandoq; sanari posse tradiderunt, sanguinis missione si opus est ex fronte uel naribus, & in temporibus uenas ipsas adurere, summum haberi remedium. Frictiones profunt, deambulationes, defatigationes, et capitis perfusiones, uel frigide æstate. Oculis uero uetus oleum infunditur. At suffusiones præcedunt in cernendo falsæ plerumq; imagines, culices exigui, pulices, uellera, aranearum texturæ, serpenti um senecta inuoluta, omnia hæc in aëre ante pupillam intuitum: aliquibus circa lucernas circuli apparet, alijq; similes imagines cernuntur, quoad ante pupillam humor densescat. At cum perfecta suffusio fuerit, obrutum impedit alba, ruffa, interdum aërea, uel cyanea, aut cerulea, glaucatæ, tum homo nihil cernit, ex imagines cum sint intra cerathoidem & iudicent esse extra pupillam, ut diximus, in aëre, corruptam uisionem esse non dubitant: uel quia quæ cernuntur alieno colore colorata falso dijudicantur, & qua ratione alij quid in oculo permanens ceu concretus humor, considerandum est. Vnde quidam uidentia potentiam duplicem esse, aliam perfectam, aliam imperfectam: imperfecto enim uisu in oculo sincero si quod intus est non percipitur, quonia ad eam perfectionem mediū illustre foris rinfecus requiritur: in quo prius species rerum uisibiliū recipiuntur, quo ad crystalloidem subito deferantur: at quæ in oculo existunt, eo medio non utuntur, inculcata uisione si quid intus occlusum est cernitur haud dubio, quonia in ea imperfectione latet, si species uisibiles in crystalloide recipiantur licet culpatæ recipiantur, at quæ ea in informatione imperfecta species eius rei quæ in oculo reperitur citra crystalloidem, recipi potest. & quod id possibile inueniatur, ostendi potest. Namq; ibi mediū lymphidū est, humor scilicet ohoïdes, ad est lumen necessarium extraneum, ac sensus recipiens: nam concretus ille humor circumquaq; pupillam non obstruit, ut ex nulla parte luminis fulgor ad crystalloidem non deferatur per humorem mediū ohoïdis, alioquin si ex toto pupillam contegeret, mediū excitatam induceret. Ea nanque materia quæ obiectu suo pupillam infestat, aut translucida est, aut opaca penitus: tum enim aut totam pupillam fenestram obstruit aut partem tantum, si totum lumen ex toto demit, si partem duntaxat, aut supernam, aut imam, aut dextram, leuamq; aut mediam, oblectit, tum species uisibiles ad sensum pro rei obiectæ forma, qualitate, figura, locotie, aut colore, recipiuntur: si uero materia translucet, species uisibiles in crystalloide recipiuntur, pro materiæ obiectæ qualitate uel colore: ut ictericis contingit, in quibus interdum suffusa bili, quæ cernuntur flaua esse putantur, tum enim uirtus uisibilis non rem in oculo permanentem arbitratu esse flauam, sed uestimenta, lintea, aut papyrum flauam: Galenus si humor, inquit, compactus mediū pupillæ, ceu punctus, occupauerit. & reliqua circumquaq; liquida fuerint, quæque cernuntur, forata esse creduntur. Pari modo si cornea tunica ante pupillam aliquo uitio infecta fuerit, uarias imagines, aut colores refert, ueluti si uitrum aliquo colore infectum fuerit, & specillis accommodatum, colore eius qualitatibus cuncta conspici constat.

De curatione, Cap. XXXV.

HYPOCHYSIS, ut Galenus tradit, initio morbi pharmaci sæpe discutitur, post incrementum difficile, aut impossibile: cæterum & a principio sanguis a cubito dematur, dein ex alijs (ut dictum est) partibus: tum uentris in primis deiectione prodest, uel clysteribus uehementioribus: deinde occipitio cucurbitula non sine scarificatione admodum uenda,

Glaucomata insurabilia esse.

Uidentia potentia duplex.

Gal. 4. de ac. 6107.

uenda, tum sternutamenta, atque apophlegmatifinata imperanda sunt. In ea curatione uinum maxime improbatum, uictus omnis ex imbecilli materia querendus est. Paulus ex centaurij decocto aluum utiliter detrahi iubet, uel amari cucumeris decocto: incipientibus suffusionibus ante oculos obuersantibus imaginibus, aloës medicamentum dari uel frequentibus tradit. Tum efficaciter in oculos infundi iubent oleum uetus, mel, ac marathri succum. Ex compositionibus & id quod habet sacopenij 3. 2. laseris, ellebori albi, ana 3. 6. alij in mellis acetabulis 8. ex Oribasio uero id probatur quod habet calidis succi, chamædrydis coronopi, æquis partibus permixtis. Prodest et opobalsamum instillatum. uel per se floris sceniculi succus: alij opobalsamum, mel & uetus oleum admiscunt. Oculis præterea acris medicamentis suffusiones iuuant. Inter simplicium effectus, crocum, polium tritum & adalligatum, cyclaminumq;, radicis accari succus potus efficaciter sanat. Hominis fel, aut hyenæ sanat, bulbi cocti macerati cum ouo aut uino austero, ex melle & nitro. Incipientes suffusiones, marini scorpionis ruffi fel cum oleo uetere discutit, aut melle artico inungi oportet, intermissis diebus. Eadem ratio albugines oculorum tollit. Contra suffusiones crocodylea cum porri succo inungitur, lupi quoq; excrementa circumlita, aut ursinum fel canino addito melle multi curant, aut mustela cineræ, aut lacertæ, hirundinis cerebro, quæ etiam trita coctæq; fronti illitæ epiphoras sanant. Entheon quoq; medicamentum ualeat. Fel ululæ uel adeps aut candidi gallinacæ fel, et testudinū cum artico melle, uel marinarum. Ad suffusiones medicamentum præsentaneum, quo 5. die ægris cernere promittant, sanat & palpebrarum asperitates: in eo uiperæ adeps imponitur, galli candi fel, chalcitis, rutæ agrestis succus, lac caninum, ac opobalsamum. Aliud ex Actio laudatissimum, habet cadmiz 3. 8. æris combusti 3. 4. opij tantum dem. crociq;, ericis fruticis fructus 3. 3. acaciæ 3. 12. gummiq; tantumdem, ex aqua pluuia li colliguntur & seruantur ad usus. Hinc ad genarum uitia transeamus.

De chalaxia, & crista siue poshita à Galeno dicta, Cap. XXXVI.

ALIA quoq; uitia palpebras infestant χαλαξία uocauere Græci, nos uero grandinam, cum in genis quedam haud dissimilia nascantur, mobilia, quæ digito huc atque illuc impelluntur: in uersis ea genis apparent rotunda excedentia, quæ dissecta humorem cadido oui similem fundunt: ea materia ex crasso colligitur humore: fit alij quando extra genas chalaxia duriculula fabæ similis, quam si quis uiolenter secauerit, dolores interdum ingentes excitat, ea quoadq; sponte euanescit: si quæ incidi debeat tota integra cum tuniula ambiente manubriolo scalpellum diduci debet ab integris partibus. mox grossos ficus agrestes coctos indito, aut eius folia, alij æris usti polline, aut squama, sandaracha & rubigine, saleq; ammoniacum & galbanum, aceto dissoluta & imposita ualere tradit, uel eidem addita terabinthina. At si in genis tuberculū innascatur, quod ob similitudinem κριθῆ nominatur: sæpe supra genas extrinsecus oritur, sed facile ubiq; discutitur, uerū difficulter maturescit: cera alba calefacta optime fouetur, deinde muscæ caput abijciendo reliquo corpore tuberculum fricando, aut galbanum adiecto nitro, aut lagopenum ex aceto dissolutum prodest.

De phthiria siue palpebrarum, madarofin & milphosin, Cap. XXXVII.

FOEDITAS illa prius auferenda est, exinde aqua marina tepente genæ colluenda sunt mox aluminis scissilis p. 2. astaphisagritæ p. 1. critica admisceantur, & conspergentur palpebræ. At si pili desuunt κριθῆ uocauere Græci, in hoc casu totius corporis ratio habenda est prius, deinde calliblephara imponuntur, gisampeli: idos, crociceltici, ladani, æquis partibus. Aliud, stimmeos usti, plumbi usti, ana 3. 4. croci, nardi indici, ana 3. 3. Aliud: palmularum ossium, si coburnuntur 3. 3. croci celtici 3. 2. id & oculorum scabiem sanat. Milphosin sanat stimmeos, cadmiz, chalcitis, mylis, æquo pondere, si uruntur, ex melle subacta illinuntur. Desuuita quoq; superciliorum ex Aegineta, oleo aut adipe anserino illito, digito plumbum confricabis & locum inungito. Aliud quod & inficit: nutes ponticas comburito, & contritas caprino seuo, aut urtino adipe illinito. Aliud quod & alopecias in mento sanat, hyoscyami 3. 2. simi murini 3. 1. pollitrici 3. 2. irini unguinis quantum satis sit, subacta miscetur, sed nouacula locum prius præparabis.

Hominis fel.

Crista.

Madarofin que sanant.

Ad fluxu superciliorum medicamenta.

Ad trichiasin palpebrarum, & trichocolliam, Cap. XXXVIII.

Pilos euellito prius inutiles, deinde ranæ sanguine illinito, aut cum cinere chamæleontis albi, aut cimicum sanguine, aut capri herbæ succo, aut sœnugraci cinere, aut cedria aut alumini farina, uel rhicini canini sanguine. Contra uero desuuiâ asphaltus, mastix, colophonia, gummi, cochlearum uiscolarum.

Simpliijum facultates quas ad antedicta ualere ueteres prouiderunt, Cap. XXXIX.

Palpebrarum pilos inordinatos pro gummi optimè regi succo condrylis traditur, atq; ita caliblepharum faciunt. Cinis nucleorum uux crematorum in fictili nouo et locus addita nardo. Palpebras commodatissime replicat resina lentiscina, uel mastix. In palpebris pili inutiles tolluntur felle hycnæ. Superciliorum raritatem corrigat urinus adeps cum fungis lucernarum ac fuligine, quæ est in rostris earum. Palpebrarum pilis et uitijs singulis occurrat medulla bubula ex dextro crure, trita cum fuligine in caliblepharis, pari modo fuligo in hoc usu temperatur optime elychno papyraceo, oleoq; sesamino fuliginem nouo uase pennis deterisa, efficacissime tamè euulsos ibi pilos coërceat. Palpebras gignere dicitur cerebrum cornicis in cibo lumprium, hyssopumq; cum myrrha calidum penicillo illitum: idem quoque præstare muscarum feni, quoque murini cinerem æquis portionibus. Fel capræ euulso prius pilo cum succo oleris, ita ut unctio inarescat, pilos in ijs incommodos euulsos renasci non patitur, fel herinacæ, ouorum stellionis liquor, salamandræ cinis, uel lacertæ uiridis, uel in uino albo sole coactus ad crassitudinem mellis in æreo uase: hyrundinis pullorum cinis cum lacte thymalli, spumaq; cochlearum. Supercilia denigrari tradit ouis formicarum cum muscis tritis: Palpebras corrigat, gignatq; cochlearum salua illita. Pilos inutiles palpebrarum cohibet cinis leporis, & ad hunc usum u. illissimè minimè: item petunculi falsi triti cum cedria. Ranarum quas diphthitas & calamitas uocant, sanguis cum lachryma uitis euulsis pilis palpebris illinitur, quod Gal. experimento ut falsum reprobauit, sicut et de lacte canino. Ranas alij paruas, in herbis maxime uiuentes, & mutas & uirides 15. coniectas in fictili nouo, iunctis confingunt, succumq; earum, qui ita effluerit, admiscet lachrymis, quæ ex alba uite amant, atq; ita palpebris emendant, inutilibus pilis excerptis acu instillantes hunc succum in uestigia euulsorum. Meges, inquit Plin. psilothrum faciebat palpebrarum in aceto enecans putrescentes, & hoc utebatur in multis uarijsq; per aquationes autumnæ nascentibus. Idem præstare sanguifugarum cinis ex aceto illitus putatur: cõburi eas oportet in nouo uase, pilos earum incommodos replicat bitumen cuiuscunq; generis. pilis euulsis alumen combustum ex aceto illitum renascentem lanuginem summam emollit. In caliblepharis ampelitis maximum usum præstat: sicut ad palpebrarum pulchritudinem rosarum folia faciunt. Cinis stirpium brassicæ cum lafare & aceto. psilothri uice alios nasci prohibet. Alij cypere utuntur, urticæ quoq; radix cum axungia uetere salsa cocta cum uino pili tolluntur, uitijs lachryma cum oleo sape illiti, & psilothri effectum habet maxime quam uirides cese uices exudat. Cinis uitijs & uinaceorum pilos absorbit, eos extrahit feni succus lacteus, & palpebrarum scabiem emendat, salicis amerinæ nigre semen cum spuma argenti pari pondere à balneo illitum, et lachryma hederæ eundem effectum habet. Psilothrum efficacissimum habetur archeostis, item thithymalli succus, uel in sole cum oleo illitus crebro, uel euulsis pilis: dryopteris radix tusa illinitur usque dum sudores euocet: iterum & tertio: ita ne sudor abluatur, fel caprinum cum creta cimolea & aceto, sic ut paululum capilli inarescant: uel hircinum cum urina tauri. Pili restinguuntur equi spuma illita per dies 40. prius quam nascatur. Item cornus ceruini decocto, melius si recentia sine cornua. Pilos detrahunt syluestrium caprarum sanguis: uel pertilionum sanguis psilothri uim habet, non satis proficit, nisi cicuta semen postea inducatur: sic enim aut in totum tolluntur pili, aut non excedunt lanuginem, idem & cerebro eorum profici putat: est autem duplex, rubens utiq; & candidum, aliqui & iecur eius admiscet. Quidam in tribus heminis olei discoquunt uiperam, exemptis ossibus et psilothri uice utuntur, euulsis prius pilis, quos renasci nolunt. Fel herinacæ utique mixto cerebro uel pertilionis & lacte caprino idem præstat. Item per se cinis cum lacte canino primi partus, euulsis pilis,

pilis, quos renasci nolunt uel nondum natis, perunctis partibus, alij non surgunt: idem euenire traditur sanguine rhicini canini euulsis, item hyrundino sanguine uel felle. Psilothrum est thyrini sanguinis sel, iecur, siue recentia siue conseruata: iecur etiam triti mixturaq; cedro, plumbea pyxide asseruatum. Eadem uis est pulmonis leporis marini sanguine & melle euulsis: in oleo lepus hic necetur: scolopendræ marinæ cinis cum oleo: urtica marina trita ex aceto scyllitico: torpedinis cerebrum cum alumine illitum 16. luna. Ranæ paræ sanies efficacissimum psilothrum est: si recens illinitur, & ipsa arefacta ac tusa, mox decocta tribus heminis ad tertias, uel in oleo decocta æris uasis. Eadem mensura alij ex 15. ranis conficiunt psilothrum, sanguisq; quoque tostæ in uase fictili & ex aceto illite: alij castoreo & melle utuntur pluribus diebus, in omni autem psilothro uellendi sunt prius pili omnibus additur arsenicum. Pilos a corporibus euellit resina. De paralyti palpebrarum priori libro dictum est, de lagophthalmo uitio, quonia manum tantum desiderat, a nobis id non sine ratione prætermisum est: hinc ad aurium mala transeamus.

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMILIANUM CÆSAREM AUGUSTUM INUICTISSIMUM IMPERATOREM, Liber III. de aurium uitijs. Proœmium.



Hactenus de oculorum morbis dictum est, at nunc non minor aurium subit cura: quarum usum proximum à luminibus naturæ humanæ deus largitus est, quo sermonis gratia, ac intelligendi uis omnis constat: uitia enim quæ diximus oculorum, ipsos uisum modo ledunt: at surdi ab infantia præsertim, rationem, & loquendi usum non admittunt, sed pecorum more blatterant: unde animi explanatio, quæ nos à feris distinguit, magno naturæ incommodo tollitur: & quod deterius est, in earum uitijs, maius periculum est, ex quarum inflammatione, ac dolore dementes saepe periclitantur multi, alij intereunt. Nam & frequentius occurrit à natali die surditas, aut audiendi grauitas, quam cæcitas, aut aliorum sensuum offensio. Nam & sermo pluribus modis debilitatur, sicut & uocis splendor, cæcitas fere uno modo contingitur: dæstris uerba auribus enormiter resonant, & surdi pariter difficulter anhelant: quoniam ab auribus ad pulmonem per tracheam arteriam, ut in anatomis diximus, uia manifesta habetur: unde in auribus scalpentes tussunt, nã et in peripneumonia aures humore distillant, unde acusticus panniculus repletus audiendi tarditate afficitur. Parotides quoq; si dæstruntur, peripneumoniã efficiunt. Auditus ut tradit Gal. tarda ac leui uoce, uel composito sono siue concentu phrygio præsertim molli iuuatur: horrido sono, ceu ronitui, uel benbardæ tormenti ronitui miro modo læditur aut uitatur. Fatigatus auditus uoce tarda & molli leuatur: infirmus aut æger quã mollissima lenitur, uel silentio potius leuatur: sicut tenebris quidam ægrotantes recreantur uel exigua luce. Hi sensus cum odoratu plurimum circa sensibiliba differunt: quoniam alter altero spiritalior est, odoratus enim crassissimam fumidamq; materiam sentit in aëre, auditus uero aëris duntaxat repercussum tenuis, in aqua enim natantes minus audiunt, eo spiritalior est uisus, quoniam in luminis, aut splendoris in aëre tantummodo capax redditur. Afficitur enim auditus membranæ læsis, quæ de facili læduntur. Osculo (qs crederet) miro modo perturbatur auditus: ac frigore auditus læditur, uero, aqua, bestiolarum ingressu, & his similibus, argenteo uiuo periclitari hominẽ certum est, ea enim extrinsecus eueniunt. At ex humoribus aurium in inflammationes, hoc est phlegmones doloresq; oriuntur: ulcera sordida, fistulæ, purulentæq; innascuntur, & graueclæzia sentitur, sonitus incerti, tinnitus, murmuræq; auditus grauitas, tarditas, surditasq; percipiuntur, uerminosa & aures sunt, sub ipsisq; auribus parotides oritur. Hæc sunt aurium morbi & causæ: sed quæ aures à uitijs tuetur prius dicenda sunt.

Aurium usum.

Pulmonis & aurium sensus.

Gal. de acci. morbo.

Aurium morbus.

Que nocent
auribus.Que medetur
auribus.

Stomachite.

Rapula in primis auribus nocet, ac a cibo statim somnus, a prandio presertim: uinum meracius, leguminum genera, ex cleribus brassica, & lactuca: pisces ferè omnes damnantur, & que ex lacte & calido componuntur, & reliqua que oculis supra nocere diximus. Infirmas aures iuuant amygdalinum oleum amarum sepe iniectum, aut oliuæ foliorum succus, aut betonicæ: oxymel quoque si materia frigidior ac crassior fuerit: oleum quoque nardinum prodest: meconij aphrodis succus aures a pustularum uitio, aut abcessuum dolore tuetur: adeps anatis, & gallinæ prodest: coriandrum, teste Plinio, cum lacte mulieris sanat omnia aurium uitia: nuclei uix taminæ cocti in aceto, sonchi albi radix decocta in oleo cum calice punici mali. Summum remedium est, stomachite medicamentum ex acerbo punico factum. Amurca cum melle: & gallæ in uino decocta: lac mulieris admixto adipe anserino: fel capri uel suis, uel bubulum cum oleo citreo, & rosaceo æquis portionibus, præcipue uero taurinum, cum porri succo tepidum, uel cum melle adeps uulpinus, fel caprinum cum rosaceo tepido aut porri succo, terreni uermes adipe anseris decocti infunduntur. Ad omnia uitia aurium serpentium senectus uerente testata uisita instillatur, rosaceo admixto efficax est: blatæ pinguedo prodest, si caput auellatur, trita unã cum rosaceo, sed lana qua incluserint post paulum extrahenda, eclerrime enim id pingue transire in animal fieri: quæ uermiculum traditur: alij binas ternas uel in oleo decoctas efficacissimè a auribus mederi scribunt, & tritas in linteolo imponi contulis auribus. Sunt inter ueteres & recentiores medicos, qui contra omnia aurium uitia laudèteri gari succi cyathum mellis dimidio amplius, aceti cyathum in calice nouo lenta per una decoquere, deinde spuma pennis deterfa & postquam desierit spumare, tepidum infundere. Omnibus aurium uitij succus mali punici prodest, ita & succinum tritum cum melle, ac rosaceo.

De aurium morbis in communi, Cap. II.

Morbos aurium
differentiæ.

Aurium morbi alij ex mala habitudine, alij ex damnata compositione, alij ex diuisione singulari uel composita, ceu abcessuum genera. At Auerrois Arabs hos morbos alia distinctione, materiales uel immateriales facit: dolores, opilationes, uel apostemata, & reliquos, sicut alijs membris eueniunt, morbos: qui periodici quandoque sentiuntur: sunt enim & febrium symptomata, ex humoribus, uel spiritu intus colluctante. In qua re fomenta utilia esse Galenus docet: milio calefacto, adiecto sale, atque ita dolor sedatur: infundere quoque castoreum & opium docet in maximis cruciatibus. Cataplasmata quoque utilia esse probat, qualia ea que habent farinam fœnogræci, hordei, lini, cum papaueris calicibus conritis, cum sapa & molle panis unã cocta: aut papaueris calices ex aqua cocti & impositi. Nam compositio diacastoreum dicta præclarè facit, de qua statim dicemus, cum ad aurium dolores, tum ad oculorum quoque uel dentium, si auribus instillatur. Mitigatoria nanque remedia que ex opio constant damnari solent, quoniam imbecilliora membra reddunt: obseruare tamen debemus, ut sedatis doloribus uarijs fomentis frigiditatem impressam ex toto discutiamus. Ad id castoreum per se ualeat: ualeat sicut cinnamomum in oculorum causa, surditatem nanque biliosæ uentris deiectionibus saepe leuari uidemus: uel si biliosus fluxus substituerit aurium grauitatem oboriri teste Hippocrate.

Quibus notis surditatis origo dignoscatur, Cap. III.

A quarta conu
gationis neruis
linguæ regi.

Aurium abcessus

At si id uitium a cerebro oriatur, in facie sensus ac motus læditur, ac in primis linitum: aurium uero membranæ siue nerui, ut alijs placet, a quinta syzygia oriri traditur: ea enim communicatione offensio communis creditur: reliquis qui plurimum inter se distant, immunibus. Sunt interdum & alij cerebri affectus qualis phrenitis est, aut paraphrenitis. At cum uitium solum in aure est, in tunicis eius tantum malum est. Tinnitus uero & sibilus murmur quoque aurium panniculos læsos esse a spiritu contendo & colluctare, indicium faciunt, uel nerui auditus, si posteriorum resectionibus credimus. At aurium abcessus cum inflammatione febres ipsæ denunciât, si cum frigore uel horripilatione hoc est periodicæ uel continuæ letiferæ, que non sine mentis alienatione eueniunt, si sæua presertim

presertim ac multa materia sit, tum enim dolor ingens est crebro percussu grauis & inflammans, tunicas aurium intendendo, raro sine perniciè euenit: at si ephemerina febris leuior affuerit sine delirio, minus periculi ostendit, nec inter tunicas materia suppurare creditur, non sine tamen dolore & grauitate, & exiguo quoque abcessu aurium partes intendi uix sentiuntur. Pruritus cum aurium dolore ulcera significat. Obstrui meatus nota est grauitas, magis quoque materia copiosior est. Euenit quoque surditas ex præternaturali siccitate, ubi neque grauitas neque pulsus, neque materia fluens, neque tensio inuenitur, aut febris. At auditus tarditas, sine grauitate, sine male habitudinis suspitione, sineque spiritu incluso, ex opilatione uitium oriri certum est. At si cartiliculus intus ortus fuerit, pulsus sentiuntur haud dubio. Surditas ex sola habitudine sine ulla materia, dolor ex alto ipsius membri percipitur, sine grauitate, & extensione: si frigida sit a simili offenditur causa, hora quoque diei frigidiori, ex calida pariter habitudine calidis affigitur horis, & causis. In uniuersum a materia grauitas indicium facit, que cum caput inclinatur grauior redditur. At siccitate indicant ieiunia, uigilia quoque que plurimum nocet, sicut mærores & luctus, & que corpora macie cõficiunt. In eo affectu tum facies macilenta, tum oculi caui cernuntur. Verminatis uero auris nota est: motus interior animalis, uel interdum exitus. Surditas denique naturalis, aut omnino uetus curari non potest, noua uero non semper curatione ad-

De remedijs in communi, Cap. IIII.

(mittit.

Communia auxilia sunt ea: si a sanguine uitium fuerit, sanguinis missio ex cephalica, ac media, ac cucurbitulæ sub ceruice, nam mirè materiam euincunt. At si bilis causa fuerit aut pituita, uel atrabilis, deiectiones ex rore syriaco uel radice barbara, conueniunt. Sed uehementiora cathartica periculosa esse haud dubium est, quoniam uires exhauriuntur: factus est materia paulatim digerere, ac sensim deijcere. Verum si materia crassior fuerit ac magis lenta, auricularum foraminibus hærens, subtiliantibus, incidentibus & soluentibus eget. Exinde gargarifationes assidue ex hiera, sternutamenta quoque, que commanducatu pituitam ex ore euocant, laudantur. caput radedum est, exercitationes præterea necessariz sunt, profunt & ingentes clamores, interdum & uociferationes, ac tubarum sonitus. Liqueores, qui in aurem infunduntur, si calida causa fuerit, uix tepentes conijciuntur, si frigida est, temperata probantur. Est & instrumentum paucis notum auriculare æneum, aut argenteum fieri solet, quod foraminibus appositum, succum materiam utilissime extrahit. ligaturæ molliores esse debent, & quod in aurem conijcitur, leuiter imponendum est, ne dolorem excitet. Sed ad alia remedia transeamus: si calida habitudine immaterialis fuerit, aut cum materia sed iam perpurgata, olea refrigerantia profunt, uel in punici mali cortice tepesacta, adiecto aceti exiguo, uel thuris farina, strychni quoque succus, aut lactucæ, aut semperuiui cum muliebri lacte, a masculino puerperio. A frigore uero uel materia frigida sed repurgata, calefacientia profunt olea, addito castorei plusculo, que & si a uento dolor fuerit etiamnum mirè iuuant. Idem facit opobalsamum, nardinum oleum, aut costinum aut amygdalinum amarum. Probatum fel taurinum, sesaminum quoque oleum cum colocynthide decoctum: ex materia crassa, succus rutæ cum taurino felle utiliter infunditur, uel cum galbano, elleborone, aut felle caprino aut urina.

De mixturarum rationibus ex Galeno, Cap. V.

Inepta medica
rum mixtura.

Ex uetustioribus medicis quidam, ut Galenus scribit, mixturas ad aurium dolorem inepte conscribere, confundentes primas inter se qualitates, atque ex secundis facultatibus, ueluti austera, styptica, amara, acida, salia, aperientia, discutientia, aut fluxum suspendentia, cum attrahentibus, obstruentibus meatus, abstergentibus, maturantibus, que, ac sensus torporem inducentibus, in quibus errare potissimum tradit, quoniam quot sunt doloris causæ, totidem pares quoque simplicium uires que curant in compositionibus esse debent. Plerumque, inquit Galen. in aurium doloribus quidam scioli anserinum & gallinaceum adipem imposuere, qui haud dubio dolores sedant: uerum inanis saepe curatio uisa est, quoniam neque corpus, neque caput nondum repurgatum fuerit. Damnat quoque subinde fel cum porri succo, ac piper, quoniam alicuius experimenti successu, non semper certa & indubitata sequitur in omnibus curatio. Tradit quandam mulierem pipere in aurem coniecto, doloris impatientia de nece cogitasse. Sed de ipsis compositionibus ad aurium

aurium dolores probasse uidimus, si habet galbanum unguentum fusiunum mixto melle & rosaceo, linamento molli, aut lana succida, si tepens in aurem conicitur: diaphoreticum enim est, & inflammationibus utile, in frigida praesertim causa ex Archigene. Si dolor uehementior redditur clystere acuto opus est, ac a cubito sanguis demendus est, milioque exinde & sale ac lana molli fouere conuenit: aut rutae decocto auriculario infunditur bulo auris uaporanda est, uel rutae in posca & oleo discocta suffitu. Opobalsamum item cum rosaceo prodest, aut nardinum unguentum, aut lini semen in mulla coctum. Mire ualet aloë cum rosaceo ad mellis crassitudinem tepens indita. Archigenes in doloris deoperatione opium & castoreum laudauit, torrefacta cum rosaceo. Irridet Galenus castoreum torrefactum, quoniam uis eo modo obtundatur: Seuerus, inquit, Gal. oniscos, qui sub hidrijs reperiuntur, ex aliquo unguentorum ulceratis auribus prodesse scribit, si infunduntur in eos uermes terrestres latini multipeda, aut centipeda uel millipeda uocauerent, animal est uermibus terrae pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactu contrahens se: quod efficaciter sanat aurium dolores in cortice punici mali decoctum cum porri succo, addunt & rosaceum, & in alteram aurem infundunt. Quidam frigidam in aurem infundunt dolentem, statimque uehementiore dolore cruciari, sed mox ex toto dolorem conuiescere: sed alij in alteram aurem utilius conijcere probant, autore Leuitio. Proficiunt aloë & crocum ex amygdalino oleo infusu: aut res tritum cum aceto: aut aliquo ex odoratis unguentis. Mire autem prodesse traditur sulphurum cum rosaceo in aurium ulceribus. Efficaciter ualere tradunt ad dolores porri succum & urinam caprinam oleumque rosaceum, exiguo myrrhae adiecto, aut menthae succum ex aliquo dulci. A uulnere dolor leuatur lacte muliebri cum thuris polline: & lac effundito bis terue, & ita liquatum thus infundito: statim enim dolor sedatur. Ea & si Gal. consulo ordine descripta iudicauerit, mire tamen ea congruere certum est, si quis diligenter, prout Archigeni cesserat, administrauerit. Niciratus medicus & oniscorum oleum plurimum laudauit: succus praeterea cucurbitae salutaris est cum oleo rosaceo, uel nardino permixtus, si tepens inditur, aut centaurea cum mulso: hyoscyami succus cum rosaceo ualidius est: succus queque qui, dum affatur caro bubula, colligitur, si tepens infunditur, tempestiuum remedium facit: semicruda etiamnum comprimitur caro: laudatur nucum putridarum in terioris partis succus ex aceto & rosaceo: purpurarum decoctus in sua cocha succus in fusione prodest ex oleo nardino uel rosaceo: & porcae fel quae nondum peperit, cum mellis a quo pondere. Aliud, opij, castorei, ana oboli bini ex dulci temperantur: superingerito oleum rosaceum: alij pro castoreo peucedani gummi imponunt: Aliud ad inflammationem cum ulceribus, in quo myrrhae, opij, castorei, cum dulci liquore liquata profunt. Aliud hyoscyami succum, opij, myrrhae, castorei ana oboli quatuor, piperis obolo ex dulcibus componuntur. Aliud ad inflammationes cum rheumatismo, myrrhae, aloës, thuris, opij, ana drachmas. 2. musci odoratissimi drachma. 1. cum aceto coguntur, & cum opus fuerit, dulci liquatur, alij lycium addunt, uel agni semen, uel rosarum aridarum folia, balauitiorumque: sed eo in aceto macerata esse debent, succum duntaxat imponunt: Ad saniosas aures cum dolore, castorei ʒ. 2. aluminis scissilis, croci, myrrhae, thuris ana ʒ. 1. ex dulci, aut cum myrtino in receti dolore, cum uino & melle in ueteri ex aceto. Aliud Claudij Damonici ad aures saniosas ex ueteri causa, habet croci ʒ. 3. myrrhae ʒ. 1. nuces amaras cortice liberatas numero 30. spumae nitri, nardi syriaci, aluminis scissilis, ana drach. 1. thuris oboli tres, cum aceti acrimonia colliguntur ad ulcera aurium ubi foetent: aluminis calcanti, myrrhae, croci, aloës, ana drachmas 2. uini myrtini sextam: discoquatur alumine cum dulci ad mellis spissitudinem: mox caetera adiecto cum aceto. Aliud quo usus est Heraclidis Tarentinus, ruginis & squamae aris, ana drach. 4. mellis acetabuli dimidium, arida conterantur, deinde melle decocta ad usus seruantur. Alij myrrham & chalcantum cum porri succo. Eiusdem Heraclidis ad sanguinis ex auribus profluuium: porri succum ex aceto infundito, aut mali granati corticem in aceto decoctum, & succum infundito, aut polygonij ex aceto: aut acaciam, aut amurcam, aut lycium, rubi quoque succus & galla in aceto decocta. Ad humiditas aures, polygonij & rosarum succus si miscantur eximie utiles sunt. Auribus sanguine manantibus, ulceratis

Onisci uermes.

ulceratis & dolentibus, galbanum, opiumque ex rosaceo & dulci componuntur in mellis modum, aliqui pro galbano peucedani succum imponunt, & prodesse magis putant. Alij spodium combustum cum rosaceo coniectum optimum putant, aut lycium cum muliebri lacte: galla in linteolo deligata & in uino cocta, quod exprimitur coniectu dolorem statim sedare tradunt.

De aurium dolore ex Aegineta, Cap. VII.

SI in aurium (inquit Aegineta) profunda parte dolor ingens sentiat sine grauitate sine ullaque distentione ulloque ardore, tum calefacientibus occurrimus remedijs, oleo rutaceo aut nardino aut laurino, aut samsuchino, foliaroue, aut spicato excalefactis. Sedat dolorem & quod commune est cum euphorbio & pipere, aut castoreo, uel opobalsamo, hisque similibus: aut oleum in quo porrum incoctum sit, allium, aut cepe, si infunditur prodest. Vbi uero a calida distemperantia dolor ortus sit, ac inflammatio sine ulla grauitate, aut distentione, contrarijs auxilijs auxiliamur. Oui candidum infusum prodest, uel cum muliebri lacte, collyrio addito anodino, uel perdicij succus cum exiguo rosaceo, & id per se aut oxyrosaceum: uel foliani succus, aut oleum in quo onisci sub hydrijs inuenti incocti sint. Sine ulla grauitate tumoreque dolor, spiritum in ima aurium parte colluctari indicium facit: & si pariter ex glutinoso crassoque fuerit humore, quod ex capitis & aurium grauitate, uictusque genere, facile cognoscimus, utriusque causa aperientibus & indigentibus medicamentis occurrimus. Id praestat Aphronitrum cum aceto & melle, aut ouillum fel cum oleo, uel amygdalino amaro, aut porri & cepe succus, tepens cum melle instillatus, aut origanum tritum cum melle & lacte muliebri infusum. A frigore in uehementiori dolore, fel caprinum cum succo porri utile esse tradit. Vbi dolor magis excruciat hominem, sique diuturnior fuerit cum auditus grauitate, tum dracutij & ari succus uel bryoniae prodest, ac spiritum introclusum & dolorem pariter discutit: ex aqua calefacta cucurbitulae feruentes superimpositae iuuant. At ubi grauitas tumorque cum inflammatione, pulsus & dolore, non sine febris conigerit, phlegmonem inesse intelligimus: & sanguinis missione fore necessariam affirmat, uaporationeque olei calefacti dolor mitigatur lana arietis molli circumuoluta aure, anserisque adeps aut uulpis pingue in aure coniectu iuuat: aut regale unguentum ex rosaceo, aut cyprino, aut irino, imparibili dolore non sine ratione torpentia addimus: quale id quod habet opij p. 1. castorei p. 2. cum muliebri lacte, aut oui candido, aut uino dulci, si tepens instillatur: olei frequenti suffitu sedare dolorem iuuat, aut alijs excalefacientibus uaporationibus ueluti lana in oleo calefacto infusa. At si dolor perseverauerit materiaque intus suppurauerit, lini seminis marcure chamomelinisque oleo, crebro infusu occurrimus: Auditorio praeterea meatui si medicata aqua iniecta fuerit, quae maximos inferat dolores, oris suctu, si multa fuerit, aut calamo in aure demisso extrahere necesse est, tum rosaceum, aut oui album, aut muliebrem lac infundimus. Semel hoc in loco dixisse conueniat, calefacta esse omnia oportere, nec tamen nimium quae auribus instillantur: haec Paulus.

Alia medicamenta ad aurium inflammationes doloresque leniendos, Cap. VIII.

ID habet rosarum & radices harundinis succum & oleum in quo onisci incocti sint, ac ex amaris nucibus, oleum, uel nuclei mali persici. Aliud, castorei, papaueris lachrymae partes portiones, quibus passum adicitur, aut papaueris lachrymae croci, myrrhae, parte modum, tritis modo rosae succus modo passum instillatur subinde terendo. Aliud Themisonis medicum compositum, habet castorei, opopanax, papaueris lachrymae, singulorum p. 2. spumae lycij p. 1. quae contrita passo excipiuntur, donec cerati crassitudinem habeat: atque ita in anni usus reponatur, ubi opus fuerit, adiecto passo tritum imponitur.

De simplicium affectibus ad aurium inflammationes doloresque, Cap. VIII.

Aurium inflammationi sesama illinitur trita, & eius oleum infusum prodest: nunc accis iugulandes trita cum mellis exiguo, & cupressi pilulae in farinam contrita: dolori rutae succus infunditur (custodito tamen modo) tylustis cum rosaceo uel lauro oleo & cumino melle, sedat: mente succus instillatus cum mulso, aut semen capparum oleo decoctum & infusum: othimidis succus cum lacte mulieris, aut anisum tritum cum rosaceo: succus rosae instillatus prodest inflammationibus & doloribus, oleum narcissinum me-

Doloris ex calida causa remedia.

Doloris ex flatibus & crassitie humoribus praesidia.

Phlegmonem aurium.

num medetur, sed capitis dolores facit, & succus chamædaphnis. Melilotos medetur e passo dolorib. uel succus fonchi albi instillatus. Eris herba exiguo nitro addito, & hordei farina cum meliloto, aut papauere: & decoctum foliorum myrices, aut eius radicis, in Syria enim, quæ probatur, nascitur. Oletum coccinum prodest & dolori, & inflammationi & amygdalinū cū rosaceo ex melle: laurīnū quoq; recēs prodest dolori, & inflammationi riori succus: balsaminum oleum dolori, & nucis folia trita cum aceto imponuntur. Quidam liquida pice perungūt aures in dolore: & foliorum populi succus tepens ualet: uel succus salicis in inflammatione post detractionem ramorum destillās, cum rosaceo in calice punici, calefactus infunditur. Auribus instillatur succus foliorum rubi propter inflammationem, aut succus cucurbitæ satiuæ calefactus. Auribus quoque infunditur alij succus cum adipe anserino, aut cū melle: succus radicis apij, cum uino mitigat dolores: sed infantium auribus, præcipue cum adipe anserino, syluestris melius medetur. Ari semen tritum cum oleo aut rosaceo infunditur dolori, & succus dracunculi: inflammationi & dolori succus aizoi inunctus, & hyosciami modicē, item achilæ, & minoris centaureæ, plantaginis, peucedani cum rosaceo & meconio. Acori succus cū rosa, cotelydon etiam infunditur ad inflammationes. Succus radicis geranii medetur auribus, uel myofotis infusus, & aparinx: absinthij decoctum uaporis suffitu aures sanat: uirina apri in uino seruata aurium dolori medetur. Contra dolores uirus uerrinum è scrofa ex coitu exceptum prius quàm terram attingat, ualet: & canini lactis instillatio, muriū cinis cum melle instillatus, aut cum rosaceo decocto sedat: lauri baccarum succus cum uino & rosaceo: millepeda (quam *δριονογ* Græci uocant) decoctū in cortice punici mali & porri succo, addunt & rosaceum & in alterū aurem infundunt. Recentiores medici communi uocabulo uermes terrenos probant. Utillissimū esse semel in compositionibus tradidere, in quo apes emortuæ sunt: dolores aquæ marinæ feruentis uapor cum aceto sanat. Aures iuuat: adeps anserinus cum ocimi succo impositus: doloribus testes castorei profunt: uel cum meconio si infundantur: & testudinis sanguis cum lacte mulierum. Vocant in mari pediculos, eosq; tritos instillari ex aceto auribus iubent: & per se conchylio infecta lana magnopere prodest. Ex posterioribus nonnulli pinna per se lana, quæ ima concha adhæret utuntur, aliqui aceto & nitro madefaciunt. Aurium tumores coriandri succo mitigantur: ranarū adeps instillatus statim dolores tollit. Alumen deniq; in aurium remedijs imponitur.

Uermes terreni

Bilem in aurib. colligi.

Pulsus ferratus

Cataplasmata auribus apta.

De causis inflammationis & abscessus aurium & de curatione, Cap. IX.

Abscessus aurium complurimum à bili est qui uel sensim colligitur, uel subito fluxu tumet, & distenditur. reliqui humores præter sanguinem subtilē nō ita facile in auribus colliguntur, quoniam membri cartilaginosa materiam non ita facile penetrat. Itaq; cum euenit, febris adest acuta, mentisq; motus ad delirium, uicinitate membri, unde membrorum distentiones: letalis interdū ad septimū usque diem iuuenibus præsertim citra materię suppurationem, teste Hippocrate: unde uenarū quoque pulsus distētus percipitur, uel salebrōsus, quem ferratum alij uocant. Sed is præsertim abscessus qui ima aure oboritur: at qui exterior est, minoris doloris est atque periculi: qui in profundo situs est difficulter curatur, quoniam non facile suppurat. De curatione abscessus calidi, eadem sermō uiuendi ratio est, quā de oculis obseruari diximus, cubile loco frigido ac plano collocandū est, somnus quoquo modo conciliandus, prāsana rectē in cibo datur, ac hordeacea in potu aqua, à uino & carne abstinentiū. Quæ uena aut secunda sit, si suppurat auris dextra, pro sanguinis plenitudine considerandū est: nam si sanguinis abundantia fuerit à sinistra potius quàm à dextra copiosius demendus est: alioquin à dextra tantum licet. deinde uenter molliter subducendus, siliqua Aegyptia aut rore Syriaco, aut, ut alijs placet, prunorū medicamento, aut ruffis balanis, aloë & scammonio. Cum uero cataplasmata circumponimus, animaduertendum est ne ad interiora cerebri materia uirulenta regeratur: frigidiuscula esse debent, ac lenientia, & dolorem sedantia, quæ lac muliebri ab ubere tepens infusum præstat ad tertium usque diem: uel quod habet acetū. p. 3. olei selamini p. 1. decocta quo ad acetum resoluitur, infusum tepens prodest. alij rosaceum, aut amygdalinū malunt, alij cucurbitinū laudant, quidam ramenta cucurbitæ satiuæ cum

tiuæ cum rosaceo imponit, uel succum infundunt. Plinius in eadem cum posterioribus medicis sententia, satiuæ rasæ, inquit, succus tepes factus auribus medetur. Aliqui salignū oleū præferūt ex aceto, quo diximus modo, infundētes. Alij althæa & lini semen, chamomila, melilotū, papaueris q; calices ex aqua una decoquunt, uaporationib. enim crebris utuntur efficaciter. At si cum dolore distentiones reformidamus, butyro bubulo ueteri nihil præstantius, quod stupefacientium remedium uires tunc implet, nam dolorem leuat & emollit: quod & præstare uideatur oleum leuiat & emollit: quod & præstare uideatur oleum, quod ex ouorū luteis colligitur. quod equidem uiderim antiquis ignotum: nam & ad pus materiam perducit. Alij in aurium doloribus & pulsibus oleum uiolaceum & camphoram frequenti infusu dolorem sedant, crebro experimento. At si dolor magis inualefcere uideatur, unde æger insanire, frigidusq; sudore perfundi, ac animo linq̄ui, uel mori denique uideatur, in ea suprema desperatione oleum mandragorinū cum muliebri lacte ab ubere coniectum in aurem uel exiguo camphoræ addito, uel opij grano, laudauere: à quo medicamento mitigatorio castoreum in butyro infundunt, ut uirus si quod relictum fuerit, corrigatur: similia enim in colicis ac nephreticis fieri solent. Quidam cum muliebri lacte & oui candido castoreum & opium pridie permiscet: alij castoreum duplicato modo imponunt, uel æquo pondere, si uehementissimus dolor est, uel cum sapa efficaciter permiscetur, sæpe enim infunditur, tepēs: ac lana deinde mollis superponenda est. Auris (ut Galenus docet) comageno adipe fouenda est, uel preciosis reginarum unguentis, quæ spicata uel foliata uocantur, quæ quia spissiora sunt, rosaceo propterea temperantur, uel amygdalino oleo: sed rosaceum præfert, in quo multa rosa macerata fuerit sine sale, aut nitri mixtura, quibus in ijs quæ ad unguenta expetebantur, uti solebat antiquitas. Si uero abscessus uinci uideretur, caprinū seuum cum melle iuuat. Ad reliquias uero materierum, quæ crassiores sunt chamomilæ & meliloti decoctū cum rosaceo infundimus, aut uapore tantum laudauere: si autem materia suppurare uideretur, maturantibus opus est, non sine tamē, ut Galenus tradit, exiccatione. Profunt igitur seminis cydoniorum, scœnugræci, althææ ac seminis lini marcor: uel p̄lylī, si colera feruet intus. Quidam id unguentum laudauere quod hyssopinum dicitur: continet galinacei adipis, butyri eloti, ceræ, seui caprini, mellis, olei lini, rosacei, chamomelini, hyssopi succi recentis omnium æquam mensuram. Alij seminis lini decoctū cum chamomelino & rosaceo pariter infundunt: alij selaminum & amygdalinum admiscet. Alij oliuum tepes factum sine intermissione infundunt. Inter emplastra uero id probatur quod habet radicis althææ manipulos binos, florum chamomilæ, meliloti, ana M. i. uiolarū aridarum (de purpureis loquor) manipulum unum, ex aqua decoquantur, in quorum decocto farinæ fabacæ hordeacæ q; binæ uncie cum oleo chamomelino amygdalino q; dulci, singulorum ʒ. s. addi debent. At si abscessus ex frigida materia fuerit post hieræ coccyntidis catharticum aut pilulas coccias, uulpinum adipem infundito, aut persicinū oleum, aut spicatum. Valet & id emplastrum quod fit ex althææ radice, liliorum q; ana ʒ. i. chamomilæ, meliloti, ana manip. s. ex aqua discocta percolabis, in eo decocto feruēsa cito bdellij ʒ. s. quo dissoluto, adde caprini seui ʒ. 4. farinæ scœnugræci, seminis lini. ana ʒ. 5. & croci ʒ. addito. ouorum q; lutea terna: alij bdellū in succo ceparum dissoluūt, & butyrum, selaminum, lilinum q; oleum commiscet, aliqui allium & cæpas discoquunt & cum butyro admiscet. In duro denique apostemate ouillū inum ex gallinaceo & anserino adipe cogitur, & superimponitur calefactum.

Quæ stupefacientium loco acripi possunt.

Hyssopinum unguentum.

Quæ conueniūt abscessui ex frigida causa.

De aurium dolore à frigore, Cap. X.

Dolores qui è frigore tantum proueniunt, protinus quæ excalefaciunt, sedant, quæ oleum sampsuchinū, spicatum, aut quod inter delicias Romanarum reginarū foliatum dicebatur: rutaceum quoque idem præstat inditum auri: sabinū item prodest. sed oleum damnant, ex oliuis acerbis, in quo quæ intus macerantur parum iuuant: cum oleo quidam euphorbij plusculum admiscet: alij piperis triti paulum. Rusticitas & plebs cepas excauant & oleum infundunt. atque cinere costas auribus imponunt, & oleum infundunt. Aliqui in cauas cepas etiam allium contusum cum oleo macerari sinunt in feruenti cinere. Alij opobalsamum laudauerunt, aut costinum, chamomelinum q;

in quo

in quo e storei paululum contritum sit: uel lenticule quantitate, nam & uentum discutit, uel si oleo nardino dissolutum fuerit. Prodest & oleum amygdalinum amarum, & iucus abinthij, cum felle taurino, aut sesaminum oleum in quo colocynthis caro incotata sit, aut eius radix.

De aurium dolore ab aquilone uento, Cap. XI.

Is subuenit rutaceum oleum, aut oleum quod in cephe cinere incoquitur: aut tripolij radice decoctum, aut linum cum euphorbij castorei quibus paulo tepesfactum: atque ubi auris repleta est, lana molli humor intus continendus est. At Galenus, & uentum & humorem intus uiscosum paribus remedijs curare docuit. Humorem enim crassum grauitas loci indicat, ac precedens uictus ratio ex cibis frigidis mali humoris crassius succi, ac uiscosi. His prodest Aphronitru ex amygdalino oleo amaro: uterque elleborus, struthionibus aristolochia utraque, addito pulculo cinnamomi, ad id castia odorata uel que pseudocasia dicta est. Carpesion quoque ab aliquibus cububa appellata, cucumeris erratici radix & bryonia, uel ari, draconitibus, prorsus quibus omnia amara non mordentia, ualent, quoniam expurgant & poros aperiunt. Ea de causa, inquit Galenus, multa describimus remedia, ut & terrarum multarum ratio habeatur.

De aqua que in unam aurem delapsa sit, Cap. XII.

Si aqua aurem ingressa sit, & suctu oriculari fistula non eximatur, putrefieri tradide re, unde dolores & abscessus oriuntur: si exciderit, amygdalino amaro oleo iniecto auditorius sensus foueatur ac recreetur. Alij ex auellanis nucibus pratulere: quida aqua aurem replent, uelociterque deuexo in humerum capite uniuersum effundunt: alij tussi, aut sternutamentis excutiunt, aut per gradus scalarum citato gressu: sed sternutamenta per sese elidunt, os & nares manu obstruentes, ut spiritus per aures excussus aquam expellat. Alij ab ea parte qua auris laborat saltem in pedem prosiliunt, atque ita aqua extrahant, spongia arida specillum filo adalligati, aut sambuci medulle compressa, si immittitur. Alij rosaceum sepius oriculario clystere uehementer propellant, atque eo modo aquam extrahunt, & si oleum aque innatet, quonia uiscosum est, & exeundo aqua secum trahit ex Arist. At si fontium calidorum aqua sulphurea, aut alumniosa in aurem descenderit, tum oui candidum ex muliebri lacte si frequenter infunditur, salutare haberi remedium tradunt. Cataplasmata denique resolutiua ac exiccantia ualent. In magnis cruciatibus aurium, papaueris calices, melilotum, chamomilam, uiclam purpuream, altheam, semen lini decoquunt ex aqua & hordei farinam, puliculam faciunt, addunt butyrum, anseris adipem, ac oleum rosaceum rutaceumque.

Ad ea que in aurem incidunt, extrahenda, Cap. XIII.

Solet plerumque calculus, semen siliquarum, aut trifolij, aut pulex in aurem quoque incidere. Pulex lane compressa pesculo in specilli modum sepe extrahitur, uel resina inuoluta liquida, aut therebinthina, aut uisco, id in aurem immittendum quo bene inuolutum comprehendat, & eximat. Lapillum uero aut semen oriculario specillo, aut hamulo retuso paululum recuruato protrahimus: nam & sternutamenta eadem commouent: oriculario clystere (ut tradit Celsus) aqua uehementius intus compulsa extrahimus. Aliam quoque rationem edocuit Archigenes autor, tabula collocatur media inhaerens capitibus utrinque pendentibus, superque eam homo deligatur in id latus uersus, cuius auris eo modo laborat, sic ut extra tabulam emineat, tum malleo caput tabule quod a pedibus est, feritur, atque ita concussa aure, id quod inest excidere solet: quod argentum uiuum excurit miro modo. Si uero lapillus aut semen non egreditur, abscessus, inquit Galenus, uel neruorum distentiones imminet, tum auris tota nocte amygdalino perfundenda est, demum mane insequenti balneum ingredi debet æger, ut laxato auris meatu, sternutamenta elleboro concitanda sunt ore & naribus compressis, ut Galenus & Archigenes tradunt, atque ita per se quicquid inest elidit.

De uermibus auribus, Cap. XIII.

Ubi uero uermes ori sunt, si iuxta sunt, protrahendi oriculario specillo sunt, si longius, inquit Celsus, medicamentis enecandi: cauendumque ne postea innascantur. Ad utrumque proficit album ueratum cum aceto contritum: cui quoque aure oportet uino, in quo

Ad magnos aurium cruciatibus uisida.

in quo marubium decoctum sit, sic emortui uermes in primam auris partem prouocabuntur unde facillime educi possint. Paulus absinthij, & centaurij, aut porri decocto aures colluendas esse docuit. Et capparidis foliorum recentium, aut fructus recentis succus infusus ex Apollonio medico, aut cedria, aut hominis urina uetus, elleborus quoque albus ex melle, aut calamenthi succus, aut scammonium ex aceto, aut oleo replent meatum ad summum: sed prestat oxeeum, uel eadem facito, que ad incidentia pariter aurium sunt. In quibus lanam pessi modo circinuolutam terebinthina infusam conijciunt, aut gummi, aut glutini simile: si parum per ea profecerit, olei tepesfacti assidua instillatio iuuat. Ad uermes alij mentastri succum infundunt, aut foliorum persice mali, aut amararum nucum decoctum, aut aloes lachrymam: ueteres hippomarathi succum infundere tradiderunt. Aurium uermes extrahit eleisphacos, quam nostri saliuam uocant, & impubium puerorum urina cum porro capitato decocta in nouo fictili. Alij lanam melle tinctam imponunt, statim enim ad summam auris partem ueniunt, unde facillime extrahuntur. Si uero aliquod animal aures intrauerit precipuum remedium est murinum si murum aceto dilutum & infusum in aurem a ieiunio inspuere ualet: succus item canabis pellit quodcumque animal intrauerit. Posteriores alia quoque inuenere auxilia, que sub iungere non piget: uermes, ut prodidere, motu & pruritu sentiuntur, aliqui quoque decidunt alijs remanentibus, quos omnia amara, acutaque interimunt: sed calamintha peculiariter eos necat, uel decocto uel succo: radix quoque cucumeris erratici. At Galenus sulphur uiuum, & calicem uera cum melle & aceto miscet, & infundit: & id potentissimum auxilium esse tradit. Aristolochia longa prodest, & succus corticis radicis moriea nanque & que ingrediuntur animalia necant: succus colocynthidis ualet, aut agaricus cum amygdalino amaro. Fel preterea cuiusque animalis uermes interficit, si in cortice mali granati tepesunt. Gal. succum carnis uaccinæ carbonibus asse infusum salutarem tradit, ex mixtura uini 3. mellis 3. 4. olei rosati 1. cum candido oui tepesacta, in auremque coniecta in molli lana extrahunt. Alij lacte receti tepido auri admoto uermes alliciunt, aliqui pomum odoratum noctu auri alligant sine cortice, si uitate alliciuntur alij lardi pello iniecto in aurem euocant. At uero necati uermes nec exeuntes uino & oleo tepesactis & infusis commodè specillo eximuntur.

Ad aures fractas, Cap. XV.

Si frangitur auris ita ut os elidatur, raro sanatur, quonia ingens dolor (ex Hippocrate) ac abscessus exitialis insequitur: at si leuior fuerit ictus, myrrha & thure, acaciaque, ex aceto & oui candido: aut intrita ex molle panis a furno statim exempti, & melle imposta dolore leuat, & discutit humores. Ceterum ut dictum est, sanguinis mullio uel iterata iuuat, & reliqua, que materia confluentem auertunt. At si auris concussa fuerit, nec os collisum, iuuant myrrha, thus, aloes, cerussa cum rosaceo, aut myrrha cum cochlearum carne contrita, aut aloes cum sapa, uel rosaceo. Ab ictu dolore sedat lac mulieris cum anserino adipe tepesacta, aut fel taurinum cum eodem lacte, uel caprino si sint ibi aliqua rupta. Contusis auribus blattæ trite in linteolo imponitur, bulbi quoque sanant aures fractas: cochleæ quoque cum melle imponuntur: aut glutinum e naturis uisulorum factum & liquatum. Paulus uero defractis auribus, autore Hippocrate, nullam in ijs prorsus operam necessariam esse, uerum ab ægrotis necessarijsque ad auxiliandum trahimur, hæc prodesse tradit, myrrha, aloes, thus, acaciam, æquo pondere ex aceto & oui candido, ut dictum est, mixta & imposta, & panis calidi molle. Aut id, asphalti, thuris, aloes, cochlearum carnis, atri, bulbi, æquis portionibus contrita acetoque subacta imponitur: Si phlegmone exinde tentantur ex sesamino semine cataplasmata iuuat: alica ex aceto. Cataplasmata leuiora esse debent, ac sine fascijs tenenda, uel molliter alliganda: lanam quoque oleo infusam utiliter imponimus.

De aurium pruritu, Cap. XVI.

Aurium uero pruritus sanat absinthij succus aut aqua ex oleo rosaceo tepesacta, uel absinthij decoctum ex oleo eodem. Quidam sicum sicca cum linapi in aqua decocta laudat: succus is percolatus infunditur ad pruritus & sibilos. Id quoque prodest terebinthina, mel, & amygdalinum amarum, si miscentur, aut ouillum fel in mali granati

Elisphacos.

Quibus in aure ingressa ammalia expellantur.

Que symptoma sequantur aures fractas.

h 2 cortice

Ex grauiore so- no lesaru auriu auxiliu.

cortice calefactum infusum prodest. Ex tonitruis caeli, aut tormetorum, auditorius sen sus grauius interdum afficitur, ubi cerebri animalis imbecilla est: tum quae cerebrum con fortant, auditumque recreant fieri iubent.

Ad sanguinolentas aures, Cap. XVII.

Lentisci decocto auxiliari docuit Aegineta, tum etiam polygonij succo exiguo ace to addito si infunditur, aut lycio, amurcae uel acatia nanque & porri succus profunt.

Ad sordes aurium induratas, Cap. XVIII.

Sordes nimia caliditate intus indurantur qua Paulus repurgare ostendit nitro aceto Sliquefacto & aqua: uel isdem addito rosaceo, si infunduntur. Aliud ad sordes extra hendas: cardamomum cum nitri paulo ac ficis sine interioribus granis in collyria dige runtur, quae in aurem triduo coniecta mire sordes extrahunt: eadem & superexrescen tibus carnibus conueniunt, ulceribus & antiquis doloribus, aloes, thuris, myrrhae, ana z. i. myseos z. i. ex ijs trochisci fiunt, quos cum opus fuerit aceto & rosaceo dilues, & in au rem infundito. Ex eodem autore, calida nitrum lauato cum sandaracae aquis partibus, ac xris squama, exulceratas melle expurgabis. Aliqui in balneo oleum amygdalinum amararum infundunt: succus lupuli salictarij prodest infusus. Confert radix dracuntij uel ellebori albi. Laudatur in primis oleum ex maceratis scorpionibus. Infunditur etiam nitr tauri fel cum oleo porraceo, aut succus porri per se iniectus. Sanguinem in auribus con globatum, τροχίλους Graeci uocant: Apollonij sententia, acetum tepesfactum infusu pro dest, uel latticum mel, aut laureum oleum, nam & sibilos discutit, succus porri cum mu liebri lacte & rosaceo & aceto: laudauit & cucumeris erratici succum, aut colocynthi dis oleum, aut cuminum bene tritum ex oleo: uel medulla crurum uituli, aut myrobala ninum oleum, anserinum adipem, therebinthinum ex melle: uel ruta & cuminum ex ce drino oleo: uel hyssopum ex eodem: amygdalinum amarum cum melle. Aliud, nitrum, terebinthinam, adipem anserinum, a quo potere ex oleo, cepam & allium & anserinum adipem cocta & percolata infundito in aurem, nam & sonitus & murmura discutunt.

Trombi. Que murmura aurium discutunt.

De ulceribus aurium recentibus, sordidis & uetustis, Cap. XIX.

Ulcera aurium uarietas.

EX percussis & fractis auribus, uel uulneribus, abscessibus, ulcusculisq; ue saepe ul cera innascuntur, interdum ex acutis humoribus exulcerantibus: ulcera alia iuxta oriuntur quae cerni possunt, alia intus abdita, alia uetusta, alia recentiora sunt, alia puru lenta, alia graueolentia sunt, & sordida. Sunt aurium fistulae quae difficulter sanantur, ma teria quae inde fluit interdum bona, interdum mala existimatur: omnium terrima est, quae uiridis, ac graue olens: ea a carne ab osse recedente effluit: unde materia purulenta limosaque cernitur. Uetusta ulcera, ingentia ac profunda Aristotelis sententia plurimum damnantur. Auris praeterea sinistrae ulcus citius dextrae sanatur, eodem autore: quoniam calidior sit, ac humidior.

De curationibus ulcerum, si sint cum dolore & purulentia, ex Paulo, Cap. XX.

Memishe.

AMygdalas, inquit Paulus, decorticatas sumito & aphronitri z. i. opij z. i. croci z. i. galbani z. i. myrrhae z. i. ex aceto temperantur, in dolore ex rosaceo trita infun duntur, purulentibus ulceribus ex mulso, aut oxymelle: tarditati auditus ex aceto. Re centia ulcera glaucium sanat aceto liquefactum, Auicenna memithe interpretatus est: & ex eo collyria fiunt: purulenta sine dolore ulcera ferri scoria ex aceto sanat: uetustis ce drium cum melle infundi docet, uel mysi combustum contritumque. oracularioque clystere aures lauantur oxymellite, aut mulso, uel lentis decocto, uel rosae.

De curatione secundum recentiores medicos, Cap. XXI.

REcentia aurium ulcera, quae sanari possunt, uictus obseruatione ac potionibus in digent, uetusta, manu curantur, in communi que exiccantia, ceterum temperata con ueniunt: uerum abstinentia in primis necessaria est, in cibo ac potu quicquid boni succi sit. Verum in calidiori distemperantia pituita prodest, ac lenis corporis exercitatio, nul la lectione mens defatiganda est, quae materiam auertunt, iuuant. Reliquas digerunt, ac demum cathartico leui repurgant, saepiusque caput catapotijs leuant: sternutametis quo que, aut ijs quae ore pituitam euocant gargarizatu, commanducatuque. Et frictions quoque utiles sunt, cucurbitulae ac clystere materia auertentes: ulcus interea qualecum que fue-

que fuerit, abstergendum, repurgandum, a graueolentiaque uindicandum est: ac denique replendum ijs quae mox dicturi sumus. Caroque quae super excreuit, demenda est. Vice ra recentia multa sanantur saepe infusa, aut multum, aut oxymel, quod simplex, composi tumque dicitur, aut scyllite oriculario clystere sapissime iniectum. Puerorum urina utilis est, quoniam abstergit, & exiccat, & fluxum humoris sistit. Auribus purulentis stoebe herba in uino decocta peculiariter medetur, & succus mali punici acidi in cacabo deco cti, ad mellis crassitudine, & myrri quoque folia cremata uel succus decoctus: uel galba num cum rosaceo & nardo imponitur: spondyli item flos efficaciter infunditur, quam Latini, teste Dioscoride, rutinalem uocant: a panace folijs tantum distat quia sunt mino ra, platani diuisura, non nisi in opacis gignitur: semine felis simile, de eadem Galenus & Plinius tradunt plura, succus cum exprimitur integendus est, quoniam mir e a muscis expe titur. Utilissima est & lentiscina resina. Ad aurium pituitas pix cum rosaceo infunditur, & thussis decoctum. Quibus, & si doleant, hederæ succus infusus prodest cum oleo, & me dulla ceruina calefacta: uel succus foliorum polygonij. Purulentis uino liquatum ni trum infunditur, quod & sordes aurium ex aceto erodit. Vnic e prodest fel testudinum cum uernatione anguium, admixto aceto: quidam bubulum fel comiscunt, decoctumque carni um testudinis succum addita que uernatione anguium, sed diu testudine in uino excoquit, mysi infusa cum rosaceo, & uentris gallinaceorum membrana quae abijci solet, in uetera ra & in uino trita calida infunditur gallinarum quoque adeps. Alij lycium per se infundit: aut irinum unguentum: aut porri succum cum melle, aut centaurij cum passo, aut dul cis punici mali succum in ipsius cortice tepesfactum, adiecta myrrhae exigua parte: quae stactes cognominatur ceteris praefertur. p. i. croci tantundem: nucis amaræ. .15. mellis sesquicyathus. Contra uero graueolentiam aurium, si purulentæ sunt, ex aceto serpenti um senectus feruente testa usta, rosaceo admixto, infunditur: melius cum felle caprino uel bubulo, aut testudinis marinæ. uetustior anno eadem membrana non prodest, nec im bre perfusa. Item aranei sanies, cum rosaceo, aut per se in lana, uel cum croco: instillatur cum melle oleastri succus, si pus effluat. Haec ex antiquis. Alij mulsam saepius in die infun dunt, aut succum foliorum oliuae cum melle, aut balsamentorum liquor, uel uinum in quo decocta sit betonica, aut draconij succum cum melle: exulceratis auribus uermes rubri ex arboribus cum oleo triti preclarè medentur, & cancrorum fluuiarum succus cum farina hordeacea, & impubium puerorum urina, si decoquatur ad dimidias partes cum por to in nouo sicili. Aures purgat pecudis fel cum melle.

Ad ulcera recentia.

Stoebe.

Spondylum. Rutindis.

Ad graueolenti am aurium que uilia sint.

De mixturis ad aurium ulcera uetusta, Cap. XXII.

EXulceratis diu auribus, si multa sanies effluat, haec compositiones ualent: piperis p. .1. croci tantundem, myrrhae, mysi adusti, singulorum p. .2. xris combusta aqua portio, ea ex uino teruntur, deinde ubi inauerint, adijciuntur passi heminae tres, & simul co quantur: cum utendum est adijciuntur mel & uinum. Alia, ubi lentis & galla p. .1. & om phacij tantundem ex succo mali punici. Aliud compositum ualidum admodum, quod saniem extrahit, ac purgat, habet galbani p. .2. ammoniaci, terebinthinæ, ceræ p. .8. faga penij p. .2. succi cepae exiguum, myrrhae & castorei tantundem, omnia trita ex lauro oleo in cerati modum rediguntur. Aliud medicamentum est quod sanat, in quo sarcocol la, aloes, squamae ferri, calchanti, thuris. p. .1. contrita ex aceto diluuntur, & cum lana suc cida in aurem immittuntur. Aliud huic simile, sed ualentius, quod ex ijs constat piperis longi p. .1. castorei p. .2. myrrhae, croci, papaueris lachrymae, nardi, thuris, malicorij, ex Aegyptia faba partis interioris, nucum amararum, mellis quam optimi singulorum p. .4. quibus cum teruntur, adijciuntur acetum quam acerrimum donec crassitudo in his passi fiat. At si multum puris, malusque odor est, eruginis rase, thuris, singulorum p. .2. mellis cyathi duo, aceti quatuor, simul incoquantur: ubi utendum est, dulce uinum miscetur, hisque adijciuntur hyoscyami succi, dimidio minor, quam unius ex superiori bus, portio, eaque trita ex uino diluuntur, perse quoque hyoscyami succus satis ualeat.

Sanie ex auribus extrahentia.

h 3 Ad sordi-

Fistula in aure
qua ratione curatur.

SI sordida ulcera sunt melius multo eluuntur, & cum aliquod ex his, quæ supradicta sunt, quod mel habeat, infunditur: uel si intus facta fistula sit, quæ perpetua profluat sanie, uel tauri cum urina pueri impubis iniicitur per fistulam, aut oricularium clyster, aut strigilem: aut uinum in quo coctum sit thus, aut ellebori albi 3. ex uino nigro ac melle in aurem infusa ualet: Si magis pus profluat, caput tendendū est, ac aqua calida perfundendum, & gargarizandum. Profunt longæ ambulationes, ac ieiunia. Si cruor ex ulceribus apparuerit, lycium cum lacte debet infundi, uel aqua in qua rosa decocta sit succo acaciæ adiecto. Medicamentum commune aduersus aurium ulcera: in eo sunt cinnamomi, castorei, singulorum p. 3. floribus iunci rotundi, castorei, piperis albi & longi, amomi, myrobalani, singulorum scrupuli 2. thuris masculi, nardi syriaci, myrrhæ pinguis, croci, spumæ nitri, singulorum, p. 3. Hæc separatim conteruntur, rursus mixta ex aceto trita pyxide seruantur: Vbi utendum est, aceto diluuntur. Quod si sanies profluat, & tumor est, uinum austerum cum rosa coctum recte instillatur, cui spodij paulum sit adiectum, aut lycium cum lacte mulieris, aut herbæ sanguinalis succus cū rosa, aut mali punici succus cum exigua parte myrrhæ. Hæc sunt aduersus aurium mala cōmunia remedia, quæ usu habentur ex Celso autore, qui Asclepiadem fere ad uerbum secutus est.

Noua aurium ulcera facile sanari.

Recentia ulcera facile sanari tradit, Gal. si solum Glaucium tritum ex aceto sæpe infundatur, & quodcumq; collyrium, quod ex aceto constat. In multa sanie scoriā ferri ex aceto acerrimo infusam laudat, solibus præparatam, nec, inquit, reformidare debet quis acriora medicamenta auribus infusa, cum sæpe molliora offendere uideantur. Ad eadem Apollonius aqua calida aures colluere docuit, aut mulsā, aut scenogræci decocto, aut hederæ cum uino, uel mali granati decocto, addito uino, aut gallæ solidæ cū myrto ex uino. Aut uinum cum urina calefactum, uel foliorum oliuæ succum cum melle coctum infunde. Papauer cum sapa dissolutū & iniectum, uel cepæ succū cum melle, uel rutæ agrestis succum cum melle infundi tradit, addito rosaceo, & calefactum in cortice mali granati. Fel item caprinum aut ouillum aut dorcadis, cum muliebri lacte calidum infunditur, aut succus peucedani cum rosaceo mixtus, aut absinthium cum melle tritum, myrrha quoque & therebinthina cum anserino adipe & rosaceo, alumen scissile cum dulci & aceto coquitur ad mellis spissitudinem, cedria cum melle instillatur: crocum & cerussa ex rosaceo inditur. Melanthion & sulphur cū rosaceo & irino & scuo caprino: myrrha & mali granati dulcis cortex cum oleo infunditur. Intestina quoq; terræ animalia ex oleo cocta infunduntur tempestiuo remedio. Malum granatum dulce excauatum, adde calcanthi obolos duos & uini dulcis quod impleat coquito ad passi crassitudinem, tepesactum infundito in aurem: Ex medicamentis aridis, quæ per fistulas spiritu iniiciuntur, sunt galla trita, & piper album, aut macropiper, aut nigrum, aut cyperi puluis. Pituitas aurium fluentes sistit galla adusta trita, aut alumen exustum & cum oleo infusum.

Arida medicamenta que in aures iniiciuntur.

EA prodest, in qua sarcocollæ, terebinthinæ ʒ. i. olei, chamomelini ʒ. s. in mellis modum infunditur, si iuxta sit ulcus sarcocolla cum melle, ut collyrium inditur. Glaucium Gal. ac Paulus, quod barbari memithe uocant, à quibus quoq; celebratur cum aceto præparatum, ad usus seruant, & cum opus est ex aceto uel rosaceo miro remedio infunditur. Nostri ulcus ex apostemate glaucium cum muliebri lacte infundunt. Aut myrrham & aloē infundunt cum melle. Ulcus purulentum multo pure manās betonice decoctæ ex uino colluunt, uel cum radice ellebori, succoq; foliorū salicis. Alij alumen combustum & myrrham æquis partibus addunt, in ulcere quod iuxta uidetur, mulsā & aceto eluunt sanies, aut oxymel ex uino. In uetustis ulceribus quæ plurimū abstergunt, laudantur. Id mediocriter præstat: Vrina pueri cum melle & absinthio, aut oxymel scyllite cum æris flore, uel aliphodeli succus cum mulsā, alumen item scissile cum melle & oliuarū falsarum muria aut pisciū, ut recēiores tradūt. ualet infusa. Fel quoq;

quoq; tauri cum pueri impubis urina, arsenicum (ut tradit Alexander) rubrū tritum cū melle collyrio infunditur. Et unguentū quoq; quod ægyptiacū dicitur ex uino uel aceto infusum. Id ex his constat mellis ʒ. 10. aceti ʒ. 8. feruefiant in olla, & deipumentur, adde floris æris cōtriti ʒ. 2. eo ingentia ulcera purulenta sanāt. Scoria quoq; æris cum arsenico & melle. Ulcera uero recentia quæ mediocriter exiccāt, sanant, si non mordentia sunt, quale thus cum uino, & sarcocolla cum thure ex uino & melle, uel myrrha & aloē, & sandaracha cum uino & melle, nā sanāt ulcera & dolorē sedant. Alumen quoq; tritum cum aceto infunditur: Vel ea compositio, trochiscorū diagaucij, aluminis scissilis, myrrhæ, aloēs, sandarachæ, sarcocollæ, cum uino et melle, ulcera recentia efficacissime sanāt, & carnem regenerare facit. Prodest & thus syriacū uel polygonij succus. Gal. aluminis scissilis, croci, opij, castorei, myrrhæ, thuris, cum aceto & melle in cortice mali granati decocta laudat: in dolore aloē, & crocum, opium ex melle & aceto. At si sanguis erumpit per aurem sistendus non est, ubi crifimo euenerit tempore, nisi uirū imbecillitas sequatur. Tum quæ narium profluuium sistunt, huic quoq; profunt. Id præstat refrigerantia, astringentia, adurentia q̄: sicuti hippuris succus, aut oliuæ foliorum plātaginis q̄, aut cardui syluestris, corticis granatorum pomorū decoctum, aut rubi, aut gallarū ex aqua & aceto: quam rem Gal. laudauit. Al. j. leporis coagulum ex aceto imponit aut porri succum. Quidā hircinos rores cum seuo inaffatos laudat, & succū qui distillat, colligūt, mire enim congruere traditur. Ex uulnere sanguinis profluuium galla quo diximus modo, sisti tradiderūt. Coagulatum uero sanguinem succus porri cum aceto infusus liquefacit, & extrahit, antequā cruor intus exiccetur & sordiditatem afferat. Quæ ex infantibus eruperit, noctū ubera nutrix non admoueat ori, quoniam sponte sistitur.

Sanguis ex auri-
ribus profluens

Sanguis coagu-
lati que soluitur

AVrium par uitium putatur incertus intus sonus, sicuti & de oculis diximus, qui interiora uitia externa mentiuntur, ita suis pariter sonis aures decipiuntur. nā aer qui medius uoces excipit tribus locis constituitur: alter in interiore membrana fere semper congenitus, quietus manet: alter in sinuoso auri specu consistit: postremus qui nos ambit, ad auditoriū sensum non permeat, sed secundū mouet qui primū deniq; excitat. At in sonis incertus aer in specu collocatus est, uaporib. perturbatus, cōgenitū pari modo conturbat, murmure, aut sibilo, uel similib. sonis: licet enim anima duet tere, minores elidi stridores inedia, quoniā aer ille medius uaporib. minus excitatur, quoniā minores ebullitiones efficiuntur, quibus cōgenitus intus & quietus aer excitetur. Id aut ex sensus debilitate euenit, quod ægris cor ualescentib. cōtingit, & tabefactis ex malo habitu corporis. Cæterū spiritus, qui in capite generatur, sibilos ingētes reddit: aut materix feruentis rapæ ad sublimia feruor est qui in febrim. cōtingit, aut ex crapula, uel post difficiles uomitiones, aut ex ictu, aut aqua: ex materia quoq; lenta, & frigida quæ de facili in uentum mutatur, quæ continuatos efficit sonos. Fames quoq; eos sonos reddit, quoniā materia in spiritum a calore naturali dissoluitur: aut si styptica & glutinātia in cibo data fuerint. At Gal. eos sonos ex imbecillitate fieri sensus tradit, eo quod acutior sit iulto, aut ex spiritu crassiore: ita quod tinnitus perseverātes ex crasso humore oriri non dubitet. At si soni interdū resident, aut minus murmurat, crassioem uentū indicant. Nimia præterea humiditas, aut plurima materia humida audiendi grauitatē efficit, modica aut leues sonos reddit a longinquo ueluti auditos: At uapor sicciore sonos ingentes, fragores, uel ueluti tonitrua ingentia, quæ in propinquo audiri uidentur, efficit. Is autem affectus ex acuta febre, uentris fluxu, aut sanguinis profluuiū oritur. Gal. uero strictim has causas annumerat, frigus, exustionem, ictum, morbum, crapulam, uomitiones uehementes, aut collyria iniecta, quibus soni intus audiuntur: facit, inquit, ad dispositionis inuentionem dignoscere, si sonus repente euenerit, aut sensim, uel si affectus ipse periodicus sit, aut continuus: ex febre namq; is affectus cum plurimum sponte residet. Eandem sententiam & Paulus probare uidetur, qui sonos incertos decreto tempore sponte cessare plurimum tradit.

Aer uoces excipiens in tribus locis.

Sibilorum ingē-
rium in auribus
causa.

Vaporis sicciore
ris in auribus
causa.

HOs sonos qui ab ægrotatione perdurant, absinthij decocti, inquit Paulus, ex aceto rosaceo, & infusum sanat, aut raphani succus ex rosaceo, aut nigrum ueratum ex aceto. Veteres sonos ex crassis glutinosi, & humoribus, quoniam paulatim resoluedi sunt, acetum, nitrum, & mel sanant. Aut ellebori albi ʒ. 2. castorei tantundem, croci ʒ. 3. nitri ʒ. 6. ex melle in trochiscos digeruntur, & cum opus est aceto dilutos infundito auribus murmurantibus. Euphorbium quoque cum cyprino oleo temperatum & calefactum infunditur. Vapores & spiritum inclusum castoreum & cicuta semen discutit, tritum cum aceto instillatum. Galenus apophlegmatismata in primis prodeste tradit, & uniuersi capitis studium. Si quis præterea acutè audire solitus sit, ac tinnitus subinde audiri credantur, si remedijs parum profecerimus, addendū esse putauit, quod torporem inferat, qualia sunt, opium, aut mandragoræ succus quæ sedant. At Archigenes repenti nos sonos aceto cum rosaceo iuuat, aut cymino & oleo ad passū spissitudinem, uel radicis erratici cucumeris succo, aut radice oleo decocta: diuturnos uero sonos, amarum, acutis, ex acuentibus, diaphoreticis, & subuenire docuit: in ijs, qui ex humore crasso dolent de auribus, singula ex aceto decocta addito melle, conualecentibus lycium addi iubet, & oleum amarum ex nucibus, cum lana circumdata aure. Aut nitrum & myrrham cum rosaceo & aceto, & calchanto, aut castoreum cum nardo, adiecto & rosaceo. At ubi ex nimia sensatione sonus contigerit, castoreum & cicuta semen ex aceto ualent: ex morbo, absinthij decoctum ex aceto & rosaceo, aut raphani succus ex rosaceo, aut aloë optima cum uino et melle mixta infunditur. Perseuerante incerto eo sono, elleborum atrium cum aceto coctum infundi iubet. At Apollonius in libris de facile parabilibus facultatibus, quem & Galenus secutus est, non omnia ex India querenda esse remedia censer, sed ab hortis interdum. Ad sonos internos, sanguinem intus conglobatum, aurium uentos, acetum, inquit, acutius tepesfactum infunditur, aut mel atticum, aut oleum laurinum, aut porri succus cum muliebri lacte, uel rosaceo: aut cucumeris erratici succus, uel foliorum, uel colocynthidis si infunditur, aut cuminum aut uituli medulla. Sed alia sunt ad sanguinem conglobatum remedia, quæ supra enarrauimus.

Ad aurium tarditatem, grauitatem uel surditatem simplicium facultates, Cap. XXVIII.

Surdis auribus cucumis syluestris foliorum succus cum aceto instillatur, uel raphani, aut ceparum syluestrium cum adipe anserino, aut cum melle brassicæ succum tepidum ex uino instillari, audientium tarditati prodest, sinapis trita auribus imposita cum ficu tollit: succus radicis asphodeli decoctus in oleo. Tarditatem repurgat acetum scylliticum gargarisatione, & transitum auditus aperit. Grauitati prodest amygdalinum oleum cum rosaceo, & melle in mali punici germine decoctum. Surdis auribus mercurialis succum cum uino uerere instillauit Hippocrates, & carinum oleum infusum prodest. Utiliter aures perluuntur lacte mulieris. Alij senectam serpentis cum aceto includunt lana cum aqua calida colluta. Et si minor sit aurium grauitas, fel cum myrrha & ruta in malicario ex calefactum infundunt: lardum quoque pingue, item simum asininum recens, si rosaceum admiscetur tepesfactum, utilior æqui spuma, uel simi recentis cinis cum rosaceo, seuum bubulum cum adipe anserino, butyrum recens, urina apri uel tauri. Aut fullonia uetus calefacta uapore per lagenæ collum subeunte, admiscetur & acetum tertiam partem, & aliquid urinae uituli, qui nondum herbam gustauerit, simum etiam admixto felle eiusdem, seuum uitulinum cum anseris adipe & ocimi succo, & eiusdem medulla admixto cumino trita infusa: fel item bubulum cum urina capræ, uel hirici si pus sit: laudant & coagulum leporis tertia denarij parte, dimidia quoque sagapeni in amineo uino, lana succida cum oleo rosaceo & allio indita modico, auribus obruratis spissius. Caninus adeps ualet per se, anserinus quoque, sed quidam succum cepæ adijciunt & alij pari modo, & oua formicarum per se: squama uel flos æris usta prius & lota per fistulas in aures flatu impellitur: inspiratur eo modo & calchantum, maxime quod candicat.

Ad gra-

Flatus inclusos in auribus quid discutiat.

Opiata.

Surdis auribus eduenis succus

Ad grauitatem & surditatem auditus ex Paulo Aegineta curationes, Cap. XXIX.

Si naturale uitium est, aut inueteratum, sanari minime potest, uel si ex toto auditus correptus sit: alioquin recens uitium quod ex cholericâ causa contigerit deiectionibus discutitur, uel per se quandoque cedit euano natura uapore. Ex crudis & crassis humoribus grauitas, uena uulnerata, & hiera epota, sanatur, uel gargarizationibus sternutamentis: marino quoque lauacro assueto præsertim. Caprina urina aut fel peculiari remedio profunt, rutæ quoque succus cum melle, castoreum item ex oleo anethino, aut celipum cum nardino unguento, aut fel caprinum cum galbano, aut id quod habet castorei ʒ. 2. nitri, ellebori albi, ana ʒ. i. ex felle caprino, aut melle.

De surditate secundum Galenum, Cap. XXX.

Surdos siue grauitè audientes dicimus, qui summillas uoces non audiunt, uel magnas difficulter, ij paulatim surdescunt. Purgandos docet hiera, & diacolocynthide, sternutamentis, & his similibus. Victus tenuis esse debet, uniuersaliter infundi quæ incidunt, ac extenuant, tam lentos, quam crassos humores. At Apollonius, ad grauitatem auditus, quæ repente euenit ex capitis dolore, absinthij decoctum uapore lagenæ subeunte, aut lauri foliorum, baccarum tæ, aut origani, aut marina aqua, & acetum uapore lagenæ medetur. Oleum carinum infunditur, cum terebinthinæ pari mensura, aut alumen ex aceto. Myrrham quoque et alumen cum aceto infunditur, trita esse debent: elleborum cum aceto infusum prodest, eius sententia: uel cum melle collyria tenuia in porum condita, ad quintum usque diem finito. Aut serpentis exuuias tritas ex aceto, aut nasturcium & nitrum cum arida ficu, abiectis internis seminibus in collyria digerito, ad tertium usque diem finito. Nam ad quietem, idem autor, in dolore aurium hæc remedia descripsit, quæ quoniam utilia sunt, per curam: spongij fouere prius docet ex aqua calefacta & expressa: Præterea ueteris olearum lagenæ uapore per fistula in aurem subeunte, ubi absinthij decoctum calefactum sit. Aut tauri urinam et acetum partem tertiam cum myrrhæ trita modico, in eo suffitu lana fistulâ circumdata ne adurantur aures: prodest hordeacea farina, aut triticea, cum uino & irino oleo. pulvis modo imposita. Sternutamenta præterea, clysteres uementiores, quies, cibi abstinentia, uentris quoque deiectiones laudantur, in potu mulla calida & cum melle pisana. At Archigenis ad surditates remedia sunt non improbanda omnia, quæ non piget afferre. Corticis raphani succus ex rosaceo, uel cyprino tepesfactum indito. Aut galbanum cum aceto & melle. Tradit elleborum nigrum erui magnitudine cum melle coctum & infusum absumere, quæ intus efficiunt. Aut collyrium ex ficu cruda & nitro, sinapi, id in triduum finito, deinde uocibus inclamandum uel tuba intonandum, ut quod ineus comotum sit, excidat. Mox asphodeli radices in oleo ueteri coctas injicimus, sed capræ urina frequenter colluendam aurem tradit.

Ad parotidas, Cap. XXXI.

Parotidas dicimus (ut Paulus tradit) cum materia à capite in adenas iuxta aures, destillat, ut in decretorijs febrili nonnullarum diebus, ex corporis & sanguinis inflammatione, unde eas in phlegmonis genere Galenus annumerauit, uerum non omnes. In ijs si materiam in uno delitescere nec foras prorumpere uiderimus, naturæ opem cum opportunam afferimus, cucurbitula materiam eliciendo, aut frequenti suffitu: aut si uirus rursum in interioribus delituerit, non leue periculum ægro minatur, præsertim si tumor phlegmonis modo inflamatus fuerit, tum lenientibus, digerentibusque cataplasmatibus opus erit. Quale id quod ex hordeacea farina, aut triticea, uel lini cum mulso, aut foenugræci uel maluæ uel chamomilla decocto: aut oxylapathum cum axungia sine sale asseruata. Si corpus sanguine morbidi uideretur, consentientibus uiribus, uena omnino aperienda est. aut exulceratorio medicamine, caustico uel. At leues parotides muricæ suffitu reprimuntur. Ad inueteratas purpurarum combustarum cinis cum melle, aut axungia imponitur. At obduratas emollit lini marcor, taurinum seuum, bdellium, styrax, ac ceruina medulla. At Galenus non omnium abscessuum eandem curationem laudat: quoniam in quibusdam discutientibus opus non sit, sed potius attrahentibus, quales sunt cucurbitula, fometaque, quibus humores ad summum attrahimus noxios: præsertim cum in capite symptomata perseverant, aut cum febris

Grauitè audiētes.

Archigenis ad surdas aures remedia.

Parotides.

Attrahentia quæ sunt.

bris

bris acuta humores nocentes expellit ex uenis ad ipsas adenas pro huiusmodi humori-
 bus suscipiendis paratas, unde febris per apostasin sanatur. Veruntamen animaduertend-
 dum docet, quonia interdum eo imperu erumpit pestifer humor, qui cucurbitulis attra-
 ctus, uel sponte naturae effusus, ut in pestilentia fieri solet, ut maiorem deteriozem febrim,
 dolores, uigiliasque excitet intollerabiles, unde uirium deliquiu haud dubio oritur, cere-
 bro ex toto male affecto. At ex humoris plenitudine, ac exitiali qualitate cataplasmata
 dolorē mitigantia profunt, humidæ caliditatis temperamentū habentia, quibus humo-
 res digerantur, ac suppurent, unde aperiri necesse sit. Cōuenire quoque attrahentia, exte-
 nuantia ac emolliētia, si induruerit materia, omnes tradūt. At Archigenes plantaginem
 cum sale tritam laudauit: quem Gal. coarguit, quonia inepte remedia tradiderit. Verū
 ea in usu esse apud maiores nostros cōprehendimus, sicuti capræ fimum ex aceto, oxyla
 pathicę radicem ex uino tritam: ficum præterea coctā cum ablinthio, purpurarū cinerē
 cum melle: aut ostrearum, cōcharumtie, cimolea quoque creta, ex aceto. Discutit autem
 præcipue ficus arida in aqua marina cocta, aut prassium cum butyro & rosaceo lana im-
 positum incipienti morbo: nā & butyrum per se initio tumoris prodest autore Hippo-
 crate. Ad ueteres uero parotidas, has quidā strumas appellauere, lupinorum farina cum
 melle coquitur, addita calce atque ita imponitur. Discutit & pix liquida, thuris manna,
 cum palmulis adiecto galbano, aut ficus arida, galbanū, nitri, terebinthina, opopanax,
 & sulphur. At cucurbitula cū scarificatione, sanguinisque missio de cubito utilissima est,
 & calisticum quoque Galeni emplastrū ualet, quod ex radicis arisaltheæ uiscositate bu-
 tyro & œsipo ac farina hordeacea fit. Eas discutere tradunt ueteres autores cucumeris
 syluestris radicem crudam & impostam, aut brassicę syluestris cinerem ex melle, radice
 cę capparis, in aqua decoctā. Heraclitū cum hordeacea farina decoctum prodest.
 Lupini in aceto decocti discutunt: urtica & eius radix sale admixto imposta, uel aspho-
 deli radix in uino decocta, caprifici grossi aqua decocti & imposti, ebuli radices tritæ,
 & succus linteo colatus, mox in sole densatus, & cum opus est oleo dilutus rosaceo, ca-
 lesfactus, discussorium medicamentum facit: uerbenaca quoque, plantago, sideritis cum
 axungia ueteri, urinus adeps, cum pari pondere ceræ, & taurini seui, addunt & hypo-
 chistidem, & per se butyrum, si prius fœnugræci decocto foueātur, essiccatius cum liri-
 chno prodest. Comprimit eas columbinū steruus per se uel cum farina hordeacea, aut
 auenacea: multipeda cum resinæ parte tertia illita. Taurinus sanguis, aridus, tritus, fimum
 capræ cum axungia illitum discutit, testæ ostrearum cinis admixto melle, & muricum
 & conchiliorum ex mulso, & sepix ossa contusa cum axungia uetere, & illita. Paroti-
 des cohibet terra de qua dictum est cimolia. Hinc ad strumas transeamus.

Qua discutit.

Scrofule. Strumæ quibus partibus nascitur.

Clesipontis malagma.

De strumis, Cap. XXXII.

Strumæ parotidibus cognatæ sunt, quonia plerumque ex ijs fiunt, cum præsertim in-
 uetere scunt: recentiores scrofulas appellare maluerunt, scrofarum fœcunditati exe-
 crabili similes. Id uitium ex cerebro enascitur, rheumatismo continue defluente in ade-
 nas, hoc est glandulas cervicis auriumtie, & in alijs mammis, inguinibus, lateribusque (ut
 uidimus) oriuntur: In eo tumore pus sanguis que concretus inuenitur. Ex strumæ præci-
 pue fatigare medicos solent, quonia & febres interdum mouent, difficulterque mature-
 scunt. Rebellis morbus est siue ferro siue medicamentis curetur, quonia iuxta cicatrices
 repullulant, restibili natura: propterea longo spatio durat, & tædio sæpe medici relinquū-
 tur. Validū medicamentū docet Celsus, albū ueratrum datū uel sæpius donec digerantur
 strumæ: medicamenta que imponi debere, quæ humorē educat uel dissipent. Clesiponti-
 tis malagma, in quo ceræ, resinæ, terebinthina, nitri rubri, singulorum p. semis: olei cya-
 thi tres, sed id nitrum per triduum instillata aqua teritur, & cum sextario eius incoqui-
 tur, donec omnis humor consumatur: nam in strumis omnem humoris coctum (refert
 Celsus) emollit. Adurentibus quoque quidā utuntur, & exedentibus crustam que superin-
 ducunt, tunc uero ut ulcus curant, & ad cicatricem deducunt. Quæ cum medici ea do-
 ceant, quorundam rusticorum experimento cognitum est, quem struma male habet,
 eum si anguem edit, liberari. Reliqua antiquitatis prosequemur simplicium remedia.
 Folia itaque scyllæ strumas discutunt quarto die soluta: ruta syluestris cum hircino, &
 adipe

adipe sullo, ac taurino seuo illita emēdat, illinitur & mentastri succus, folia & radix cap-
 paris cum melle sanat: ijs uel suppuratis alligant hibisci radicem, imponitur marrubij le-
 men cum adipe asferino: heraclion cum oleo, & aceto & farina hordeacea, & radix al-
 theæ in uino albo cocta & eius quæ unū caulem habet. Strumas & parotidas pannosque
 addita hominis saliu purgat citra uulnus: rumex cum axungia efficacissima. Lapatij
 radix in uino decocta medetur. Illinitur succus ex folijs mellisophylli, & laminum ge-
 nus urticæ, uel ipsius urticæ folium cum axungia discutit: uel si suppurauerint erodi com-
 plerique. Et parthenium cum axungia ueteri imponitur: centum capita cum melle sanat:
 radix tribuli discutit: calitrichon & folia aphodeli decocta in uino ualent, & radix quo-
 que, bupleuri folia cū sale & uino & cera, struthiorum radix circunligata: alligantur fi-
 ci folia, discutit & ficulnus nodus. Strumis imponitur lens ex aceto discocta: eas minuunt
 atque maturant lupini imposti, uel in aceto cocti discutunt. Hordei farina cum pice, &
 pueri impubis urina strumas pellit, herina in fimo columbino & lini semine decocta in
 uino, & pilulæ cupressi teneræ cum farina imponuntur, uel cum fermento succus tulis
 folijs galbanum imponitur, tyrax infusu emēdat, pix suffitu adiuuat, succus foliorum
 populij, cum resina & cera, tenuis scammonia imposta ad suppurationem inducit, deir-
 de axungia adiecta percurat, hanc eandem esse tradidere quam & conuoluolum dicit.
 inuenitur in uineis uis que, non dissimiles scammonæ ramos habet, nisi quod minora, ni-
 griora que sunt folia. Dioscorides eam à Latinis ambuxum uocari tradit. Illinitur strumis
 cum aceto canchrys, eas concoquit: purgat elleborum nigrum tertio die exemptum.
 Ranunculus medetur, quam ideo strumeam uocarunt herbarij, plantago, chelidonia
 cum melle & axungia, quinquefolium, radix perfoliatæ cum axungia, operitur folio suo
 impolito, item artemisia, radix mandragoræ, damasion, quæ catalis uocatur sub soliti-
 tio collecta ex aqua cœlesti: imponitur folium tritum, uel radix cum axungia tusa, ita ut
 imposta folio suo operiatur. capnos discutit strumas. Potamogeti radix sanat. Folia uer-
 baci ex aceto, aut uino, cuculum herba illita medetur. Folia caules que galaplis, ex aceto
 contrita & imposta discutunt. Mulierum menstruo quedam sanantur: axungia item
 admixta farina è salsamentaria testa. Exulceratis strumis mustellæ sanguis, ipsa que deco-
 cta in uino, non tamen secus admouetur. Aiunt que & in cibo sumptam idem efficere,
 uel cineri eius samentis combustæ miscetur axungia. Lacertus uiridis adalligatur, post
 dies 30. oportet alium adalligari. cinis aspidum cum seuo taurino imponitur, anguinus
 adeps mixtus oleo. Fel capri intū discutit, uel bubulum, tepidum illitum. Exulceratis coa-
 gulum leporis, è uino linteolo dumtaxat imponitur, idem angutum cinis ex oleo illitus
 uel cum cera: edisse quoque eos medios, abscessis utrinque extremis partibus aduersus: stru-
 mas prodesse aiunt: uel cinerem bibisse in nouo, si fas est dicere, fictili, ita crematorū effi-
 caciis inter duas orbitas occisorum. Fimum quoque columbarum per sese, uel cum fari-
 na hordeacea, uel auenacea ex aceto. Talpæ cinere ex melle illinire iuuat. Alij iecur eius
 dem inter manus contritum illinunt, & triduo non abluunt. Alij uiperam circa canis or-
 tum circuncidunt, mediam comburunt, deinde eum cinerem dant bibendum ter septe-
 nis diebus, quantumprehenditur ternis digitis. Aliqui uero circunligant eas lino, quo
 præligata infra caput uipera pependerit, donec exanimaretur. Strumas sanat blatæ.
 postitæ detractis pedibus & pennis. Discutunt carnes testudinum terrestrium, & oua
 indurata illinuntur. Et fluuiatiliū sanguis instillatus crebro, & menarum capitum ci-
 nis ex melle, scolopendriæ marinæ cum melle. Canero fluuiatili contrito, uel combusto
 ex melle mirificè iuuantur: & sepiarum ossa profunt cum axungia ueteri contusa & illi-
 ta. Strumas discutit flos asij picæ, aut resinæ admixtus. Vtuntur pyrrite lapide argentei co-
 loris & aurei, cruda tusa que, hanc marchelitam uocant qui factitium aurum, argētum que
 naturæ emulatione uana cum plurimum spe, conficere conantur. Et gages lapis cera
 permixtus, calx cum adipe sullo, aut liquida resina ex melle medetur: strumas discutit
 unguis asini uel equi cinis ex oleo illitus aqua uel urina calesfactus: & bouis unguis ci-
 nis ex aqua, fimum quoque feruens ex aceto decoctum. Prodest & gallinarum sapo ex
 seuo & cinere factus sagino, uel caprino spissus liquidusue. Sed ad compositiones
 transeamus.

Tenuis scammonia.

Ambuxum.

Exulceratis stru-
mis que medentur.

De com-

AD strumas, inquit Celsus, multa malagmata inueniri, quoniam id malum quandoque difficulter discutitur, aut sanatur, imo sepe irremediabile, ideo plura (ut diximus) tentata, quæ in uarijs personis uariè respondere. Andree autoris id malagma est, urticæ seminis p. .i. piperis rotundi, bdellij, galbani, ammoniaci, thymiamatis, resinæ aridæ, singulorum p. .i. resinæ liquidæ, ceræ, pyrethri, piperis lōgi, lactucæ marinæ seminis, sulphuris ignem non experti, quod ἀπυροῦ uocant, fecis aridæ aceti, spumæ nitri, salis ammoniaci, linapis, cardamomi, radices ex cucumere syluestri, resinæ, singulorum p. .s. quæ ex leni uino excipiuntur. Aliud malagma ad idem ualens expeditius. Habet uisci seminis, stercoreis, resinæ, sulphuris ignem non experti, pares portiones, et in quo est sulphuris p. .i. lapidis quem pyritem uocant p. .i. cumini acetabulum. Item in quo est lapidis eiusdem pars una, sulphuris duæ partes, resinæ terebinthinæ partes tres. Arabis cuiusdam habet myrrhæ, salis ammoniaci, thuris, resinæ, & liquidæ & aridæ, crocomagmatis, ceræ singulorum p. .i. lapidis quem pyritem uocauimus p. .i. quibus quidam adiciunt sulphuris p. .2. Aliud malagma quod concoquit: continet sulphuris p. .2. nitri p. .i. myrrhæ p. .6. fuliginis thuris p. semis, salis ammoniaci p. s. ceræ p. i.

Cum durior in ceruice glandula facta fuerit, difficulter sanatur, eam, inquit, initio compescere oportet, causam prius, ex qua oriri solet, si dissoluimus, aut emouemus: nam si uires sunt, ac ætas, turgentibusque fuerint, & in corpore tetri humores apparuerint, irremediabilis struma adiudicabitur, aut plurimum difficilis curationis. Tum enim sanguinis missio laudatur, aut post cucurbitulas ceruicem scarificationibus leuamus, uel uentrem derijcimus, uel frequenter: his enim auxilijs sepe inflammatio minuitur, quæ alioquin intumescit, ac suppurat. Exinaniri præterea docet Galenus non solum in his, quas diximus, causis, sed ubi cruciatus præcipue, urget, ex peruersa humoris qualitate: considerandus tamen est ægrotantis habitus, locorum, consuetudinis, & temporis horarumque rationem non negligendo. In primisque cataplasmata laudantur, mitigantia dolorem, cum melle, calefacientia leniter ac humectantia. Oleum calefactum infusum lana circumdata succida id præstat: aut rosaceum cum farina hordeaceam laudat: de mum cerotiformia pharmaca. Nam acriora medicamenta strumas potius irritant, quam dissipant, aut emendent, tum spongiæ fomento si irritata fuerit, opus est, donec tumor exasperatū emollias. At cum abscessus uincit, nec discuti potest, sed in pus materia uertitur, ferramento tunc opus est, tum imponenda sunt quæ exiccant non mordentia. Si uero putris iam aliqua pars uideatur, rescindere operæ præcium est, myrtoïdis figura, sicuti in alis et inguinibus, quoniam materia profusius effluit. Damnat subinde Galenus latiora in secando uulnera quoniam difficiliter cicatricem contrahant, imbecilliorque particula reddatur: secare enim oportet secundum rugarum rationem in ceruice & inguine. statim uel nus thuris manna replendum est quoniam stypticum esse tradunt medicis potest, si pinguior sit ac alba, nam exiccat. Cortex uero thuris uehementius alstringit ac exiccat, ob id & sanguinis profluuium alstringit. At si ulcus cauum fuerit, quæ carnem generant repletia imponenda sunt:

denum cicatricem inducere oportet, lini-
mento arido uel ex uino.

ALEXAN.

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMILIANUM CÆSAREM AUGUSTUM INUITISSIMUM IMPERATOREM,

Liber IIII. de uitijis narium.
Prooemium.



Galenus prodidit de cerebro ad utrasque aures, singulos nervos ingentes utraque cerebri membrana ambiente pertingere molliores, sed quæ ad linguam deueniunt minus, ut inquit, molles. Horum nanque sensus æreus est, quippe qui uocibus alterascitur. Ex cerebro pariter bini nerui prioribus maiores narium suprenam partem tenent, in quibus sensus uaporosus, qui alteratur ab odoribus, in uniuersum enim nihil nisi simile comprehendit. Olfaciendi itaque uitium non naribus attribuendum esse docet in libris, quos de internis inscripsit, sed cerebro aut cauis eius, si eorum habitudo uitiosa fuerit: uerum foramina narium, si obstructa fuerint ita ut olfactorium sensum impediunt non cerebri uitium esse, sed meatum, quoniam olfaciendi uis ad uentriculos pertineat. At Aristoteles duos tangendi & gustandi sensus à corde aperte dependere censuit, unus ex reliquis tribus olfaciendi sensus medium tenet: duo uidendi & audiendi sensus maximè in capite positi sunt, propter sensorij naturam, uisus in omnibus in capite est: auditus & olfactus etiam piscium est, qui proculdubio audiunt & olfaciunt, cum nullum in capite manifestum habeant audiendi, & olfaciendi sensorium instrumentum. Videndi autem instrumenta, quibus uisus datus est, omnibus apud cerebrum esse constat, & in piscibus præsertim oculorum nerui maximè conspicui, optima, inquit, ratione, cerebri enim humidum ac frigidum est, uisus quoque aquæ naturam obrinet. Quod autem auditus ad pulmonem penetrat, manifestam rationem faciunt quæ in anatomorum libris à nobis dicta sunt, & id quod nuper uidimus, homo quidam aure tibiam sonabat. Nares inter oculos haud inepte collocatæ sunt, geminæ, quoniam quælibet uis sensoria duplex constituitur, propter duplicem corporis partem, dextram scilicet & sinistram, quæ si aliter sita esset, ut aures, suo fungi officio non possent, efficitur enim sensus olfaciendi per spirationem in ijs quæ obtinent nares. Pars autem spirandi medium tenet, et ante posita est, quam propter nares in medio trium sensuum natura constituit, quasi per lineam fabrilem directas ad respirationis agitationem, ut in cæteris animalibus uidetur.

Nasus periculosis morbis infestatur, sanguinis præsertim profluuium, aut diro carcinomate, polypo, ozena, & carunculis quibusdam innatis, ulceribus, distillationibus, graueolentia, sternutamentis, pruritu, aut olfaciendi potestate amissa, habitudinis, aut compositionis uitio. Narium natura inter aurium & oculorum dispositionem sita est, quoniam harum ulcera minus exiccantia malagmata quæ aures exulceratæ exquirunt, maiorisque exiccationis, quam oculorum collyria. Nares enim olfactui (ut diximus) & spirationi officium subministrant, propterea & uoci non nihil conferunt. Amittitur olfactus cum angustia narium supremæ, quæ isthmoides uocantur in anatomicis nostris, polypo aut carcinomate tentantur, aut carunculis, aut continuante rheumatismo, ijs enim uix ad cerebrum, (ut tradunt) uentriculos oppilantur, qui cum male habent olfaciendi uim adimunt, nihilominus uox canora est ac liquida. Graueolentia uero narium ex ulcere odoris horrendi fit, in ijs corruptus humor comprehenditur. Ex ictu quoque aut uulnere intus coalescente callo uitiatum olfaciendi potestas: ea uitia à natiuitate, uel si diuturna fuerint nunquam sanantur. Cum uero sensorius spiritus crassior fuerit, medios odores nunquam, sed uehementiores duntaxat suscipit. Sunt & qui tetris odoribus oblectentur, et odorata refugiant, alij alia odoramenta expetunt: plerique muschi odorati, alij zibethi odorem odere, alij lili odorem non aditant. Stupescientia naribus subiecta olfactum corrumpunt: nullumque animal est, præter hominem, in quo sensus olfaciendi uitietur.

Olfaciendi uisum in quibus partibus sit.

Sensuum sedes.

Auditus eum pulmonem comunit.

Sensoria duplicia.

Narium morbi.

Narium dispositio.

Amissio olfactus ex quibus causis.

Graueolentia narium.

Andree ad strumas malagma.

Irremediabile strumæ genus.

Quomodo secanda struma.

98
uitetur, quoniam cerebrum non tanto humore constet, reliqua animalia siccioris sunt cerebri, ob id olfactu praesent. Olfactus corruptus, si cum uoce canora fuerit (inquit Aegina) anterioris cerebri uentriculorum distemperamento constabit, aut mali humoris exuperantia. At si uocis splendorem unquam abstulerit, obstruos meatus narium significat. Si ex nimia feruoris uehementia fuerit, ut in febrili ardente contingit, cum facies & caput inflammatur, in quo casu refrigerare frontem & sinciput iuuat. His contraria contrariam indicant membri qualitatem. Si uero caliditas cum humore fuerit, feruor & grauitas indicio sunt: & si meatus narium facilis fuerit, cerebri aut tunicarum uitium haud dubium est. Quique ore adaperto dormiunt nares obseptas indicant. In rheumatismis cum mucus cum spiritu uolenter emittitur, ab uno duntaxat latere uentum crassio rem meatus obturare facile intelligitur: nonnulli graueolentia tantum sentiunt, alij non nisi odorata. Aegri qui incertos odores olfaciunt, piscium aut butyri, malum de se augurium reddunt.

De curatione, Cap. II.

Loco temperato constituendus aeger est, qui nec sub diu ambulare debet, nec uento se exponere: corpus caputque repurgandum est, uitanda sunt graueolentia, ac nimium odorata, multus somnus, ac statim a cibo cauendus est: Et in cibis quae rapidae sunt superfluitatis: quae cerebrum iuuant danda sunt. Singulis diebus aluum exonerare utile est, uenus immodica damnatur. Verum cum plurimum ex frigiditate olfactus laeditur, in qua re Paulus pituitam sicut in distillationibus fieri solet, quoquo modo e capite deduci tradit, sicut uehementioribus sternutamentis, sicuti odoramenta attenuantia humorem: si tamen ex uniuerso corpore plenitudo ipsa constaret, sanguinem mittendum, uentrem deiciendum prodidit: Frigida causam mouet oleum nardinum cum euphorbio uel castoreo uel muscho odorato. Iridis succus ualet, uel cum pyrethri farina. At si causa calida fuerit, cognoscitur narium rubore, facie, & capite feruescente, quod odorata fomenta laedit, oleo uero rosaceo iuuatur ex aqua semper uui, aut nenularino, cucurbitino uel, ex rosaceo aqua, in qua primum infundimus, addita sandali farina & ita capitis frontem fouemus frequenti cataplasmate. Si causa uero cerebri distemperamento fuit, ut Paulus demonstrat, contrarijs occurrimus remedijs, de quibus in affectibus cerebri supra denarrauimus. Verum sternutamenta, suffitusque, & si narium angustiae opilate fuerint, iuuant. Aliqui suctu adaperiunt occaecatos meatus, infantibus praesertim, reliquis gargarismata profunt. At si uitium ex humoribus crassis fuerit, tum uehementer aperientia profunt, qualia sunt gith in aceto maceratum, aut in cameli urina, aut radix herbae lanariae, aut cyclamen, aut pyrethrum, siue piper, aut colocynthidis caro. Verum Galen. me lanthium laudauit ex aceto, aut semen tritum per se, si in nares inspiratur. Fel testudinis nares aperire traditur, uel uirtice semen, serpilli, aut ocyimi, aut silymbrij decoctum et in fufum. Nam eadem recetia naribus subiecta profunt, uentosam oppilationem oleum amygdalinum amarum, moly, aut piper album utiliter inspiratur, uel rutae succus infunditur. Qui odorata non sentiunt, sagapenum continenter odorandum habent. Qui odorata tantum, & non graueolentia mouent, castoreum per se uel cum rutae succo incessanter naribus subijciant olfaciedum. Aliqui gith contritum in linteolo naribus admovent, uel sampuchum aridam, aut ocyimum, aut stoechadem, hyssopum, asarum, baccharum, laudanum uel: Eadem quandoque cirebro coniectu nares offendunt, quas oleum uiolaceum, uel cucurbitinum leuat.

De curatione olfactus secundum Galenum, Cap. III.

Sed quonia Galenus de particulari officijs, quatuor esse in capite peculiaria sensoria instrumeta demonstrauit, oculos, nares, aures & linguam: singula ex cerebro principium sensus habentia, quae quamuis similia uideantur, secundum tamen speciem differunt, alia enim odoris, alia saporis, alia uocum, alia odorum dignoscendi uis est. Euenit, tamen quod idem autor, interdum, homo ut difficulter spiret, nihilque, aut parum olfaciat, causamque id prohibentem non esse neruorum uitio, quonia geminae anterioris cerebri carunculae mammarum papillis haud dissimiles, molles, non neruosae, nec in neruorum numero constitutae, spirandi reciprocatio sine ullo neruorum medio complent, ad quas fumidus odor permeat

Olfactus ex frigiditate laesus.

Olfacendi uis laesa ex calida causa.

Quatuor sensoria in capite.

et oculorum. Spirandi facultas.

permeat ex foramento, quod in cartilagine intra stephanitidem situm est. Haec cum Aristotele congruere uidentur, qui a naribus ad cerebrum nullum neruum pertinere asseruit, nec ullus est qui eam syzygiam uiderit. Adiuuemus obiter trochiscorum compositionem ad olfactuicem uim tuendam uel sanandam: Habet salis cappadoci, niri coluisti, spumae maris, salis albi, singulorum p. i. ellebori albi p. s. radice herbae lanariae, astaphisagriae, sinapis, fecis uini aridae combustae, ana p. i. sulphuris, gallarum, rosarii, russis, cypri, squinanci, prassij, gummi arabici, thuris, gariophyllorum, xyloaloes, lilij, arsenici, aluminis, folij, spicae, nucis muscaee, omnium, ana p. s. bene contrita excipiuntur aqua saponis p. 4. ex aceto uini ueteris in trochiscos digeratur 3. duum pondere. Quos cum opus fuerit, calida unum dissoluit, & caput lauat. Caue ne oculos laedas, cerebrum enim mire iuuat, cuius exuperantes humores absument, & uapores fumidos repellit, ut nullo alio indigeat auxilio.

De sanguinis profluuio e naribus, Cap. IIII.

Nillum, inquit Arist. animal sanguinis profluuio e naribus, praeter hominem, tenetur, quoniam magni iecoris sit, plurimumque sanguinis habeat tenuissimi, & in naribus membranae tenuitatem, ac uenarum in ea parte amplitudinem: unde quida etiam ictu uenarum angustia profluuium nunquam patiuntur: accidit & sanguinis cholericifueror, nam & foeminis si uectigali mense iuste exoneratur raro erumpit. Inter caeteros biliosi sanguini que profluuium magis laeduntur. ob eam causam haemorrhoids serpenti sceleratissima, ab ictu dissolutis undique arterijs uniuersum corpus, hominem ad perniciem trahit, de qua in uenentorum libris diximus. Causa ingentis profluuij, est uenarum ingentia ora: accedit & spiritus exeuntis uolentia, ac sanguinis plenitudo, aut multiplex uenarum corrosio. Refudant etiam uenae humoris tenuitate adiuncta uenarum rarior texture. Ex ictu interdum dirumpuntur in naribus uenae: aetate nostra contingit Venetiarum tonfor quidam cum in naribus pilos incommodos forcipe concideret, uenulam incaute secuit, tantoque impetu sanguis erupit, ut sistendi modum medici plurimi non adiuuarent, & ille miser e uitam finiuit. Continuat alij solibus, alij nimia exercitatione, aut in sole natatione longa, aut feruenti balneo, uino quoque et ebrietate, capitis graui coeperimento, euenit. Dirumpuntur quadoque uenae quae iuxta sunt, interiores interdum, uel quae rete illud mirabile contexunt, uel in febrili ardente continua, aut tertianis, inflammato corpore citissimo praesertim circuitu: aut ex capitis cephalica inflammante. Tentat facpe hominem periodico ueluti motu ex uenis disruptis, aut arterijs in utraque interdum nare. Profluuium immodicum obest, moderatum iuuat, quo faciei purpureus color honeste diluitur, febres & apostemata interna sanat, caput omnino leuat, sicut praecordia, pulmones, & latera praesertim sanat. Immoderatum profluuium pallor sequitur, aut plabeus color: eo stomachi & iecoris uires flaccescunt, unde hydrops turgida oritur aut continuante profluuium extrema sudore corripuntur, & spiritus subducitur. Inuenio herbam apud Plinium crocodilion uocatum, chamaeleontis nigrae similem, radice longa, aequaliter crassa, odoris asperi in sabuletis nascentem, quae pota sanguinem per nares pellit copiosum crassumque, atque ita lienem consumere dicitur.

De curatione, Cap. V.

Qui narium reformidant profluuium, si bilis causa fuerit, eam cathartico frequenter ducere necesse est: tum in cibo ac potu quae refrigerant ac astringunt & in spissant assumere debet: qualia sunt ea, lactuca, portulaca, lens, faba, pisces, caseus reces, aut lac decoctum, oua sorbilia, uinum acidulum, et omnia acra condimenta. Venae quae sub scapula inuenitur, secare ualidissimum ad profluuium remedium est, & ab animae defectu tuetur. Alij initio profluuij ex iecoraria demunt sanguinem uel lienaria, aut cucurbitulas scarificationibus imponunt. Crura item deligare si profluit sanguis, uel uehementius, ac exinde non multo post soluere, summum remedium est: uel pedes in aqua calida macerare, prodest. Quida genitalibus ouorum candida gelida imponunt: et excelsa reponi alia demonstrat. Alij penem deligant, foeminis uero pupillam, quida & aurales uehementius oppilant. Si per haec parum proficitur, cucurbitulas ampliusculas in ea uentris parte, qua sanguis profluit, imponi iubent, sine scarificatione. Est iecoris uitio

Nullum à ceteris broad nas enim uum pertinere. Trochisci ad ol factum.

Quare solum animalium homo profluuium sanguinis ex naribus tenetur.

Profluuium magna causa.

Commoda est moderatio profluuium narium.

Remedia profluuium cuius bilis causa est.

fuerit, emplastrum sub dextro laterum imponunt, ex solani succo, rosacea, ac hordeacea farina. Ex potionibus praefertunt myrtinum syrupum ex aqua plantaginis portulacae, addita terra lemnia, quae altringunt, spissant, & sanguinis feruorem temperant. Aeger cubiculo frigido collocandus est sine uento, ubi caput & corpus, aetate praesertim, sine uelamento continendum est, ueruntamen constitutionis ratio seruanda est. Caueat ab animi morore ceterisq; animi affectibus contrarijs, sanguinem fluentem non aspiciat, neq; purpurea, aut nimium lucida, laxo thorace ac cinctu, sine motu, ac sermone maneat, dormiat sublimi capite, culcitra ac maxillari duriori in laterum quo fluit sanguis. In animae defectu uinum damus uix dilutum aqua uel acidulum, alioquin dandum non censemus, quoniam fluxum excitat. At ubi ex membrana cerebri profluere irrita curatio habetur.

Profluuium narium incurabile

Veterum in narium profluuium praesidia.

De remedijs contra profluuium sanguinis narium, Cap. VI.

HAec ab antiquis medicis in narium profluuium prodita sunt certo experimento: Porpetae succus naribus supinis instillatus: & cuminum recens ex aceto. Heraclitum quoque uale, urtica indita naribus, magisq; eius radix, & semine quoque, uel succus eius frōti illitus, & hippacis succus inclusus, uel polygonij, & lana succida cum rosaceo, & alio indita modico, auribus obturatis spissius. Et fibrinarum pellium cinis cum pice liquida coacta, rui, succo porri mollitus. Siftit nitrū ex feruenti aqua uapore naribus. raptō. Calcanthum itē cyprium. Syluaticum quartū genus lactucae caprinae, & bulbi cum melle illiti, coriandro & farina mixta, herbae pizoniae semen rubrum, uel radix, cyclamen quoque, & lysimachia pota uel illita, uel naribus indita, plantaginis semen, quinquefolium potum & illitum. Cicuta semen tritum in narem inditum ex aqua. Aizoum, astragali radix, achillea, pilorum leporis cinis, uel ex fimo asinino cinis, uel fimum naribus inditum, aut suillum, murinum, uel uitulinum ex aceto, caprini cornu cinis uel fimi ex aceto, haedinum quoque coagulatum ex aceto, & foeminum eius combustorum cinis, & putaminis ouorum in uino potus, comburi sine membrana oportet. Nascentium ranarum quibus adhuc cauda est in calice nouo combustarum cinerem iniiciendum tradunt. Minium fronti illitum siftit, chalcitis, bitumen, alumen, melinum, combustum foris illitum, uel cum adipe quocumque, cimolia cum aceto. Haematitarum omnium tritarum in oleo tres ieiunij sumuntur, cochleae contritae fronti illitae.

De remedijs neotericorum, & ex Paulo in sanguinis fluxione, Cap. VII.

OCymi succo camphoram dissolutam naribus infundunt, & id emplastrum fronti imponunt: constat ex plantaginis, obelisci quoque rosarum succo, uel calicis mali granati, aceto, oui candido, terrae lemniae, gallae farinae, quantum satis sit ad omnia cogenda. Alii qui thuris farinam cum calicis oui cinere, & uermiculato gummi ex oui candido linamento in nares coniiciunt. Quidam arida caustica & styptica per fistulam inspirant, gypsi, chartae cineris, gallae, calcis, calcanthi, paribus portionibus pollinem conficientes, ab alijs amyli cum alumine trito inspiratur. Paulus uero Aegineta eam commendauit mixturam in qua chalcitis pollinis p. i. ex aqua pluuia linamento naribus inditur, aut oui calicis cinerem, & gallae interiore partem, uel lycium Indicum per se, aut triseptem combustum, aut tritae succum instillatum. Eam quoque compositionem commendat in qua thuris mannae p. i. aloes p. s. ex oui candido conlinamento ex leporino uillo, in nares farcitur. Frontem aqua frigida frequentibus spongijs fouebis, & occipiti cucurbitulam impactam laudat, non sine scarificatione. brachia, ac erura mouere, ac fricare expedit: spongia quoque aceto frigido madens naribus apposita iuuat, uel eiusdem pars longiuscula naribus indita ualeat.

† alijs anominis

Siftis profluuium ex membranis cerebri.

Ex Galeno communia remedia, & particularia, Cap. VIII.

Galenus sanguinis exuperantiam in primis leuare docet, sanguinis dimissione subtili ab ea parte qua fluit sanguis, & ijs quae auertunt ad alia membra, auxilijs quoque in spissantibus, stypticis aut conglutinantibus: Ingentes quoque cucurbitas laudat in iecoris & splenis parte. Profluuium mirè sistere commemorauit gummi contritum cum farina quae ex pariete pistrinorum siue molarum calulis uolatilis colligitur. Vel quod ex membranis cerebri profluuium sifit, habet thuris pollinem p. i. aloes. s. cum oui albore,

bore, ad mellis crassitudinem cum leporino uillo in nares farcitur copiose. At si ex corrosione fuerit, inquit autor, uniuerso studendum est corpori, unde uehementer styptica in cibis danda sunt, & caput spongijs refrigerantibus fouere damnauit: quoniam plura mihi laedantur si ex uenis interioribus effluat: nec id remedium omnibus diebus prodelle, nec nisi post diuertentia sanguinem, sed frictions ac ligaturas arctiores omnibus praetulit remedijs, cucurbitas quoque tum in latere, tum in occipitio. Ad sanguinis quoque resolutio nem frige facientia ac styptica ualent, ac inspissantia. Galen. ex Heraclide Tarantino haec refert, conglobatum prius sanguinem emouere, deinde specillo lanam lycio infusam indito ex aqua pluuia, aut thuris pollinem ex plantaginis succo cum linamento indito, aut mentam trita. Vtile esse tradit spongijs ex frigida frōtem fouere, brachia, manus, inguina, genua quoque deligare. Frictions, ambulationes quoque proflunt, aqua quoque frigida pluuialis in ore si contineatur, iuuat, lapis quoque molaris candentis ex aceto extincti suffitus, Galeno autore. Item aliam mixturam celebrauit in qua chartae indiciae, id est, papyraceae, et cucurbitae siccae combustae, atramenti combustae, thuris, opij, aluminis combustae, omnium, ana z. i. trita quam tenuissimè ex aceto linamento intincto imponitur farina. Alij sanguinem columbae aridum cum oui albo inspirare docuere, uel cochlearum cinerem cum testis suis.

De fluxione sanguinis iudicialia, Cap. IX.

Memorant omnes eum fluxum, nisi animo delinquere aegrum uideamus, sistendum esse: recentiores modum esse ad tres sanguinis. At nos pro uiribus aegri modum statuiamus. Verum si sanguis magno impetu erumpit missione sanguinis a talo, deinde ad cephalica eiusdem partis, mittendum est ad animam usque defectum, & in furis carnosius cucurbitulae ualent, & si ab utraque nare fluat in summitate una maiuscula impacta efficax est. Remedia quae caustica sunt & ora uenarum adurentia, quoad nocent, quoniam si crusta abscedit importune uenarum officina patentiora reddit, uelut calcis farina, calcanthum, arsenicum, aesustum, uel flos, sed succum porri praesertim cum aceto & thuris polline, si saepius infunditur certo experimento. Dioscoride probante, fimum aluminum prodest infusum uel recens impositum, aut cinis cum aceto. Ranarum quoque cinis si inspiratur, ocymi succus laterum foliorum fluctionem sanat in primis, alij camphoram addunt. Hyppocritidis quoque succus ex succo plantaginis, adiecta camphora, plurimum ualeat. Urticae arida farina cum camphora ex succo polyponis: rhus syrtaeum cum eodem succo. Quidam aquam gelidissimam niuis infundunt: donec torpescant membra. Cinis praeterea harundinis naribus inditus ualeat, ex mixtura sumitur aloes, thuris, sanguinis draconis, rubricae armeniacae, leporini uilli concili ex albo oui, uel araneae tela, spodium quoque inspiratum, quod & ex membranis cerebri uenis fluxum sifit. Succus quoque myrti per se. At si ex uniuerso corpore fluctio provenit in aquam frigidam mergendus est aeger, & si iecoris uitio contigerit, succum solani & plantaginis & acetum & rosaceam cum farina hordei imposito. Aut epithema id facito, aquae solani, cardui, semper uili, portulacae, rosaceae omnium z. 6. aceti z. 3. farinae sandali cuiusque generis z. s. spodij z. 2. camphorae z. 1. Ex liene uero solani succo scolopendriae quoque aquae, singulorum lb. aceti z. 3. spongijs binis inuicem impositis tepefacto cataplasmate. Emplastrum id fronti, sincipiti & temporibus imponitur. Aquae plantaginis, cardui syluestris, solani, lactucae, rosaceae ana z. i. oui recētis alba duo, farinae hordeaceae z. 2. rubricae armeniacae, terrae lemniae, sanguinis draconis, ana z. i. corticis mali granati, aut balauftiorum, ana z. s. uel id quod habet barbae hircinae, gypsi, rubricae armeniacae omnium p. i. contrita tenuissimè aceto acerrimo ad mellis, spissitudine agitabis. Eiusdem capitis partibus impones, uel gypsum per se cum oui candido & mulieris lacte puerum enixa. Alij addunt & opij plusculum, alij frigidam sepe capiti superinfundunt, alij in febris symptomate aquam niuis iniiciunt, & aquam camphorae, uel aquam solani cum exiguo opio, uel rosaceam. Aliqui in aqua gelidissima aegrum collocant donec membra liuida reddantur. Nonnulli retonso capite uniuersum gypso & aceto emplastrant. Si ijs non cedit fluxus sanguinis, aqua niuis superinfunditur donec stupore membra corripantur. Interea ex sanguinis nimia tenuitate fuerit, syrupum damus melopeponis palestini ex saccharo, aut quem ex succo huius

Notamentum & causticis materijs

Quae conueniunt si fluxus ex nimia tenuitate fuerit.

se pastoris, arnoglossi ac portulacæ conficiunt. Cauendum est ne sanguis in uentriculū descendat, ne coagulatus terrores sæuos afferat, ob id uomitiones concitandæ sunt, ut coagulatus per superna educatur, uel clystere uehementiori aluus citanda est, ne ea materia conglobata noceat. At si per se substiterit periodicus fluxus, unde membra deuari sentiantur, uel in morbis cerebri calidis, id præstare uideretur, quod etiam pueris familiare uideretur, graminis semē naribus iniectum, quod leui percussu sanguinem citat, græci æneo filo scopam conficiunt, quali aurifices argentum poliunt, eius puncturis sanguinem educunt. Qui medicinis acutis, euphorbio, Itaphisagria & taurino felle collyria cōficiunt, & imponunt, febris acutæ rationem minime obleruant, flos urticæ contusus & impositus aut semen, sanguinem ciet. Aut iasaminus (ut quidam tradūt) tritus & impositus uel in febrī, mire sanguinem euocat, aut oleum eius odoratū. Qui putant hunc fruticem in Italiam nuper esse delatum, decipiuntur, quoniā in foro Iulio supra Natissam syluestrem uidimus iasaminum. Idem abrotonum naribus inditum præstare dicunt, fabariæ folia & origanum coniecta in nares sanguinem trahunt e naribus. Alij collū circumligant, fucant q̄ faciem, fouent q̄ calida caput, tussim & sternutamenta mouent: tū scetis porcinis concisis filo deligatis & immixtis fricando uenulæ intus irritandæ sunt.

De polypo & carunculis narium, Cap. X.

Polypus caruncula est modo alba, modo subrubra, quæ narium offi inhæret, sine dolore male olens, & modo ad labra pendens narem implet, modo retro per id foramen, quo à naribus spiritus ad fauces descendit: adeo increfcit, ut post uia conspicitur, strangular q̄ hominem maxime austro, aut euro flante. Interdū etiam in naribus caruncula quædam similes muliebribus mammis siue papillis innascuntur, hæc q̄ imis partibus quæ carnosissimæ sunt, inhærent, has nonnulli medicorum hæmorrhoidas uocant ex quibus sanguis statuto tempore fluat. At si dura & atra caro fuerit carcinoma appellatur, aliàs rubens cum dolore uehementi. Carcinoma oritur post melancholicos morbos, ueluti enim cicer ortum habet, & in palatum duricem quandam diffundit, ex quo cum plurimum neq̄ humor neq̄ sanies profluat, in uas q̄ turgidæ uenæ conspicitur. Si uero uirulentum fuerit, graueolentia incredibilis sentitur, & insanabile, caruncula ex phlegmate congenita existimatur. Polypus uero ex sanguine ac phlegmate mixto originem habet per putrefactionem extraneo calore cogēte, si sine dolore fuerit, haud difficulter sanatur: contra caruncula rubens, aut liuida dolens, saniosa, ac male olens, ægre sanatur.

Ad polypos & carunculas ex Paulo, Cap. XI.

Est enim polypus, inquit Paulus, præter naturā tumor, qui in naribus gignitur, carnis polypi pilcis similitudine. Eiusdem naturæ est & caruncula quæ οὐλομα Græci uocant. Sanat ea uicia squamæ æris ʒ. 6. calcanthi ʒ. 7. ellebori nigri ʒ. 2. contrita imponuntur: triduo enim mire confert: idem præstat calcanthum ex aceto. Aliud in quo corticis maligranati, calcanthi ʒ. 10. chalcitis ʒ. 8. fellis taurini, amomi, myrrhæ, calaminthæ, prassij, ana ʒ. 4. croci ʒ. 6. ellebori albi ʒ. 1. arida conueniūt. Aliud, in quo diphryge diluto utimur, & ellichnio: nares prius patentes facito. Alij eadem commemorantes sanguinis missionem ex cephalica proponunt, mox erodentia, ac adurentia imponunt, quale id medicamentum quod habet arsenici usti, atramenti, floris æris, singulorum p. 2. argenti uiui p. 4. ammoniaci tantundem, ex qua calcis contrita excipiuntur, id enim plurimum exest. Radix polypodij trita indita ualere creditur, & succus radicis ari sana re existimatur. Scylliticum acetum ualet, in quo sal calefactus sit, & alumē. Aliud in quo asphodeli succus cum arsenici farina ualet, in nares coniectus. Ad narium huiusmodi carnosa uicia draconij semen ex melle contritum prodest. Squama æris, aut flos in patinis fictilibus usta aut æreis, deinde lota ualet. Narium carnes tollit arsenicum & quicquid excrefcit, noua testa torretur donec mutet colorem ut ualidius proficit.

Ad carnes

Hæmorrhoides narium. Carcinoma.

Ad carnes narium excrefcientes communia remedia, Cap. XII.

Quod caput replet omnino uitandum est. boni succi cibus laudatur, & qui præsertim exiccat. Materia digerenda est, ac demum educenda cathartico, uel missione sanguinis ex cephalica, uel cucurbitulis, deinde quæ eas carnes excedant imponenda sunt. Valere dicitur seminis draconij succum cum lana specillo iniectum, aut seminis eiusdem farinam aridam, aut oleum eiusdē herbæ radicis. Succus quoque hedræ nigræ prodest: malum quoque granatum acidum contusum ualet, si ex melle decoquatur & exprimatur. Galen. experimento polypum consumit, & graueolentiam abolet, & nitrum cum uino, aut aqua ocymi, aut cum eodem granatorum succo. Plin. libro 23. Galeni id medicamentum prior expressit, eo modo fieri docet. Punica acida multa tunduntur, succus in cacabo nouo coquitur mellis crassitudine, ad sedis & narium uicia, & omnia quæ lycio curantur. Vel hoc modo acinis, detracto cortice, tulsis, sicco q̄ decocto ad tertias, deinde cum croci & aluminis scissi & myrrhæ æquis portionibus, mellis atrici quantum satis sit. Ea uicia si remedijs non uincuntur, manu, & ferramento opus est, deinde aridis medicamentis, uel alijs quæ dicta sunt reliquias absumes. Quale id quod squamæ æris ʒ. 6. calcanthi ʒ. 7. autore Paulo, quod supra annotauimus. Eam compositionem etiamnum posteriores efficacissimam prædicant, uel ex uino infusam. Aqua cartuculas cōsumens, ex his constat, arsenici citrini, calcis uiuæ, floris æris ana ʒ. 6. argenti uiui lb. salis ammoniaci ʒ. 2. terantur omnia & bulliant, & percolata seruetur ad usum.

De ozena, Cap. XIII.

Ozena est ulcus purulentum quod ex humoris uehementia defluentis oboritur. Eam sanat myrsi, chalcitis, myrrhæ, ana ʒ. 6. calcanthi ʒ. 6. aluminis scissilis, gallæ, squamæ æris, æqua portione, thuris ʒ. 1. in aceti sextario, & æneo uase feruescant ad mellis spissitudinem, & cum opus est linamento utere. Aliud aridū, quod habet floris æris, & squamæ pares portiones. Galen. ad ozenas, squamæ æris ʒ. 8. uirioli ʒ. 8. sandarachæ ʒ. 4. ellebori atrici ʒ. 2. triti arida inspirantur, calcanthū cum aceto illinitur. Aliud cordicis mali granati ʒ. 16, fellis taurini, amomi, myrrhæ, calamenti, prassij, ana ʒ. 8. croci ʒ. 2. ellebori albi ʒ. 2. aridis utitor. Ad graueolentiam idem autor, amnomi, myrrhæ, rosarum aridarum æquo pondere, ex oleo nardino infunditur.

Ad narium ulcera ex Gal. & Paulo Aegmeta, Cap. XIII.

Lithargyri ʒ. 4. rutæ recētis, aluminis scissilis, ana ʒ. 2. ex oleo myrtino & aceto. Aliud cerussa ʒ. 1. lithargyri ʒ. 3. scoriz plumbi, uel plumbi torrefacti ʒ. 3. lota ex oleo myrtino. Ex Paulo, lithargyri eadem commemorantur. Vetusiores uapore aquæ calidæ fouent ulcera. Deinde profunt lycium uino dilutum, aut amurca, aut omphaciū, aut mentæ recentis, aut marubij succus, aut atramentum sutorium torrefactum & tritum, aut interior scyllæ pars, contrita, sic ut horum cuiuslibet adijciatur. Ex ijs singulis lana intringenda est, specillo q̄ in nares additur, quod per hyemem bis, per æstatem ter in die fieri debet. Si cum his ulcerationibus distillationes aduerint, eas gith tulum in linæolo olfactum iuuat.

Ozena quale ulcus sit.

Gal. de polypo & ozena: & cæteris ulceribus, Cap. XV.

In tumorum genere præter naturam polypos Gal. statuit ex crassis uiscosis q̄ humoribus, eorum exulcerationes ozenas uocauit, cæteros affectus similes superexcrefcientes carnes ex quibus etiamnum effluit sanguis, Græci χυρσας uocant uel forte melius χυρσας. In quibus natura concitator impetu quodam ad epicraticam uim demandā imbecillior est reddita ijs ozenæ annumerantur, ex acutorum humorum impetu oriuntur putrefactorum. Curationis primum genus est cerebrum iuuare ac robustius fotu ac siccius reddere, quoniā inde humoris tetri origo est. Ozenas ipsas exiccare discutientibus, ac dissoluentibus remedijs, qualia sunt styptica appellata, & calefaciētia & exicantia auxiliā. Archigenes ozenas curare docuit, succo calaminthæ infuso, uel ipsam herbam aridam inspiratam per fistulam, uel elleborum album cum semine nasturcij, si & idie inspiratur, uel calcitide, aut calcitho ex melle. Specillo crustas emoue, deinde nitrum & alumē in aqua tabefactum infundito, donec perfanetur ulcus. Ad uetustas ozenas acetum uetus, cōmiscibus, aut sulphur tritū, ex aceto acerrimo lagenæ suffitu nares

Echyses uel Bichyses.

Ad uetustas ozenas remedia.

4 euapora

euaporabis, deinde cyprium mysi & nardum Indicā cum uino amineo sepius infundes, & lana infusa obstrues narium meatus. Reliqua narium ulcera curato mali granati succo antedicto, aut rubri succo cum alumine ex aqua, in uetustis ulceribus (ut dictū est) acetum uetus permiscebis. Alij iridem & sandarachā cum melle & adipem uituli & resina medicamentū faciunt ualidissimū: omnia enim ea alstringunt, incidunt, extenuant, excant & deniq; dissolunt. Aliud Asclepiadis, aluminis scissilis 3. 2. zingiberis 3. 4. sandarachā 3. 4. galbani, aris combusti, ana 3. 1. tenuissimē teruntur & ex uino austero commixta imponuntur specillo. Aliud, quod Lamboni medico attribuitur, aris flatu limaturā 3. 1. salis ammoniaci 3. 8. thymiamatis 3. 1. aluminis 3. 1. s. zingiberis 3. 1. sandarachā 3. 4. galbani, aris combusti, acetū acerrimi acetabula 6. areo uase bene confecta asseruato, solibus per caniculares dies perficitur, areo uerriculo permiscendo: deinde in mortario cōterito, ac in uase figulino reponito ad usū. Cum opus fuerit os frigido completo, & aridum pariter per fistulam inspirato. Aliud, quod Meges utebatur, tamaricis baccarū, zingiberis, nitri rubentis, mali granati corticis ana 3. 4. croci, costi, ana 3. 2. arida teruntur, & inspirantur. Aliud, aluminis scissi, zingiberis, ana 3. 4. sandarachā 3. 2. rubic. 3. 3. salis fossilis, croci, costi, ana 3. 2. trita eodem modo coniunguntur. Aliud, quod Mutā ascribitur, chalcanti, sandarachā, pares portiones arida & trita coniungunt. Galenus ad polypos & ozenas, hoc medicamentum plurimū laudauit, habet mala granata trita diuersā aliquantisper naturā, dulce alterum, alterū austerū, tertium medium saporis: recētia esse debēt, ac bene matura, ex ijs integris ualidissimis uiribus succus exprimitur, & uase stāneo colligitur in quo uapore cineris calefacti suauiter decoquendus est, quo ad aridus fiat, qui tursus in mortario in farinam redigatur, ea commode in nares farcitur, quā mordax nō est, & tamē ulcera per sanat nati sine dolore. Inter arida medicamenta, diphryge nihil utilius, absūmit enim polypos, si frequēter imponitur, nam & de ceteris remedijs tum natiuum, tum oculorum dictum sit. Ad nariū ulcera scorix tenuissimā plumbi, uini ueteris, olei myrtini, quantū satis olla ferueant, & in uase plumbeo asseruetur, uel plūbi usti loti 3. 8. olei rosacei, myrtiniq; uel lithargyri 3. 6. cerussa 3. 8. corticis mali granati, aluminis scissilis, ana 3. 4. uini amineo, oleiq; myrtini quantum opus sit, ferueant ad crassitudinem mellis, in plumbeo uase asseruetur. Sint olei myrtini acetabula 4. uini cyathi quatuor. Apolloni ad eadem ulcera & graueolentia, mali granati dulcis & austeri succus in x-neo uase decoctus ad pansi spissitudinem.

Magis medicamentum.

Apolloni medicamentum.

De narium graueolentia secundum posteriores, Cap. XVI.

Graveolentia origo.

Graviter olentis spiritus remedia

Origo malē olidi spiritus ex naribus, ex uapore quādoq; putrefacto euenit, ex peccatoris intimis partibus, pulmonibus, aut stomacho, aut ex isthmoide osse, ex quo etiam ulcera innascuntur, si acutus intus fuerit humor, ex humoribus interdum in capite uel cerebro putrefactis, aut ex ulceribus quas ozenas uocamus, aut carunculis intra nares putrefactis, ex quibus olfactrix uix omnia malē olentia esse falso diiudicat. Harū causarum curatio difficillima est, aut non satis tuto sanatur: si qua tamē curari potest uictu ac potionibus sanari conuenit. Euitet in primis paludosum aërem, & ocia: de ambulationibus utatur, nec statim à cibo dormiat, esca sit ex ijs quæ non facile in uentre putrefiant. Experimento cognitū est mala persica, quæ innocua ab antiquis habita sunt, graueolentiam eam auferre quæ stomachi uitio fuerit: & eryngion quoque radice saccharo aut melle condita, aut per se sine ullo condimento ualet. Cæterum caput & nariū partes per purgare necesse est, uel sepius: deinde uino calefacto albo odorato nares colluere in die frequenter. Deinde myrrham, cyperum, rosam, & calamum, myrram, & similia in uino decocta odorato, & percolato, naribus infundito, Galenus alij urinam præfert, qua nares colluant, deinde myrrha, amomum & acatiam iniectam laudant pessi modo, alij gariophyllum & ladanum admiscēt: alij muschum & camphoram, crocū item cum theriacæ exiguo ex uino in nares instillatur, sambuci folia ex aqua cōtrita & infusa, uel calaminthæ aridæ farina, graueolentiam diuturnam tollit. Arsenicum rubrum, spica, crocum, & amomum, commixta, superfluitates humidās maleolentes atramento & galla emendant, cæterisq; quas supra diximus mixturis exiccantibus, specillo lana inuoluta ea consiungunt. Narium graueolentiam succus hederæ emendat præcipue albæ. & aristo.

& aristolochia cum cypero, & syriscptum odoratum in rhodiorū insulis nascēs sanat.

De narium carcinomate, Cap. XVII.

Carcinoma has narium partes uexat, quod ex nimia aut tēpestiua polypi sæpe curatione sit, aliquando & per se oritur, serpit, & spiritum impedit, & nares dilatat, nec attingi, nec irritari debet, sed mitigatorio tantum indiget medicamento. Nam eius caro dura est callosa, sicca ad palatum quandoq; pertinens: huic sanguinis missio, uentris deiectio, ac uictus ratio in primis iuuat, quibus atrabilis expurgetur. Interea rosaceum modico camphoræ adiecto naribus inditum conuenit, uel solani succus. Antiquiores tamen draconij semen contritum ex melle utilissimum putabant. Addereq; hanc mixturam per specillum in nares suadebant: quæ habet minij sinopici, chalcitidis, sandarachæ singulorum p. 5. atramenti lutorij. p. 2.

De destillationibus siue catarrhis, Cap. XVIII.

EXsuperabundanti cerebri humore, inquit Paulus Aegineta, si pituita ad nares distillat, grauedo ea latine dicitur, Græcè νόρυσσῆ appellatur, ad fauces uel superiores partes catarrhus: alij destillationē uel fluxionem uocitari tradunt ad guttur uero & tracheam arteriam bronchō, & artericon nominari uocem & uerba obtundētem, scribit. ea omnia communi appellatione Hippocrates κωρῖσῆ uocauit: Latini destillationes, cæteri Græci κωρῖσῆ uocauerunt, & pari ratione morbos esse, quoniam eas partes manifesta lædunt offensione. Materia enim aut à cerebro uel panniculis defluit, aut ex partibus caluariam tegentibus manet, quæ cum plurimum frigida est, nec ferē unq; huiusmodi fluor hominem tentat illa cerebro, quoniam eo modo uix pituita fluctio percipitur. At cōtrasi cerebri offenditur immodicē, plurimāq; superfluitates ad nares, uel ad aures, uel ad oculos, uel ad tonsillas aliāq; subiecta membra (ut Galenus tradit in libris de symptomate & morbo) ex ipsa cerebri distemperantia, quoniam membri potentia in digerendo eā humoris exuperantia inualidior sit, sicuti in uentris lienteria hoc est intestinorum leuitate ex defectu uis digerendi. Accumulatur enim in cerebro immoderate humiditas ex inconcoctione nutrimenti ad ipsum deligati, intercedentibusq; austeris, quib. caput humore recipit, qui mox aquilone sine intermissione distillat. Eadē materia plurimorū morborū præbet originē, pro membrorū uarietate in quæ distillat, si enim in uentriculos cerebri delapsa fuerit, uertigines aut comitiales morbi uel similes affectus, ad nares, pituita siue coryzā, aut polypū, ad palatū aphtha, ad gingiuas dentiū dolore, ad oculos epiphoras, ad aures surditatē, ad tonsillas anginā, ad stomachum lienteriam, si ad pulmones tussim, si ad pectoris partes asthmaticos reddit, aut pleureticos, ad cordis uitalia statim pernitiōsa habetur, quoniā protinus suffocat. Si ad cordis taginā cardiacos siticulosos efficit, si ad spondylium medullā indecorum gibbosum facit, si ad neruos, tremulos & paralyticos, & articulorum uitia, unde membrorum uarietate morborum uaria nomina sortiuntur. Eadem interdum materia ex uniuersi corporis uaporibus congeritur in cerebro, aut ex stomacho tantum, qui uenti in celo pluuia, in humorem cerebri frigiditate coacti ad inferiora distillant mēbra. Viriatur igitur uis cerebri digestiua cum plurimum ex mala habitudine frigidiori, ac humectiori sine ulla manifesta materia, interdum & cū materia frigida & humida, accedit & omniū qualitatū tā simplicium, quā compositarū distemperamentū naturale, aut præter naturā. Attrahitur itē materia ad caput dolore uehementi aut coloris uicōtrahente, præter, (ut dictum est) qui spē naturæ sublimia petunt uapores ueluti totius corporis caminum in quo fumidæ superfluitates in aquā conuertuntur, cuius materiæ portiones partim per nares resoluuntur, partim per os excreantur, reliquæ in cerebro ad diuersa membra transmittuntur. Extrinsecus autem cerebrum à frigore cōplurimū læditur. Frigida enim ueluti niue refrigerata pota, uel capiti superinfusa distillationes generat, quoniam cerebrum offendit. Oritur etiā ex nimio interdū clamore, ut Paul. refert, exasperante arteriā. At calidæ distillationis origo, si extrinsecus euenierit cerebri ad calidū distemperamentū ducit, ueluti sub sole defatigatio, aut uentorum calida qualitas, aut odorata excalefacientia, qualis muscus est, aut crocū alliumue, aut si quod cataplasma capiti iniectum fuerit: exiccatus enim naturalis calor congelatos humores resoluūt, & fluere facit. Calor enim extrinsecus, natiuum intus calorem

Grauedo Coryzæ.

Lienteria.

Varij ex catarrhis morbi.

Vis cerebri digestiua quibus uiscetur.

calore extringit, sicut sol igne, unde digestiua uis resoluta, precipites humores sinit præterfluere. Vnde Hip. sententia catarrhi superabundant flante septentrione, si auster præcesserit. Vere ipso fluere continenter, si ætas sicior septentrionalis, ac autumnus fuerit pluuiosus & austrinus. in prouincijs uero tepidioribus ad austrum uergentibus hyeme sequente is fluor infestat. Aetate nostra huiusmodi distillationes graues periculosæ q̄ c̄t̄ acuta febris omnem Italiæ oram infestauerunt, ex quodam cœlesti influxu, ita ut plurimi caderent. Quibus capitibus distillationes eueniunt, pleureticae fere nunq̄ fiunt, neq̄ splene laborant. Nota qualitatibus sunt, nam calidis distillationibus, nares & facies rubicunda est, & quod fluit liquidum est & urit nares, oculos pungit, & fauces exulcerat. Frigidis uero frons ac supercilia extēdi uidentur, & in isthmoide osse oppilatio, ut in coryza dictū est, si ad pectus penetrauerit humidū indigestum q̄ regreditur, crassum, album q̄; quod cunque excreatur, quod febres maturare solent. Dolor capitis cum grauitate superioris ceruicis, rheumatismos ad inferiora delabi nunciat: uel si in urinx circulo granulosa bullæ circumstant in uase. Si uero distillatio ex indigestione cerebri non fuerit, tum sensus liquidiores apparent, & quo maior materiei quantitas affuerit eo maior capitis percipitur grauedo. In senectute distillationes ægre maturantur, in robustioribus uero qui in cauo reperiuntur pectoris humoris in sanguinem saepe mutantur, at si plurimi sunt ac indefectis uiribus, in uomicam pectoris mutantur.

Periculosi catarrhi in Italia.

A quibus cauendum in distillationibus frigidis.

Penidiatum.

Spinachium.

De curatione catarrhi, Cap. XIX.

Distillationum causam digerendam, id est, cōcoquendā prius, deinde educendā, tertio auertendam, quarto fluentem sistendam docere, quinto symptomata corrigere, uictus demum rationem reddere demonstrare diligentiores. In frigidis distillationibus, à frigidibus, septentrionali flatu, noctu lunæ aspectu, & sub diuo ambulationibus lauacris q̄ frigidioribus cauendum est, neue recto capite maneat, p̄sertim si post austrum septentrio flauerit. In calidis uero fluctionibus solis & æstatis calores euitet æger, ignes, & calidos balneos, neue caput nimium grauiter tegat, hilaritatem in omnibus querat, somnus querendus est nocte ac parcius tantum, nec statim à cibo, sublimi capite, uel in latus dormiat nō plumbeo maxillari aut culcitra, die irrequeto corpore esse debet, inferiora membra si defricatur iuuat, utraq̄ remedia ante cibum uehementiora in frigida causa. balnea quoq̄ distillationes maturat frigidas, aut fumidi uapores ex chamomilla decocto. Contra distillationes futuras quidam balnea calida ingredientes, tuentur se à futuro morbo. Gal. in calida pituita lauari frigida suadet & caput perfundere. Cibus omnis ad caput euaporabilis cauendus est, uini q̄ potus, & aquæ gelidæ. In calida fluctione leuiter refrigerantia in cibo dantur ac humiditiamia: in frigida uero calefacientia & leuiter & exiccantia iuuant. ueluti p̄isana, papauer album, uel amyllum cum lacte, si febris eam iniuriam non concomitatur. Quidam uulgo sabaceam pulterem in sorbitionibus dedere ex aqua pluuia addito amygdalino oleo, & saccharo nobilibus penidiatum ad clauum agitato, mire enim confert ea diutina agitatio. Furfuris quoque decoctum ualeat, inter olera uero (nam apparentia uarietas excitat) malua, atriplex, cucurbita, & quod spinachium à spinoso semine uocauit posteritas, summopere iuuat cum amygdalino oleo: sine febris etiamnum ex gallinacei pulli iure, aut perdicis, in potu syrupus uiolaceus, uel papaueris aut uinum granatorum dulcium, uel aqua cucumeris ingentis rotundi decocti pota salubris habetur, bilem enim compescit & fluctionem sistit, aluum leniter mollit ex saccharo. In frigida distillatione ins ciceris prodest cum melle uel uua passa datur, auciculæ, pulli, perdices, hoedina q̄; caro datur ægris: à cibo auellanz torrefactæ profunt, uel in ueteri tussi, in potu mulla prodest. In ea curatione nihil salubrius abstinentia, & uespera præsertim. In distillationibus acutis & tenuibus, eo decocto utimur, in quo psyllij, cydoniorum seminis, ziziphorum, myxorum, ex quibus oriens uiscū ualidissimum conficit, æquales partes ex aqua decoquuntur, addito syrupo uiolaceo, aut papauerino albo, matutinis potionibus damus, materiam enim lenit ac inspissat, ex quibus & eclegmata fieri possunt salubria, quæ frequentu linctu iuuant. In eo casu mirabile auxilium præstat quod diacodion dicitur ex papaueris semine cum corticibus ex saccharo fit, pastillorum modo. Alij amyllum cum uiolacea aqua ex saccharo pulterem conficiunt

conficiunt saponis similem unde saponem nominant posteriores: syrupus præterea ex nymphæ flore, aut cucurbitinis, semina quoq̄ melopeponis contrita & percolata cum molle panis, cibariū leue conficiunt ex saccharo. Græcia eo eclignate utitur, malorū granatorum dulcium grana olla discocquunt & inde succū percolato colligunt, & rursus in eadem olla cum syrupo uiolaceo papauerino q̄; & penidiatum feruefaciunt ad mellis spissitudinem. Cataplastmata capiti ualent leuiter refrigerantia ac tepentia ex hordeo, uiolis papauere, chamomila ex aqua decoctis, sponsia infusa aut lintheoli madetes imponuntur. eadem & genitalibus imposita, p̄sunt, uel si crura lauentur. Si uigilia fatigat ægrum, oleum uiolaceum, ac nymphæ floris eadem inunguntur partes, sed & uenter & lumen, & sedes ipsa. Caphora olfactu, p̄dest cum rosacea, & uiolis purpureis. Si ea nō sunt, hæc in lintheolo trita imposita, odorata, ualent naribus subiecta: habent mir obalariorū, sandalorum singulorū añ. ʒ. i. rosarū ʒ. 2. caphoræ, rubricæ, armeniack, añ. ʒ. 1. in aqua rosacea tepentur in qua gummi arab. ʒ. macerata fuerit. At si materia catarrhi densa fuerit atq̄ uiscosa, initio morbi nō omnino iuuant attenuantia, incidentia atque aperientia, quoniam morbi uires excitarent, sed his concoquenda materia est, callitricho uidelicet manipulari quantitate, passulis mixtis añ. ʒ. i. sicis quæ pinguis simis numero 10. unā decocta & percolata, adde sacchari quantū uis cū nuce muscata, sua uirtutē dabis potionibus matutinis. Vel si febricula huic molestæ adesset exonerata materia syrupus ex acoro, aut stœchade ualeat. Medicamentum quod à cœna sumitur dormituris, ex uino uis temperatæ, continet nucis muscatæ, cardamomi, gariopyllorum, carpesij añ. ʒ. 1. radices dulcis ʒ. 3. zinziberis ʒ. 1. sacchari purissimi, quantū uoles addes. Galenus uero inrepede initio huius mali fouere caput non ueretur sacculis ex milio ac sale, aut lintheolis calefactis, quo ad interiora calor penetret. Aut calaminthæ, thymi, hyssopi, cymini, melanthij, decoctum uapore naribus raptu, quæ carbonibus iniecta uapore ualent. Aut rosmarinum simili suffitu laudatur, & ubi chamomilla, silymbrium, & maiorana incocta fuerint. Fomenta præterea maturantia ac resolutentia commendantur ex costo, myrrha, & spica, addito exiguo castorei rosaceo mixtis. Vnguenta quoq̄ nardina, regalia, & reliqua odorata excalefacientia odore iuuant, nam cerebrum confortant. Alij sinapi & costum capiti imponunt si frigidissima fuerit materia post uentris deiectiones. De quibus nunc dicendum restat. Et à missione sanguinis exordiar.

Que materia concoquant.

De sanguinis missione distillationum causa, Cap. XX.

Venas in causa soluere tribus rationibus cōiungit, si fluxio sit feruens, in corpore pari modo calidiori & morbido, in quo oculorum cœdidum uenis rubefiat, cum graue sine capitis: aut si materia ad oculos precipitetur uel fauces, aut pulmones, aut latera: ita ut collectionem de facili augurari uideatur: uel si huic pesti febris accedat molestior, & tussis quoque infestissima, uel lateris compunctio. Deinde aluus mollienda est, si bilis reterrida est morbi origo, uiolearum condimento, aqua hordeacea, myxis, ziziphis, & Aegyptijs prunis quos tamarindos uocamus apud officinas, unā decoctis, epoto succo, aut per se Aegyptia siliqua p. *. 10. Vel compositionibus quibus nunc utimur diapruno, aut lenientii, ex enim suauiter uentrem ducunt. Ex pituita uero frigida, damus utiliter diacolocynthidem, aut pilulas quas coccias uocamus, aut hieram picrā Galeni: clysteres quoque subditi leuant corpus pro materie ratione. Aut glandes coniecte in aluum ex melle & sale, aut ex nigrescente saccharo: utriusque enim feruore ignis in aptha collyria cogitur, oleo asseruantur, ne liquefiat materia. Post ea auxilia, quæ materiam auertunt, studiosius imperamus, qualia sunt frictiones, uinacula uehementiora, cucurbitula q̄. Maturescere materia, sternutamenta, gargarinata q̄; profunt, uel cucurbitula in occipitio. Quidam impie uellicant aures, & barbam uel capillos euellunt. Vidimus id Græcos obseruare in uertice capitis magnam partē capillorū manu uehementer uellicantes, donec crepitu cutis ab osse recedat, distillationes & corizā eo modo sistere, ex utraq̄ causa. Quidam & in temporibus cucurbitulas imponunt frequentes, & ce rotaria pro materie qualitate superimponunt. Alij eadem in sinapiti hoc bregmate fieri malunt, quæ nares obstructas adaperiunt. Mirum in modum ualent, succo caulium, betæ radicis, maioranz, seminis melanthij, astaphisagritæ, quæ ea semina prius macerati

Vena soluenda que indicent.

Tamarindus.

aceto

aceto malunt, alij sinapis semen præferunt, aut euphorbium trilotum cum lacte naribus immittitur, leuiter enim pituitam trahit abundantem. Alio modo, quo & cerebrũ iuuat, habet betæ renellæ succi, maioranæ ana ʒ. i. uini albi meracis boni ʒ. i. croci serupulum, calesacta ore repleto aqua naribus spiritu rapitur ad superna. Quidã collyria indita in nares laudant: Sume pyrethri, piperis, ana ʒ. i. zingiberis ʒ. 2. ex decocto despumato melle digeruntur. Galenus initio morbi sternutameta damnauit, quoniã materia indigesta sit: tum enim & ocium maximè prodest, quoniã materia quietè concoquitur, alioquin exercitatione calor distrahitur, sternutameta quoque initio morbi damnatur, quoniã maturitatè prohibet, & nouas subinde materias cõtrahit, maturata uero materia ualentissimũ præbet adiumentũ. In acuta distillatione inspissantibus. & refrigeratibus utimur remedijs. Gargarisationes itè materiam agitat, si intèpestiue sũt, & ad fauces uel pectoris partes humores trahit, à nobili enim mēbro ad ignobilia humores pellunt. Summũ quoq; remediũ præstat bregma ad cutim abraderè, deinde locũ cepa, aut scylla cõfricare, aut panni asperitate. Antiquiores dropace utebatur, aut simpliciu aliquo, qd uesicas excitat adyrendo: id quoq; præstat columbinũ fumũ, sinapis semẽ, mētastrum, cum sicu arida, aut gummi rutæ agrestis. Alia sunt quæ materiam in capite resoluunt, ex garyophyllis, machir, cinnamomo, pulegio, origano, serpillo, stœchade, maiorana, calamintha, azaro, baccare, spica, ac carpesio, cõtrita enim in farina sacculo molli inclusa sincipiti imponuntur. Alij simum colubinum, sulphur quoq; contritum & impositũ, aut radicis asphodeli aridi farina, hyeme ea præsertim ualent. Aut in emplastrũ supra frõte si imponitur mirè guttãtia sistit. Ladani ʒ. i. s. machir, melãthij feminis ana ʒ. 2. croci ʒ. 5. gummi iuniperini ʒ. i. olei costini paulũ, uel aloës ʒ. s. pulegij, calaminthæ, corticũ mali citrei añ. ʒ. i. rosarũ aridarum, myrti feminis, rhufis syriaci, añ. ʒ. s. cum ladano & modico ceræ cõficiantur. Aliud lauri baccarũ, asphodeli radicis, sulphuris, sandarachæ, feminis iuniperi, pyrethri, piperis longi, sinapis ana partes æquales, ladano excipiuntur. Lauant præterea caput lixiuio queruino, aut uicis, in quo calamintha, origanum, mentastrum, azarũ, lauri baccæ, & bacchari, iuniperinæ baccæ, cum asphodeli radice hederatũ, & sulphur incoquantur. Aut uinũ Cretensẽ ualidissimum, in quo & thus, & sandaracha effebuerint. Ambra odorata, hoc est succinũ odoratum, mirè corroborat cerebrum infirmũ, siue calidũ siue frigidũ: sicuti feris herba iecur. Nã lignũ aloës nidore salutare tradit, nã & guttãtia inhihet. In catasta gmate calido aqua rosacea cum paulo cãphoræ gargarismate confert, aut lãtis decoctũ admixtum, aut coriandri, aut papaueris radicis decoctum. Si materia destillat ad pectus syrupus ex papauere ualeat. Aqua quoq; lactucæ, aut succus, guttur & pectoris partes tuetur, aqua quoq; plãtaginis, solani rubi. Frigidæ materię distillationem sistit styrax nidore naribus rapto, ut tradit Dioscor. Ladani quoq; & thuris, nardi, & cassiæ, nã spica per se, si ore contineatur fluxiones frigidas suspedit, & pila quoq; cõficiunt q̄ frequẽti odoratu iuuat. Habet styracis, thuris, sandarachæ añ. p. 3. costi, spicæ añ. p. 2. succini odorati p. i. musci p. s. melãthij p. 2. cũ gummi & uino pilã cõficiunt, alij lignũ aloës: mirè enim cerebro p̄pitiũ est. In causa calida sandalorum omnium rosarum rubentium, añ. p. 2. cãphoræ p. s. rubricæ armeniæ p. 7. cum rosacea in qua gummi arabicum maceratum fuerit in pilã rediguntur. A cœna memorabilis utilitatis est, semen papaueris satiuũ albi, saccharo obducti, ad ligulã deuoratum, aut syrupus feminis papaueris eiusdẽ cum calicibus, tota nocte uice eclegmatis. si ore cõtinetur, ualet & diarrhodõ. In fluxione frigida catapotia ea laudatur: Castorei, styracis aridæ, thuris, cassiæ, croci. añ. p. i. opij. p. s. cũ rhodome lite pilulæ cõficiantur. Alia sine opio, myrrhæ ʒ. s. thuris ʒ. 3. s. radicis cynoglossi, aridæ, castorei, croci ana ʒ. 4. cinnamomi, glycyrrhizæ, styracis rubi, gariophyllorum, ana ʒ. s. eodem modo cõficiantur, uel aliter ladani ʒ. i. s. mastichis, myrrhæ, thuris, styracis, gummi arabici, añ. ʒ. 3. ligni aloës ʒ. i. eodẽ modo pilulas confice. Præstantissimum remediũ (ut tradunt) præstat terra lemnia uel rubrica armeniaca cum uino, efficaciter enim suspendunt fluxiones eas. Paulus si ex inflãmatione arteriæ & branchus ortus fuerit emplastris occurrendum est discutientibus, quo ad phlegmon dissoluatur. Quale est quod habet dulcis cretici, tragacanthi, gummi, amyli, palmularum pinguium decocti, glycyrrhizæ, pãlsiq; ue ad mellis spissitudinem. Deinde bellaria ex melle & lacte, in amylo uel pane

Sternutameta intèpestiua.

Gargarisationes intèpestiue.

Materia in capite resoluentia.

Seris herba iecur corroborat

Catapotia utilia in frigido catartico.

uel pane siligineo, uel ex amygdalarum sorbitionibus fieri solent, butyrum quoque prodest, sed in primis uini abstinentiam laudat, & uentris decoctionem.

De importunis sternutamentis, Cap. XXI.

Sternutameta sacra haberi in quæstionibus suis tradit Aristoteles, quoniã ex cerebro diuina parte, excellentissima q̄ ac cœlo proxima erumpat. Propterea nouis quoque moribus sternutantibus statim bene ominamur, inuicem que fausta ualitudinem reddimus. Et sternutameto ferculum reuocari inter conuiuas mensam ue, postea si non gustaretur aliquid inter dura haberi, omnino q̄ inane esse, uerus mos erat. Theophrastus senes laboriosius sternuere tradit, solum hominem sternuere, ac morituros sternutametis irritis non moueri. Aristoteles docuit sternutameta præterea que de medio noctis ad meridiem usque à priscis danari, eodem autore uidemus, eadem uero de meridie ad noctis medium approbari. Galenus inter symptomata molestiora cõnumerauit sternutationem, quoniã & causa eius naturalis sit, ea ualidior ac uehementior quam tussis est, qua quæ in naribus sunt, expurgamus lædentia. Aër enim qui à pectore exit, & qui à uentriculis cerebri effluit, unã coniunctus ad propellendum quicquid mordacis inest, prorumpit, impetu quoque quodã sternutamentum ingenti sono elidit. Nam ea si ex coriza non fuerit, plurimum capiti subuenit, utraque enim tum cerebri, tum pectoris uis ad sternutationem facit, pectoris uero ad tussim dũtaxat potentia requiritur, quæ ob id capiti inutilis est. Sonitus enim uehementior redditur, quoniã aër amplior per angustias narium transit, ob eam causam aliqui dicunt, motum esse uiolentum commotione cerebri ex naturali & animali natura cõpositum. Et si cerebri substãtia non moueatur, sed uelamenta tantum id officium præstare. unde sternutamentum ipsum, comitialem morbum uel uestigium esse nuncuparunt. Et si Auerrois uim cerebri expellentis esse contendat, quod uentosum sit aut mordax. Ea sternutatio præterea excitari solet solis radijs per nares haustis puluere, pinna, sinapi, pipere, elleboro, euphorbio, pyrethro, & his similibus feruentis naturæ, inter refrigerantia, aceto, camphora, nymphaea, rosa. Sternutameta caput & cerebrum repurgant, si materia concocta fuerit in distillationibus, dolore capitis, delirio, lethargia, apoplexia, uertiginibus, comitialibus que morbis, & singultus quoque crebros sedare tradit Aristoteles, quoniã quicquid in ore stomachi superfluit, uel quadam discutit, ac depellit. Eadem & partum accelerant, & secundas pellunt, suffocationes que foeminarum iuuant.

Sternutameta sacra habita.

Quibus sternutatio exciuitur.

Commoda ex sternutamentis.

De curationibus importunæ sternutationis, Cap. XXII.

Sternutameta emendari tradit Varro, si palmam altera manu scalpimus: alij anulum è sinistra in longissimum dextræ digitum transferre iubent, aut in aquam feruentem manus immergere, oculo perficato Aristoteles prodidit sternutameta finiri. Et naso pariter, uel auribus uellitatis, gingiuis & palato, anisum inhihet cum apio olfactum, sternutationes quæ initio febrũ eueniunt, ex enim plurimũ obsunt, nam caput replent. Galenus iubet spiritũ intra pulmones cõtumaciter contineri, ut assuetudine cõdiscat natura. Quidam superiores maxillas oleis humectantibus inungunt, quale est rosaceũ, aut cucurbitinum, aut salignum, alij aquam naribus attrahunt, uel os frigida fouent. Quidã & caput ipsum attonsum inungunt, si à calida sit materia, aceto & oui candido oleo q̄ rosaceo admixto, si ex aquilone fuerit, excalescentibus oleis superinfusis occurrunt, & in ambas aures conijciunt, sicut oleum irinum aut chamomilinũ. Iuuant præterea spongiz recentes naribus subiectæ, aut ocimi folia trita, ut Paulus iubet, naribus coniecta. Hinc ad oris uicia transeamus.

k Alexandri

ALEXANDRI BENE

DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMILIANUM Cæsarem Augustum Imperat. inuicissimū, Lib. V.

De uitio oris, Cap. I.

Quibus causis halitus grauius ter oleat.



Syruposi.

Ris uitium intolerabile est halitus graueolentia, quæ consuetudinem uiri & uxoris ingratum facit: quæ ulcerum uitio oritur, aut polypo et narium ozena, gingiuarum tuberculis, dentium corrosionibus, aut putrido uentris phlegmate, aut pectoris uomica, pulmonumque ulceribus: uino crapulaque frequenti pluribus graue olent ora magis que ieiunio. Salacioribus item halitus corrumpitur uel quibus sesaminum in cibo frequens fuerit, aut allium uel cepe, & similia his. Male olent ora siue narium spiritus gibbosis, quos strumosos uocamus, quoniam aer reclusus non meabili canali, sed pectoris incommoda curuitate contentus, diutius quam par sit, unde spiritus uapore olido infectus emittitur. Ex putrido stomachi humore cholericis, aut phlegmaticis saepe id uitium nascitur, quod ieiunantibus grauius sentitur, & a cibo uero minus graue, quoniam cibis oris halitus uniat, ieiunio uero aer in stomacho immotus calidior redditur, tum spiritum & humores qui in eo sunt ad putrefactionem mouet, quies enim putrefactionem sponte exiccat, motus autem ne putrefiant tueretur. Quod autem ieiunio calefaciat, sitis indicio est, ex Aristotele.

De curatione in communi, Cap. II.

Remediū hali-
tur male olentis
propter bilem.

SI cholera oris halitus uitatur, aloë cum melle, aut saccharo uel syrupo rosato cum ci-
chorij aqua danda in potu est frequentius, nam oris halitum abolet. Syrupus pomorum aut cydoniorum ualet. Rhos syriacum ex aqua niuis decoctum & potum experimento ualere constat. Armeniaca poma ualent, ut quidam tradiderunt. Sed peculiari remedio persica oris grauitates ex toto tolli medicorum omnes scholæ laudant, alioquin perniciose arbitantes. & miramur eorum diligentiam in tradendo mali persici naturam, inter omnia mala nocentissima esse prædicantur, præterquam quod oris halitum quod uitio stomachi contingat, suauiore reddat. causam referunt, quoniam siue recentia siue arida (eam enim ob causam in arcis afferuntur) materiam in stomacho putrefactam abstinent, prohibeantque alias ad eum confluere. Quis igitur, bone Deus salubrior fructus, aut eo quis innocetior? Gal. de malo persico hæc pauca retulit. Quid enim dicitur tunc de persica arbore, quæ cum apud Perfas letalis esset, in Aegypto sata innocetior reddita est, & terribilissima eius qualitas in salutarem mutata sit. In secunda quoque mensa profunt pyra recentia, aut condita cydonia pari modo: & quicquid inter fructus acrimonia habeat. si phlegma in stomacho id uitium facit, aloë cum agarico præparato id sanat: uel ipsa hiera uniuersaliter datur. Quidam a crapula uomitiones laudant. In utraque causa, & mulsam exinde propinandam offerunt, uel aquam saccharo concoctam. Alij syrupum absinthinum & aloë mixtam dederunt, uel ipsam in aqua absinthij. Alij catapotia ex aloë & citri semine conficiunt, aut cum iuniperi baccis, aut oxycedri. Plinius de malo citrea lib. 12. Hæc est cuius grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis commendandi gratia. Ex posterioribus hæc halitum commendant, & iucundum reddunt, rosa, uiola, camphora, semen agni, nymphaea, sandalorum farina: & inter testacea onyches dictæ, reliqua calidæ sunt potentia, quæ iucundum odorem præstât, thus, xylo aloës, cinnamomum, mastiches, garyophylli, myrobolanum, nux muscata, & eius cortex machir, cardamomum, carpesion, ocimif, nardus omnium generum, muscum suauissimum odore corpori & ori affectibus præstat uel leui gustatu. Ex his trochisci fiunt qui eas grauitates extenuant. Alij alias mixturas conficiunt. Cardamomum per se commandatum ualet: aut thus sincerum, si sub lingua dormituris continetur aut mastiche. Machir ex uino potum tota die Germanis halitum a putore custodiunt. zedoaria eructuationes male olentes emendat. Malobathrum quoque, apium commandatum proceres adituris, odorem oris commēdat, satureia, cyperus, inter compositiones triphera minor ualere

Malū persicū.
Galenus.

Quæ reddat iucundū halitum.

ualere traditur, & saccharum rosaceum cum musci exiguo, uel iuniperi baccæ cum uua passa. Inter cibaria prodest quicquid assum est, aut muria conditum. Oblunt agnina caro, pisces recentes, lac, & omne pingue, fructus facile putrescibiles, olus omne humidum, legumina & aqua potus, frequensque crapula. Alij graueolentiam leuant rutha commandata, aut tenerissimi rubi caules, cyperi radix, coriadrum, pulegium, citrei cortices, faba assa comanducata, & zedoaria, uini item non sentiri putores in hominum frequentia, qui chartam papyraceam comanducant. Sed ad reliquas causas & remedia transeamus.

Quibus halitus male olent efficitur.

Ad parulidas & epulas,

Cap. III.

PARULIDES sunt gingiuarum tubercula, inquit Paulus, epulis uero est quotiens iuxta dentes in gingiua caro excrescit, non sine interdum febris, ac dolore. Prodest flos æris combusti, per se, uel cum galla, uel piori combusto, aut alumine, aut galla per se, aut æris flore cum aceto diluto pluribus diebus & arefacto. Dentium smegma, aristolochiæ radicis cinis, & cornu ceruini cum exiguo mastiche sal candidus admixto melle, ficulneis folijs inuolutis, & in cinerem redactis cum melle utuntur: cochlea terrestres coibusta cum melle, lana succida cum exiguo sale combusta, omnibus enim aliquid odorati admiscetur odoris gratia, qualis iuncus, nardi spica, aut malobathrum, aut cyperus, aut iris. Quæ exessis gingiuis conueniāt ex Paulo rosarum 3. gallæ 3. zinziberis 3. contrita, gingiuas erosas & putridas sanat, oliuæ foliorum decoctum, acetum scyllite. arida medicamenta profunt, ferri erugo, citinif. Tumores & carnes superexcrescentes sanat portulacæ succus, si ore contineatur. Muria quoque oliuarum, quas colymbades uocant, sordida ulcera atritu purgat, oleum omphacinum calefactum, aut lentiscinum, melinum aut amurca. Ex aridis, ferri erugo, aut æris, aristolochiæ radix, plantaginis semen arefactum, calcanthum torrefactum, aut cytini ipsi. Ad parulidas ex eodem Paulo: Aluminis 3. 4. salis ammoniaci 3. zinziberis, costi, pyrethri ana 3. 4. piperis grana 30. sicca utuntur. Aliud in quo sulphuris uiui, piperis, aluminis scissilis pares portiones. Vidimus ex gingiuis sanguinis profluvia incredibilia, qui supra modum in salsa profluebant, & uix ægra sanitati restituta est.

Dentium smegma.

Ex his gingiuis quæ conueniāt.

Sanguinis profluvia ex gingiuis.

De gingiuarum doloribus ex Galeno & Archigene, Cap. IIII.

GINGIUARUM inflammationibus oleum lentiscinum commendatur, si ore contineatur: nouum esse debet, uetus improbatur, quoniam calidius sit: excalefaciendum est in uale uitreo, aut figulino, quod calefaciat aqua in cacabo pariter calefacta. Valet item, si os intus inflammatum fuerit, hoc est, si lingua & tota intus tunica inflamata fuerit, dolor enim mirè sedat, & materiam discutit sine mordacitate, quibus phlegmones maxime indigere creduntur. Damnatque obiter medicorum uerborum Galenus, cum styptica & repercuentia prodesse phlegmonibus animaduertat, quam magis styptica, & magis discutientia fuerint, ideo magis prodesse falso existimantes: temperamento enim auxiliari certo scimus, nec quæ magis diaphoretica sunt, semper iuuant, nam intempestiua medicina phlegmoni interdum nocet, quoniam nimium diaphorat, ac stypticat, quoniam eorum materiam uiolenter congregat, ac unit. mediocritas igitur in his conferre uidetur. At gingiuarum doloribus Archigenes decoctum radices hyoscyami ex aceto laudauit: inflammati gingiuis alumen cum salis quarta parte, si arida trita imponatur, ac postquam momorderint, uino colluatur, aut foliorum oliuæ decocto, plurimum prodesse tradidit. Eressis gingiuis ad quas humor distillat, oleo calido fouere utile est: deinde gallæ et myrrhæ modicè pollicem adde. In epulis, id est, gingiuarum tumoribus calcathum & myrtum trita cum lentiscino oleo imponuntur. Celsus solent, inquit, interdum iuxta dentes in gingiuis tubercula quædam oriri dolentia, paradontidas Græci uocant: hæc initio leniter sale contrito perfricare oportet, aut inter se mixtis, sale fossili coibusto, cupresso, nepeta, deinde eluere os cremore lenticulæ, & inter hæc hiare, donec pituitæ satis profluat. In maiore uero inflammatione ipsidem medicamentis utendum est, quæ ad ulcera oris conferuntur & mollis linamenti paululum inuoluendum aliqua compositione, ex ijs quas antheras uocant. Dein de ore continendum calidum mulsam, in quo ficus decocta sit: ubi suppuratio coepit, sit, alioquin suberudum incidendum, ne si diutius ibi pus permanferit, os lædat: quod si maior tumor est, commodius totus exciditur, tum lenticulæ cremore commode eluitur plaga,

Moderate os potest esse medicatum.

Eressis gingiuis quid sit uale.

k 2 & care.

& cæteris quibus in oris ulceribus utimur. Alia quoque interdum ulcera in gingiuis oriuntur, quibus mādere ligustrum oportet, succū quoque eum ore continere. si uero dentibus gingiuarum recedunt, eadem antheræ succurrunt: utile est etiā pyra, aut mala non permatura mādere, & ore eum humore continere. Idem quoque præstare non acre acetū in ore retentum potest.

De oris ulceribus & aphtha, Cap. V.

Quæ partes morbis magis obnoxie. Aphtha.

Calida & humida loca, inquit Galenus, de facili uitiuntur, & plurifariam extulcerantur, ulcera quoque ipsa oris diutius durare solent, quoniam remedia non facile imposta permaneant, & oris salua perluantur. Sed quod aphtha appellatur longè omnium periculosissimum est, quoniam altius insedit, & gingiuis incipit, ad palatum & fauces usque totum os occupat, cito enim per eas partes diffunditur, igneæ naturæ, inter serpentina ulcera dira. Ex omnibus humoribus oritur, ex phlegmate falso albescit: ex bili flauū cernitur, reliqui humores suum colorem reddunt, in pestilentia, ac periculosis febribus frequentius apparet ex flagrantibus exhalationibus, raro non diro augurio: ex cibis mali succi uel potibus & ex corruptis intus humoribus. Ulcera oris quo uetustiora sunt eo tardioris curationis: præsertim quæ carcinomatosis naturam habent. In infantibus ex impuro nutrice lacte, uel in stomacho quocumque uitiato, periculosissimum habetur: quoniam misere lactantes consumit: in adultioribus minus periculi est, quoniam remedijs parent. Cum plurimum enim ex humoribus feruentibus & acris perurentibus ea eueniunt.

De curationibus, Cap. VI.

Quaratione uentur oris ulcera infantium.

Quoniam infantibus imperari remedia non possunt, nutrice lac temperandum est, & ad contrariam ulceris dispositionem reducendum: ueteres nutricem ambulationibus cogebant, atque ipsi operibus, quibus superiores mouerentur partes: & cibis lenibus qui non facile corrumpentur ali iubebant. In calida materia uel pestifera exulcerante, quæ uel tactu percipitur tyropus acetosus ex oxylapatho uel oxo, ex malis granatis acidulis: syrupus citreus, aut melinus & his similis frequenti prodest potu nutrice. Veteres in balnea ducebant, ac calida perfundebant mammas. Cibaria conduntur acetosis, acris, uino granatorum, ac uix acerbæ acore: ætate prouectioribus sanguinis missio conuenit, ac uentris deiectio: & cucurbitula sub mento impacta profunt circumcisæ, ac clysteres lenes in calida materia: acutiores si materia magis ardens fuerit. Alij sanguinis missionem laudare uel cucurbitulas, & alius soluenda est. In ore reprimenda continentia sunt: qualis quæ ex malis granatis stomachice dicitur, aqua frigida, & in qua papauer syluestris incoctum fuerit: portulaca cruda commanducata, aut rosa uel eius succus: omphacium, cenanthe, cyrtini flosculi ex melle, lens: oliua commanducata, uel cypri folia, hoc ligustri, myrti folia mollissima, galla quoque immatura, infantibus oleastri folia, uel succus caulium rubi, & folia commanducata: uel radix decocta in uino ad tertias, & acaciæ succus: plantaginis tertia, cuius & folia & radices commanducata profunt. uel si rheumatismo laborat os, prodest & uinum colluto ore: mox hydromel, aut rhodomel. Ex frigida materia semen apij frigida aqua tritum si ore continetur, ualet: & utrunque pulegium: gith tritum aut commanducatum, aristalthæa cum melle, uua passa cum nucleis suis: & cum pipere commanducata, lauri baccæ, flos cysthi in uino austero colluto ore, cynosbati cym, cum maltiche, thia, alumen per se sanat oris ulcera, flos æris ex aqua. Puerorum ulcera sanat butyrum cum melle, œsipum cum anserino adipe. Si os feruentia intus exusserint lacte omnino, statim sanantur, sal in linteolo conserpro ualet.

Serpentina oris ulcera quæ cohibeat.

Oris nomas quæ uetustate contrahuntur, priuatim sedat testudinis fel. Flos uel squama æris omnia ulcera, & omnibus quæ serpunt mysi, calcanthum cypricum, spodiū, alumen cum melle mixto, duabus melle partibus, tertia aluminis.

De antheris & cæteris compositionibus, Cap. VII.

Antheras uocant in quibus iunci quadrati, myrrha, sandarachæ, singulorum p. .4. aluminis pares portiones, aut croci, myrrha singulorum p. .2. iridis, aluminis scissilis, sandarachæ singulorum p. .4. iunci quadrati p. .8. aut gallæ, myrrha, singulorum p. .2. aluminis scissilis p. .2. rosæ foliorum p. .4. quidam autem croci p. .4. aluminis scissilis, myrrha singulorum p. .1. sandarachæ p. .2. iunci quadrati p. .4. miscent, & priora arida

arida insperguntur. Aphthas sanat mel cui rhus syriacum, aut amaræ nuces adiectæ sint: uel mixtis rosæ folijs aridis, pineis nucleis, mēthæ que cauliculo, ex melle, uel eo medicamento, quod ex moris fit, quorum succus eodem modo, quo punici mali ad mellis crassitudinem coquitur: eadem quoque ratione ei crocum, myrrha, alumen, uinum, mel quoque miscetur. Ac si lenia medicamenta in eo parum proficiunt, adhibenda sunt ea quæ adurendo crustas ulceribus inducunt, quale est scissile alumen, uel chalcitis, uel atramentum sutorium. nostri posteriores rhamnum, balauftium, ac lentem decorticatam decoctam accipiunt, & percolato utuntur succo, aut rosacea sola: & sub mento uenam soluere iubent, aut labiorum. oxygala si in ore continentur, prodest, aut pomorum succus immaturorum cum melle coctus. Aphtha, ut tradunt diligentiores, herpes & nomas utrus habet, ob id difficulter sanatur: in quo abstergere omni cura necesse est, ac uehementiori, ut dicitur est, medicamento uti: deinde oleo rosato cum oui candido continuè colluendum est os, quo ad ardor omnis auferatur: demum cicatrix superinducenda est. Laudauit omnis ætatis uituli seuum cum medulla ceruina, uel uaccina, aut uituli, cum cydoniorum succo, & in primis plantaginis succum, aut spodion ipsum cum gallis immaturis, rosâ & acatiâ. Posteri laudare camphoram. Dioscorides succi pomorum immaturorum ʒ. ʒ. mellis lb. croci ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. aluminis scissilis ʒ. ʒ. ulcera enim omnia quæ in humido sunt, per sanat mixta. Cinis glandium serpentina ulcera inhibet, & hirundinum pullorum cinis cum melle: Aliud medicamentum nobile ad omnia serpentina & putrida ulcera erodentia: Arsenici rubentis, calcis uiuæ, gallarum, aluminis, ana pares portiones, ex aceto in pastillos digerantur, & seruentur ad usum à quo oleum rosaceum ore continendum est. Et Galenus pro ætate, ac mali qualitate uehementiora componi remedia ostendit, sed in omnibus mysi prætulit ex uino styptico, aut diluto, aut ex aqua. Si aphtha sordida sit, mysi cum uino austero & melle, inquit, misceto: eo uehementior est, æris flos cum uino & melle: rhus syriacum in pueris cum rosâ & uino colluto ore temperate exiccant. Oleum enim, inquit Galenus, per se aphthis nocet, quoniam humectat, & sordidiora reddit ulcera, & chalcitis pari modo per se officit, quoniam mordet & ulcerat. mixta uero mirabile efficiunt medicamentum. Lac decoctum cum lapidibus ardentibus, uel ferro infantium ulcera sanat, addito sale uel melle. In frigidis oris ulceribus, oxymelle scyllitico utimur, aut oliuarum colymbadum mutia, uel melle rosato cum alumine, deinde quæ ad cicatricem inducunt, imponenda. Atrum uero ulcus & melancholicum, diutius uehementiori indiget medicamento, aceto scyllitico, aut flore æris cum aceto & galla immatura, uel eo medicamento quod habet rhus syriaci, rosarum aridarum ana portiones æquales: spodij, balauftiorum ana p. s. floris æris p. s. arida imponito, & confricato, uel cum succo cydoniorum os foue scypisime. Aliud, passam line nucleis cum aniso terito, ex melle mixta, ore contineantur. Item foliorum oliuæ aridarum, rhamni, acatiæ ana drachmas uiginti, aluminis scissilis, floris æris ana ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. croci, radicem liliorum ana ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. farinæ hordei ʒ. ʒ. mixta ualent. Alij, et uifariam cum galla immatura, & melle adde pergamene chartæ ramenta, cum aceto: uel in pueris in quibus, inquit Aesculapius, gallas immaturas contractas ex aqua coquito, decoctum percolato, adde mellis quantum uis, & rursus coquito ad saporem spissitudinem, & digito aut penna os illinito: & filo uel panno absterge ulcus. In uiris & durioribus corporibus mysi cum austero uino utimur. Diaclysmata quoque alia lenia, alia mediocria, alia uehementiora sunt, pro corporis qualitate, ac ætate, sicuti & cætera medicamenta consideranda sunt.

De lingua ulceribus.

Cap. VIII.

A Murea in ære cocta ad mellis spissitudinem, linguæ ulcera sanat. Sed quæ in latere linguæ enascuntur, diutissime durat, quoniam acutioris interdum dentis obiectu offenditur, qui sanescere ulcus non sinit: quem eliminandum esse protinus dicimus. Peculiariter hirundinum cinis ex mulso sanat ea ulcera, & sal frictus comminutus que prodest lingua perfricata. Andromachi medicamentum, & ad omnia oris ulcera escaras quoque, constat ex ossis, oliuæ cinere, alumine scissili, rosâ, croco, & amylo, ex melle componuntur, Archigenis trochiscus talis est, simi aridi canini, & calcanthi in concha marina si utraqur, & cum melle componantur, ad usum seruiatur. Prodest quod habet hirundinum pullo-

Aphthas quæ carent.

Aphtha quæ difficulter sanatur.

Ad ulcera serpentina medicamentum.

Frigida oris ulcera quibus eueniunt.

Diaclysmata.

pullorum, & simi canini cinerem ex superiori amurca, uel melle mixta. Linguae ulcera sanantur harundinis succus cum melle coctus & illitus. lycium ex aqua rosacea ualet, si ex destillatione fuerit: abrotonum tritum, & cum melle impositum, pituitam continenter fluer facit. Chelidoniae succus cum pipere contrito, sanat linguae ulcera. Ad labiorum fissuras, inquit Paulus, amurca eadem illita sanat, aut adeps anserinus cum melle & terebinthina æquis portionibus, aut foliorum rosarum farina cum ælipo & rosaceo.

De bathrachio ulceris genere,

Cap. IX.

Sub lingua tumor quidam cum inflammatione oritur, ut Paulus Aegineta scribit, in pueris maxime, nam et alias quidam oris partes occupat. In uiris quæ sub lingua sunt, uenas aperimus: tum mysi, floris æris, æquo pondere arida imponuntur, aut anthera utimur, aut spherio, uel diphrygo. Aliud quod & ad aphthas facit, æruginis æris, gallæ immaturæ, chalcitis, pari pondere: ex aliquo dulci imponitur & eluitur. Aliud ceruinam farinam cum melle subijcito, & gallam tritam cum melle aut rosæ foliorum & oliuæ decocto ulcus collues. Alij apostema durum esse uolunt, in quo uenæ nigre intumescunt ad ranae coloris similitudinem, unde nomen habet. Alij phlegmaticum abcessum dicunt, glandulæ similem, adeo eminet, ut alia minor lingua subesse uideatur non sine febris, interdum oritur leralis. In uiris cephalica uena uulneratur statim, quoniam in mora periculum est, ac supra scapulas cucurbitæ imponuntur, scalpello circuncisæ, ulcus, ut Galenus prodidit, ferro non est secandum, ne profluuium sanguinis æger pereat, sed flore æris & medicamentis ante dictis ulcus curamus. uel eo quod habet, gallæ, myrrhæ, aluminis, radices lilij, croci, ana portiones æquales. Aut id quod continet salem ammoniacum & acetum, & æris florem, & tragacanthum, aut eadem quæ ad aphthas diximus ualere. Infantibus origanum, cortex mali granati cum sale confricabis, mixta & contrita. Si his non cedit morbus, ferramento opus est.

De lingua potentij & affectibus,

Cap. X.

Gustandi potentiam facile lædit.

Lingua, ut Galenus exposuit, aut in mouendo, aut in gustando patitur, interdum utroque modo, eodem enim neruo qui mollis appellatur, ab anteriori cerebro tertie syzygiæ pars, gustandi uis ac sentiendi potentia defertur: at quo mouetur lingua, neruus ex septima oritur syzygia, qui longior est ac durior, quoniam mouendi, & differendi officium præstat. Et quoniam gustandi potentia quam sentiendi nobilior est ea de causa facilius à contrarijs læditur, & si gustus ac sensus in eodem sit neruo constitutus: quoniam gustus nitidiorum explicatioremque nerui semitam exposcit, is neruus per summum lingue cuticulam ambientem dissipatur, & in carcerem delitescit: in geminas partes diuiditur, sicut & qui motum præstat à septima syzygia: quarum altera resoluta diuinus sermo, qui uoluntarius dicitur, sublatus cernitur: ita pariter & sensus ac gustus læditur. Mollis neruus ad palatum & ad fauces gustandi riuulos diffundit, quidam & ad gingiuas arbitrantur. Mouendi neruum apte natura duriorum effecit, sentiendi & gustandi uero molliorem. Si cerebrum afficitur, & nerui ij quoque afficiuntur, ex quo originem habent, unde sensus motusque læditur. Lingua igitur in primis, aut resoluatur, ut in apoplexia, de qua primo libro egimus: aut distenditur, aut inflammatur, aut induratur, aut uulneratur, suppuratur, exulceratur uel. Gustandi præterea uis & sentiendi, aut imbecillis redditur, aut ex toto aufertur, aut immutatur: in febris enim ferè omnia amara diiudicantur. Communicatione quoque stomachi, pulmonisque, ac pectoris afficitur. Si ne pinguedine est id membrum, ut sensibilius ac agibilius fieret: nam pingue & seuuim sensum prohibet, quoniam sensu caret, & graue membrum reddit, immo spongiosa lingua effecta est, ut mobilior sit. eadem & salua temperate madet, quoniam ariditas sensibus & motibus officit. Naturaliter dulcibus & pinguibus oblectatur, quia naturæ ij gemini saporis propiores sunt. At si gustus ægrotat, contraria adamat, acris amarus, frigida calidus, humentia aridus, styptica dissolutus. Et quoniam stomachus uiscerum & uenarum dispensator est, uicariam sibi linguam constituit, ut quibus oblectaretur, de saporibus ea diiudicaret. Hæc dulcedine plurimum cum palato oblectatur, quoniam ut Mesagorus & Philotinus (ut Galenus refert) linguae subesse dulcem humorem congenitum tradiderunt, qui bili in febricitantibus quibusdam infectus, & calorem & affe-

Quare lingua pinguedine caret.

& affectum pariter immutat: tum enim dulcia odio sunt. Lingua pluribus rebus indicium facit: ariditate in ardenti febre quonia (ut tradit Aristoteles) pulmonibus uapore flagrantibus superposita sit. In stibus grandinis pestem indicat. Et pecori uersicolori uaria est: & Liburcinis canib. nigra macula inest. nam humoris capax est fungosa naturæ & prima origine colorum uarietate commaculatur. Lingua omnes præter dulcedinem meram saporis male affecta contrahit: quoniam constantiam sibi naturalem immutare nihil potest. Coloribus præterea sicuti & cutis uariatur, flauo præsertim calore, ut in ictericis, quoniam (ut Arist. docet) tunacula uestitur. ut exteriora membra eum, & si in ore ab dita sit, & quia fungosa sit aquositate plena, humor de facili infectos confluens suscipit. Cum igitur eius sapor aquosus est ac humidus corpus integrum ostendit: alba aut pallens frigiditatem notat, nigra caliditatem arguit, sicut & ariditas: quæ quandoque limosa cernitur, ex catarrho aut humidis uaporibus uiscosis: qui sublatis in lingua hæret. Si uero lingua contrahitur in febris, ac crassior fiat, & immotu grauior, sanguinis abundantiam significat. Asperitas cum rubedine abcessus indicat sanguineos, aut in capite, aut stomacho, aut iecore, albicans uero frigiditatem in iisdem partibus præfigit.

Indicia ex lingua.

De lingua proidentia, Cap. XI.

Ex sanguinis plenitudine, interdum ex phlegmatica exundantia, ita excrescit lingua, ut prodigij modo ingens ex ore excidat: quod in quadam femina ex gallico morbo uidimus: ad id membrum præcipiti cursu effluentibus corruptis humoribus, ex quo tum sanguinea & crassa pituita octo diebus incessanter proflebat. Ex sanguine multo cephalica uena, deinde & quæ sub lingua est, secanda est, styptica, acetosa, assidue ore si contineantur, conducunt. ex crasso phlegmate post uentris deiectiones crebras, pituitam ex ore diu noctuque indefinenter ut profleueret, procurauimus: astaphilagræ semine, myrto, balauistijs, gariophyllo, adiecto alumine, uino austero decoctis ore colluto. Deinde alteri medicamini pyrethrum & iridem coniecinus, demum oxymel compositum & scylliticum.

Quo humor genere lingua præter naturam crescat.

De lingua que contrahitur, Cap. XII.

Lingua à natura adeo contrahitur, ut uocè ac uerba explanare minime possit, quoniam quod sub ea frenum est continet, nec educi sinit, infantibus obsterrices ungue, aut pueris ferro hami modo secant. sed uenas maiores cauere debent, alij acie nodo astricto paulatim consumunt & secant. Interdum ex humore lento frigido contrahitur, quo lingua contrahitur, aut melancholico humore arefit: ex febris interdum acuta contracta cernitur. cui oleum uiolaceum ore contentum emolliendo subuenit. nymphetum & cucurbitinum idem præstat, aut salignum, rosaceum uel: addunt alij psyllij seminis, aut cydoniorum malorum cremorem, aut portulacæ, aut maluæ feminis decoctum. Oleum quoque amygdalinum ualet, aut lac ipsum. Occipitio & ceruicis uertebreis, quæ refrigerant & emolliunt, imposita ualent, qualis est aqua cucurbitina maluacæ uel per se aqua tepens. Ex humore frigido, lento, easdem partes foenogracæ, chamomilæ, melilotiq; ue decocto fouere studemus: gargarismarumque pro morbi natura ex cõsimilibus auxilijs imperamus.

Contractio lingue ex morbis suis causis.

De lingua tumoribus & inflammatione, Cap. XIII.

Lingua abcessus calidos, interdum duros, aut molles emittit: uerum fungis uenena litis, aut opio intumescit, quæ suis notis dignoscuntur. Si inflammatur lingua post sanguinis dimissionem ex cephalica, quæ sub lingua est subinde secari debet: ac sub mento cucurbitula cum scarificatione imponenda est: aliusque uel soluta prodest, de quorum nomine mox dicemus, gargarismata nisi post triduum ex aqua rosacea, ac lentis de corticæ decocto fieri debent, uel cum solani succo & aceto. Diamoron ex foliorum oliuæ decocto, aut myrti cum sapa, aut plantaginis, uel cardui syluestris, qui dipsacos dicitur, uel corticis mali granati, aut stomachicæ. Peculiariter iuuant mala persica frequenter comanducata, inclinante morbo gargaristatu prodest chamomilæ, uiolæ purpureæ, maioranæque decoctum, in quo paululum atramenti siliquæ Aegyptiæ infundes, eã nunc cassiam falso fistulam uocant: deinde melle & lacte os collues, uel eo decocto, in quo

Remedia ad inflammationem lingue.

Siliqua ægyptia.

ficus arida, foenugraecum, liliij radix, ac uua passa, decocta sint paribus portionibus: & si suppurari inceperit, ficus arida & psyllij semē ex aqua decocta profunt, si ore continetur: adde oleum uiolaceum, quonia mirē abscessus eos maturant. Interea sub mento emplastrum ex farina, seminis lini, foenugraeci, cum butyro & oleo chamomilino imponitur. At si iponte pus non erumpit, id scapello aperiendum est, cum rhuffis syriaci decocto collues os: cum myrto, lente que decorticata. At in frigido abscessu hiera uenter statim soluendus est, & diamoro gargarisato, uel rhodomelite, aut muria, uel sinapis decocto, aut staphysagriae cū zingibere, origano, pyrethro, & similibus. In ceteris anginae curatio ex omni parte obseruanda sit. At in duro abscessu a sanguine abstinendum est, atrum humorem tamen per uentrem assidue perpurgare paulatim non desines: & lacte asinino, aut caprino linguam assidue fouebis, uel fici aridae, glycyrrhizae, foenugraeci, uuae passae decocto, adde mellis quantum sit satis. Quidam aluum emolliunt, & atram bilem ciunt, epithymata polypodij decocto mane propinando, lac muliebre, aut asininum crebro gargarisato laudant, prodest & caprinum quod diximus. In insomnijs demonstratum est, lactucam & succum eius summum esse remedium in eo abscessu. & grotans monitis paruit, & liberatus est.

De lingua aduisione, & scabricia,

Cap. XIII.

Lingua cerebri, stomachi que exultione uritur, in acutis saepissime febribus, abscessu in teriore inflammante, uel ueneno aliquo epoto, uel commanducato, de quibus in uenatorum libris satis dictum est: ceterum supinis dormientibus, uel ore adaperto, lingua scabra ac durior redditur, quos iuuat saccharum candidum arundini adhaerens. Pruna, myxa, acria cerasa, chamaecerasa, uulguis mariscas ob morbi similitudinem forte uocauit, aut morbum pomi nomine, alij laurocerasa uocare maluerunt: profunt & pruna aegyptia, quos tamarindos uulgo uocant, si ore contineantur: psyllij seminis lentor cum saccharo et aqua uiolacea, aut cydoniorum seminis uiscositas, aut altheae uel maluae seminis cum saccharo. Quidam linguae ariditate infestam gallinaei pulli ure superarunt, in quo portulaca aut hordeum incoctum fuerit crebro, sed exiguo haustu. At si limosa fuerit lingua, acori radix prodest, contrita & confricata lingua. menthae quoque succus, teste Dioscoride, ualet: rhos syriacum quoque prodest ex melle. Zingiber & acorum contrita ex melle, limositatem repurgat. Sapoena cum saccharo scabricia & asperitudinem omnem lenit: prafana quoque utiliter ore continetur: butyrum recens scabricias & fissuras sanat. Psyllij quoque marcor per se, & portulaca commanducata, candidum oui recentis cum lentore psyllij & rosaceo uel uiolaceo syrupo subcoctum, cum portulacae semine, & spodio, mirē congruunt: uel id quod habet seminis rosae aridi, spodij, croci, balaustrorum, rosae aridae, tragacanthi in farinam redacta cum syrupo rosaceo medicamentum faciunt salutare: quod & omnibus oris ulceribus prodest. Lenit scabricias & aduisiones linguae & oris, hordei contusi, uuae passae, glycyrrhizae, seminis psyllij iuste portiones, si ex aqua decocta cum saccharo ad mellis crassitudinem decoquantur, & percolatum frigidum in medicamentum contineatur.

De mutis & imperfecta loquentibus,

Cap. XV.

Quibus causis male afficiatur loquendi facultas.

Quidam ex toto muti nascuntur, alij repente obmutescunt, alij imperfecta loquuntur, cerebri, cordis, stomachi que oris dolore, uulnere que cruciatibus, aut nerui a cerebro orti uitio, aut linguae lacerto laeso, aut si lingua resoluta aut contracta fuerit, de quibus paulo ante dictum est. Capitis quoque ictu, aut ex alto lapsu muti facti sunt, ut in Petro nobili Iadertino Lubauatio, qui trabis ictu quindecim diebus obmutuit octogenarius, cui post abstinentiam sanguinis que missionem nostra diligentia restitutus sermo fuit, deo adiuuante. Muti quoque ebrietate fiunt, Hippocrate primo predicante, qui ebrius repente obmutescit. Quibusdam cibus male uerba dearticulantur: qualis cynaræ carduus pineus: aut nuces iuglandes: quod & loquacibus in prouerbium obiurganti transit. Ceterum spasmo, mollitie, siccitate linguae, duricie, ulcere, abscessu, aut freni breuitate, aut immodica crassitudine, contingit. Qui balbi dicuntur, cerebri abscessu, multi obmutescunt, quoniam materia ad neruos & lacertum transfertur, aut obfesso neruorum meatu. Exemplo cuiusdam nobilis pueri ex Pollana familia Cydone, qui in febris acuta lethargicus

thargicus effectus est, post quintum diem obmutuit, deinde cruribus resolutis, post decimum quintum diem ex toto & sermo & corpus debile restitutum est. Ex intestinorum quoque & uentris animalibus plurimi obmutescunt, exemplo cuiusdam puellae in Cornelia familia in Creta, quae octo diebus muta fuit, rigentibus oculis, emissis uermibus sine sordibus una conuolutis, liberata uidimus. Sermonem, inquit Galenus, dentes anteriores sublatis, aut labiorum fissura, aut nares catarrho obstructae, uuae que & gutturis uita infestant: quibus uerba ac uoces male explicantur.

De Curatione,

Cap. XVI.

Si Phrenitide quis imperfecta male loquitur quadam linguae immobilitate, uenas quae sub ea sunt, secadas tradunt, & capiti uiolaceum oleum infundendum, aut nymphaeae. Ex uulnere, aut conuulsione sermo aliquando non restituitur. De spasmo, aut linguae dissolutione alia diximus. Repente obmutescentibus gummi hederæ cum melle liquatum, mirē prodest, aut buglossi radices, in meraci uino coctae, si in ore contineantur, aut origani succus auribus instillatus. Pyrethrum idem facit, linguae subditum, aut castoreum, aut si ocymi seminis semunciam cum uino bibatur, obmutescentibus prodest. In animi deliquio eiusdem folia in meraco uino infusa, linguae imposita, ualet, & repente uerba restituit. Pulegium aceto infusum panno naribus subiectum, & theriaca conficato palato & gingiuis iuuat, aut ruthe decoctum & potum. Catarrho aut defluente, si uox amittitur, cucurbitula bregmati acius imposita, humorem fluentem suspendit: aut si capiti abrotani decoctum infundatur, mirē enim sistit: at in uulnere stragulationibus sternutamentum cum albi ellebori farina repente uocem restituit mulieribus. Obmutescentibus quoque repente (ut ueteres tradidere) pulegium olfactu mederi obseruauimus, uel eius semen: quos & ceparum succum ex aqua bibendum dedisse uideo.

De labiorum fissuris,

Cap. XVII.

Tument ac saepe labia finduntur, sicut & narium extremitas ex acutis destillationibus, quae difficulter interdum persanantur. Si uitio sanguinis fuerit, eum dimittere necesse est, ex iecore uel capite, uel ex menti parte: aliquando uitio stomachi, quod deiectione uincit: ex ijs quae aluum emolliunt, & in cibo prafana, cum hordeacea aqua laudatur: uel cucurbita in esca: & similia, tum fissura rosaceo uel uiolaceo cum cerussa illinitur: aut coquod habet gallae, cerussae ana p. i. amyli, tragacanthi, gummi ana p. s. ex adipe gallinaeo, uel anserino, cogantur, aut gummi, mellis, mastichis, oelipi ana p. aequales. uel id quod habet gallae farinam cum melle terebinthina, mastiche, oelipo, & adipe anserino. At radices portulacae farina, cum melle sanat omnes fissuras. Psyllij decoctum cum gummi & adipe anserino ex uento uel frigore fissuras emendat. Amylum & penidiorum confectio ex rosacea, ulcera & fistulas sanat, quae ex febribus contingunt. Id omnes fissuras & equorum suffragines sanat, cerae, adipis anatis, oelipi, rosacei ana p. i. tragacanthi, amyli, succi seminis cydoniorum ana p. s. gallae farinae, cineris equinae caudae euulsa, surfuris quoque, plumbi usti ana p. s. unctum confice, & alio arido polline conspergito, quod hoc modo fit, mastichis, gallae cineris, equinae quoque caudae antedictae, plumbi usti, corticis mali granati, cerussae, corticis thuris, tragacanthi ana p. aequales, ea uino austero infundes tota die, quae lamina ferrea arefacit. Aliud emplastrum ad eadem sic facito: quod & foeminarum rhagadas in papillis sanat, & manuum quoque si ter duntaxat illinatur, promittunt. Habet lithargyrum albi, myrrhae, zinziberis ana pares portiones: at in teneris corporibus, zinziberis partem diminue, adde cerae & olei quantum satis sit, & mellis exiguum. quae uetustae sunt fissurae, aut insanabiles candenti argenteo stilo adaperata fissura, sanant: Cetera labiorum ulcera, ijs quae oris ulceribus profunt, persanari dicuntur.

De crebro oscitantibus, frequenter que brachia pandentibus, & de labiorum tremore,

Cap. XVIII.

Frequenter homo oscitat, ac pandere pariter uidetur: cum ad musculos, neruos mandibularum, alarum que uapores delati regeruntur. Sed ineauros uidentes oscitatio inuitat uel simulata, pandiculario uero nunquam: ea & duro quadoque accubitu eueniunt: uel imaginata libidine, a somno saepissime expergefactis: quoniam calidam (ut inquit Galenus)

Repente obmutescentibus uulnere.

In animi deliquio quae uerba ueni.

Remedium ad rhagadas papillarum.

Problema nouum. Galenus)

Galenus) materiam lacerti sentiant. At ea eueniunt notæ perturbationis incipientis paroxysmi, uel crysimo tempore, Hippocrate demonstrante, qui uinum tum dilutum potandum censet, quoniam utriusque redium solui tradit, & materiam importune euaporantem discuti eo remedio: sed mundum corpus esse debet, sine febris & neruorum ullo affectu, & perficere leuiter membra iuuat. Labrum quoque inferius sæpe tremulum apparet, metu uel ira interdum: Francisco Viario nostro Veneto patricio dum loquitur, semper tremit. In nausea ferè semper, uel ex humore mordaci, uel oris stomachi nimia agitatione, magna inter se communicatione, tremit. Interdum ex cerebri aliquo ingenti affectu, illi uomitiones profunt: huic quæ crebro, & occipitio imponi diximus, omnino conferunt.

Labrū quibusdam tremulū.

Tumorū gingiuarum causa & differentia.

Tument gingiuarum omnium humorum uitio, qui notis suis dignoscuntur, ij ex capite destillant simplices aut mixti ex stomacho quoque noxiū uapor ad has partes rapitur. Tumores alij recentes sunt, alij inueterati, qui cum plurimum difficulter sanantur. Si humoris feruentis fluxus uehemens est sine dimissione sanguinis, aut uentris deiectione raro sanari potest: uena rectè secatur, quæ inter labrum & gingiuas sita est: deinde os rosæ aridæ decocto collui debet, aut myrti, aut balauſti, plantaginis uel, & acetoso lacte: omphacino oleo, uel myrtino apte occurratur: uel præcipue lentiscino recenti à Galeno maximis laudibus approbato. Succus foliorum tenerimorum oliuæ plurimum ualeat. At si abscessus intus suppurat, nec aliter dissolui potest, ferro aperiendum est, & si putre ulcus uideatur, flos aris & galla trita ex aceto aliquibus diebus ualeat. Si sanari ulcus, neque repleti potest, cauterium probatur: aut oleo feruenti, rosaceo lana specillo inuoluta inuritur. At quod ex phlegmate ortum uitium est, melle & oleo sanatur, in sanguinolentis gingiuis sanguine ex cephalica demittito, uel ex uenis quæ sub lingua sint (ut alij tradunt) prodest saccharum rosatum dolorem gingiuarum sedat: uel cornu ceruini cinere admixto. aut foliorum rubi succus butyrum coctum cuncta oris suppurantia maturat, & dolorem sedat, reliqua auxilia supra de oris ulceribus querenda sunt. Si gingiuarum (inquit Paulus) sanguine manant aluminis farinam superinpergito, aut aloën cum uino, aut rhus syriacum.

De ore noctu saliuante,

Cap. XX.

Salua ex stomachi humiditate quæ conueniat.

ID uitium ex stomachi nimia humiditate provenit, aut ex caliditate interdum oris stomachi, ut ieiunij, uel uomica redundante salua: quod & uigilando contingit, crapula item, aut capitis destillationibus, frigore eas partes comprimente, contingit. quod stomachi humiditas facit, uomitiones crebræ emendant, ac cibi cum sinapi admixto, mane que ipso thuris pollinē, aut mastichem cum uino damus austero. & balani quoque quos chebulos uocamus, conditi mane deuorandi sunt, aut balsami cortex conditus: tum uentrem soluimus hiera, addito sale Indico, anisi semine, ac ami. ex aliquo dulci sequentibus diebus theriaca assumpta ieiuno prodest, aut tryphera. Vulgus alliu assumat, aut sinapi conditum. Si ex caliditate & humiditate id uitium oriatur, missionem sanguinis utilem esse plerique existimant, ac astringentes cibos conferre: sicut & uinum austerum, carnem quoque hædinam, pisciculos, auiculas, & similia laudantes: ex stypticis antedictis os colluendo: intubis præterea decoctus, & cum sale in cibo datus, plurimum ualere existimatur. Quod ex destillationibus contigit, ex ijs quæ in prioribus libris dicta sunt, sanari proposuimus.

Alexandri

ALEXANDRI BENE

DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXI-

milianum Cæsarem Augustum inuictissimum Imperatorem,

Liber VI. de affectibus dentium.

Proœmium.



Dentes in homine ad conficiendos cibos tam necessarii sunt, ut sine ijs uitæ magna ex parte dulcedo amissa uideatur: ad eloquendū cum defluerint primores, præsertim conceptu quodam linguæ ictum excipientes, explanationem uocis sermonisque omnem, hebetantes uerba, adiungunt. Ob id quidam adalligarunt filo aureo, aut peccine eburneo, simulata dentium structura, ita ut cernentes fallant, ita aptè collocant, ut cum comedendi hora fuerit exemplibiles habeant. Quidam cum dentibus nascuntur, M. Curij exemplo dentati. Aliqui uice dentium continuo osse uno geniti sunt. Seruum Aethiopem infausto ueluti omine, quod omnes dentes serratos ueluti caninos haberet, olim emere nolimus. Dentes inuicti ignibus, tabe cauatur pituitæ. Dulcibus, quale saccharum ac mel, non solum esu frequenti corrumpuntur, sed polline uolatilī confectionibus uel ipsa adoleſcentia uitiantur, ut edentuli attritis primoribus ad radices usque uideantur: raphani quoque comanducatu & porri, atteri certū est. Dentes & si ossi lapidei que uideantur, frigore de facili aut subito læduntur: calore uero minus, quoniam plurimū habeant caliditatis: tenuissimosque in se meatus, ferre uel alicuius instrumenti stridore læduntur pari affectu, tam facili causæ transitu. Raris dentibus genitos, breuioris esse uitæ indicium tradit Aristoteles, contra longioris: plures quā triginta duos dentes habentes certo augurio prodidit. Fœminis minor numerus, et maior uiris, qui diutius uiuunt. Dentes carne ipsa solidiores sunt: & frigora tamen magis quā caro sentiunt. Quibus maxillares defluxe, anteriores attritu uicem præstare in conficiendo uicimus.

De dentium morbis,

Cap. I.

Dentes nigrescunt, cauatur, eroduntur, humore destillate carioli & foetidi, qui ignibus non absumuntur: atteruntur, labefactant, suppurat dolore & cruciatu interdum impatibili: obstupescunt acribus calidis superuenientibus, frigidis & algore protinus uitiantur, extenuatur præterea in senectâ, ut labentes sponte decidunt: in ea ætate rursus renasci uisum est, etiamnum hoc nostro æuo, Victorie Fabrianensi cuidam fœminæ octo genarum renati sunt, ac à defluuio capilli rursus orti sunt. Dentes sicuti & oculi suos magistros constituunt, propterea suo uolumine dignos existimauimus.

De dentium conseruatione,

Cap. II.

SI dentes incolumes seruari uolumus, stomachi ratione ac capitis deinde curam obseruare debemus, ne crapula eos infestemus, aut acribus uel acetosis uomitionibus, lactis usum euitemus, quoniam de facili in uentre uitiatum dentes uaporibus corruptat, dulciaria omnia sicut ex saccharo confecta (ut dictum est) & aridæ fici, obsunt, porri, aut raphani commanducati. Solida ac dura dentibus inimica sunt, stupefacientia, ac gelida, quæ & cæteris ossibus nocet, feruentia superueniente frigore magis lædunt: uel adurentia ipsa: quoniam naturalem humorem absumunt, quod ardenti nucis cortice efficiunt in dentium tormentis. Scalpere dentes repurgando iuuat, sed id molliter fiat, ne mobiles reddat: euitet raphanos ac porros, quoniam dentes & gingiuas lædunt: ea si quis obseruauerit dentes nunquam dolituros. Fiunt & dentifricia quibus dentes leniter confricamus, ne doleant, ac importune labent: que gingiuas astringendo iuuant, ac inhærentes eximant tofos: quos poros Græci uocant. ij enim densata colluie circa dentes adnascuntur ut in conchis marinis. Dentifricum myrti folia faciunt, balauſtia, mori cortex, lignum aloës trita & mixta, nam & oris suauitati conferunt. Dormituri os oleo efficaciter colluunt: myrteo uel rosaceo, aut myrobalanino, nardino uel. Dentes tuetur immunes, ab iniurijs si bis in mensē os colluatur decocto tythymali ex acetone, eius generis qui minima habet folia, anagallidi similia, lactuosa, alij portulacæ, nam mira dentes stabilitate confirmat. Sed cum melle mixtus dentifricum facit, sed si torrea

Dentium usus.

Restitutio dentium in senibus.

Quibus uitiantur dentes.

Vita longior nem ex dentibus cognosci.

Exemplum annui renatos dentes.

A quibus abstinentur dentes conseruatur.

Tofus.

Dentifricum.

si torreatur, melior: alumen cum myrrha, uel absinthij decoctum cum uino, addito melle. Aliqui uale denticificiū faciunt galla, samfuchio, pipere, sale, & exultis palmularum ossibus: ea temperata exiccant: tamen abijci possunt, albi populi cortex, pini nucis, ceruini cornu cinis, uel foliorum cupressi, aut nucis ipsius, aut radicis pentaphylli, aut callitrichi, spica indica addita, aut cinnamomo. Tradunt ex posterioribus nonnulli acetū ad id prodesse, quoniam ad utramque qualitatem faciet, nam frigidā extenuat, & calidam frigefacit. Prodest radicis capparidis cortex, aristolochie rotundæ radix per se, aut ossium palmularum cinis, uel gallarum, aceto extinctus, denticificium facit. Dolore sunt immunes, si te-
Quid reddat dentes immunes dolore.

Quid reddat dentes immunes dolore.

Ad dentium candorem,

Cap. III.

Melongia.

Dentes colore tradit Galenus melongie infici, hoc est, nigrescere, uapore malo taliter inficiente, sed que sit melongia, paucis attingam: tradunt eam herbā ætate nostra peregrinā ad hortos peruenisse, duorum generum albam & nigricantem, cucurbitulis angusto mense dependentibus, iam familiarem & in fenestris collocari, in cibis nonnullis grata est, humorem melancholicum generat. Matronis id uisum quibusdam smegmatis faciem uenustā reddentibus, oriri solet, argento sublimato imposito, quæ & animum grauitatem faciunt geminata cura, nigrescit & uniuersa intus materia, subeunte dira tabe: In ea curatione pinguis uitāda sunt, & somnus protinus a cibo, uomitus aceto sus: in cibis que fungi, uel sesami, semen. Spuma maris, siue alcyonū candorem dentium facit, salis que natura, & eius qui cappadocus dicitur: & ammoniacus, uel præcipuus, qui ex cinere conficitur herbæ cantilij, ex quo cū marmoris farina uitrum conficiunt omnes uitriarij: teste ostrearum cinis, aut ex radice harundinis. Vitrum per se candorem reddit dentibus. Denticificium id habet salis cremati p. 3. cinnamomi p. 2. nardi p. 1. Aliud, cineris teste ostrearum p. 4. rosæ aridæ p. 2. cyperi p. 3. iunci quadrati p. 1. Aliud quod & dentes sistit mobiles, & a corruptione uectur: habet nitri farine, ossium sapiarum, myrrhæ, ana 3. mastichis, cyperi, ana 3. cornu ceruini cineris, costi, cinnamomi, anisi, gallæ, salis am noniaci, aluminis scissilis, sandarachæ, ana 3. i. in farinā redigatur, cōficabis dentes a cibo, & uino collues in quo aristolochie radix rotundæ incocta sit. Lana succida ex melle dentes conficabis, candorem facies, & oris grauitatem emendabis. Paulus lanam succidam cum sale combustā laudat: sed aliquid odorati admisceri omnibus docet, odoris gratia: qualis est iuncus, spica nardi, malobathrum, aut cyperus. Aliud eiusdem ad candi-
Que ad candorem dentium faciant.

Que ad candorem dentium faciant.

De dentium dolore,

Cap. IIII.

VNum hominem inter animalia dentium cruciatus tentari credunt, quoniam uni inflamman-
ratione

ratione obuia, quoniam dentes nutriuntur, & augetur, fidem faciunt dentes, qui ex aduerso eorum, qui ante exempti sunt, in dies succrescentes, duabus propterea contrarijs afficiuntur (ut Galen. scribit) hoc est phlegmonis modo inflammatione, ac in suppuratione, quod idem areferi, ac extenuari uideantur, ut in carnosus euenit membris. Vtrumque enim symptoma diuersam affligit ætatem. Nam senectuti adeo extenuantur, ac arefiunt, ut laxatis maxillarum structuris sponte decidant. At iuuenturē ipsam magis tormentis phlegmonoides exercet. Id obiter dixerim in morbo gallico dira ætatis huius peste, qua tibiae & cætera ossa suppurare ad medullas usque uidemus, incorrupta membrana ambiente ossa: quoniam non lapideis membris, sed mollibus pereat morbi natura. Dentium dolores, eroliones, cavitates, nigrescentesque partes distillationibus humoris que tabe erumpente eueniunt, sicut & alta exteriora ulcera, quæ partes erodunt, & excauat: aut ex stomachi redundantiā, aut quia uermis intus ortus sit.

Senum dentibus quid eueniat.

Ad leuandos dolore dentes,

Cap. V.

SAnantur dentium phlegmones (ut Galen. memorat) iisdem ferme rationibus, quibus cæteræ corporis partes curantur, superabundantiā humoris demendo, & eandem discutiendo, & si qua materia est, quæ subinde erumpat suspendere prius oportet, uel eā finire, aut consumere. Si exigua uero fuerit materia stypticis sæpe sanatur, colluto ore: si multa, uniuersum corpus & capitis partes, procurare necesse est. Qui molliores sunt dentes, qui facile excauantur, altringentibus iuuantur. Dentium liuorem ex retro humoris influxu arefacientia sanant, uel excauatos, ne ulterius serpat malum, pari curatione adiuuant. At extenuati dentes in senectute, aut cibi nimia abstinentia, ut in publica fame, nullum penè desiderant auxilium, quoniam mandibularum relaxatis foraminibus extenuati dentes per se labant, aliquantisper tamen iuuari tradunt stypticis, quibus mobiles sisti significabimus. Dolores dentium sedari efficaciter scribit Paulus decocto silicis ex aceto acerrimo. Ad dentium uero phlegmonem acetū prodest in quo galla decocta sit, aut halicacabi radix, aut hyoscyami semen, aut folia, aut pulegium, aut strichni succus, aut capparidis radix, uel myrti folia, polium, cucumeris erratici radix, aut rutæ folia cum oxymellite, aut cornu ceruinum, aut scyllite acetum, pyrethrum cum hyssopo, aut galbanum, aut uiuum sulphur cum lycio, aut hyoscyami seminis fotu: aut phylonium antidotum dentibus impositum, quoniam opiatum esse dicunt, dolorem ob id sedat. Rheumatismus dentium, myrrhæ & lentisci & gallæ decoctum, si ore cōtineatur, prodest, aut rhus syriacum & balauſtia. Aut id medicamentum dolorem leuat in quo salis p. 2. aluminis combusti ex aceto extincti p. 5. ex uino liquata ore contineantur. Alii qui & sanguinis missionem initio tormenti laudauerunt, alij sub mento cucurbitulas, alij in auribus contrarijs uenas secant. Fere omnium sententia est, ut uentris deiectione non omitatur. Alij sanguisugas gingiuas collocant, alij scarificatione contenti sunt, si materia calida præsertim fuerit, si materia phlegmatica fuerit aut melancholica, catapotijs suum trahentibus humorem citam aluum reddemus. Peculiare remedium obseruat Galenus, allium contritum & extrema adalligatum palma, ab ea parte qua dens dolet, sedare dolorem tradit, cucumeris erratici radicis succus, cucurbitæ succus decoctus. Dolore dentes liberari, circumscalpti radicæ pastinacæ certum est. Allium cum aceto tritum ore colluto dolorem imminuit, additurque ipsum in caua dentium. Cohibet lactuca caprina trita ex aceto colluta matutinis bis in mense: eam in tithymalorū genere esse tradunt, de qua supra dictum est: succus radicis asparagi in uino decocti, si ore contineatur, sinapis item semen tritum uel radix manducata, & succus siliqualtri. Heraclij cum melle & nitro, & cum aceto decoctum gith, dolorem compescit. Rosæ semen crocinum in umbra siccatum nec anno uetustius ualeat. Radix aristalthe purgatis gingiuis decocta medetur dolori, eius quæ unum caulem habet radice circa dentem qui doleat, perunge donec desinat dolor. Lapatij syluestris radicis decoctæ in aceto succus, si pereolatur. Medetur semen sinapis si manditur, uel succus lacteus è cauliculo eius cum induruit. Acariæ cortex interior in uino decoctus: dentium dolori prodest colluto ore. Non censuerim, inquit Plin. quod aurores suadent, cauernis dentium in dolore inditum laser cera includi, magno experimēto hominis, qui se eadē causa præcipitauit ex alto, quippe
tauros

Phlegmones dentium quibus rationibus curantur.

Ad dolores dentium efficacis remedium.

Philonium opiatum.

Lactuca caprina.

tauros inflammat naribus illitis. Leucacantha commanducata aut in aceto decocta, succus radicis aphodeli decocti in oleo in aurem contritam infusus dolorem sedat, & uuae taminex nuclei in aceto decocti, & ad gingiuarum rheumatismum, maxillarum quoque doloribus prodest melilotos cum lacte, aut lini semine, & earum tumorem sepe decocta in patinis cum sale & adipe. Dentium dolori caprifici lac appositum in lana prodest, aut in cauis earum inditum, ac eius radix in uino deferuefacta: lachryma aloes illita. Omphacinum oleum dolorem magis quam aliud custodit. Item laurinum recens: mori decocto os collutum iuuatur, & radix per messes incisa succum aptissimum reddit, gallæ nucleus commanducatus sedat. Cedria quoque plurimum ualet, galbanum imponitur, ammoniacum sedat efficacius accensum. Piceæ & lauricis folia, trita & decocta in aceto, platani cortex in aceto remedium est. Tedæ uero efficaciter colluuntur, uel lentisci foliorum decocto: aut myricæ, hederæ acini triti in rosaceo, calefacti in cortice punico, instillant à contraria aure, & gummi eiusdem ex aceto utilissimum est, & folia tenuis scammonex ex aceto & millefolium quoque, & decoctum graminis ex uino ac melle. Ab æqualibus id laudatur, quod habet thuris, piperis, myrrhæque pares portiones ex aqua in æneo uase decoquantur. Panacis radix commanducata remedio est, præcipue tamen chironix succus, colluto ore. Radix hyoscyami ex aceto commanducata, item polymonix, plantaginis radices commanducantur, aut colluuntur, & peucedani succo, ab altera nare quam doleat infuso. præcipuam radicem habet ephemerone: concisam in acetoque decoctam, ut tepido colluantur, & ipsa etiamnum radix mobiles silit, ut dicemus, in dolore ranunculi radix commanducata rumpit. Radix anconis decocta in posca, & arction in uino decoquitur: ita ut contineatur in ore decoctum. Medetur odontidis caulicorum decoctum in uino austero, quantum manus capiat eodem modo. In doloris obseruatione ante somnos mero lauantur dentes per halitum, frigida aqua mane: magnum remedium est in luporum capitis cinere, certumque est in excrementis eorum plerumque inueniri ossa, quæ adalligata eundem effectum habent: Item leporina coagula per aurem infusa contra dolores. Reperitur in latere leporis os acui simile, hoc scarificari dentes in dolore suadent, & in equorum corde inuenitur os dentibus caninis maxime simile, eo scarificari quoque in dolore. Lac caprinum ualet, si dentes colluuntur, ut fel taurinum. Talorum capræ recentium cinis: & omnium fere uillaticarum quadrupedum, & capitis canini cremati cinis sine carnibus ex oleo cyprio per aurem cuius è parte doleat. Caninus dens sinister maximus circumscarificato eo qui dolet, aut draconis os è spina. Item enydridis, est autem serpens masculus & albus, huius maxime dente circumscarificant. Vermes terreni in oleo decocti infusi que auriculæ cuius è parte doleant, & eorum cinis illitus, comburi autem oportet in testa, profunt & cum mori radice, in aceto scyllite decocti, ita ut colluantur dentes: serpentis cum sale in olla exusta cinis cum rosaceo in contrariam aurem infusus: uel anguine uernationis membrana cum oleo, tedæque resina calefacta, & auri alterutri infusa: adijciunt alij thus & rosaceum, & pippopotami dentes leuant ex scarificatis gingiuis, & anguium dens adal ligatus dolores minuit. Sal item cum aceto foras & illitus cum resina prodest. Nitrum item uinum cum pipere si colluatur os, uel porri decocto. Medentur castorei testes infusi cum oleo triti in aurem à cuius parte doleat. aut ossa draconis marini scarificatis gingiuis, aut cerebrum caniculæ in oleo decoctum, asservatumque ut ex eo dentes semel anno colluantur. Pastinacæ quoque radius scarificatis gingiuis, balsamentorum fictili uase combustorum cinis, addita farina marmoris inter remedia habetur. Profunt & omnium balsamentorum spinæ combustæ: tritaque & illita. Decoquantur ranæ singule in aceti heminis, ut dentes ita colluantur, contineaturque in ore succus, si fastidium obstaret suspendebant pedibus posterioribus, ut ex ore uirus deflueret in acetum feruens, maxillaresque ita sanari dentes præcipue putabant. Alij 36. ranarum corda in olei ueteris sextario sub ærea testa discocere, ut infunderent per aurem dolentis maxilla. Alij uero ranæ iecur decoctum & tritum cum melle dentibus imposuere. omnia supradicta ex marina efficaciora. Enydris qui coluber à nostris dicitur in aqua uiuens, huius quatuor è superioribus dentium in dolore superiorum gingiuas scarificat, inferiorum inferioribus, Aliqui

Enydris serp.

Aliqui cancrorum cinere in dolore utuntur. Myes sanant dentium eruptiones pituitæ. Dolori prodest mysi si ore contineatur. Medetur bitumen cum nitro illitum & alumen quoque gagates medetur denibus, uino deferuefactus, uino colluto ore. Alabastrites lapis in alabastro medetur crematus & cum fossili sale tritus & impositus.

Cataplasmata ad dentium dolores ex diuersis autoribus, Cap. VI.

Punicum acidum aridum, galla immatura, piceæ arboris cortex, miniumque contrita pari portione, aqua pluuiali uel aceto coguntur, aut uino austero in pastillos digeruntur. Aliud in quo panacis, papaueris lachrymæ, peucedani: uuae taminex sine seminibus pares portiones conteruntur. Aut, galbani partes 3. papaueris lachrymæ pars quarta, myrrhæ, cardamomi, singulorum p. 1. croci, pyrethri, ficuum singulorum p. 4. sinapis p. 8. contrita linteolo in humero apponantur partis eius, qua dens dolet, si is superior est à scapulis, si inferior à pectore, idque uel dolorem leuat, & cum leuaui, protinus submouendum est.

Ad dolorem dentium, qui exesi, cariosi, & fetidi sunt, Cap. VII.

Siuero exesus est dens festinare ad eximendum eum, nisi res coegit, non est necesse, sed omnibus fomentis, cataplasmatibus, quæ supra posita sunt, dolor discutendus est. Adijcienda quædam simplicium remedia, quæ uiciatis huiusmodi dentibus profunt, & in dolore. Ad dentes erosos succo ex ligno hederæ inciso emanente utuntur. Dolentibus imponitur ueratrum nigrum, aut ephemeræ radix eorum cauis imprimitur, uel ehelidonix radix ex aceto illinitur, uel ore continetur. Labro uenerio in flumine nascenti uerni culus est, qui cauis dentium cera includitur, tithymali item semem eodem modo ceratinctum ualet, uel radix decocta in uino aut oleo. ossa item combusta quæ ex acetabulis per nasum suum sunt circa quæ coxendices uertuntur, corruptos dentes confirmant: si cariosi & fetidi sunt, centum ranarum corda in furno arceri per noctem, postea tantundem salis addi, atque fricari prodest.

Dentes non temere eximendos.

De dolore dentium secundum Cædenu, Cap. VIII.

Dolor dentium absque gingiuarum inflammatione, siue in ossis materia siue in nervo fiat uehementioribus æget auxilijs, siue discutientibus opus fuerit, siue dissoluentibus: ex humore, aut incluso spiritu inflat: ob id plurima remedia ex aceto fieri demonstrauimus, sicut galla ex aceto ab Archigene laudata, aut halicacabi radix & galla ex aceto: aut teda pinguis ex eodem, aut myrri cauliculi, cum pice ex aceto, aut semen hyoscyami, aut folia eodem modo. Aut cedria, propolis, nardus, solanum siue strychnæ, cortex radicis capparidis, allium, singula ex aceto profunt, uel polium, porrus, singula ex aceto nitro & pipere, aut chamaeleontis radix, staphisagria, ruta cum uino austero, aut pulegium cum oxymelle: aut platani fructus, rosa arida ex albo, quo ad tertia pars super sit, seruat ad usus: radix quoque pentaphylli, quæ ab aliquibus dicitur eupatorijs, in uino cocta, aut in decocto pulegij. De cortice punici mali eadè gratia est, & in lacte asinino. De tithymalli radice parua retulit Archigenes quæ et Plinius ferme omnia celebrauit.

Eupatorium.

Apolonijs ad nigrescentes dentes remedia, Cap. IX.

Sal fossilis prodest ex melle: sed cremari prius oportet: adde paulum myrrhæ, pulegij p. 1. salis tantundem, tritis confricabis dentes: ficus arida aduritur, cum nardo & melle ualent, nam & gingiuas contrahunt. Aliud, alabastris 8. pumicis 3. salis fossilis ana 3. 4. iris arida in uino ante infusa, si colluatur os plurimum prodesse dicitur.

Aesculapij ad dolorem maxillarum, Cap. X.

Smyrnijs radicis in oxymelle decocto, utitor, aut lapatij radicis & platani pilularum decoctum cum oxymelle, ita ut contineatur ore. Aliud pastille mundæ 3. 1. piperis albi 3. 1. coccognidij, spicæ, pyrethri, myrrhæ. Ad dentes corrosos, qui à dolore immunes seruetur, zingiber cum melle uel oxymelle, aut gummi hederæ cum galbano, aut tithymalli succus, aut caprifici, aut opij, myrrhæ añ. 3. 2. piperis albi triti, galbani ana 3. 1. styracis 3. 2. cum uino dulci pastillos confice: in caua dentium indito. Aliud, hyoscyami, seminis myrrhæ, opij, galbani, styracis, zingiberis ana 3. 2. piperis 3. 1. ex uino dulci confice pastillos.

Timocratis

Timocrates ad dentium candorem, ne erodantur, & ad suauem anhelitum, Cap. XI.

Netri, farine ossis sepiæ, myrrhæ ana ʒ. 4. tritis utitor. Aliud, aluminis scissilis ʒ. 6. mastichis ʒ. 1. aridæ rosæ sine unguibus ʒ. 2. iridis ʒ. 4. trita omnia facies. Aliud, alumen cremato in aëno uasē, & uino austero extinguito, adde mastiche, thus, & folium. Aliud, cornu ceruini cremati ʒ. 2. marmoris farine ʒ. 1. origani ʒ. 4. Aliud, quo dentes immunes reddimus, origani montani drach. 2. hyssopi drach. 4. paritarie drach. 2. salis in olla cremati ʒ. 1. piperis ʒ. 1. pollinem facito, eo neque dolent, neque cauantur dētes, neque gingiua sanguinolentæ erunt.

Ne gingiua sanguinolenta fiant.

Ad dentes erosos, cariosos, & fatidos, Cap. XII.

Hæ compositiones etiamnum dolores discutit, habet altera papaueris lachrymæ ʒ. 1. piperis p. 2. pforeos p. 10. quæ trita galbano excipiuntur: id quæ circumdatur, aut illa in qua sunt croci p. 1. cardamomi, thuris, fuliginis, ficuum, pyrethri, singulorum p. 4. sinapis p. 8. quidam autem immiscent piperis, elaterij, singulorum p. 1. aluminis scissilis, papaueris lachrymæ, uix taminæ, sulphuris igne non experti, bituminis, lauri baccharum, sinapis, singulorum p. 2. trita pari modo commisceto.

Ad eximendos dentes sine ferro & cum ferramento, Cap. XIII.

Quod si dolor uitiatum dentem eximi cogit, farris uermiculus in cera citius cauoditus etiam si fricetur casuros dentes extrahit. Idem facit amurca uetus recocta cum omphacio ad crassitudinem mellis. Dentes caui inuruntur nucis iuglandis putamine. Vermium terrenorum cinis exelis dentibus coniectus ex facili cadere eos cogit, nam & erucæ brassicæ contactu cadunt, & è malua cimices infunduntur auribus cum rosaceo in dolore. Anguinæ uernationis membrana cauis indita dēcium, ut sine molestia cadant, præstat. hanc autem senectam uel inueteratam cum cera celerissime dentes euellere tradunt. Pastinacæ radius contritus cum elleboro albo inditus, uel resina exceptus, dentes sine uexatione extrahit. Alij piperis semen cortice liberatum imponunt. Eodem modo hederæ bacca coniecta in cauum dentem findit, is quæ forte stans exedet, & alumē scissile in id foramen coniectum dentem citat: sed id tamen inuolutum in lanula dimitti commodius est: quia licet dente seruato dolorem leuat. At si in dentium tormentis, cadere his remedijs non possunt, ante quæ ferro radiatus extrahatur animaduertendum est, ne propinquitate loci unus in cautē eximatur pro alio dente, neue rheumatismi eruptiones maiores eueniant, neue maiores superueniat cruciatus, & apostematata periculosa. Exemplo Iacobi Iustiniani patricij Veneti, qui in dentis dolore Parauij imposito oleo opiato, sopore perpetuo extinctus est. Sed tutius post corporis exinanitionem, ac doloris mitigationem, ferramento eximitur: circumscarsificato ad imas radices dēte, ut mobilior reddatur, alioquin maxillæ adhærentis pars sequitur, unde rheumatismi magno dolore, ac non exigua inflammatione effusim erumpunt, qua de causa multi interiire. Conuulso dente ab intrepida manu, si dolor perseverat rosaceum cum mastichis & rosæ aridæ decocto, si ore contineatur, dolorem leuat: alias aceto cum gallæ immaturæ & balaultiorum decocto os colluere conuenit. Si dens ipse integer eximitur dolor in neruo, aut in gingiuis aderat: quamobrem extractione leuari dolore uidentur, quoniam materia comode fluit, ac locus patens remedijs cedit. Si dens cum ossis frusto eximitur, dolor sequitur uehementior, ac febris interdum. Radicibus adeo aliquando inhaeret, ut conuelli magnis uiribus nequeat, unde maiores sequuntur cruciatus, nec æger conatus ferre potest: propterea cortex radicis mori & pyrethrum cum aceto contrita in modum mellis illita radice dentes mobilem præstat. alij radicem mori eiusdem quatuor diebus in aceto acerrimo macerari sinunt, dein sole arefacta conteritur, quæ eroso & carioso dente imposita, extrahit. Idem facit lac asininum cum scordolafere, assam foetidam nunc uocant, aut ammoniacum, gummi cum sulphure uiuo. caue ne alios tangas. oliuæ gummi impositum denti, sine cruciatu eximit. Pyrethrum in aceto acerrimo 40. diebus maceratum sole arefactum, tritum denti impositum, propinquis cera circumlitis, eximit sine cruciatu. Idem præstare tradunt radicem cucumeris syluestris eodem modo præparatæ: aut chamelex succus farina coctus, aut tithymalli id genus, quæ ciparissia uocant, ualet, si lac eius, farina admixta denti imponitur. Aliud, radix asparagi trita lanula inuoluta & dēti imposita,

Cautio adhibenda in eximendis ferro dentibus.

Periculū in eximendis dentibus.

Quæ mobiles faciunt dentes.

Scordolafere.

imposita, sine dolore eximit, & pingue ranæ quæ in harundinetis degit impositum dēti, eximit, Paulus cum tithymalli lacte farinam imponi laudauit ac folium hederæ superpositum, atque ita per horæ spatium dimitti, per se enim inquit, conteretur.

De uermibus qui in dentibus innascuntur, Cap. XIII.

In dentibus uermes innasci non mirum est, quoniam & in uentre, intestinis, sedis quæ paritibus, auribus quæ oriri uidentur: eos necat hyosciamini semen albi, cepæ, porri quæ, tritum in trochiscos digeratur, ex seuo caprino: carbonibus conijcitur pallillus, cuius uapor per fistulam in dente recipitur. Idem facit plantaginis radix commanducata aut chelidonia, in aceto decocta, colluto ore, succus foliorum centaureæ, aut persicæ arboris, & his similia quæ intestinorum animalia necant. Quidam laudare uini sublimationem, quam aquam uitis uocant, sic colluere os aqua ardente. In ea re præfertur, uinum cretense, aut rhoeticum, uehementius quo sapius camino uitreo aut aëneo uaporatione perficitur, mira res est quanto celeriter ignem rapiat, & madefactis capillis cæsarie immuni ardeat caput, dolorem item sedat, si ex materia frigida fuerit.

Quæ uermes dentium necat.

Aqua uitis.

Ad dentium labefactionem ex Galeno, Cap. XV.

Dentium mobilitas contingit cum in senectute arefiunt laxatis foraminibus maxillarum: uel si quando neruus quo alligatur resolutus fuerit, tum enim qui labefactant productiores uidentur, quod ex icu magis contingit. Quidam lima prominentem dentem quantum opus sit, diminuunt, cauendum est ne in opere sinistro mobiliore reddamus, aut dolorem excitemus. Tum dura in cibo euitanda sunt, aut multus sermo paulatim enim singulis diebus lima abradi debet. Archigenes dentes mobiles sistere docet, myrrha, pompholyge, lentisco, ac amylo, tritis. Aut oliuæ albæ succo, aut ruta cum melle. deinde nardum cum liquido alumine, aut alumen scissile cum thuris manna, tritis utere. Critonis quoque experimento lentisci, myrti, gallæ, in uino decocto uti confert. Itē salis p. 2. aluminis scissilis cremati, & extincti in acerrimo aceto p. 1. deinde uino colluatur, aut ulmi corticem in uino decoquito & decocto collues os. Dentes mobiles sistere tradit Paulus, aloë, rhos syriacum, gallam, rubi radicem. Aliud quod dētes mobiles stabilis, & gingiuarum rheumatismos sanat, & ulcera quæ in ore fiunt: Calcithis torrefacta ʒ. 7. cadmix ʒ. 8. arida, uel cum aceto imponuntur. Mobiles confirmat succus cucurbitæ herbacæ cum aceto calefactus, inula à ieiuniis comanducata, succus cepæ, ruta, portulaca, chamaeleontis radix, in aceto decocta, lapati radix commaducata, halicaccabum præsentaneum remedium facit, cortex punici acerbi, in aceto mixta galla, acetum quæ per se facit. Attritis & conuulsis dentibus medentur oliuæ albæ antequam condiantur: stabilitati amurca medetur efficacissime decocta cum aceto ad crassitudinem mellis. Infirmitati oleastri folia imponuntur, radix rubi ad tertias decocta firmat, uel foliorum decoctum in uino austero labantes stabilis, aristolochia rotunda, uerbenaca cum radice manducata, aut succus in uino aut aceto coctus, collutus quæ. Quinque folij radices, ad tertias decoctæ, eodem modo, prius uero quam decoquantur, aqua marina, aut salsa lauuantur, decoctum diu tenendum in ore. Quidam cinere eiusdem fucare malunt, uel radix uerbasci in uino decocta, ephemeri radicis corrasæ decoctum & utrunque ueratum in aceto. Ceruini cornu cinis dolores quæ eorum mitigat, siue infricentur, siue colluantur, quidam efficaciorē ad hos usus crudi cornus farinam arbitrantur. Dentes qui labant cum dolore, ad motus talus bubulus accensus firmat, eiusdem cinis cum myrrha dentifricium est. Percussu uexatos asinæ lac sanat, mobilitatibus sordes caudarum pecudum concretæ in pilulas siccata per se tusa quæ farina illita profunt. Cytini cum uino cocti, aut acatiæ cauliculi iuuant labefactionē. Galenus ex parabilibus facultatibus chamaeleontā nigram, quam Plinius commendauit, laudat si os decocto colluatur: sedat enim dolorem dentium, & hyosciami radicis uerbasci quoque radicē. Nuclei cupressi ex uino uel aceto profunt. Non præmittā quod Galen. celebrauit: Brassicæ erucam conuellere dentem, circumscarsificata gingiua, contactu solo, superiores conuellere dentes quæ in suprema foliorum parte inueniuntur, inferiores quæ sub folijs habentur, caue ne, inquit, alios tangas. Idem præstare coccognidium cum galla, aut farinam cum lacte tithymalli, superposito hederæ folio, horæ spatium dentem disrumpet.

Dentium mobilitas unde.

Archigenis medicamentū ad stabiliendos dentes.

Ad attritos & conuulsos dentes quæ faciunt.

*Incommoda ex
oralis medica-
mentis in mor-
bo gallico adhi-
bitis.*

Qui uero medicamentis mobiles fiunt, ueluti qui in morbo gallico unctis, plurimo argento uiuo iniecto, articulis, & humeris inunguntur, quoniam nonnullos tremulos & paralyticos uidimus resolutis neruis atque membrorum lacertis, una pariter dentes labefactione periclitantur: pluribus collapsi sunt neruulis quibus adalligatur, ueluti uinculis dissolutis. Conualescentibus quoque ex morbis sicut & senibus, labant humoris defectu: aut alij in publica uel priuata fame. Eam compositionem experimēto frequēti probauimus, in qua balaustrorum, gallæ immaturæ, rosæ arida, ac tithymallus, adiecto alumine, ex aceto & uino austero discoquuntur, donec tertia supersit pars, si diu id decoctum tepens in ore contineatur. Mobilitates dentium stabiliri uidimus in Francisca Calua nobili ex gente Veneta patricia ex nimio humore desillante. Gal. astringentia approbauit omnia, qualia sunt ceruinum cornu crematum, aut capillum, cadmiam & similia: uel quæ diaphoretica uocat & exiccantia, qualis myrrha habetur, & pyrethrum, pix liquida, acerum scyllite: styptica exiccantia ueluti galla immatura, alumē, calcanthum, uua acerbior: dissoluentia quoque & astringentia, qualis lentisci lachryma, spica, & folium. In ea re alij uini in primis abstinentiam laudauerunt, & pilulas quæ caput exonerant, si pituitæ nimia fuerit exundantia, pyrethrum exinde prodest aut eius decoctum ex uino, erumpere enim ex ore pituitam cogit: demum quam supra notauimus mixturam, ut sapius ore contineatur, efficacissimam prædicauerunt. Vel eam: Cypri rosæ arida, nardi, aluminis, tamaricis ana partes æquales, cornu ceruini exusti dimidiā. Alia compositio: aluminis, xyloaloes exusti, cypri, rhusis syriaci, balaustrorum. Vel eā in qua cadmia, myrrha, alumen si trita imponantur, labantes confirmant. Plantaginis radicis & foliorum nerui succus linamento circa dentes impositus efficaciter mobiles sistit. is senecta labantibus: & difficulter subueniant medici, commodatissimum tamen est boni succi alimento occurrere. & in aurem rosaceum cum anatis aut gallinæ adipem instillare, & circa dentes styptica circumponere, qualia sunt, quæ nuper diximus. Validiora sunt, quæ sola (ut Aristot. commemorat) ualere traduntur, nam dentes uix alimentum tunc sentiunt: uel ut alij dicunt nullum penitus suscipiunt, quoniam nerui quibus alligantur resoluti sint. Vidimus senem decrepitem herbæ tithymalli in hortis anagallidit similem manducantem, atque ita dentium mobilitatem sistentem, ea enim gingiuas peculiariter astringit. Aliud medicamentum quod à posterioribus medicis laudatur, in quo coralli albi aut rubescētis ꝑ. i. mastichis ꝑ. s. tusa in pollinem dentibus imponuntur breui enim stabiliri affirmant.

De dentium torpore, Cap. XVI.

*Quibus causis
obstupescant
dentes.*

Obstupescunt dentes non sine magna molestia, hoc enim peculiare dentium malū est: & inter dolorum genera annumerantur, austeris enim & acerbis contingit commanducatis, uel si quis acria commanducare inspexerit, obstupescere dentes quoque uidentur: similitudine. Interius consimilis sympathia ad causarum transitus facit, nā etiam solo auditu aliquo stridore confricante stupore tentari uidemus. Ex stomacho talis humor melancholicus, aut acetosa pituita si per uomitum redditur, dentes pari affectus afficit. Portulaca commanducata ut tradit Arist. torporem leuat proterius, amygdala nuxes aut iugulandes uel auellane, aut si sale confricentur dentes, caseus, commanducatus tollit, aut mel calefactum, uel uinum austerum cum pipere. Nuxes quoque pinæ ualent, aut mastiche per se, uel cum alijs commanducatu: oleum quoque prodest si ore contineatur, glycyrrhizæ succus aut radix prodest. Luteum quoque oui induratum manducatum ꝑ. efficacis est. Inquit Galen. amurcam in aeneo uase coctū ad mellis spissitudinem, quæ ad plurimos usus seruabatur, stupentibus propitiā esse.

Que dentium algore profunt, Cap. XVII.

*Algore dentium
causa.*

Dentes algere in itinere gelida hyeme, niue, aquæ frigidæ potu, aut fructibus, aut cōgelatis quibusdam cibis, ex profuente quoque pituita congelascere dentes uidemus. Algore excalfacit luteum oui induratum & calefactum: molle panis tepens: oleū quoque si ore contineatur tepens, siue nardinum, siue lilinum: aut meracius uinum tepfactum: Idem præstant rami aristolochiæ, aut lauri tenelli, & aluminis pares portiones.

De infantibus

De infantibus dentientibus, Cap. XVII.

EX cerebri nimia humiditate infantibus difficilē dentitionem fieri credunt. addo & caloris natui inopiam. Calidioris cerebri esse existimantur, qui cito ingrediuntur, et dentunt. Festinare ortum tradunt butyro & melle una coctis & despumatis, illitis frequenter gingiuas, nam & dolores mitigant. Lac maternum gingiuas frequentius prodest illitum, aut butyrum per se uel cum origano aut hyllepo trita. Brassica in cibo ortus accelerat: cerebrum leporis aut gallinaceum, aut ouillum, in cibo, & conficatis gingiuas, medullam leporis prodesse aiunt. Lac caninum ad dentitionem facit. Ad tumidas gingiuas & dolentes cum dentuntur infantes, rosaceti cum strychni succo prodest, quoniam astringit & refrigerat ac dolorem leuat: tum nutrix digito saliuam eliciat. Veronenses nostri uitro crenis exasperato gingiuas atterunt, quo & ipsi infantes saliuare solent. Alij iris radice utuntur ac subinde crebro illinunt. Prodeuntibus dentibus oleo lilino cum lauilei occipitio, ceruici, maxillis ꝑ. inuoluta suffiunt, prodest & si in aurem instilletur. Caninus dens crematus & in farinam reductus gingiuas impositus dentientibus infantibus prodest: ut sine dolore oriantur promittunt. uel uulpinus adalligatus collo, aut idem caninus non crematus, uel urinus ex ijs qui canini uocantur: uel primores equini alligati. Dentitionem facilem præstant ceruini cornu cinis, nam & dolorem mitigat, si infricantur gingiuæ, quidam efficaciorē eiusdem crudi farinam tradunt. Magnum in capitis luporum cinere remedium demonstrauere, & quæ in eorum excrementis inueniuntur ossibus: ac leporino coagulo per aurem infuso, siue in capite eorum cremato, cinere gingiuas confricatis: et in tali bubuli cinere eadem uis est cum myrrha, ossa quoque ex suillis unguis combusta, & ex acetabulis (quas diximus) pernarum & tali caprini recentis cinis ualeat. Inueniuntur in corniculis cochlearum, arenaceæ duriciæ, quæ adalligatæ, dentitionem facilem præstant. Cum uero canini, qui cibos discriminant, erumpunt, maximis cruciatibus afficiuntur infantes, aluoque cito tentantur: molles tū cibi dandi sunt, & gallinaceo adipe occipitium illinunt: ita facilem dentitionem fieri existimantes. Dentientibus, autore Plinio, iris ruffa ualeat, & coralliorum cinis crematorum gingiuas infantium confert: delphini dentium cinis cum melle: & si ipso dente gingiuæ tangatur, qui adalligatus pauore repentinos tollit: idem effectus & caniculæ dentibus attribuitur. Gingiuarum tumori (ut Plinius tradit) sal tritus & infricatus prodest. gingiuas mirifice iuuat ouis cerebrum illitum. Maxillarum doloribus prodest melilotos cum lacte, aut lini seminis lentore.

*Facile diffici-
lisq. dentitionis
causa.*

*Caninorū ortū
cum dolore.*

De dentium stridore in pueris, uel in mente commotis, Cap. XVIII.

PER is noctu præsertim strident dentes cum uentris animalibus cruciantur: ex quadam enim ueluti conuulsione id uitium oritur, comitialē morbum, aut apoplexiā, aut conuulsiones denunciantur dicunt. In adolescentia liberantur, quoniam materia arefcit nimium humecta: ac lacerti, ac mouendi uires robustiores fiunt ex infirmitate lacertorum, ac maxillarum. Caput ipsum repurgandum est ac ceruix summa excalfacientibus oleis fouenda est, perfusione frequēti: ualent irinum ac nardinum uel spicatum, & his haud dissimilia.

*Stridor dentiū
unde.*

De dentium infirmitate, Cap. XX.

CUM dentibus ferè omnes qualitates aduersentur, ita ut calore, frigore, & qualibet ex aristolochia, & anethum iuuant, crebro ꝑ. affricu luteum oui induratum, tepens, ac subinde aliud sufficiat, iteretur ꝑ. sapius. Si per hæc parum proficitur, theriaca crebro in usu prodest: aut oleum quod ex sinapis semine exprimitur, ualido adiuuēto. At si causa calidior fuerit, quod sensu percipitur haud difficulter, tum rosaceum tepidum illitum prodest, adiecta, si opus est, sandalorum farina, uel in feruenti causa camphoræ exiguo addito, aut psyllij lentus succus. Commanducare portulacam iuuat: galla cremata in aceto extincta, myrti baccæ albæ: aut rosa rubēs: aut sal tostus in olla et aceto tabefactus. uinum quoque stypticum tepefactum frequēti suffitu prodesse uolunt: & cætera astringentia. Hinc ad faucium partes transcamus.

*Multis interijt
dentes obnoxio
esse.*

ALEXANDRI BENE

DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMI

lianum Cæsarem Augustum Imperat. inuicissimum, Liber

VII. de malis faucium.

Prooemium.

Fauces.



Cervici uer-
tebrae.

Epiglottis.

Guttur.

Angina.

Vertebrarū col-
li luxatio.

Multa circa fau-
ces partes nobi-
les.

Homini imbe-
cillitas.

Spondylia.

Vnum gulae fauces uocari uideo, quibus non sunt, nec stomachus quidem est, nec collum, nec guttur: sed os uetri iungitur, ut piscibus. Collum est quibus gula, eius extima pars, ceruix dicitur, pluribus, hoc est septenis, uertebri orbiculatim flexilis ad circumpectum constituta, caetero spinæ annectitur: uua in summa parte dependet, extremo (ut in anatomicis diximus) palato. Tonsillæ utriusque tumentes apparent, operit: quæ ad pulmones tendit chartilaginosa. gula ex neruo & carne constat: arteria spiritus tantum capax est, caetera obstrepens respuit intempertua: uini gutta uel aceti, quod maximè inimicum est, quosdam uidimus misere torqueri, quos noluti strangulatos suscepimus, quoniam in alienum tramitè acris humor deerrauerat. Anacreon poeta acino uux pallæ, eo modo strangulatus est. sicut & Fabius senator in lacte pilo hausto. Matrona quædam Brixienfis inuito filio pilulâ assumere neganti, digito imprudens in arteriâ compulit: qui protinus exanimatus in sinu iacuit. Piscis spinâ trauerit fauces occupat, & spiritus agitatione facit. Sanguisugæ potæ, aut buprestis impacta molesta est. Quæ rursus uenenata, quale aconitum est inter occissima uenena fauces suffocat, uel pãtheræ animali seuiissimo, ob id pardalichæ uocitarum. Fugis quoque qui mortiferi sunt, homines strangulantur. Gutturâ quoque si intumescunt, quod aquarum sæpe uitio euenit, ἐν τερρόκλαι à Græcis dicuntur, uocis ac sermonis usum, ac anhelitum impediunt. quæ in Bergomeni ac Nouocomensi agro monstrificæ sunt, quibus plerique strangulati sunt: quibusdam impune adeo dependent ut ab humeris gestentur: modicè infestant nostros castro Iulienfes ad Natissam. Subita præterea pituitæ destillatione plurimi infantes examinati sunt: quod ægrotorum imbecillitati euenit sæpissime aut uermibus. At intrinsecus mala sunt, cum uua tumet, tonsillæque inflammantur, anginam nostri uocant, græci σπινθηρ, aut παρὰ σπινθηρ appellant, quæ suffocant, si supra modum intumescunt. At si in extrema quoque gulae partæ abscessus ortus sit, interiora ac uicinas partes comprimēs anhelitum strangulando occupat: aut idem apostema sub maxillis inferioribus ortu spiritum intercipit, minus tamen periculose. Addo & uertebrae colli luxatione, qua protinus multi strangulati sunt. Caput, inquit Celsus, duobus processibus in duos sinus summe uertebrae demissis super ceruicem continetur: hi processus interdum in posteriorem partem excidunt, quo fit ut neruus sub occipitio extendatur minimeque pectori agglutinetur, ne que bibere is, neque loqui possit, interdum sine uoluntate semen emittat, quibus celerrimè mors superuenit. Id sæpe contingit militibus hastis ludentibus, quibus ictu disrupto galeæ loco ceruicis uertebra loco excidit: tum uox subito, ac anhelitus subinde adimitur. Sæpissime me qui ex alto lapsi sunt eadem pati uidentur. Paria ferè contingunt accidentia emprosthotonicis, cum intentis et contractis colli anterioris partis neruis ceruice immobili mentu pectori annectitur. Multa enim circa fauces nobilia (ut inquit Gal.) membra constituta sunt, qualis est ceruicis medulla, nerui, & qui uocales dicuntur, guttur, epiglottis, uenæ ingentes, arteriæque, uertebrae structura: ex quibus quicquid afficitur letale existimatur. Pudet quæta sit homini imbecillitas referre uel quibusuis corporis uiribus eximij, digitis utriusque compressis iugularibus uenis mortem representari, sine uoce & anhelitu, sensibus fere omnibus ereptis. eo deliquio Assyrii etiam in thermis utuntur. cum sine dolore secare corpora uolunt, a sectionibus ipsis subductos confricationibus spiritus emendant, & ad uitam ægrum reuocant. Præterea cum abscessus intus oritur inflammati tonsillis siue paristhmijs, nerui interdum, uinculaque magno nixu contrahuntur, unde superiores uertebrae sequuntur, tum uox, ac spiritus intercidiunt. Sequentes uero uertebrae quæ spondylia uocant,

uocant, si luxantur, minoris sunt periculi, quam ignobiliores habentur. ita & medulla ratio quæ quo cerebro propior, eo nobilior existimatur, quoniam & præstantiores sensuum semitas diffundunt, propterea & morbi seuiore reputari solent. Tunc enim collum conuertitur exitialiter, unde nec cibus aut potus deuoratur. Ex uulnere eadem mala prouenire certum est, sicuti & nimia siccitate, aut neruorum dissolutione, de qua protinus dicemus.

De uocis & modulationis idoneis instrumentis, Cap. I.

Vocis, modulationis, ac sermonis epiglottis principale instrumentum habetur: si-
cuti aeris respiratio materia est (ut Galeno placet) uoces enim & concentus, ac ser-
monis gratia moderamine quodam effert. Id tamen inane esse uidetur, ni de pectore ma-
gno impetu spiritus erumpat, propterea lacerti pectoris inter costas in clamoribus ma-
ximè cõducunt, ad id & illa magna uim percussident, quoniam in longis declamationibus
ea præcipue laborare sentiuntur: quæ & uulnerata, sicut & septum transuersum percus-
sum, spiritum rariorem, ac difficilem reddunt. exempla obiter referam Galeni: quidam
ex alto delapsus ceruice concidit luxata, unde die tertia uocem difficulter mittebat, in
quarta uero die ex toto obmutuit, ac cruribus ex toto debilitatus est, caeteris corporis
partibus immunibus, non sine aliqua anhelatione. Nam medullam uertebrae superioris
partis ceruicis compressa mollior facta est: Ex qua & lacerti qui intra costas siti sunt labo-
rare ceperunt, diaphragmate illaso, ac lacertis pectoris superioribus, qui per pectus dis-
funduntur, a ceruice descendentes. In eo casu quidam medicorum ineptiores gutturi
& pedibus omni nixu incumbentes, operam & impensam amittebant. At Galenus ma-
li originem cataplasmatibus fouendo intra quartum sanitari restituit, quoniam abscessum
dissoluerat, sermonis usus, ac crurum firmitas homini restituta est. De uertebri igitur
ceruicis ij nerui ad epiglottim deferuntur, atque ij quos uocales in anatomicis appella-
uimus ad superiora retrocedentes: si uulnerantur, uocem atque sermonem adimunt, ita
ut nedum torti sed muti adiudicentur. Inexplanatae lingue multi à natiuitate sunt, quo-
niam ij nerui multa pituita resoluuntur, aut si ceruici imposito frigido cataplasmate uix
sermonem expriment: quod caeteris ferè anno septimo contingit, ut expressus lo-
quantur. Galenus abiecto frigidiore cataplasmate & contrario imposito, in discretas
uoces emendauit. Pectore, pulmone, septo transuerso, arteria, præter uenas iugulares,
uulneratis, non respirandi potestas, sed uerba duntaxat adimuntur. In angina cum in
antere gutturis parte abscessus fuerit, ita anhelitum subducit, ut ueluti sine strangu-
lari uideatur. De uocali neruo unum transcursum quodam exemplum Galeni percurrã,
de quodam chirurgo imperito, qui cum strumas in puero curare uellet, & ferro parce-
ret, ne quid incaute incidere, ungue imprudens neruum uocalem dirupit, & amissa ser-
monis facultate, strumis sanatus est. Alter incius ferramento alteram neruorum partem
dissecuit, altera illasa, inexplanata sermonis fuit.

De notis luxata uertebra in ceruice ex Hippocrate, Cap. II.

Si in ceruice uertebra exciderint, ut Hippocrates prodidit, astipulante Galeno, facile
suffocatur æger, si uertebra in interiora exciderit ceruicis, in ea parte cauis sinus cer-
nitur ubi & maximus urget dolor, ubi interdum maior, interdum minor percipitur. Cui-
dam gula non intumuit, uerum sub maxilla ea pars ueluti apostema intumuit, lingua fe-
rè immobili tumenti, ac parumper ex ore prolapsa in qua uenæ turgidiuisculae uideban-
tur. In eo casu deuorare non possunt aut bibere, supini præsertim, sed per nares, si co-
nantur, effundunt, sermo per nares uix percipitur: anhelitu præparco, in quibusdam
uenæ colli & temporum, frontis uenæ intumescunt, cauique oculi cernuntur. Quibus re-
ctè uertebra excidit, in nulla parte membra resoluuntur, quæ uero in latus excidit, ad-
uersæ partis membra aut resoluuntur aut distenduntur. Si malum sine apostemate eue-
nerit, collum extenuari, aut distendi uidebimus, quod in neutra partem inclinari po-
test. Facies tum liuida nigrescit, frontis cutis intenditur, & in collo molestus pruritus
percipitur. Nonnunquam imbecillitate neruorum euenit, ut quamuis non exciderit
uertebra, paulum tamen in priorcm partem prominere necesse est, ubi lacertus anhe-
litus resoluuntur aut distenduntur: ea suis notis de facili cognoscuntur. Imbecillitatis si-
gna ex caulis uires resoluuntibus, aut qualemcunque causam afferentibus, col-
ligimus.

Sermonis principale instrumentum.

Inexplanatae lingue uocales à natiuitate multi.

Affectus ceruicis ex imbecillitate neruorum.

ligimus, quæ tamen nunquam hominem suffocat. Ariditatem indicant membra quæ in uicino sunt arefacta, epiglottis præsertim, quod oris ariditate dignoscitur, unde aqua tepida colluto ore statim reficimus.

De curatione quorundam præfocatorum, Cap. III.

SI quis laqueo suspensus fuerit, ita quod ex ore spuma exierit, ut inquit Hippocrates, salutis locus relictus est, res in ancipiti habetur. Aetate nostra cuidam militi inter hostiles incursiones id contigit, qui ligatis post terga manibus à duce Venetorum Francisco Sortia, ramo arboris et collo deligato fune (a tergo enim dux ipse militem ad arborem suspensio delectam duxerat) concitato equo, suspensus pependit. Discendete duce, milites præfecto fune, uix spirantem militem exceperunt, qui inter remedia reuixit, & obtorto collo militiam semper exercuit. His gargarisandum uiolaceum cum aqua tepente sapissime dari tradunt, ac ex similagine liquidas portiones, aut prifana: & à multis abstinerere uerbis suadent. Si quis item aqua immerfus extinctæ animæ speciem præberet, cruribus protinus suspendi debet. animam suscitari oportet hyeme calido conclauis, sufficionibus beneolentibus, qualis muschus est, ac lignum aloës, quod in delicijs nunc cremari solet, precium eius in libras aureis binis, torno potunt lignum in baccas, quas ad sacras orationes consuunt: quale apud præficos esset, non liquido comperimus: probatur gummofum, ac graue beneolens, ac nigrescens, cariolis lignis simile, ad medicinas expeitur. Interea quæ cordi profunt sorbitiones exinde ex ciceris farina cum lacte offerri solent. At salubrior est carnis craticula, aut ueru affæ succus cum oui luteo. Quidam postquam uires recollecterit æger, sanguinem dimitti iubent ex iecoraria uena, ac clysteres singulis diebus infundunt. At si ex alto lapsis uertebra ceruicis, prolapsa intro fuerit, supinus æger in scamno collocandus est, tum digitis leuiter in fauces dimissis prominens uertebra in posteriora impellenda est, alioquin ligneo instrumento lintcolo inuoluto uehementius propelli debet. Alij in sinu ceruicis cucurbitulas imponunt. alij emplastra extrahentia, laudauere. Redire enim uertebra interdum solet.

Aqua pene præfocati remedia.

De uua uel eclumella inflammaticis, quam partem Græci γαργαρίον uocant, Cap. IIII.

Uua quibus dfa frictibus obnoxia sit.

CUM uua inflammatur, uua quoque nomine & morbus uocatur, ita & tonsillis eue nit, quæ hominem quandoque terret, si rubicunda dependet, omnibus qualitatibus afficitur, ea supra modum pendet, ac tumet uel exulceratur, & φολίη Græci uocant, uel φολίον uocant: equalis crassitudinis elonida uocant: tenuissimam uero lori modo innatam appellant: distenditur ea, luteo quandoque colore subrubescens acino perlimilis, unde & φολίον uocant: ex solis æstuatione, frigore, uel aquilone, uel pluuia, uel similibus causis oritur: Capitis quoque distillationibus ex omni humorum genere, & si raro à melancholico cõtinga. A quo, inquit Gal. pendet uua ut epiglottida contingat, nec nisi in ualida tussis pars ima uua cernitur. Eam, inquit, omni conatu ad pristinum habitum reddere percurabis sine membri uexatione: digiti ungue uel ferro lacerant, unde importuna humorum eruptiones confluunt: sed eam ligula, aut penna illinunt, idem in tonsillis & in cæteris causatis faucibus faciendum est, autore Hippocrate, qui digito aut ungue lacera re prohibet, aut mordentia imponi, contra anicularum & tonstrinarum quotidianum usum, quod in angina & gula tumoribus cunctis facere consueuere. Cum uua sine dolore tumescit ex pituitæ distillationibus euenit, cum autem dolet, phlegmon siue inflammatio infestat.

Ratio noua mendendi.

De curatione, Cap. V.

TUM sanguis recte mittitur, cucurbitulæque ceruicis impactæ profunt, ac alius cita, uel in primis abstinentia iuuat, uel uini præsertim: per somnum caput sub lime habendum est. Inquit Gal. initio leuiter astringentia ualent. quæ & in paruis inflammationibus conueniunt, ueluti palmularum decoctum tum aqua & aceto gargarisandum uel rubi & lentis decorticatæ decocto, aut mali punici succo, aut anthera medicamento. Alij uuam illinunt omphacino, uel galla, uel alumine scissili, sic ut cuilibet eorum mel adijciatur. Quidam aceto cum hydromelite utuntur, aut flosculi cytini decocto, uel foliorum pruni ore colluto: galla item prodest, cinis rubi cremati & in umbra prius siccati eam reprimi,

mit, uel è radice cinis, excrementorum cati cinis uel columbarum: simo agnino priusquam herba gustauerit, in umbra arefacto: uua hyrundinis cinere cum melle mitigatur. Tertia ostreorum cinis admixto melle sedat: aut garum cochlearum subditum. Lapidis chalcitidis farina eam cõpescit uel calcanthum cyprum, sandaracha cum melle sumpta uel alumen. Ea compositio antiquis probata est, in qua alumen scissile, æris squama rubri, atramenti sutorij, galla, myrrha, mysi, contrita mixtaque, rursus paulatim adiecto uino austero teruntur, donec his mellis crassitudo sit, per cochlear uua illinitur, unde pituita profluit, quæ cum quieuit, uinum gargarisatum prodest. In ipsa inflammatione quidam uua præcidere ausi sunt non sine uitæ periculo, multum enim sanguinis fundit. Si uero pituita ultra iustum modum uua dependet, tenuis, acuta, albicans, uel tumens, succus mentæ gargarisatus prodest: uel ruta cum coriandro ex lacte, sal thebaicus ex melle, cinis brassicæ syluestris radice, uel anethi semine, sinapis cum aceto & melle, urticæ succus gargarisatus, uel herbæ ipsius mordax tactus uua resiliere cogit, laser item ex aqua frigida contentum, uel cochleario uua subiectum. Et cauliculorum caprificinis, liquida etiam pice intus perungitur uua, baccatum uel foliorum lauri decoctum gargarisatum uuam iacentem sedat. Alia mixtura ad uuam inflammata, habet gallæ, atramenti sutorij, myrrhæ, singulorum p. 1. aristolochiæ, aluminis scissilis, singulorum p. 2. capitula punici mali in quibus balauitia nascuntur p. 25. ex passo contrita coguntur & cum utendum est aceto uel uino diluuntur. Nonnulli uulsella uuamprehendunt, & quantum opus est præcidunt, uua partem relinquunt. Quidam instrumento aureo candenti secant, quam necessariam esse cognoscunt, mox balauitia decoctum gargarisatum offerunt: sed (ut dictum est) non sine periculo secant. Aliqui diamo utuntur, aut succo corticis nucis iuglandis. Ante gargarisationes aqua tepente uuam fouent diligentiores. At si eadē astringentia duritiem induxerint eo medicamento uua emollienda est, in quo seminis lini, althææ, tragaçathi, ana æquæ portiones, in aqua calefacta cum semine pyllyij macerentur, & percoletur cum quo sæpe gargarisandum sit. Ex frigida quoque materia eam mixturam laudauere ex aqua plantaginis ac myrti, in qua nux cupressi, metha, calamus odoratus, cyperus, ac mastiche incocta sint. Cum autem inflammatio iam constiterit, ac tumor discuti uideatur, dissoluentia, ac discutientia profunt, qualia sunt myrrha, crocum, ac cyperus. At nostri mitioribus utuntur: Passula, zyzyphis, myxis, hordeo, ana 3. i. calitricho, radice dulci, hyssopo, ana 3. 2. apio, calamo odorato, ana 3. 1. s. ex aqua decoquuntur plusculo aceti, ac melle rosaceo ad gargarisationes. At si dolor magis inualefcit ac magis intumescit uua, atque supurari materia uideatur, maturantia imponenda sunt, qualia sunt fici, palmulæ, passula, radices liliorum, rosa arida, ex farina hordei cataplasmata conficies. Addunt alij balauitia, myrrham, cyperum, & similia membra coadiuuantia: maturantia & dolore sedantia, qualia sunt lini seminis farina, fenograci, ac meliloti. Interea missionem sanguinis ac uentris deiectionem iterare necesse est, quando tumor, ac dolor magis infestat, quod ex materia quandoque crassa contingit, tum elaterium centaureumque ex melle imponuntur cum flauo nitro, uel id decoctum quod hoc modo fit: Hyssopi, iridis, chelidonis, radice ex aqua feruescat: gargarisata profunt ex oxymelle composito uel scyllitico. Tumore leuati mirè succus origani gargarisatus: dolori imponitur succida lana oleo laureo, aut nardi no intincta, uel similibus. Si pus subest aperiri, ac abstergi opus est, quod scalpello faciendum est ea parte quæ mollior uidetur. At si durius apostema fuerit scordolalere nihil uehementius, Galeni opinione. Alij diuturnis abscessibus, ac duris, salamentorum capitum cinere uua imponunt, aut pœoniae farinam, aut anethi radice uel seminis cinere uua subijciunt: alij testudinis cinerem laudat impostam. Cum uero uua ex toto à natura derelicta iacet demortua, præcidenda est. Clamat Hippocrates inflammata uuam rubescens non præcidito, quem Galenus secutus est, maior enim inflammatio sequitur, ac sanguinis profluuium, ac uocis splendor, uel sermonis usus adimitur. Quod in morbo gallico uidimus, unde tusses pectoris, & pulmonis ac stomachi uitia plurima oriuntur. Paulus leuiter astringentia in uua inflammatione laudauit, quale est uinum mali punici gargarisatum, uel staphylopardo instrumento ligulæ simili subdito: aut glycyrrhiza ex eodem uino, uuam iacentem discutiit & inflammata hæmatites lapis, ac phrygius, terra samia, ex etria, sinopsis, lenia,

Uua laborantis ob immodicam pituitam curatio.

Curatio uua ex frigida materia laborante.

Uua præcisam que sequantur Galenus.

Staphylopardo instrumento.

nia, omphacion, spinæ ægyptiæ semen, alumen scissile, rosæ semen uux asperitatem lenit, gummi lentor, ac tragachanti amyllum q; gargariffata: addunt myrrham, crocum, ac cyperum: blandimento est penna illinire. Filum purpura tinctum quo uipera strangulata sit, collo circumdatū unice medetur uel tonsillis & cæteris faucium malis, Galeno asti pulante. Præcisa uua si sanguinis profluuium sequitur, acamentū sutoriū silit, aut succus plantaginis cum terra lemnia: si uero tonsillas secauerint cauliculorum rubi succus gargariffatus prodest, aut myrti refrigeratus, nisi sauior uigeat dolor, tum tepidus præfertur. Si ferramento præcidi uuam nolunt, scordolaser, ac alumen subdita uuam absumunt. Aut idem scordolaser cum sale & calcantho, alij ammoniacum salem addunt, ex scyllite aceto temperant, & uux subiiciunt frequenter staphyloperito, quo ad pars ea nigrescat: triduo enim cadere solet, æger ore aperto deorsum uersus saliuante spectet, caueat ne uux radicem cauterio absumant, nisi ea quoq; pars corrupta uideatur. In omni autem euentu secare periculosum est, nisi prius corpus repurgetur.

Si uua sine inflammatione iaceat, & de eius curatione, Cap. VI.

*Plurimū uuam
puita laxari.*

*Quibus auerta
tur materia.*

Si iacet uua ex capitis defillationibus sine ulla inflammatione, capiti studendum est: si rubicunda, sanguinis missione, si flaua uentris deiectione: cum plurimū uero pituita laxatur, ac resoluitur ferè sine sensu. In ea curatione si rubicunda fuerit ex cephalica demendus est sanguis, ac sub lingua: si flaua uentrem recte mouet, succus balani citrini cū exteris fructibus: si iacet albicās, hiera aut coccij soluit aluum. Quidam (hoc Græci factitare solent) plusculum capillorum in bregmate ita nixu conuellunt, ut cutis ab osse crepitu abscedat, tum subito uua resilit. Sternutamentā quoq; iuuant, aut si laser subiiciatur uux ligula: galla quoq; prodest. Iacentem sedat baccarum, foliorum q; lauri decoctum quadrante pondō in aqua sextarijs tribus ad tertias, eamq; calidam gargariffare, cinis ruborum crematorum prius in umbra liccatorum reprimat, & cinis e radice. Uuam cōpescit alumen. Inter mixturas in phlegmatica materia emplastrum saluberrimum conficiunt cum lauri baccis, pulegio, origano, calamintha, mentastro, lauina, tritis ex melle coctis, si capiti abraso capillo imponatur, ubi bregma esse sæpius diximus. In biliosa materia ex succo acaciæ conficiunt, aut galla si prius adurantur cum aceto, suspendit enim materiam furentem. Inflammata comprimit acetum cum rosacea gargariffatu initio morbi, aut solani cum seminibus rosæ aridæ crocinis, aut punici uino, aut decoctum baccarum myrti, gallæ, rhuffis syriaci, aut cum rubi moris immaturis: aut eo refrigeranti polline utuntur, balaustrij, sandalorum, rosæ aridæ, gallæ, aluminis, subiiciunt enim staphyloparto, uel cyathisco. Aut si ex balaustris fiant alumine & camphora, gargariffata, quæ *διακλυματα* græci uocāt, in utraq; causa, rosæ aridæ, myrti, aluminis, salis tosti, ex mori decocto uel aceto: deinde myrti farina, aluminis, ac thuris subiiciatur uux iacenti, nam statim resilit. Aliud in phlegmaticæ initio, in incremento ac statu sanguinæ, habet seminis rosæ aridi 3. 6. hypocythidis 3. 2. ex melle aut uino commodatissimū est. Et initio quoque phlegmaticæ succus corticis nucis iuglandis, aut mori, uel gallæ, aut syrupo aceto, si ea medicamentorum asperitas intolerabilis sit, inquit Paul. ea mitigabis, amylo & tragachantho, uel ptisana, aut lapa, uel defruto, uel lentore, seminis malux, cydoniorum & psyllij, si unā decoquantur. ualet ouum sub cinere induratum bregmati feruens impolitum sine cortice aut dimidiatū, uuam enim iacentem reprimat. Alij, marina calefacta & sæpius gargarizata in sine prodest. Infantib. uua reprimatur gallæ polline ex aceto, si sæpius subiiciatur. In omni uux morbo ualet palmularum decoctū, in diacrysmate, sicut et diarrhodon ex aqua, uel glycyrrhizæ, hypocythidis, rubi cauliculorum, aut capreolorū uitis, glandes, melpila, & corna in remedijs habentur, sicut & myricæ, scythicus quoque lapis, radix lentisci, spinæq; ægyptiæ fructus: ea enim leuiter reprimunt uuam, neque fauces plurimum exasperant: sicut & rhos. Balaustrū uero ac citinus asperiora sunt sicut & cortices punici mali, & galla immatura, trita enim singula in usum ueniunt. Astringit præterea genus aluminis, sed quod scissile utilius est. calcanthum & si uehementis stypticatis reputetur, excalefaciendi uim obtinet, propterea uuam infestant indurata. Eorū quoq; succi cū melle si asseruātur profunt, alioquin in uasis corrumpuntur, inueniunt ramē ita destillari, aut solibus continuis perfici, uel torrescūt, ut in farinam conterī possint. Sicuti cytini, aut balaustrij, & hypocythidis, omphacij, glycyrrhizæ & centaury.

farum

farum crocini 3. 6. aluminis 3. 2. in melle id leui pruna deferuefacito, postremo crocini farinam conijcito, & ad usum seruato, et cum opus fuerit ex aqua calida, aut mulso ad gargariffata nihil utilius, nam uuam mirè reprimat residentem. Aliud ad cinioda præfocātem: Nitrum dissoluit & cyathisco uux subiucito uel digito confricato, pituita nanque multa cruenta defluet. Cauendum, inquit Galenus, ne calcanthum faucibus imponas, ne ad gulam aut arteriam uel pulmonem imprudenter influat, quoniam uenenatam uim possidet.

Diamoron ex Hera sententia, & Galeni, Cap. VII.

Mori immaturi succi acetabula quinque, uini austeri unum, mellis tantundem, coque ea ad mellis spissitudinem, adde croci 3. zingiberis dimidiam, omphacij aridi 3. 1. s. adde glycyrrhizæ 3. 8. altringentium asperitatem lenit omnem. Id inquit Heras, facit ad faucium, orium q; inflammationes, medicamentum diamoron ex Galeno, quod & stomatichon est, ad uuam, tonsillas, & oris ardores, succi mori immaturi acetabula 6. ad mellis crassitudinem feruefiat. adde croci 3. 3. s. & uini dulcis & austeri ana acetabulum. Andromachus uero in succo mori gallas quinas addit tritas, & glycyrrhizæ 3. 2. uini austeri acetabulum, solibus perficiatur, uel igni feruefacito, et radices abijcitur. adde myrrhæ, croci q; ana 3. 1. aluminis scissilis 3. 1. omphacij 3. 2. Alij, aluminis 3. 2. mellis attici acetabulum.

Medicamentum diarrhon quod Galeno ascribitur, Cap. VIII.

Mala punica cum corticibus conterito dulcia, austeria & medijs saporis, succi colliuge acetabula quina, mellis uero acetabulum, glycyrrhizæ 3. 8. ea in olla coquito, & percolato succo adde mellis selibram & iterum feruefacito, despumato melle, ad crassitudinem defruti, & ad usum seruato: id ori, uux, & tonsillis inflammatis prodest. Huic stomaticho medicamento initio morbi styptica admiscuntur, in statu concoquentia, inclinanti inflammationi dissoluentia admiscenda sunt, oris etiam ulcera sanant, & quæ aphthas uocauimus.

Stomatichum diacaryon ex Galeno, Cap. IX.

Ad oris quoq; uitia & faucium mala medicamentum sit a Galeno laudatū, quod diacaryon uocatur, corticem nucum uiridem in mortario tundunt, & succum exprimunt, & linteo percolant. Huius heminam & mellis tantundem, ac glycyrrhizæ 3. 8. simul in olla feruefiant, ad defruti spissitudinem, rursum decoctum exprimendo percolabis, omnium enim efficacissimum est. Herinæ medicamenta, quoq; aphthas & carcinomata sanant. Hericæ baccas tere & cum hyoscyami succo & melle illinito. Aut uitis albæ, quam bryoniam uocant, foliorum succus cum mysi miscetur & melle, & illinitur, mire abstergit, ac repurgat. & postquam caro superinducta fuerit, bryonix radicem cōtundito, & colato succo ulcus illinito, cicatricem facilem contrahit. Aliud, item oleastri cauliculos uirides in aqua coquunt, & succo ad diaclysmata utuntur.

Simplicia ex Galeno ad cinioda, Cap. X.

Gargariffata leniora ex palmularum decocto fiunt, ex aqua tantum, uel melle adiecto, aut ex rosa arida, uitis palmitibus uel capreolis, rubo, uel quam cynorhoda uocant, lentisco, hedera, rhamno, asphalto, cytino: siliqua radice mori immatura, hypochyrtide, pomis austeris, uel acribus, id est, pyris syluestribus, sorbis. Et uehementioribus, ut myrtis, cydonijs immaturis, pruni cauliculis, comari, fagi glandibus, melpilis, cornis: his quoq; ualentiora sunt, galla, rhos, erythrodanū, et tamaricæ baccæ: singula enim, inquit per sese ualent, nel cum alijs mixta. Arida etiamnum sunt quædam medicamenta quæ cochleario subiiciuntur uux qualis rosa arida est, & crocinū eius, scythicus quoque lapis, radix lentisci, spinæq; ægyptiæ fructus: ea enim leuiter reprimunt uuam, neque fauces plurimum exasperant: sicut & rhos. Balaustrū uero ac citinus asperiora sunt sicut & cortices punici mali, & galla immatura, trita enim singula in usum ueniunt. Astringit præterea genus aluminis, sed quod scissile utilius est. calcanthum & si uehementis stypticatis reputetur, excalefaciendi uim obtinet, propterea uuam infestant indurata. Eorū quoq; succi cū melle si asseruātur profunt, alioquin in uasis corrumpuntur, inueniunt ramē ita destillari, aut solibus continuis perfici, uel torrescūt, ut in farinam conterī possint. Sicuti cytini, aut balaustrij, & hypocythidis, omphacij, glycyrrhizæ & centaury.

m

Heraclidis

*Ad aphthas &
carcinomata
medicamentū.*

Asclepiadis ad uix inflammationem.

Omphacinum aridum conterito & cum melle illinito. Aut gallam cum melle, uel alumen scissile subditum ligula: mox decocto lenticulae os collue. Asclepiadis ad uix inflammationem, anethum cum semine & radicibus in olla ponito, argilla obrurato, & in camino ollam candentem reddito, & ita anethum cremabis. huius p. 2. iridis p. 1. trita ligula subijcitur. Aliud, rose arida, nardi celtice cum radicibus ana M. 1. nidi hyrū dinum syluestrium aridi 3. 3. myrrhæ 3. 8. gallas immaturas 15. trita eodem instrumento uiam tangito. Sorani ad eandem, glycyrrhizam cum melle & aqua infundito & feruefacito, succo colato gargarisabis: uiam pharmacis exasperatam, & inflammatam lenit & mitigat Galeno subscribente.

Sorani medicamentum.

Tonsillarum inflammationis causa & remedia.

Si cum febricula inflammantur tonsillae, quae ab utraq; faucium parte sitae sunt, quae ab alijs mala dicuntur: ἀντιόλης à Græcis seu ἀντιόλησιν nominantur, tum supra naturalem suum modum augmentur, & difficiles haustus, anhelitus q; efficiunt. Si non inflammantur uix augetur, nec colorem mutant, alioquin rubescencia mala apparent, maximo dolore strangulant hominem. Galenus ex sanguinis calidioris influxu inflammantur, nisi materia ad principale retrocedat membrum. Mittere sanguinem ac uentrē perurgare protinus necesse, & infusionibus alui subinde exinanire. Abstinētiā, uini præsertim, imperare opus est, si corpus sanguine, aut prauis humoribus morbidum fuerit. Si neutrum horum affuerit, ipsius duntaxat morbi rationem habebimus, ueluti gargarismatis acque cæteris ipsius membri particularibus auxilijs. In uo igitur inflammatio nis refrigerare, ac alstringere necesse est, quoniam rheumatismi eo modo discutuntur: inclinante impetu morbi, dissoluentibus opus est. Interea tempore cum morbus consistit utrunq; facere iubet ratio. At si inflammatio durior uideatur, nequaquam diaphoretica ac styptica pariter commiscenda sunt, nisi corpus exinanitum fuerit, sicut initio stypticis diaphoretica iure miscenda non sunt, quoniam ea intempestiua adiudicantur. Tument præterea uel pituita sola uel admixta sanguine, aut alterutra tantum pars tumet: utriusq; partis tumor hominem strangulat. Gargarismata prodesse scribit Paulus succo mali punici, ac rosarum decocto in earum phlegmone, aut palmularum succo, aut myxorum, aut lenticulae cremore, inclinante ipsa tonsillarum inflammatione: uel si in statu fuerit, mel adijciendum esse demonstrat, quod initio morbi damnari debet. At si superata materia fuerit, ac pus iam exire inceperit, mullso gargarissandum est, aut lenticulae decocto, aut rosarum foliorum gargarismate, absolutorio ueluti remedio. At si paristhmiā aëris uitio exulcerata fuerint, eadem quae dicta sunt auxilia conferre dicuntur.

Aëris initio paristhmiā exulcerata.

Sed peculiare est diamoron ex aqua calefacta, aut mulla in qua rosa decocta fuerit, & costum & rhus, aut glaucium uel eius arida folia decocta, aut diaglaucium ex mullso, aut arida sternutamenta. postremo post gargarismata uehementiora prodest diamylū tragachantis. Exulceratis lac & famiaterra ualet in gargarismate, uel diarrhoon, de quo mentio habita est: aut gallæ immaturæ, aluminis scissilis, ana p. 1. salis ammoniaci torrefacti p. 1. arida subijciantur. Aliud, gallæ p. 8. mysi 3. 2. salis torrefacti 3. 5. aridis utuntur. Est autem antiās (ut scribit Paulus) quam paristhmiā durior. Si tonsillae, ut alij tradunt, sine exulceratione intumescunt, & spiritum præcludunt, sublimi capite quiescendum est: à cibo abstinendum, aluus q; utiliter ducitur, & ex reprimētibus gargarissandum: multa ambulatione utendum, inquit Celsus, & ex reprimētibus gargarissandū, radix quoque ea quam dulcē appellant, contusa & in passo, mullso uel decocta idem præstat. eam ramen compolitionem, non nisi post faucium exasperationem, inclementia remediōrū, dari iubent Gal. & Paulus. Medicamentum q; diarrhoon aliud conficere docet Celsus quo illini tonsillas demonstrat, quod hoc modo fit. Ex malo punico dulci succus exprimitur, & eius sextarius leni igne coquitur, donec ei mellis crassitudo, sit tum croci, myrrhæ, aluminis scissilis, singulorum p. 2. per se conteruntur, paulatim q; ijs adijciuntur, uini lenis cyathi 2. mellis unus. deinde priori succo ista miscentur, & rursus leniter incoquantur. Aliter idem eiusdem succi sextarius eodem modo decoctus, atq; eadem ratio ne trita,

ne trita, ei adijciuntur hæc, nardi p. 2. omphacij p. 2. 1. cinnamomi, myrrhæ, casia, singulorum p. 2. 1. Hoc medicamento in morbi fine, quoniam mire resoluit, utendum centies. Gargarissandum etiam & ex ficu & mullso. Illinendū item mel cum omphacino. Latrin secus admouendus, sed aliquanto diutius uapor aquæ calidæ donec ex suppurēt & per se aperiantur. Si pure substance non rūpuntur ij tumores, incidendi sunt, deinde ex mullso calido gargarissandum ex ficu. At si modicus quidem tumor, & exulceratio est furfurum cremori ad gargarissandum, paulum mellis adijciendum est, illinenda q; ulcera hoc medicamento: Passi quæ dulcissimi tres heminae ad unam coquuntur, tum adijcitur thuris p. 2. 1. croci, myrrhæ, singulorum p. 2. leniter q; omnia rursus feruescunt. Vbi pura uicera sunt, eodem furfurum cremore uel lacte gargarissandum est. Atq; hic quoq; cibis leuibus opus est. Inuenimus inter ueterum experimenta, mētha cum alumine tonsillas sanari, & brassicæ syluestris succo cum melle gargarissato, uel othiminis succo cum lacte mulieris, uel portulacæ succo decoctæ imposito, & semine atriplicis nitro addito, si perfricantur, uel syluestris succo rosæ gargarissato. Helxinis cyathus haustus discutit, & flosculi cytini, uel pruni folia decocta in uino, inde ore colluto. Et furfuris (ut dictum est) cremor gargarissatus sanat. Pix illinitur. & elixum aron imponitur. Verbascum in aqua potum priuatim medetur. Pudet referre excrementorum hominis cinerem mederi tonsillis, pantherarum, ut puto exemplo, quæ cum aconito deuorato strangulantur, excrementis humanis liberari traduntur. Lactē bubulo leuantur, aut caprino gargarissato, prodest tepidum, ut est expressum, aut calefactum, caprinum utilius cum malua decoctum & sale exiguo: renes uulpium aridi priuatim cum melle triti illi: q; Hirundinū cinis cum melle succurrit, alij & earum nidos in emplastra addidere. Lactis ouilli gargarissatio adiuuat, si num columbinum cum passo gargarissatum ex ficu arida et nitro impositum. Sal Thebaicus cum melle tantum prodest: & quicumq; cum oleo & aceto, uel eodem extra fauces illitus cum pice liquida: fel testudinum tonsillas sedat. Et ostreo rum testæ cinis admixto melle, uel menarum salсарum ex capitibus ex melle illitus cinis abolet. Ranarum q; decoctarum succus, ex aceto, Aëris flos uel squama in fistilib. usta, & lota cum melle illinitur ad tonsillas. Et mysi utile est suppuratis tonsillis, & earum ulcera omphacium unguentum sanat. Alij hac mixtura tumorem earum sedat, nam paulatim contrahuntur, arida enim imponuntur, myrrhæ 3. 2. gallæ 3. 8. myleos 3. 2. salis torrefacti 3. 2. trita tenuissimè imponuntur. Asclepiadis ad tonsillas, gallæ immaturæ 3. 4. diphrygis 3. myrrhæ 3. 3. croci 3. 3. mellis quantū satis sit, non ulceratas tonsillas reprimat.

Panthera.

Id ex Asclepiade habetur. Cineris syluestrium hirundinū 3. 4. croci, nardi indicæ ana 3. 1. cum melle miscero, pullos cōbures in figuli olla uiuos cum pluma, operculo uas obturabis. Hanc compositionem laudat Galenus, laudat & Andromachus, qui myrti succum adijcit.

Asclepiadis medicamentum.

Is prodest brachia confricare nec leuiter, nam eminentias quasdam sub cuti inueniunt mulierculæ, quibus compressis materiam auerā uidemus. Alij ligno rotundo utuntur, alij perseuerante tumore supra flexum manus exteriorem, cauterio inurunt ardenti, aut medicamēto adurente, aut cucurbitulas in brachijs admouent, cum ferro. Alij in aurem oleū amygdalinū tepidū infundunt, si materia calida sit, dolorem enim sedat. In materia uero frigida oleum anethinū infundi. Reliqua in curatione uix dicta iam sunt.

Angina à nostris, à Græcis στυνδαλν dicitur, quæ (ut Paulus ostēdit) musculis, qui sunt intra fauces inflammatis oritur, sicut ijs qui extra, παραστυνδαλν. Ad eundem modū synanche fit cum musculi gutturis interiores inflammantur, cum exteriores, parasyanche uocatur. At Celsus ex uetustis autoribus fidus interpret tria duntaxat genera facit, synanchen, uti synanchen, & parasyanchen: In primo (ut exponit) nec tumor nec rubor apparet ullus, sed corpus extenuatur, & membra soluantur, & spiritus includitur. In secundo est rubor cum tumore, obmutescenti pallor, singultus q;. In tercio fauces tantum cum rubore intumescunt, cætera non sequuntur. Pestiferum & acutū mor

Synanche. Parasyanche.

Species anginae secundū Celsum

bi genis est cum ægri uix strant ac suffocari uidentur, cum cibus item ac potus prohiberetur. Noctu enim ea fere apparēt nec sine febrī, rubescit facies aut purpurea redditur, uenæq; in collo turgent, cum se strangulari putant. In aliquibus (ut tradit Paulus) ceruicis grauitas percipitur, ore fere semper aperto. Synanche cum in summo statu uidetur, letalis existimatur. Id malum uel infantibus euenit, pro ceruicis spongiosa raritate, laxa tū ob eam causam uertebris, qui raro in pristinum habitum reuertuntur. At Galenus quatuor differentias synanches memorauit, quas uno nomine anginas nominarunt ueteres Latini: una quidem cum guttur inflammatur, & pars oris tota interior, ad quam penetrat gula & gutturis finis. Altera uero cum neque in oris ulla parte, neq; in faucibus, & ne quidem extrorsus quicquam inflammatum apparet, attamen suffocatio sentitur in languenti gutture. Tertia cum locus extra fauces inflammatur, cum interiore pariter, uel ad mentum, ac iugulum, ac in ceruicem usq; morbus porrigitur. Quarta deniq; ab anteriore parte ad uertebras usq; colli, ut cauis esse locus uideatur, dolorq; tactu exteriorē conuiescit. Id cōtingit pulsus ad interiora uertebris, imminente circa faucium musculos inflammatione: hanc proprie speciem cynanchen ueteres nominarūt, pro pulsa uertebra ad radicem linguæ suo secessit loco. His nimirū anxietas inest multa in respirando, unde semper ore sunt aperto. Cuncti anxie bibunt, & cum cogitur, potus in nares regeritur. At earū curatio exiguam admodum habet differentiam.

De causis & differentijs anginæ, Cap. XVII.

MVLTX anginx cause perhibetur, sed præcipua est cum ex multo astu subita facta sit refrigeratio, tum & frigidissimi potus, aut si piscium spinæ incautis fauces occupauerint, ut scribit Aretæus: uel, ut alij tradunt, ab ictu inflammari potest locus, aut a conito assumpto, uel uenenatis quibusdā fungis, ac uua taminea, uel ijs similibus uenenatis, ueluti trifolij semine, quod guttur lædit & spiritū occupat. Huius tria genera sunt maiori folio ἀσπληνιον à Græcis uocatur, alterum acuto, & τρίφυλλον: tertium minutissimo folio innoxium: à nonnullis andachocham à barbaris uocari dicitur: huius remedium est lactucam aut serim edisse: sed frequentius destillationibus capitis euenit, & acutis q; plurimum. A sanguinis item copia uel pituita, rarēter ex atra bili quoniam acutissimus morbus est, ut tradit Alexander, & id paulatim congregatur, durusq; abscessus apparet, uel quod excreatur subliuidum. In reliquis uero erumpere humore intumescit protinus: illud melancholicum apostema ex permutatione humorum ab alijs morbis fieri potest, sicut mihi olim accidit ex febrī. Hippocratis sententia, synanche hyemis ac ueris rheumatismis plurimum accidit defluentibus ad iugulares uenas, id est, sphagtidias, aut epiglottidem, uel alias gutturis partes. At si humor tracheam arteriam occupauerit nō protinus suffocat, quoniam canalicula amplior est. Angina alia ex uno tantum humore confluente generatur, alia ex pluribus oritur, qui uel in toto corpore superabundat, aut in uicinis tantum partibus exundant, capite, faucibus, aut gutture, uel epiglottide, quod raro contingit, quoniam eius lacerti minuti sunt ac uenis exigui conspersi. Componuntur quoq; uertebrarum alicuius luxatio cum synanche, aut eadem synanche cū animæ defectu. Aliud rursus apostema aut est paruū aut magnū aut mediocre: aliud itē est quo plures lacerti intumescunt & inflammantur, tum interiores, tum exteriores, ita quod bronchum & iugulum & partes pectoris occupat: ex malorum aliorum permutatione febris acutæ siue cōstrictæ, hanc stegenā uocant, pleuritidis, aut phreneticis morbi. Rursus alia synanche consumitur, alia suppurat, uel locum mutat & delitescit, alia in duriciem, uel membri corruptionem finit, uel subito necat. Si uero delitescit tumor, aut in plura membra, aut in propinquam materiam transfunditur: si in præcordia erumpit, subito hominē interimit: si in partes pulmonis uitiū effunditur, teste Hipp. septenis diebus salutem mutatis locis promittit, sicut & in stomachum interdū, tum materiā uomitū effunditur, aut in cerebrū ex qua deliriū uel phrenesis sequitur. Aliquando ea ueneni uis in neruos diffunditur, unde spasmus, aut paralysis consequitur. At si inflammatio gutturis ad extimam partem transmutatur in bonum cedit, ediuerso dānatur. Facilis præterea respiratio salutaris est, difficilis uero spiritus agitatio periculosa est, imò Hippocratis sententia letalis est, si tumor præsertim nusquā apparet cū summo dolore, ac orthopnoi

CO

eo anhelitu, quæ in prima uel secunda uel tertia, aut ad summum quarta hominē strangulat, hanc cynanchen uocauere, in ea enim os apertum manet, ac lingua procidit. Omnis synanche minus periculi affert, quæ minus doloris habet, quæq; minus præfocat. Omnis item inflammatio aut:umor qui intus extraq; astringit cæteris nocentior est, phlegmaticus uero tumor tutior existit Galeno autore, quoniam febris hominem non uexat, nec dolor pariter, nec epiglottis eo humore extumescit.

De notis synanches, Cap. XVII.

IN synanche omni spiritus subducitur, dolet guttur ex materia præsertim cholericæ, tumescit collum, ac facies, interdum lingua procidit, aut nimio humore contrahitur ac hiat os, potus dolorem ingerit, ac per nares regurgitat, quoniam gutturis musculi tumescunt dum attrahere cibum et potum sursum bronchum efferentes dolent, eam uim greci καβελτικὴν uocant: reliquæ notæ, sicuti uox exilis, ac inexplanata uerba naribus resonantia, oculi prominentes, ueluti qui fune strangulantur, articularum pulsus, ut Galenus docet, initio rarus, ac exilis est, postremo citatior redditur, si synanche uehementer strangulatur. Vomitus uero si aliquando acciderit, gulæ abscessum denunciat, aut nauisæ similis affectus. Subita præterea synanche strangulat, si in faucibus, et in epiglottide sedē habet: si uero tardius inest sub brōcho malum est aut in tota trachea arteria. Earū quoque alia differentia sunt, deuorandi aut bibendi difficultatem habet gulæ & faucium synanche, respirationem uero paulo liberiolem. In epiglottide uero spirandi angustia maiores subeunt, & bibendi facilior modus: utrumq; tamen accidere potest, ubi eas partes synanche maior occupauerit. At inflammatio siue tumor lacertorum gulæ interiorum ab ijs qui extrinsecus sunt magnam differentiam habent, quoniam ex interiorum tumore anhelandi facultas liberior est, sed cibus ac potus difficilior redditur, nec abscessus apparet, aut uix cernitur. At exteriorum lacertorum abscessus cum lingua spatula depimitur, uidetur, ac respiratio non prohibetur, nisi bibendo aut deuorando. At epiglottidis quoq; lacerti tumentes inter se differunt, quoniam interiores si tument, oculi in interimum, nunquam ferē sanabiles, nec tumoris nota ulla intus quā extra apparet. Exteriores cum tument uersus gulæ partem, qua hærent, non conspiciunt intra fauces, extrinsecus tamen aliquam tumoris notam præ se ferunt, uel digito summo deprehendunt interdum. De notis humorum hæc pauca subiiciemus: ex sanguine multo, lingua, facies, oculi rubescunt, & uenæ temporum, & quæ iugulares dicuntur turgent supra modum, saporq; in ore dulcis est aut uinosus. Doloresq; uehementes ægrum premunt, ac pares strangulationes sentiuntur, quoniam abscessus ingens est. Pulsus præterea ingens est plenior, ac fortis: ac uictus quoq; præcedens subscribit. Bilis namq; notæ sunt sæua inflammatio, feruor molestior, sitis acrior, dolor acutior, mordaxq;, oris amaritudo, ac sitis: ægerq; insomniculosus est, uel nocte mens commouetur, minusq; tumor fauces occupat quā sanguineus, lingua subruffa cernitur: pulsus quoque uelocior est: ac uictus ex ijs quæ bilem generant. At Hippocrates epiglottidis interioris abscessus orthopnoicā respirationem facit: ac uox ipsa exilis, ac spiritus difficilis est, & ulcuscula quandoque oriuntur. Phlegmatici apostematis signa sunt, lingua albida, tumens, fungosa, quæ quandoque ex corrupto humore durior fit ac liuida. Ex plegmate salso os salsum est, feruēs, ac lentū: ex aquoso phlegmate, pallor faciei, linguæ, nulla sitis, paruaq; inflatio, linguæq; mollior est, ac magis procidens, dolorq; ægrum minus fatigat, ac febris pariter: morbus ipse ad quadragesimum ferē usque diem protrahitur: tum cibus ac potus liberior est, & os fere semper laliua madet. At rē deniq; bilis notæ sunt, aceri in ore mentitus sapor, aut acidus ac durities partis illius paulatim cum tumore cōgenita, colore interdum liuido: & si ex adustione humoris calidi fuerit, præterita indicia manifesta sunt.

De synanches reliquis indiis, Cap. XVIII.

CUM uero synanches tumor discutitur sine sectione, ac pure, locū permutasse morbum indicio est: ad pulmones uero specialius ostendit pulsus magnus, undosus cum tussicula, tum peripneumoniam parat. At Galenus pulsui duro ac inæquali indicium attribuit. Pulsus uero diuulsus spasmata neruorum denunciat. Stomachi uero dolores, nauisæq; insolitæ, ad uentrem materiam deriuasse certum indicium est. At si deniq; pulsus

Angina species secundum Gal. quatuor

Signa ex quib. humorib. fit angina.

Bilis signa.

Phlegmaticæ anginae indicia.

Nota melancholici humoris.

Quæ partes ex angina soleant male affici.

Præfagia futu-
re sanitatis.

Letales in angina
notæ.

Que folent uis-
si eijci.

Angina acutissi-
mus morbus.

Minuendâ mate-
riâ in hoc mor-
bo.

In angina san-
guinea æger fas-
natus, non misso
sanguine.

pulsus misere subducitur cum cordis palpitacione, naturalis calor dissoluitur, cum ani-
mæ defectu ad præcordia materiam pestilentem peruenisse nota est. Suppurantis tumo-
ris signa sunt, cum tumor residet, ac dolor leuari incipit, post quartum præsertim diem,
cum dolor ægrum plurimum afflixerat: cum ex toto maturatur, feruor mitigatur, ac do-
lor mollitur. Præfagia futuræ salutis sunt cum materia ad cutis extrema educitur, Hip-
pocrate demonstrante: à synanche, inquit, tumor rubicundus, in pectoris summa cute
aut gulæ aut ceruicis, salutem prænuñtiant: ægri tum uigilantiores apparent ac hilari si-
miles, nisi (quod rarum cernitur) erisipelatoide pestifera tentari uideantur, eius rei indi-
cium est plurima materia, qua interiora & exteriora complentur, quod exitiale existi-
mamus. Anhelitus præterea facilior ac frequentior, nec tractu longo anxius, sp̄e denun-
ciat. At hæc exitium in synanche è diuerso portendunt, quæ dicta sunt contraria signa,
ut si tumor exterior ad intima penetrauerit rubore iam discusso, & strangulari ob id æ-
grum uideamus, & si supinus iacet æger, se protinus, brachia iactando, suffocari osten-
dit, & ueluti furiosus, suspirando in lecto sedet rectus ac mœstus: et inter spirandi angu-
stias hinc inde sese iactat, & circumstantes necessarios odit, ueluti qui aëra prohibent, si
ne uoce inquietus succumbit, ac moritur, sed hi prius stiticolosi nuquam bibunt, quo-
niam per nares potum effundunt. Quidam mente incommoti pulsu diuerso ac formi-
cante in angina pœnis miserabiliter strangulantur: si urina ex crassiori substantia in te-
nuem conuertitur, & lingua crassa exerta, nigra ac dura, ardens febris, cum uirium de-
fectu fuerit ore spumante, ab Hippocrate, exitium certum protenditur. Galenus idem
astipulari uideatur, si alie circumstantie iuuerint, habitudo ueluti calidior feruentis cor-
dis, in iuuentute, ac ætate calida regione, flante q; austro, facies item pallida, aut liuida,
uiridis uel nigrescens, ac oculorum linus præcipue atq; labiorum extrema frigida sunt,
ac sudor quoq; gelidus uideatur in inguinibus atq; sub alis, horripilatio in extremis, præ-
sentaneum interitum significant. In acutis præterea febribus constrictis, quas stegenas
uocari diximus, quoniam materia multa in spiritalibus membris feruet, exanthemata et
papulas uel boam imminere, suffocaciones faucium denunciant: & dolor pariter guttu-
ris eundem præfagit morbum. Refert Gal. libro de partibus interioribus, quendam diu-
tius uexatum, uiscosa quedam excreando, demum calculum gradinis similitudine eie-
cit, ac subinde alium, unde materiam ipsam lapidescere adiudicauit, sed antequam lapillos
eijceret in co conatu suffocatione quadam exanimari uidebatur: ea enim raro contin-
gunt, sicut & alij qui carnis frustra eijciunt strangulantia.

De curatione synanches per sanguinis missionem, Cap. XIX.

Quoniam synanche quam acutissimus morbus est, ob id initio omni cura expu-
gnandus est: qui si sanguinis uitio contigerit, et uires affuerint, protinus sanguis
mittendus est ex uena cephalica, ac ab ea quæ sub lingua est, aut cucurbitulis sub cerui-
ce impactis. Paulus ex cubito sanguinem demi docet pluries, quâ una & largiori dimis-
sione, quoniam ex ea repentina sequatur animi defectio: & quæ sub lingua est ea quoque
secunda. Si exerta inquit, lingua est ac crassior, tumētiore, scalpello cōcidenda est, aluus q;
uehementiori clystere trahenda est, ac demum pedes aqua calida macerandi, ac extrema
deliganda sunt: collum item lana succida mollis nec multa uelandum est. At Hippocra-
tes exitialis synanches curationem omisit, & desperatum morbum, prognostico relin-
quendum esse docuit. In cæteris Alexander missionem sanguinis plurimum laudauit,
uel in omni genere synanches & à quacunq; materia fuerit. Alij uero in alijs dominan-
tibus humoribus à sanguine, deiectionem humoris peccantis præferunt, deinde sangui-
nem demunt. Aliqui in omni materia à sanguinis dimissione initium sumunt, quoniam
& raro medicamenta hauriri possunt. At si per incitiam aut negligentiam sanguinis di-
missio usq; ad statum omisa fuerit, & apostema magnum fuerit, rursus feruet cente alia
in uicinis partibus materia, secare rursus uenam quæ sub lingua esset, proculdubio expe-
dit, quod uel inclinante morbo contingere possit: è diuerso per exempla enarranda
est curatio. Quidam in angina sanguinea ægro uenam non secuit, quoniam macer esset
languidis q; uenarum receptaculis: in cubiculo eum frigidissimo collocarunt, ne sitiret,
esuriret q;, neq; uires resoluarentur, tum enim synanchicus inedia plurium dierum sana-
tus

In phlebotomia
uirium ratio ha-
benda.

tus est, quoniam sanguis alimentum corpori subministrat. Indicio sit quod apostema
non inuiscet, neque distenditur. Præterea cataplasmata resoluencia, aut maturescen-
tia laudauerunt: qui sanguinem demunt ad animam usque defectum, uirium immemores sunt,
quæ lacerant, quoniam in strangulato æger cum nihil haurire possit fame perit, uel im-
becillitate uirium materia multa inconcocta ad fauces tumentes magis ingeritur. De
quantitate uero sanguinis ac mensura ad drachmas redigere, sæpius in die usq; in triduum
sanguinis drachmas 10. demi iubent per interualla, septies in die & totidē in nocte, qd
incongruum & intemptiuum nobis esse uidetur: uires tamen consideranda sunt, in
summa rerum est, ut uires omnino tueamur, & anima ne deficiat. Certa igitur sangui-
nis mensura aut pondus præscribi apte non possunt pro corporum uarietate. Cōiectu-
ra igitur opus est rationali, & medici experientia. De secunda uena inter se certant au-
tores. Mulieri in angina si menstrua substiterint à talo demendus est sanguis, aut si hæ-
morrhoides importunè steterint, Galeni sententia, quæ interdum præfocacionis causa est
synanchice, quam dimissionem iterare quandoque necesse est. Alij menses ciunt, & hæ-
morrhoidas aperiant salutare, quibus materia auertitur, si angina recens est, aut omni-
no leuant impetum. Quod & ex profluuio narium sanguinis, aut ueris iam suppresso,
tum enim uena iecoraria opportune soluitur, uel si uniuersum corpus sanguine turgidum
fuerit, à talis inchoandum est, alioquin à cephalica incipiunt, uel ab ea quæ inter pollicem
& indicem sita est. Venarum uicem (ut tradit Ruffus) subeunt cucurbitulæ suris im-
positæ, aut femoribus cum scalpello, si copiose sanguis educatur, protinus leuari malum
promitti. Alij sanguisugas impactas laudauerunt. Galeni sententia est ex propinquis par-
tibus etiamnum sanguinem demi oportere ex manu ac ex ima lingua, cum in statu mor-
bi tumor contumax dissolui non possit, quod aliqui uel sequenti die fieri iubent. Alexan-
der uero si mane uniuersalis sanguinis dimissio facta fuerit, uespere sub lingua secandas
docuit, si dolor non cessauerit, ac tumor non resederit. Aliqui & frontis mediam aperi-
unt, si nimium tumida fuerit, uel labiorum, ut aliqui tradidere, uel ipsam linguam crassi-
orem scalpello concidunt.

De angina curatione per sanguinis missionem & uentris deiectionem,
Archigene auctore, Cap. XX.

Archigenes presentaneis auxilijs in angina opus esse demonstrat, sanguinis præ-
seruam missione, sed parcius citra animæ defectionem, uulnus q; scalpello modice
inferendum est ex cubito, alioquin lato uulnere, inquit, sæpe animas, nec in alio morbo
magis custodiendæ sunt corporis uires, obest enim & angustum uulnus. Ad deiectionem
uero uentris, elaterium cum aloë, aut colocynthidis catapotia, ualere tradidit, si de-
uorare potuerint. Prodest & hiera colocynthidis 3. 3. per aluum infusa. Cucurbitulas men-
to admotas circumsarificatas sale affricari docuit. In synanche occulta sub occipitio ad
primam uertebam impacta cucurbitula prodest ad primam ceruicis uertebam, ubi ali-
quantisper dimittenda est, ut mora materiam auerrat. Si materia cholericæ cum sangui-
ne prædominari contigerit (ut alij uolunt) aluus trahenda est, ijs quæ bilem ducunt an-
te sanguinis missionem. Recte enim in potu datur strychni aqua cum siliquæ Aegyptiæ
atramento, uel prunis eiusdem prouinciæ quos tamarindos uocant, aut nostratibus pru-
nis, uel diapruni medicamento: trahere enim uentrem uehementiori cathartico perni-
tiosum est: alij rorem syriacum quam manna nunc uocamus, admiscunt zzyzpha, my-
xa, & uiolas unâ decoquentes: si uero cum sanguine pituita exundat uulnerata uena,
uentrem cum cochijs & hiera deijcimus, Clysteribus præterea utimur atque collyrijs,
si adsit febris, lenioribus. Si febris non est, in bili & phlegmate, uehementiora damus: mi-
re ægrum leuant, à quibus protinus inchoandum est. Interea quæ acutam materiam
obtundunt danda sunt, quale diapapauer simplex, quod influentem materiam commo-
de suspendit. Aut quæ crassam materiam exaciunt hyssopi, aut absinthij, aut abrotoni
decocto. Archigenes utebatur centaurij, calaminthæ, aristolochiæ q; deco-
cto addito melle & nitro continuis
porionibus.

m 4 De gar-

Temporis
materie ratio
habenda.

Circa morbi tempora diuersa remediorum genera requiruntur, ac pro ratione materię extumescens. In initio sanguinę materię frigida ac sicca stypticantia, sicuti aqua rosacea cum aceto, aut aqua in qua rhus maceratum fuerit, aut diacarydio, aut mali granati succo acri, uel dulci cum cortice tusi, aut medię saporis cum interiore contusi aut cum aqua siue strychni succo, cum crocino rosę aridę: id enim adiuuentum ualidissimum est. Succus quoque cydoniorum, sorborum, mellepillorum, palmulę immaturę, semen myrti, oxyacanthi, gallę, balaustiorum, hypocystididis, decoctum, singula enim per se ualidissima sunt. Uix quoque, omphacium, cardui, syluestris aqua aut succus, aqua quoque plantaginis aut mori immaturi succus, aut lenticulę decorticatę decoctum. Fex acetri quoque (ut inuenio) anginas discutit, & uiolę purpureę succus gargarisatus & potus curat: Oenanthe quoque illinitur. Rubus accommodatissima est & succus eiusdem caulis, uel quinquefolij gargarismate frequenti. Valet & quod diamoron uocamus, & caulis rhamni succus per se. In ea enim curatione discutientia penetrare debet subtili sua natura, alioquin syrupum acetosum, aut mali punici succus acidus, aut mali medici acrimonia, aut si acetum per se admisceatur. Id aridum medicamentum ualet quod habet, rosę aridę, seminis portulacę, spodij, sacchari albilissimi, balaustiorum, amyli, singulorum partes æquales, trita per fistulam inspirantur, aut ligula imponuntur. Galenus oenanthę, & rhus, balaustia & similia cum diamoro admiscebat. At in biliosa materia quę magis refrigerant cum succo strychni & rosis, sandali farina & camphora. Plurimum quoque ualet syrupus uiolaceus, ac ex nymphaea, cucurbitinus cum aqua plantaginis. Gargarizatur quoque utiliter plusquam uerisimile atramentum siliquę Aegyptiæ cum aqua eadē plantaginis, uel initio morbi, prodest & lactuę fatiurę succus gargarizatus. Lac quoque quod ex papaueris semine exprimitur ex rosacea. Strychnes succus purus, aut decoctum duum acetabulorum mensura mane & uespere potum ualet. Psyllij quoque seminis lentor uiscosus cum coriandro & camphorę exiguo. At ex phlegmatica causa initio rosacea & acetum mixta gargarizatu prodest, uel syrupus acetosus, aut diacaryon, addita galla, uel acatia, uel alumine. Probantur gargarismata ex oxymellite, cum nitri paulo uel alumini exiguo. Si cum materia cholericā sanguinea simul fuerit, magis refrigerantia conuenire aiunt: augefcente morbo diamoron probatur cum decocto aridę fici, aut palmularum, aut diarhoon, cum mulso, aut omphacio uix, lac, tepidum recens cum interiore siliquę alexandrinę mirę iuuat in omni tempore, nam dolorem sedat, aut rhodomel cum strychnes succo. In frigida materia diacaryon prodest pyrethro addito, quoniam uires exacuit, uel myrrha, uel croco, uel oxymellite, uel hyssopi uel calamenthi, uel passulę fici, cum oxymellite in melancholico abscessu. At in statu uero ubi materiam resoluū uiderimus, atramentum siliquę cę fici aridę decocto in gargarismate proficit, aut passularum uel carycarum, palmularum uel succo. Gargarisma ualidius ad maturandum & dolorem sedandū habet hyssopi, calamenthi, palmularum, passulę, radice dulcis, siliquarum, uerbenę ana partes æquales cum posca coquantur, & percolato succo gargarizetur. Galen. myrrham & crocū cum diamoro laudauit, quoniam dolorem lenit & maturat apostema. Valet etiam in statu fici aridę & passulę decoctum cum nitro, quoniam lenit etenim ac resoluū: & in materia calida semen psyllij addunt & cydoniorum, uel lini aut scenogręci, uel fursur. Et lignū quoque dulce inter resoluentia est, myrrha, crocum, ac nitri, armoniacus sal, ac pyrethri, sinapi ac excrementorū hominis cinis, uel canis uel lupi, fel cameli cum melle, uel taurinum, caprinum uel, cum melle illitum. Mellipeda quoque si illinitur efficacissimā putant: simā columbinū, uino & oleo permixtum. Fel quoque testudinū anginas sedat, & testę ostreorum cinis admixto melle, uel menarum salarum ex capitibus ex melle illitus. Aut ranaum decoctarum succus ex aceto, cancri fluuiatiles triti singuli in heminā aquę, gargarizati, aut in uino, aut in calida aqua potū: hæc enim per triduum fieri solent, mox ex pulso uel mulso cum ficu alba sicca decocto, gargarizationes frequentes profunt, aut hydro mellite, aut radice dulcis decocto, uel rhodomellite ex aqua rosacea. Emplastra aut liamenta quę extrinsecus imponuntur, ea laudantur: Mori folia contrita ex oleo chamomelino

Remedia anginae ex frigida materia.

melino utilia sunt. Caprinum fel cum croco & pipere, admixto uino & melle, illinitur, nam & omnia faucium uitia sanare dicunt. Alij melligine anacardino illinentes pustulas excitant, & ex sinapismo gargarizant. Alij tum intus, tum foris moly utuntur, mirę enim tumorem discutit, ubi materia melancholica uiget, additur etiamnum illud in emplastris ad ea uitia quę induruerint: In materia frigida Paulus piper & pyrethrum tritū faucibus inspirari suadet. At inclinante materia in abscessu feruida, gargarismate eo utimur, passularum, myxorum, scenogręci, hyssopi, callitrichi, melliloti, chamomilę, cū fursure, si unā decoquantur ex aqua & percolato succo addatur sapa ac mel, efficaciter utuant. At si materia maturationem ostendit, tum in calida utimur, gargarismate maturante & in pus uertente materiam, malurę seminis decocto, & scenogręci cum melle, aut fici albę decocto addito fermento, uel id quod habet passularum, myxorum, seminis malurę, uiolarum, radice dulcis, ac hordei partes æquales, unā ex aqua decoquantur, & decocto addita sapa gargarizatur. Et id emplastrum calidum imponitur, radice althę, liliorum alborum, unā in aqua si decoquantur addita axungia & butyro. Aliter, seminis lini, seminis scenogręci ana ʒ. i. seminis althę, siue aristalthę, sem. meliloti, & florū chamomilę, singulorum manipulus, in aqua ferueant, adiecto butyro, & oleo chamomileo, ad ipsitudinem, id enim tempestiue maturat reliquias, ac resoluū. Succus quoque ater siliquę Aegyptiæ saluberrimē illinitur. Aliud quod maturat ac extrahit pus, carycas numero 10. aut ficus aridas albas in aqua discoquito, postea conterito, & addito scenogręci farinam, ac fermentum molle, aperit id & maturat, uel magis si cepam sub cinere tostam & tritam admiscebis addito mellis momento emollit, maturat ac resoluū. Quę dolorem sedant maturant, & aperiunt: fici decoctum cum scenogręco, ac palmulis, uel cum mullā, calamentum, sampuchus, mentha, silymbriū, & radice lilij, galbanū quoque & pix liquida abscessus rumpit, & facile maturat. Excrementum album canis tritum cum lacte caprino uel ouillo prodest, extrahit & foris rumpit fermentum cum sale & oleo. Aut pullorum hyrundinum cinis cum axungia ueteri. Instante puris eruptione, arida ea discutientia & styptica per fistulā in fauces inspirato frequenter, qualia sunt galla, balaustia, alumen. Aperto apostemate & pure dimisso, butyrum cum aqua calida & oleo uiolato gargarisandum datur, quoniam dolorem mitigat: aut luteum ouis crudum cū amygdalino oleo & amylo, & tragacantho. Sedato dolore, quę abstergūt danda sunt ad gargarizationes, qualis est mullā, uel rhodomel, alij salem ammoniacū inspirant. Si uero tumor non maturatur, nec resoluūtur, sed indurefscens cernitur, brassicę ius ore colluto prodest, in exalperatis faucibus lac recens calidum uel tepefactū ex oleo rosaceo mitigatiuum est. At si ex strangulatione ægrum deficere cognouerimus, quę aluum trahunt uehementes clysteres infunduntur. Si uero inedia id contingit, succum carnis affatę infundimus, ouis quoque luteum, aut gallinacę ius. Si haustus aquę difficilis sit, cucurbitulan in secunda ceruicis uerebra imponimus, nam meatum aperit. Hinc ad curationem quę manu fieri solet transeamus.

De curatione chirurgica.

Cap. XXXII.

Si ea non aperuerint, ac parum profecerint, abscessus aperiendus est ferro aut ungue. Aut candela in fauces dimissa, dirumpunt enim tunicam & pus prosilit: quidam ligueo, aut osseo uel corneo instrumeto utuntur. In suspecta tamen angina profocationem maturationem tempestiuam non expectandam ducunt, sed immaturum apostema adaperiunt. Quidam inconclamata strangulatione arduo remedio usus est, nam tracheę arterię inter anulum & anulum sub epiglottide dissecuit membranam, & respiciendi modum inuenit ægotanti donec sedata synanche, confuto uulnere arteria perfanatur. Alij temerariam eam curationem esse prædicant. Aperto uulnere caput ægri inclinadū est ne sanguis in pulmones demissus coaguletur. Ora uulneris aceto & aqua coluendę sunt ac exinde calcantho, psyllio sanguinis occurrimus, demū ulcus percuradū est, sicut reliqua oris ulcera, mullā & cadmia, ut Gal. placet. Quia ad cicatricę perducit, sicut & lapis phrygius ustus & lotus, tritus imponitur cū melle. Aeschines Athen. (ut docet Plin.) excrementorū cinere anginis medebatur, & tōillis uuis, & carcinomatibus. Hoc medicamentū uocabat botryō: nā & nardum comiscens, tetrum odore occultantes.

Gargarisma materia in pus uertens.

Materia medicina maturans et aperiens.

In periculosa angina maturationem non expectandam.

Boirion medicamentum.

Aliud

Medicamentū
Archigeni ad
Synanchem.

Id ita fieri solet, gallæ immaturæ ʒ. ʒ. diaphrygis ʒ. ʒ. myrrhæ tantundem, ac croci, mellis quantum satis sit faucium mala corrigit. Martianus ad occultas anginas hoc synanchico medicamento usus est, aris usti, calcanthi ana ʒ. 12. myrrhæ drachma, elatherij tantundem, aphronitri drachma, fellis taurini ʒ. ʒ. melle trita excipiuntur, ac fauces intus illintuntur. Archigenes humanum excrementum exustum in linteolo cum mullo remedio præsentaneo ante strangulationem in potu dedit. Antonius Musa prætulit cum inuerefactum, quo cum melle in anginis occultis usus est. Exulceratis faucibus lac bubulum gargarissandum damus calidum, uel asininum uel ouillum succinum, & pyrites lapidis crudus tustus q̄ prodest. Quidam (ut Paulus docet) ad uitã reuocati sunt, pipere ex aceto in fauces dimisso, aut urticæ semine in aceto acerrimo macerato & infuso.

Ex Galeno remedia, Cap. XXXIII.

Galenus in libro de parabilibus facultatibus, glycyrrhizæ succum cum melle & terlemnia & spinæ Aegyptiæ baccis, quæ per se aridæ & trita imponuntur. uel rubi caulis tritus et cum melle impositus, myrtus quoque arida, absinthium, ac dracunculus cum melle collecta profunt. Asperitatē lenit (ut tradit) lac tepidum, per se prodest, uel cum fursure, aut mulla uel oryza decocto, uel pisanâ cum uua passâ, aut maluræ decoctum per se uel cum melle. Si crustæ superueniunt oxymel prodest, aut lētis sine cortice decoctum uel cum hyssopo aut iride, aut in fici aridæ decocto sinapi imposito, & id gargarissato. Pituitam enim extenuat & phlegmonem diicit. Conchulæ uero nudæ, combustæ si ex melle inunguntur foris, mire iuuant, quod experimento constat.

De his quæ non sine strangulationis periculo euomuntur, & quæ deuorantur, Cap. XXXV.

Beneficiorū uis
incredibilis.

Non sine strangulationis periculo euomuntur, quæ fidem excedunt: uisum mulieres duas socias & uicinitate familiares, una die malis, ut arbitrati sunt, medicamentis potionatas, quæ monstrificis exagitate uomitionibus miraculum præbuerunt: altera acum crinale ingentem, in modum hami implicatum cum capillo muliebri plusculo, cum resgminibus unguium inuoluto, reiecit magnis conatibus, dum ea euomet omni nixu nihilo penē minus strangulata iacuit, quæ sequenti nocte obiit. Altera item capillamentum muliebri, nitri frustra cum canis caudæ pilosæ tribus frustis arefactis, ita ut pene integræ caudæ quantitatem, si unâ composita fuissent, facile adimplerent: Ter aut quater in eos conatus anxio hiatu penē suffocata iacuit moribunda. Unde quæso, deum immortalem, eos efficaces effectus inuenerit mortalitas? Qua ratione ea ueneficia inuenit, & quo modo ea hauriri potuerint, uita sit iudicium. Quidam ueneficis incantaminibus oculorum acies præstringi dicunt, ne eas obscenitates conspiciant nec in ore commanducata sensu dignoscantur. Alij, quod maius est (si credimus) in cinerem redacta magno tentatoris artificio in uentre maiori miraculo redintegantur. Magorum hæc commenta sint, tam certum est eas euomuisse, quam incertus est deuorandi modus. De ijs ueneficijs altera in strangulatu sapius defecit, altera misere interiit. Frequentissimum est, uoracissimos quosdam, ossa & spinas, lapillos, denariū, aut panis frustum & similia deuorasse, quod pueris sæpe cōtingit, unde dolor ac spiritus agitatio percipitur, ac demum strangulatos esse (ut tradit Aristoteles) qui interdum in sepulchris reuiuiscunt. Alterutra enim canicula oppilata hominem exanimat suffocando, quoniã ij meatus uiciniate conueniunt, & quicquid per gulam transit immodicæ magnitudinis arteriam quoque strangulat.

De remedijs ueneficiorum & inherentis ossis uel spinæ, Cap. XXXVI.

Mouēs uomitū.

Remedia aduersus mala medicamenta in primo uenenatorum libro diximus. Sed ad ea genitæ flores triti commanducati quæ, aut iure aliquo poti uomitiones crebras concitant, unde ea monstrifica reijciuntur. At si quid faucibus infixum hæreat, quod uideatur, forcipe si quæ a gruis rostro nomē habet, extrahendū est: uel si gule transuersum immortum manet eodem instrumento, sed longiori eximendum est, alij inter scapulas pugno percipiunt, ut os siue aliud quod hæret profiliat: Aliqui uomitum laudauere, quoniam cum cibo infixæ exiliunt. Quidam tussi excutiunt, aut immodico risu.

Vomitūs

Vomitūs excitatur commodè singulis diebus nasturcij drachma, ex aqua tepida pota, à præadio præsertim. Galenus fructa carnis bubulæ cum pluribus membranis non nimiam concoctæ si deuorantur filo deligata secum sæpe trahunt intercurstantia. Nos uero spongiam oleo madentem in spinæ tedio, filo obligatam per fauces in mediam gulam dimissimus, & subito herente spina edaxinus: atq; i. a infixa faucibus extrahuntur. Quidam candelam longiorem molliorem in fauces in G. figuram immittunt, loco enim infixum commouent. Si spina iam infixa corpori fuerit, emplastrum suppuratoriū quod maturet & aperiat imponendum est gutturi. Id præstat tritici farina ex aqua & oleo in olla feruefactis, aut ex marcore seminis lini, siliquæ q̄ atramēto cum butyro & amygdalino oleo. Quidam catti excrementa, infixa extrahere demonstrant, si conteruntur, & foris admoventur. Plinius si, inquit, e pisce hæserit faucibus, dimissis in aquam frigidam pedibus, cadere. Si uero ex alijs ossibus, impositis capiti ex eodem uasē ossiculis: si panis hæreat, ex eodem in utranque aurem addito pane.

De sanguisugis & de pota luprestis, Cap. XXXVII.

Sanguisugas alij hirudines uocant, quas ad extrahendum sanguinem accommodatas habemus, ad hæmorrhoidas ciendas, post aures, sub mento & alijs corporis partibus, humani sanguinis auide, accommodantur. Dum exugunt toto capite conduntur, satietate decidunt, et ipso sanguinis pōdere repletæ, aut si le cinere ue asperæ, cuius tedio sanguinem euomere coguntur. Aliquando tamen adfixa relinquunt capita, cuius rei causa uulnera intanabilia fiunt. Sicut Messalinus e cōularibus patricijs cum ad genua admouisset unam. Ob id suggestuū ora forficibus præcidunt, ut defluat sanguis paulatim q̄ morientium capita se contrahunt, nec relinquunt. Maxime q̄ russæ ita formidantur. Ex improbitate quandoque in potu aquæ palustris hauriuntur, & gula, aut stomacho, faucibus, naribus q̄ quam minime adhærent mortifero supplicio: sufficiu cimitibus aduersantur. His butyrum assumptum auxilio est cum aceto ferro candenti calefacto, quod & per se prodest. Contra cimiticum suffitione adherentes abigimus. Salē quoque cum aceto bibendum damus. Allium quidam in potu tritum dederunt. Sanguis (ut tradit Galenus) enuis destillat, cum angustia animi, ac languore, irrequero corpore, ceteris membris immunibus. Si in faucibus apparet sanguisuga, tum gargarissatis, ac suffocationibus diuellitur. Aceto quoque calido (ut tradit Dioscorides) iponte abscedit e gula, mali medici item succo, uel folio ficulneo commaducato, alio q̄: ex aceto, ebulli succo salicis, sinapi ex aceto, melanthio, lupini decocto, omnia denique amara & salia gargarissate efficacissima sunt. Cinis inspersus sanguisugas conuellit: armoniacum, cum ruta succo potum ualeat. Et melanthion quoque sufficit. Tradunt in balneo calido, aut in thermis sanguisugas sponte profiliare, assumptis aliquibus remedijs, pleno aquæ tepentis ore: alij commanducato allio, aqua frigida os replent. Efficacissimum habetur, si in timo uentre fuerit, quicquid interanea animalia necat in potu datum. Ex compositionibus, lupinus, abrotonum, absinthium, melanthion, eostum, nasturcij ana p. æquales, ex aceto contrita dantur. Vomitu quoque sanguisuga extrahitur, qui allio, cepa, porro calamētho, salamentis & aceto oleo q̄ unâ datis, ac subinde redditis sanguisuga ad nares irreperit, melanthium ex aceto naribus subditum ualeat, aut ellebori polline, aut butyrum quoquo modo datum, cimiticum sufficit abiguntur. Buprestis quoque animal in Italia rarum, scarabeo simillimū uel cātharidi (ut tradit Paulus) fallit inter herbas boues maximè, unde ei nomen, deuoratum q̄ tacto felle, ita inflammat ut rumpat. Galenus uiribus ac natura cantharidi parem esse docuit. Buprestim haustam in faucibus auellane saporem referre tradit Paulus. Stomachi & uentris dolorem facit uehementissimū, quo aluus intumescit, ut in hydrope ac urina non emittitur. Huic lac bubulum, aut ouillum crudum medetur. Iardum quoque, ius q̄ decoctum & potum prodest, aut muliebri lac mustum quoque haustu, nitrum ex posca potum, aut ex aqua, uomitiones enim euocat: uel oleum per se potum uomitionibus redditum. Hinc trachex arteriæ mala & pulmonis cordis q̄ uicia sequenti uolumine dicemus.

Remedium con
tra potã hirudinem.


Mali medici succo.

ALEXAN.

ALEXANDRI BENE

DICTI VERONENSIS PHYSICI, DE TRACHEARTE UIRIJS & PULMONIS, AD MAXIMILIANUM CÆSAREM AUGUSTUM IMPERAT. INUICTISSIMUM. LIB. VIII.

Proœmium.



L si lingue sermonis principatū attribuerint, ac uiræ, dentibus, labijs, uel naribus quoque gratiam eloquij assignauerint, pectus tamen, ac pulmones si subito frigore corripiantur uox ac sermonis splendor admittitur, ac tussis excitatur, interdū grauior, quæ si leuis fuerit, uoluntario compresso spiritu cohibetur. Vocis instrumenta uocalia dicuntur: sermonis uero sermocinalia appellantur, ueluti labia, dentes lingua, uia, nares: illius uero guttur, epiglottis, ac uocales nerui, ac lacerti, qui pariter affecti exalem uocem efficiunt, ex quibus nobiliores existimantur, qui aut referant guttur, aut claudunt. Pari ratione ex uocalibus neruis, qui conuersiui à medicis dicuntur, illis præferuntur, qui à sexta syzygia ex cerebro deducuntur, uel ijs qui gutturi adalligantur. Sexta enim syzygia ab illo chirurgus incaute nunquam præcisā est: at qui conuersiui dicuntur, ab incisione medici quandoque præsecantur, qui in uulnere patefacto si detecti frigus senserint uocem quoque auferunt, eodem excalefacti uocē restitunt: gula item lacertus qui gutturi annectitur, si afficitur uoci obesse cernitur. Membranulæ quoque utrunque canalem ambientes nimio humore perfusæ, uocem impediunt, uel clamoribus exagitate gutture inflantur, sic & angina grauis & periculosa anhelantibus & uoci pariter infesta est, & gulæ abscessus, ceruicis uertebrae (ut dictū est) luxatæ uocē statim corripunt. In ueniens uersum cor, cerebrum quoque, si supra modum afficitur, uocem auferit. Quinque namque spirandi actiones traduntur continuo ordine, laxior anhelitus, status sine aëris ictu, spiritus uero sine ictu, uox ipsa, ac sermo denique prolatus. Si earum prima impeditur actio, reliquæ quæ sequuntur, læsæ sentiuntur, si secunda pariter ac tertia, quæ sequuntur postremæ actiones offenduntur, si ultima duntaxat læsa est, cætera priores immunes audiuntur.

Vocis sermonis instrumenta

Vocales nerui.

Spirandi actiones.

De arteria uirij, Cap. I.

Tracheam arteriam Græci uocant spiritus ac uocis tramitem, quæ capitis destillationibus aut exasperatur, aut intumescit, aut exulceratur, unde uox, aut sermonis officium uel læditur, aut ex toto aufertur, tum tussis oboritur. Ex aquilone quoque scabra fit arteria, quæ & tussiculam mouet, quam quidam (ut Galen. scribit) motus antecedit, sicut ante uomitiones quoddam stomachi fastidium. Sunt & alia quæ in cibo assumpta arterias exasperant, qualis est plumbi scobs, hydrargyron, lapis armenus, miniū, cerussa, gypsum, calx quoque & arsenicum calcantur: pari modo gulam & arteriam exasperat, auripigmentum, sandaracha, æris ærugo, calcithis, & aluminis omnia genera, nuces rancidæ, aconitum, euphorbium, scammonium, radicitia, ac uua taminia his quoque similia, quæ in uenenatorum libris profecuti sumus.

Arteriam exasperantia.

Ad arterias exasperatas remedia, Cap. II.

Initio cibi molles & delicatæ arterias sanant, oua forbilia, pitana, iusecula pinguia, oleum amygdalinum dulce, amyllum, alica romana, brassicæ lenis ius ex oleo amygdalino, aut butyro quod per se linctu prodest. Paulus dulce Cretense laudauit, tragacanthum, gummi, amyllum, cum palmularum pinguium decocto, cum glycyrrhizæ syreotis ad mellis spissitudinem. Quod & ad hypoglottidis quoque uitia facit. In ea curatione uinum damnatur, bellaria deinde ex lacte, melle, amylo, pane quoque siligineo, ac amygdalæ forbitionibus profunt, uulgo & plebi fabæ lomentum ualeat, porrus sub cinere tostus ex melle, uel brassica in cibus, ficus arida & thus profunt. Nobilibus prodest saponea ex amylo & saccharo, nuclei pinei obducti saccharo, amygdala quoque & sesamum ex melle, eadem uel in arteriæ inflammatione dari possunt. Cæterum uinum dulce & tenue dandum est, aut percolatum. His ualidiora sunt lini seminis farina, ex porri decocto, uel erui, aut harmoni. Arteriaca ad uocis asperitatem emolliendam, gummi

Arteriaca molliens asperitatem uocis.

gummi 3. 2. tragacanthi 3. sapæ quantum satis sit, leui flamma una coquuntur, linctu iurant. Antonij Musæ ex Galeno ad uocis interfectionem: Brassicæ tenellæ tyrsos decorticato, & coctos comedito, uel medullam crudam commaducato, & succum duraxat fugito, & manducamentum abijcito. Alia arteriaca quæ facit ad asthmaticos raucitates, uocis que interfectiones, tussis prodest tria ueteri & sanguinis reiectionibus, & pulmonis graueolentia. Habet croci drachmas 3. zingiberis drachmā, thuris, glycyrrhizæ succi, ana 3. 1. uini cretici dulcis acetabulū ad tertiam partem decoquantur. Eclegma, mellis 3. 2. butyri recentis 3. 1. una coquuntur, alij mali punici dulcis grana addunt, & deferuefaciunt, & colant, linctu prodest.

Andromachi arteriaca, Cap. III.

Thuris, myrrhæ ana 3. 1. scyllæ 3. 2. uini dulcis cretici sextaria tria, scylla in uino dulci decoquatur, & decocta abijcitur, eclegma habetur. Eiusdem autoris arteriaca diacodion, habet capita papaueris uiridis in mellis attici lb. 4. croci 3. 3. succi hypocisthidis 3. 1. acatix 3. 1. in aqua cœlesti papaueris capita feruefacito. Alia Critonis arteriaca, ficus arida, & eringion una ex aqua feruefacito, & colato, adde gummi arabici plusculū ad mellis crassitudinē, eo eclegmate noctu prodest. Eiusdem autoris alia arteriaca, thuris obolos 4. habet, myrrhæ 3. 2. uini dulcis cyathos 3. sed eos ad mellis prius crassitudinem decoquito, alij & croci 3. 1. addūt. Aliud Faustianū eclegma, habet uini falerni sextariū, mellis attici libram, ruthæ ramo despumato, & coquito ad sapæ spissitudinem aut uini falerni sextariū, gummi arabici 3. 3. mellis 3. 9. una deferueant, eo quo dictum est modo, utrunque in duplici uase, in cacabo aqua pleno, in quo uitreum uas cum uino paulatim ignis uapore tepenter caleat, uel sensim ebulliat, ex Galeni sententia. Inuenimus apud antiquos aethiopidem decoctam scabris arterijs prodesse, allium similiter uel crudū, & ouiluceum illitu quoque proficere. Radice silphij exasperate arteriæ leniuntur, arida ficus, zæe farina, cum caprino seuo aut butyro. Arteriæ uirij omnibus gummi genera ferē omnia profunt. Rhecoma item ex passo tribus obolis pota trita, aut decoctum eius: arterias humidæ siccant, mentha comaducatu. Et urtica item ualeat, & utriusque atriplicis semen, si perficitur, nitro addito, uocem adiuuari tradunt autores, thuris p. 1. si in duabus uini cyathis datur. Arteriæ alia compositio, quam Celsus ex autoribus descripsit, hoc modo fit: castæ, iridis, cinnamomi, nardi, myrrhæ, thuris, singulorum p. 1. croci p. 1. piperis grana 30. ex passo tribus sextarijs decoquuntur, donec mellis spissitas his fiat. Aut croci, myrrhæ, thuris, singulorum p. 1. coniunguntur in passo ad eundem modum, eodem quoque modo decoquuntur. Aut eiusdem passi heminx tres usque ed coquuntur, donec extracta inde gutta indurescat, & adijcitur tritæ castæ p. 1.

Galenii diacodion, Cap. IIII.

Galenus papauerum capita recentia 10. Critonis sententia, aut Sorani opinione 11. pro aqua pluuiæ, uel fontanæ quolibet sextario per diem & noctem macerari docet: capita mediocria eligenda, pauciora si ingentia sunt, aut plura si minora, sicciora pluribus diebus macerari suadet: deinde eadem decoquenda esse donec ueluti marcida sentiantur, percolato succo dimidium mellis attici adijcitur: iterum sine fumo feruefacito ad mellis spissitudinem, arterias enim sanat, & somnum conciliat: destillationibus capitis subtilius confert ad tracheam arteriam defluentibus, quibus insomniculosus fit æger, ac tussis molesta excitatur: unde loco mellis alij sapam admiscerent. At ætate nostra saccharum admiscemus, & in testellas digerimus: alij & glycyrrhizæ radicem tritam admiscerent uel eius succum. At si iam in pulmones destillauerit humor omnibus mel præferri tradit Galenus, modus est singula cochlearia dando ægris, ad summum bina.

Antonij Musæ pro uocis studiose, Cap. V.

Brassicæ succū cum melle coquito, linctu crebro uocē uel amissam adiuuat. Aliud, Beryngij decocti acetabula duo, uel heminas duas cum decocto aridæ fici eodem modo profunt: uel adde Arabici gummi drachmam, uel drachmas quatuor, & una coquito, & arteriaca conficito, dormituris dantur ligulæ duæ. Hypoglossida à Critone sic fit. Hypoglossida. rī scribitur, ad arteriam exasperatam, & ad uocem, habet tragacanthi, gummi arabici, ana drachmas tres, myrrhæ, thuris, ana 3. 1. 3. croci drachmam unam, succi glycyrrhizæ n obolos

Andromachus.

Hypoglossida.

obolos tres, palmulas tres, uini dulcis quantum sit satis, ad spissitudinem mellis unā decoquantur, fabre magnitudine sub lingua contineatur. Hypoglossida uero Dioscoridis conuenit croci, myrrhae, tragacanthi, lucci glycyrrhizae ana ʒ. 1. pinæ nucis nucleos sex adustos, amygdalas cortice liberatas ʒ. cum melle cocto excipiuntur, ac nucis græcæ magnitudine sub lingua contineatur. Galenus bulbos cum melle crudos commaducandos dedit. Aut ficus aridas coctas cum myrrha & thure. Alia arteriaca, amygdalas amaras decorticatas ʒ. ʒ. sumito, seminis lini ass. ʒ. 4. tragacanthi in aqua macerati ʒ. 2. pineas nuce ʒ. ʒ. cum melle miscentur, aut pulegij ʒ. 4. seminis lini, pipēris, calaminthæ ana ʒ. 2. petroselinij ʒ. 1. mellis libram unam.

De asperæ arteriæ, pulmonisq; partibus,

Cap. VI.

Tracheæ arteriæ cōpositio.

TRacheam arteriam diximus chartilaginofam habere naturam, & quæ epiglottidis dicitur, uoci maxime & sermōni necessariam, ex tribus compositam chartilaginibus inæqualibus ac dissimilibus, quarum altera exterior est, reliquæ interiores, mira (ut memorat Auerois) compositione, fistulæ canoræ similis: musculos ʒ. continet, ut disiectores concisim inuenere, quorum sex omnino uoci necessarios, reliquos nō omnibus animalibus reperi: qui ex toto operiunt arteriam, uarijs pro loci diuersitate distinguuntur officijs. Subest autem epiglottidi bronchus in gutturi supra parte peculiare membrum constitutum, ne uox subita explosa effundatur, sed pro uocis modulatione contineatur: nam uoluntario contrahitur, & dilatatur. Est enim leuis, chartilaginosa, neruosa, & mollis, motionibus idonea, ea ex toto officium præcluditur, ne quid in fistulam spiritalem siue bibendo, aut deuorando uel uomendo influat, tum enim impossibile est ut homo pariter respiret: alioqui tussis, aut intempestiua strangulatio sequitur (ut in anatomicis diximus). Linguae nanque, epiglottis arteriæ que saliuæ quædam continua distributa est, ne longa oratione arefiant. Spiritalis enim eadem fistula ex pluribus cōstituta est circulis chartilaginosis, quoniam attolli, deprimi, dilatari atque contrahi necesse sit, uel in uniuerso pulmone, tunicis ambientibus regi, quæ si exulcerantur, non de facili sanantur: at si in chartilagine ipsius tracheæ arteriæ exulceratio penetrauerit, irremediabilis ferè existimatur. Huius fibræ quæ minutissimæ sunt cum fibris arterialibus uenæ, & ipsæ quæ arteriæ unica tunica contentæ intercurrunt ad minima diuersæ. Vena præterea arterialis à corde ad posteriora pulmonis longius deducitur, arteria uero in uenæ speciem ad anteriora ducitur breuior, quoniam illa ualidioribus tunicis, hæc imbecilli & simplici tunica progreditur, quæ si dirumpuntur, sanguinis reiectiones efficiunt. At pulmo ipse inter spermatica membra à Galeno annumeratur, à natura pro cordis commodo constitutus, fungosa materia, leui que aërea quæ ex tenuissimo sanguine nutritur. Admirari uideo Galenum, quod Aristoteles tunicam pulmonis uiderit foraminolentam, ad aëris respirationem, quoniam in ea pori minutissimi uisum effugiant, in mortuo præsertim animali, ubi frigiditate magis contrahuntur. Desinat mirari Galenus, ac tantum philosophum damnare, quoniam id in pulmone cati uel domestici sæpe uidimus, quæ si folle attollitur, foraminolentus uidebitur uerissimo exemplo, in homine quoque fungosus, & leuibus foraminibus plenus, si arefit, cutis uniuersa arefacta patētibus poris cernitur. Nec mirandum est, si aliquando uidisset Aristoteles. Arteria præterea unius tunicæ, quæ à corde ad pulmonem anteriorem, spiritum, sanguinem, aërem feruidum, ignitum ac humidum uaporem caliginosum que effert, eadem sponte naturæ compressa aërem temperatum ad cordis uitalia miuistrat, quæ tunicæ raritate in sese recipit: alij fibris suis cum tracheæ arteriæ occurrentibus fibris fieri autumant, & ora inter se occurrere commemorant. In eo conceptaculo sanguinis exiguum, aëris uero plurimum contineri. Vnica enim motione cū arteria ipsa attollitur spiritus à corde cū tetro & caliginoso uapore ad pulmonem transmittitur, & inutilem aërem cum nitido mixtum miro naturæ artificio dirimit, & caliginosum pariter aërem noxium à spiritu saluari distinguit, & cum pulmones attolluntur, aër per postremas arteriarum fibras pulmonis materiam subit, in qua ut Galenus demonstrat, quadam ueluti digestionem præparatur, qui exinde arteriam quæ unica tunica constat ingressus, ad cordis cauum penetrat, & depresso corde torridus ille fumus nocens, per eiusdem tunicæ poros in pulmonis materiam transit, qui per ramos tra-

Pituita in ore usus.

Arteria ex corde in pulmone functio.

cheæ arteriæ ad nares efflatur. quum corde ipsa arteria idem officium præstare creditur. Vberius enim quàm necesse sit pulmo attollitur atque deprimatur, ut uitalia feruentia tēperet, sola enim inspiratione cor centies palpitare sentitur, quod urinantibus cōtingit, nam & per pulmonis exterioris membranæ poros ad pectoris cauum cordis feruor plurimum temperatur, uapor omnis ferè humidus, ac spiritalis sanguis ad sublimia cum plurimum feruntur, unde & superiora membra ali creduntur, inferiora uero sanguine magis nutriuntur. Pulmo in infantibus, nuper natis rubescit, qui exinde uarijs rationibus albescit, pituita ac cōtinua aëris inspiratione: in pulmonis materia non sanguis, sed sanies spumosa intus continetur, quoniam & sanguine bilioso nutriti creditur, calidæ ac sicca naturæ existimatur sensu carens.

De arteriali spiritu qui per uniuersum corpus diffunditur,

Cap. VII.

Spiritum (inquit Galenus) idem esse quod aëra uocamus, per uniuersum enim corpus diffunditur, ac semper transpirat, alioquin obstructis meatibus febres ephemerae oriuntur: quod enim impetu per corpus fluctuat Hippocratis sententia, spiritus appellatur, quem per totum corpus diffundi tradit Galenus, ut in suo permaneat temperamento. Hic in substantia pulmonis digestus, primum & præparatus in sinu cordis medio, cum tenuissimo sanguine in uitalem spiritum mutatur, qui per arterias diffunditur, præcipue tamen in cerebro ad quod per uenas defertur, ubi retiformis illa uenarum inextricabilis que confusio in animale transmutatur, qui rursus in cauis cerebri ad diuersas mentis, cogitationis, imaginationis que, ac memoriæ potestates conformatur: qui exinde oculis, naribus, & linguae saporis pro instrumentorum ratione uarias impartitur potentias, & sensum denique toti corpori præstat. Occupato enim corde (quid euidentius est?) uniuersum corpus ueluti truncus iacet immobilis, musculos neruosque omnes uitalis spiritus concomitatur arterijs, ut semper præstò sit, nam chartilagine, ac nexu plurimi inter iuncturas pigri ueluti sensu carentes conspiciuntur, quoniam exiguum spiritus contineant.

De pulmonis uitij,

Cap. VIII.

Abscessus ac oppilationes pulmone frequenter eueniunt, ulcera insanabilia, sanguinis reiectiones, & reliqui malæ habitudinis morbi tum simplices, tum compositi: & peculiare malum tussis est, destillationibus orthopnoea, id est creber anhelitus, uel difficultas spirandi, peripneumonia, asthma, & suspiria, phthisis, uocis que raucitas & similia accidunt mala.

De destillationibus arteriacis quibusdam, & de tussi secundum

Aeginetam,

Cap. IX.

DE destillationibus ad nares & fauces superioribus libris diximus. At cum ad guttur, hoc est, laringa tracheam que arteriam destillat, uocem obtundit, Branchon enim uocant, & Arteriacon, quæ non solum uitio cerebri, sed nimio interdum clamore oritur, quoniam eo modo exasperatur locus, sicut & aquilone, ut dictum est, qua siccor tussis prouenit, si ex materia destillante in pulmonem uel thoracem grauiores tusses generantur, & si ex distemperantia quandoque oriantur, ut in febribus euenit initio præsertim periodi, & in alijs quoque morbis, ueluti pleureticis, epaticis, peripneumoniacis que. Refert Galenus in uetere tussi quendam lapillos uelut grandines è pulmone reiectione. Alexander ex ueteri quoque tussi alium ex pulmone calculum extulisse, muricis duricie denarrat. Nos item, inquit Paulus, in sanguinis reiectione calculos ciectos uidimus, quos diligentius inspeximus. Destillationis signa quædam reperenda duximus: facies & nares præsertim, feruentiores sunt, oculi, os, & facies uniuersa rubens est, acris que humor ac tenuis ad nares & ad fauces defertur. Ex frigore contraria apparent, signa circa caput & frontem frigidiora sentiuntur, quæ & extenduntur, & narium angustia obstruuntur, mox continuè tussunt, ac phlegmata excreantur, inconcocta aliquando pituita, liquidiore, interdum uiridia. Nam & febres excitant, quæ calidis causis, nullum leuamentum præstant: Frigidis uero concoctionem adiuuant.

*Febres in frigida
da destillatione
concoctione ad
inure.*

Non inutiliter & curatione percurramus. Si calida contigerint distemperantia, eadem proculdubio auxilia conueniunt, quæ in capitis dolore, ex eadem causa fieri diximus, qualia balnea sunt, nam & calida perfundi caput remedium est, ac in cibis leues forbitiones, pitana ueluti, aut alica, uel intrita ex melle panis. Prodest & diacodion nobile medicamentum, & ex ijs similia composita. Ac frigidum, inquit, distemperamentum difficulter uincitur, exiguo cibo, & capitis excalescenti inunctione, nardino ruthaceo que oleo, irinum quoque prodest capiti infusum, & naribus instillatum, uel thus & myrrham cum oleo coniungere in grauedine, præsertim quæ frigore orta sit. Iuuant niodore subiectum melanthium, & cuminum linteolo adalligata: pituitæ cursum suspendit similago, & thuris manna cum oui recentis albugine fronti & temporibus iussita puluere. Pectori opobalsanum salubriter illinitur, ac succida lana imponitur, aut styrax, aut irinum oleum, uel anethinum. Cibi quoque excalescentes probantur: & ferè digesta materia apophlegmatismata laudantur, quæ comanducatu pituitam cient: & sapone Constantini confricare caput non est inutile.

Arteriæ & branchi medentur quæ dicta sunt remedia, præsertim si citra arteriâ, & larynga inflammatio orta fuerit: initio emplastris occurrendum est, discutiens, quo ad phlegmon dissoluatur, quod ex dulci cretico, tragacatho, gummi, amylo, ac palmularum pinguium decocto & glycyrrhiza, syreo que ad mellis spissitudinem, & ad h. poglotridon quoque mala profunt. In primis enim uini abstinentia commendatur, diuulso phlegmone, uinum dulce in potu datur. Et bellaria ex lacte & melle uel amylo, aut pane filigineo, & ex amygdalis, forbitioibus dantur. Butyrum quoque prodest, & fabarum lomentum, & quæ ex melle fiunt, & brassica, decocto que porro iuuat noxiū humorem interea perurgare. Reliqua remedia excalescentibus queruntur, ex syre, sicis aridis, thure, iuride, & terebinthina, styrace, galbano, pipere, cinnamomo, casta, & similibus.

Tussis quid sit.

*Quæ animalia
tussiant, quæ nō.*

Causæ.

Tussis est motus instrumentorū anhelitus, à uirtute animalis motrice, qua natura intendit expellere, quod in trachea arteria lædit, uel in propinquis membris. Opifex sublimis, inquit Galenus, duplicem motum in animali constituit, ut contraria expellat, alterum sternutationis, alterum tussienti. Quædam animalia tussunt, quædam nunquam tussi uexantur, ueluti boues, quoniam ut tradit Aristoteles, humoris materia ijs extra saluari fluxu effertur. Frequenter tussit homo pluribus de causis, siccitate tracheæ, unde exasperatur, uel si quid in eam fortuito inciderit aridum aut humidum, quoniam nihil aliud præter quam spiritus ingreditur. Offendit extrinsecus nix pota, aut aqua gelida, uinum item, aer quoque, & quæ frigida pectori imponuntur ferrea, uel plumbea, quibus uocis studiosi utuntur, aut nimium calefacientia, exiccantia que, qualis fumus & calx, uel ijs qui aurum & argentum ex metallicis facere arbitrantur, continuis uenenatis uaporibus pectora replentes, quorum plurimi suffocati sunt. Sapor præterea acutus aut acetosus tussim excitat, quod acetum præstat, ex destillationibus nihil magis & frequentius pituita acuta liquida, aut crasso phlegmate, cum in pulmonis tramitem destillauerit, ex stomacho quædoque aut iecore, uel liene, uel propinqua pectoris parte delabitur in pulmonem. Interdum ex uniuersis membris, aut in acuta, aut pestifera febrī, uel frequenter in pueris, cum boa uel papulis laborant, non sine contagiosa febrī, tum enim antequam pustulas emittant, aut rubicundos tumores in facie ad boæ fortassis serpentis similitudinem uehementer & asperrime tussunt, tussunt et epatici hectici: quæ importune, quoniam tussis somnum aufert. Constat inter autores lapillos in animæ canalibus ex uiscosa materia progeneratos, qui asperrima tussis uexatione eiectione sunt. Paulus inter sanguinis reiectiones calculum quendam expuisse uidit. Infantes præterea cum à uermibus uexantur, tussunt incessanter. Diligentiores in eodem spiritus tramite animalia gigni tradidere, quæ cum mouentur, tussim excitant. Tussis præterea alia sicca est, alia humorem continet, alia recens, alia uetusta.

Tussis discrimen.

Signa

Ager prius percunctandus est quibus de causis tussire inceperit, unde & signa specialius distinguimus: si enim ex nimia fuerit caliditate, tum in parte pectoris aut capitis feruor quidam facile percipitur cum siti, & faciei rubore, tum aere frigido gaudet, pulsus magis excitatur. Ex frigida uero causa signa ijs contraria apparent, pallor faciei, frigiditas capitis sine siti, cum & calida prodesse sentiuntur, saliuua aut aquosa est, aut acetola, & uictus ratio his subscribere creditur. Tussis præterea ex sola distemperantia sicca est, & quicquid præterea excreatur, qualitatis materiæ iudicium facit materiam ex capite fluentem coryza indicat siue grauedo, ut Latini dicunt, si in pulmonis uias defluerit spirandi difficultatem facit, febrem excitat ephemerinam, ut putris materiæ, genas rubicundas reddit, sitis adest, & lingua aret, & in pectore grauitatem sentit ager. Ex pustulis uero et abscessibus signa communia sunt pleuretici aut peripneumonici. At ulcerum signa sunt, quæ suo dicemus loco. Nonnunquam uitio stomachi tussunt, in crapula, magis quam in fame. Ex abscessu iecoris ex proprijs affectibus dignoscitur, si calidus fuerit, febris adest, si frigidus, dextrum latus ingrauescit pleuritide quoque. At cum nihil excreatur, materia intus putrefit, & febrim mouet, uel putridæ materiæ, aut hecticam. Quæ in hydrope superuenit tussis, dira est. Tussis diu perdurans, & sicca, reiectiones facit sanguinis, aut saniem, aut phthisim, omnium teterrima. Tussis ex qua materia facile excreatur, qua pulmo leuior fit, salutaris habetur. Exemplum tradit Galenus cuiusdam qui subita tussi purulentum excurrit tenue, deinde aliud crassius, exinde sanguinem, unde corpus eius macie, eliquata substantia conficiebatur, & subinde mortuus est: & se uidisse tradit, qui pulmonis partem putris excreauit, & alium diutine tussientem, qui frustum pariter pulmonis expuerat, & subinde quædam ueluti glandulas quotidiano excreatu.

Præstare, inquit Galenus, censeo, ut morbi huius initium præcidatur, caput ipsum corroborado, uel si id fieri non possit, naturali corporis ingenti distemperamento, quod signis facile dignoscitur, si feruens distemperantia fuerit, dulci aqua tepente caput perfundemus, atque ita pariter genitos uapores discutere, atque ad temperamentum omnino melius inducere conuenit: & astate rosacium utiliter perfunditur capiti: aut omphacium: in commune prodest cibi abstinentia potus que, frigus ac æstus. Quod si in uentre cibus inconcoctus innatauerit, uomitus prodest. Quidam pedum plantas pice & oleo illinunt, ac inguina thure, myrrha cum uino & oleo fouent: & melanthium tostum linteolo alligatum, naribus subiciunt olfactandum. Alij in caput attonsum frigidam superne infundunt guttaum. In frigida causa irino, aut nardino unguento caput illinunt.

STyracis, myrrhæ, opij, galbani, æqualia, ex dulci mero mixta componuntur ad erui magnitudinem digesta, dormituris ternis, ad summum dantur quina, & dulce subinde hauriat, ad tenuem & acrem faciunt destillationem. Aliud, hyoscyami drachmas duo decim, pinearum nucum 3. croci 2. ex uino dulci ad usum colliguntur. Eclegma eiusdem, mellis p. 1. butyri p. s. unâ decoquatur cum hyssopi exiguo, sicis ac nucibus pineis: iridis quoque decoctum ualeat in potu. Catapotia ad diuturniorem tussim, styracis drachmas sex, myrrhæ 3. s. terebinthina, galbani, opopanacis, iridis ana 3. 2. piperis albi, seminis hyoscyami, opij ana drachmam unam, sine ullo liquore in catapotia digeruntur, & ad usum seruantur.

AMygdale amaræ repurgatæ, lini seminis combusti drachmas quatuor, tragacanthi 3. 2. pinearum nucum grana 30. oui luteum cum cortice tostum, gummi aqua liquetur: cætera ex dulci mero diluantur, si uero & uox pariter rauca fuerit, mel addendum est. Si uero uox nihil prope explanat tragacanthi, gummi ana 3. 6. myrrhæ 3. 1. thuris 3. 1. s. piperis albi grana 20. croci 3. 1. succi glycyrrhizæ 3. 6. palmularum immaturarum trium carnem, uini cretici dulcis, quantum satis sit, ipsum que tragacanthum per se linguæ subditum glycyrrhizæ succi uicem refert, radicis decoctum quadrupla mensura

n 3 Arterix

*Tussis ex calida
causa.*

*Ex frigida
causa.*

*Tussis quæ boa
nā, quæ mala.*

*Tussis diuturna
nior quibus
retur.*

Arterix asperæ conueniunt porri septem cum aqua ad tertias decocti, addito alicæ succum, ac mel, & ouorum decoctorum lutea terna, unâ decoquantur, anethi ramulo com miscendo.

Bechicon ex Paulo,

Cap. XVII.

PVlegij p. 2. pinearū nucum, urticæ seminis, ac lini ana p. 1. piperis nigri p. 4. cum mel. le repurgato miscebis. Aliud, hyssopi, pulegij, piperis, calaminthæ ana p. 1. petroselinij p. 5. cum mellis hemina. pepicon ad tussim ueterem, mellis p. 16. terebinthina p. 2. galbani p. 4. nucis ponticæ magnitudine deuoratur. Aliud, ad tussim siccam, & arteriacam aqua calefacta in potu facit: quoniam humectantibus crassum phlegma facilius excreatur. prodest & hyssopi uel iridis, aut nucis pineæ decoctū. Trochiscus qui suffitu in tussi ualet, styracis, piperis, mastichis, petroselinij ana drachmam unam, sandarachæ drachmas sex, baccarum lauri undecim ex melle digeruntur in trochiscos, qui carbonibus iniecti nidorem faciunt utilem, si per fistulam in fauces admittatur. Ad tussim nocte inquietantem, mentha trita cum aceti lingua dormituris datur, facile decoquitur, & pituitæ crassitudinem incidere traditur. Aliud, pinearum nucleorum (torreseri prius oportet) amyli, glycyrrhizæ, urticæ seminis ana drachmas duas, iridis, piperis, hyssopi, cardami seminis, amygdalarum amararum ana 3. 1. mellis despumati quantum satis sit, linguæ mensura tussienti dabis. Eclegma pro tussientibus, nucis pineæ torrefactæ 3. 6. palmularum pinguium 3. 9. iridis 3. 6. seminis lini torrefacti 3. 4. tragacanthi 3. 6. amygdalarum dulcium sine cortice 3. 8. mellis purgati quantum opus sit, tragacanthum uino dulci maceratur, reliqua trita in melle feruefiant, linctu prodest. Ad tussim uetustam, cumini, piperis, urticæ seminis ana 3. 3. mellis percolati seruato modo ea trita cum melle ebulliant. Aliud, piperis, pulegij, hyssopi, calaminthæ ana 3. 2. petroselinij 3. ex melle componantur eodem modo. Aliud eclegma, mellis 3. 2. butyri recentis tantundem, cumini seminis farina 3. 4. mel despumabis prius, subinde butyrum infundes, postremo cuminum inspergito, lingendum paulatim dabis. Ad ingentes destillationes medicamen optimū, habet styracis, castorei, piperis, cardamomi ana drachmas quatuor, opij, ziziphi, hyoscyami albi seminis 3. 4. uino dulci excipiuntur, erui magnitudine dormituris datur. Aliud simile, quod ex tussifabricantibus prodest: continet piperis, opij, cardamomi ana 3. croci, sulphuris extincti, zingiberis, seminis albi, hyoscyami ana drachmas quatuor, mellis cocti quātū opus sit, ad omnia cogenda.

Ad ingentes destillationes medicamentum.

Ad tussim ex Galeno,

Cap. XVIII.

HYssopi manipulum ex aqua ad tertias coquito, deinde mel permiscebis, atque iterum feruefacito, & despumato, da mane singulis diebus. Aliter, terebinthinā cum melle dabis tussientibus, aut ficus aridas in mulsā cocta dabis. Ad tussim & asthmaticos, habet hyssopi, ocymi, politrichi, prassij, glycyrrhizæ mundatæ singulorum drachmas tres in aqua discoquantur à quatuor partibus ad duas percolato decocto, mellis addito quantum uis.

Ad tussim & destillationes ex Galeno,

Cap. XIX.

HABet cumini tosti 3. 2. seminis sinapis, piperis ana 3. 15. calaminthæ, pyrethri, cinnamomi ana 3. 1. mellis ad cuncta cogenda. Ad tussim tam ueterem quam recentem, habet apij, seminis cumini, seminis fœniculi, seminis anethi, pulegij ana 3. 1. cū fœnugraci succo, per triduum bibendum dabis utiliter. Prodest in cibarijs amyllum, alica romana, præsertim si materia uiscosa sit: ualet & furfuris marcor cum melle aut saccharo, palmulæ, fici, caricæ, pistacia, passula pinguis & nigra, myxa, & sacchari recens arundo iam Crete, & Siciliæ quā familiarissima cultura: nuccs auellana: tostæ per se: plebi fabacea, puls ex butyro uel amygdalino oleo dulci. Ptsana hordeacea omnibus conuenit, sed quoniā cibi tædium tussim sequitur, esca uaria offerenda est, præterea ea que dicta sunt. Cucurbita ac triplex prodest, si materia feruens fuerit, aut quam spinachiam uocant, & spinoso semine, aut lupulus ipse, inter oblectamenta annumeratur, in potu aqua ex saccharo, aut mulsā in potu datur, sed præstat syrupus uiolaceus, papauerinus, aut cucurbitinus. At ubi tussis arida fuerit, amygdalæ nucces que pineæ conueniunt, ex saccharo penidia ad clauum agitata, ex melle, plebeia, butyrum, ac oua forbilia, si febris ex putri materia non

Sacchari arundo ubi crescat.

ria non affuerit: lac asininum prodest, caprinum uel hordeacea quoque ac caseus recens iuuare etiamnum traditur, si pedes inungantur oleis humectantibus. In causa frigida, ac sicca gossipij interiores nuclei plurimum ualere scribuntur, quoniam leniunt, uel emolliunt, ac leuiter excalefaciunt, sicut ex furfuris cremore, melle & amygdalino oleo, septentrionis asilatu iuuant, si calida assumuntur. Vinum resinaturn (ut scribit Dioscorides) ualet in tussi, uel ipsa resina cum sicu pingui, & glycyrrhizæ succo, nam tussim maturat, & facilius materiam extrahit: myrrhæ quoque grana tria cum ouo forbili dantur. Tussi uel tustæ & sicce porri decoctum cum saccharo & muliebri lacte potum, & ari radice farina ex melle uel per se elixa, aut sub cinere tosta & deuorata thoracis humores exiccat ex alto frigidus. Ad tussim ueterem, & difficiles excretiones, aristolochiæ radice, myrrhæ, styracis, galbani partes æquales cum butyro uaccino in pastillos digerito, nidore mire iuuare dicitur. Ad siccam tussim ualet chamæleuces radices concisæ carbonibus iniectæ. Ad eam que causa apostematis aut phthisis, aut ex uomica, locis suis dicitur: ex destillationibus pari modo iam dictum est prioribus libris: nam si feruens fuerit, rosæ aridæ, sandali, chamomillæ, glycyrrhizæ cum camphora decoctum prodest, si fumus eius ore & naribus sæpius reperitur, ac sæpe glycyrrhizæ radicem concisam manducauerit, atque manducamentum abiciat: prodest & ptsana hordeacea cum zyziphis, ac nyxis, ac papaueris semine cocta. At ea compositio sæpius in ore contineatur, habet papaueris albi calices decem, tragacanthi, gummi arabici ana drachmas quatuor, seminis cucurbitæ, melopeponis ana drachmas tres, bene purgata conterantur, & cum penidijs & rosacea in paruos pastillos digerantur. Diacodion quoque cum plâtaginis succo, aut rosacea maceratum efficaciter prodest gargariis: & si materia fuerit frigida aquosa, diacodion componi debet cum myrrhæ & croci portione, aut hyssopi decoctum cum carycis aridis, & amygdalis dulcibus, aut pistacijs, aut butyrum cum saccharo, aut in aqua mulsâ. Ad tussim antiquam & nocturnā ualent catapotia styracina appellata, constant ex myrrhæ, styracis, & opij pari portione. Alia, in catarrho, tussi, anodina efficacissima, habet croci, castæ, styracis, hyssopi, castorei, opij ana partes æquales, cum syrupo papauerino, à semibolo ad solidum dari potest pilularum modo, dormituris. In pulmone & pectore materiam exiccant, sulphur uiuum tritum cum ouo forbili deuoratum, efficacius cum melle mixtum. Prodest suffitu colophoniam, & sandaracha. Destillationes suspendit emplastrum ex thure & mastiche bregmati impositum. Infantium tussim sedare traditur à Dioscoride, corui simum talis lana inuolutum, nec fallit experimentum.

Tussis ueteris & sicca remedia.

Ad tussim uetustam & nocturnam.

Eclegma nouum, & simplicium pariter ad tussim facultates,

Cap. XX.

GRæci mali granati dulcis grana integra in olla feruefaciunt, que protinus aperta tur, admiscant subinde butyrum recens bnbulum, amygdalinum oleum, saccharum fragile & candidum, efficacius uiolaceum, que pariter feruefacta colantur, ad sapæ spissitudinem, nam præstantissimum eclegma faciunt. Ad hæc simplicium remedia ueteres obseruauere, qui tussim leuari scribunt, cucumeris satiui semine, quantum tres digiti apprehenderint, cum cumino trito. Obolis quatuor in aqua mulsâ coquitur herba ceca cucurbita ad dimidias ciecto semine. Inula condita tussim emendat. Porrum coctum uel tostum sub cinere cum melle manducatur, allium cum adipe uetusto, uel cum lacte decoctum: utilissimè urtica manducatur: nasturtium ex melle quotidie à ieiunio sumitur. Item origanum cum uino dulci sumptum coërcet: rutha ex uino decocta ad dimidias partes. Pulegium utrumque efficax est, ex perfrictione, fricari enim ante balnea conuenit: & cumilacæ succus potus, anisum per se, nuccs amaræ, trita in melle, aristalthæ radix in lacte cocta, & forbitionis modo sumpta, quinis tantummodo diebus, iunci radix in tribus aquæ heminis, ad tertias decocta. Helxines succi cyatho hausto, laser bibitur, asphodeli radix pota, sic et bromos, uel eius semen, fici sicca cocta cum hyssopo, & aqua mulsâ per se prodest, zæx farina cum butyro bibitur, erylimon cum melle. Palmæ profunt, si recentis non sunt, alioquin exasperant: zizipha matura & sicca iuuant, & omnia pulmonis uitia. Amygdalæ amaræ profunt, eleliphaco modice addito. Nuccs iuglades tussi inimicæ sunt: & uinum sola pice conditū tussi prodest.

Simplicia ad tussim.

Lauri baccæ binæ detracto cortice tufa in uino bibuntur: cedrides per se: styrax quoque, thus terræ in uino tuffim finit. Harundo quæ in Iudæa Syria que nascitur, duobus obolis pota prodest, etiam suffitu, magis que cum resina: pari modo hebeni radix, cum dracunculi radice adiecto melle, ita & canchris, radix rubix ex melle, aron in cinere coctum ex oleo uel lacte, uel semen tritum cum oleo, aut rosaceo, aut ius decoctæ radice, aut melle: genus unum nucis pinæ, quod pytia uocant, singularis remedij est, panacis radix in uino dulci datur, aut nidor hyoscyami accensi: Medetur scordotis mixto nasturtio, & resina arida tufa cum melle. facit & per se centaurium maius, & uerbasci potum tribus obolis, cuius flos aureus est: tanta huius uis est, ut etiam non tuffientibus modo, sed ilia trahentibus quoque auxiliatur potum: quod & gentiana creditur. Radix chamæleuces quæ tuffilago dicitur, commanducata in uino, prius madefacta, non tuffi tantum, sed etiam faucibus prodest. Saluia syluestris, & hyssopus, cum melle decocta: caucum datur ex uino nigro haustum: trita in sorbitione datur, in quam uinum addi conuenit, gentiana madefacta pridie, contrita denarij pondere, in uini cyathis tribus. Hippuris succus utilis est a lecto, rolophos cocta cum faba melle addito, & hisophylli capitula tenuia, ex melle uel aqua mulla, radix pancrati trita, & in pastillos sole siccatos digesta datur: quatum tribus digitis apprehenderim cum uino. Radix quoque smyrni, lac omne tuffi prodest, luteum oui liquidum deuoratum: pulmo ceruinus cum gula sua a factus in fimo, deinde tuffus ex melle quotidiano eclegmate, cocta oua & trita cum melle, & cruda cum passo olei que pari modo. Cochlex quoque, uel earum humor qui per infurribulum extrahitur: præcipiunt nonnulli earum carnem tritam ex aqua calida in tuffi cruenta assumi.

Ad ueterem & siccam tuffim aliquot medicamenta ueterum, Cap. XXI.

Tuffis sicca uehementissime hominem urget, quam emollit syrupus uiolaceus cum pitifana. Veteres medici laferis optimi paulum deuorandum dabant: plebi fabam sine cortice coctam ex amygdalino oleo. Prodest ex horto porrum, malua, urtica, in cibo sumpta, aut allium ex lacte coctum. Bechicas pillulas quæ sub lingua liquefcunt, posterior ætas laudauit, ex succo glycyrrhizæ, saccharo purissimo, omnium p. 10. amylo, gummi, tragacanthi, amygdalis, omnium p. 5. contrita saccharo uiolaceo in pillulas digeruntur, & in umbra sicantur. Alio modo etiam num bechicas facere consueuerunt, myzorum carne mucosissima ex qua uiscum oriens præstantissimum conficit, quod apud nos damascenum uocamus: saccharo candido, glycyrrhizæ succo. Aliqui in tuffi sicca foliorum marrubij arida farina cum melle uti iubent. Vulgus in deplorata tuffi fabam in cibo fressa cum allio coctam quotidiano cibo assumit, & folia altheæ in lacte decocta præsentaneo remedio, uel hordeacæ aquam ex melle: in qua cancri fluuiatiles, uel testudinis syluestris caro decocta sit. Inter hæc remedia eo unguento pectus & costas illinunt, habet axungia, adipis gallinæ, medullæ uitulinx, gummi arabici omnium drachmas decem, olei uiolacei, amygdalini drachmas sex, ceræ exiguo adiecto. Ad tuffim ueterem folia & semen marubij contrita, ut dictum est, cum melle dantur, et tragoriganum eodem modo, seselis cretici semen, sagapenion. Baccharis radices decoctæ & potæ, crocum, iris ruffa drachmas duas pota. Alij marubij succum à sextarijs tribus ad sextarios duos decoctum, etiam addito mellis sextario, rursus decoctum ad sextarios duos, ex cochlearij mensura in die dare in aquæ cyatho consueuit antiquitas. Thymum quoque per se prodest, abrotoni decoctum, & folia cenanthe cum melle, lafer cum porro & aceto datur, si uetus malum est. Tuffi diutinæ compertum est merum utile esse, si à ieiunio sorbetur: fex sapa decocta & pota prodesse dicitur: auellanæ trita, & in aqua mulla pota: galbanum, pix liquida perungitur, resina picea è larice & pinu. Alij picem dederunt, aut mastichem. Trixago efficacissima est & potu, & illitu, & chamæleuce siue farfugium secus fluuios nascens. Nam radix imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infurribulum bibitur. Gummi omnia genera profunt, scænuæ forbitio, è farina, diu enim coquitur, donec amaritudo desinat, & postea mel additur, ladanum cum styrace sumptum: axungia decoquitur recens quadrantis pondere in uini cyathis tribus, addito melle. Tuffim ueterem sanare prodiderunt, nitri, galbani, retinx

Chamæleuce
tuffilago.

Bechica
pillula.

resinæ terebinthinæ pari pondere omnium: ita ut fabæ magnitudine deuoretur. Bitumen per se. Eclegma ad diutinam tuffim, habet succi mali punici dulcis libram, butyri, olei amygdalini recentis, auellanarum omnium 3. mellis cretici tantundem: succi glycyrrhizæ 3. gummi 3. s. seminis papaueris albi 3. 3. croci unam, ad mellis spissitudinem rediguntur, eo quotidiano linctu utuntur.

Signa temperati ac distemperati pulmonis, Cap. XXII.

Temperatus pulmo, neque ullo uento, neque ullo cælo facile offenditur: tempestates enim omnes ac procellas æris regionum que mutationes facile sustinet, libera anhelandi officina utitur, temperatæ uocis: qui nunquam tuffiat, aut expuat, qui longæ oratione non defatigetur, cuique amplio rem pectoris cauum natura constituit: nunquam ferè siticulosus: cuique pectus plurimum non attollitur anhelando, nec feruentis anhelitus est: quæ in calido ac distemperato membro conspiciuntur: quod æris frigidus flatu, & aquæ gelidæ potu recreatur: huic quoque uox insonat. At frigida habitudinis pulmo contrarijs affectibus periclitatur, frigidus ære facile corripitur, & calidiori oblectatur, angusto pectore concreatur, non sine tuffi, ac saliuæ, uoce muliebri ac breuis anhelitus. Humidam uero distemperantiã raucitas indicat, ac saliuæ multa fluens. huic uero contrariam distemperantiã ostendunt nullæ prope excreationes, aut uoces infurrit canora. At si affectus is uehementior fuerit, dyspnoeam inducit affectionem, hoc est crebram anhelandi affectionem. Pulmo tamen, ut Galeno placet, sine pectoris auxilio, ac diaphragmatis ope iners creditur, nam uulnere patefacto pectore, pulmo protinus languet, & ab opere cessat, unde alias moritur: uulnere quoque diaphragmate, hoc est, septo transuerso spiritus rarior fit, ac sanguis spumans fertur: Motus pulmonis (ut inquit Galenus) non liber est, sed partim uoluntarius, partim naturalis esse perhibetur, hic ex pulmone & corde constat, ille ex neruis ac musculis principium habet. Nam si pulmo haberet in se uoluntarium motum, musculum utique à natura datum cerneremus. Animalia (ut scribit Galenus) quæ pulmonis officio carent, sinum dextrum cordis nullum possident.

Boni tempera
menti pulmo.

Intemperata com
plexiõis pulmo.

De dyspnoici & asthmaticis, Cap. XXIII.

Pulmonis & articularum in eo uitium est, quod Græci prout se intendit, dyspnoeam uocant, Latini uero spiritus agitationem, aut crebros anhelitus nominant. Spirandi enim difficultas est, sedenti quàm supino leuius malum. Huius modica difficultas quæ ex toto nõ strangulat ægrum, dyspnoea dicitur, cum uehementior est, ut spirare ægrum sine sono & anhelatione non possit, asthma uocatur, cum accessit id quoque, ne nisi re-cta ceruice spiritus trahatur, orthopnoea uocatur. Galenus dyspnoeam omnem anhelandi difficultatem in commune appellauit, unde & febrem dyspnoeam, in qua suspiria dirupta cernitur, uel creber anhelitus, & suspiriosos ægros uocamus. Is morbus ex lenticia humoris in pulmone, ac trachæ arteriæ fistulis consistit, nam & orthopnoeam pectoris uomica efficit, aut lenta pituita in cauo pectoris eodem congesta, aut ex nimia interdum pulmonis naturali ariditate: hos Galenus anhelatores uocauit, qui tantum grauius spirant, suspiriosos uero, qui grauius & inordinate respirant, orthopnoicos denique, qui utroque modo laborant, interfecto spiritu. a Paulo uero qui ueluti longo exagitati sunt cursu, asthmatici appellantur: erecti uero corpore & crebro anhelitu orthopnoici ab eodem quoque appellantur. Dyspnoea uero est commune ijs accidens, alios sequens morbos, ut mox dicemus. Materia huius morbi sensim in pulmonis arterijs quum plurimum congregatur, interdum ex sola natiua membri frigida distemperatiã, uel articularum naturali angustia, aut stomachi uel iecoris uitio, aut splenis, ut dictum est. Spirandi difficultas oritur, aut fracta uena cum coagulato in arterijs sanguine difficulter anhelant, aut uento in cauo pectoris reluctante: ita ut ingenti cruciatu spiritus contineatur, aut ex imbecillitate musculorum pectoris, aut abcessu uel dolore, ut in pleuritis, aut peripneumonici contingit, ex spasmo nonnunquam uel paralyti lacertorum pectoris, aut uertebrarum spinæ uitio: in colicis, iliacis que doloribus, aut uulnere malis dyspnoea oritur, & ex ijs quæ foris eueniunt spiritus difficultas enascitur, ueluti ex metallorum cuniculis, aut ex nauis carina, ubi multa corripuntur, dirum enim odorem emittit tri-

Quibus causis
spirandi difficul
tas oritur.

tit triticum, quo superuenientes multi suffocati sunt, aut in furnibus quibus cinnabaris factitius, aut similia confici solent, aut arsenicum argentum uel uiuum, & reliqua metallica sublimantur: uel si quid incaute in spiritalem fistulam ueluti in alienum tramitem ali- quid exciderit, ut in anatomicis diximus: ut de quadam Lucretia Veneta, quæ nucem ponticam in pulmonis fistulam imprudenter admisit.

De notis asthmaticorum & orthopnoicorum, Cap. XXVIII.

Asthmatici & orthopnoici, sine febre & semper, pulsū tamen frequēti, uario ac tre- mulo conspiciuntur: & tussis minus exagitantur: quoniam nihil est extra arterias spiritales quod tussim moueat, siue in ipsa pulmonis substantia, siue in uenis fuerit, aut in pectoris cauo constitit, Galeni opinione: nulla præterea tussis ex membrorum commu- nicatione agrum angit: uel si cum febricula fuerit, uel excursus defatigatione. Asthma ex subitis destillationibus repente oritur, alioquin paulatim congesta materia adgenera- tur: Dyspnœa ex ariditate, anhelandi difficultatem præstat, sine tamen raucitate, in qua re membra macie consumuntur, sicutulosi enim ferè semper sunt, collo gracili: nunquam excreantes, aspero gutturis sonitu spirant. Ex humiditate, cum sono raucitas auditur, si- ne sili, sed plurimum excreant. At si asthma paulatim euenierit, ita ut tandem grauior fiat morbus, ex pulmonis frigiditate euenire constat: ut in fenestrate contingit, in qua pul- mo sensim humore completur. Asthma quoque subito hyeme hominem corripit, aut sæ- uis obortis tempestatibus. ex ea ratione calido tempore æger reficitur, ueluti thermarum uapore. Sicuti è contrario ex æstu nimio perflatili loco refrigeratus quispiam ad præsens recreatur. At si intus in pectoris cauo spiritus continetur, leuitas pectoris indicium fa- cit, leues que interdum eructationes. & quæ spiritum dissoluunt, ægro profunt, & in- flantia nocent. ex imbecillitate uero lacertorum malè rubescunt, et anhelandi torquent. ex crapula uentris distentio sequitur, quæ diaphragma supprimit, quo pulmones pariter opprimuntur. Si asthmaticis linquit animus frequenter, letale augurium facit. Ex pitui- ta uero frigida, aut ipso frigore ortum malum, superueniens febris sanat, & uarices quo- que enatæ curant. Imbecilles asthmatici non diu uiuunt. Foeminae rarerent eo uitio cor- ripiuntur, difficile præterea asthma intolerabile est, senes asthmatici ferè nunquam liberan- tur. Id malum quod uertebRARUM luxatarum uitio contingit, si in introrsum id fiat, nun- quam sanatur, is morbus interdum in peripneumoniam transitum facit.

De curatione asthmatis,

Cap. XXV.

Paludes & caliginosum cœlum euitare debent asthmatici, quos cubile in plano col- locari non iuuat, nec flatus uehementes sustineant, siue septentrionis, siue austris, nec sub cœlo nudo ambulent capite: nec sub diuo noctu maneant. sed conclaue altum fa- ciant, clarum, calidum uel in quo mane ante cibum pectus panno calefacto foueant, leui- ter que frictionibus coadiuuant: procul que ab omni animi molestia uiuant. Profunt le- ues deambulationes, initio præsertim exercitationis, in qua æstare plurimum obest, le- gere altiori uoce iuuat: caput mane pectine conficiendum est: deinde abrotano & ni- tro, aquæ fontium calidorum post uentris exinanitiones plurimum ualent, perparci so- mni esse debent, ceruice sublimi operto capite. Panis (ut à cibus exordiamur) hordea- ceus damnatur, uel ex zea, aut triticeus malè fermentatus, aut semicoctus, & reliqua farinacea, legumina, in quo genere & oryzam nonnulli abdicauere à mensis asthmati- corum: & carnes bubulas, pedes, synapita, porcina, & quicquid ex suilla carne con- stat, lac & caseum: & intestina ferè omnia, oua dura, uel butyro oleo uel cocta: in sum- ma acria omnia acetosa que arcentur, ac styptica pariter & falsa, aut nimium pinguiua, qualia sunt suilla, obest & agnina caro, & quicquid in stagnis & paludibus uiuit: io- cinera quædam utilia sunt omnia, si frigus noceat. Laudatur lepus, capreolus, ceruus iu- uenis, pulmones uulpis aut erici, secreta natura rerum peculiariter in mixturis ualent, caro hœdina in obsonijs, aut castrati iuuenis ueruecis laudatur, uel utulina sine pin- gui, si malum uerò urget. eo enim tempore fame uincendus morbus est. Profunt per- dices, fassiani, auicula, turdi, merula, turtures, palumbes, columbi que syluestres. Qui- dam aromate gallinas farciunt, inter cibaria pipere utroque uel ligustico, zingibere, machir,

Asthma quomo- do oriatur.

Letale in asth- maticis signū.

Cibi asthmati- cis cōuenientes.

machir, croco, cinnamomo. Moretū cum hyssopo, mentha, saluia, piperitide. sinapis item inter condimenta prodest, inter clera arcentur, brasiica, beta, melongia, cepæ. Laudan- tur, petroselinum, ocymum, hyssopum, maiorana, nasturcium, serpillium, thymbra, siue sa- turcia, & foeniculum. In fructibus, mora, fraga, cerasa, armeniaca, pruna, persica, uua, fi- cus recens, cydonia mala, pyra, sorba, melspila, quoniam astringunt, damnantur. Ad men- sam ueniant passula, caryca, ficus: sicca, palmula, caryota, pistachia, nuges amygdalæ dulces, ac nuclei pinei, auellana dempto cortice tosta. Inhibentur fungorum cibaria, tu- bera, & his similia. In esca ius cicoris nigri commendatur, aliqui pisces saxatiles dari censuere: si uiuaciles duntaxat ex meraco si decoquantur adiecto aromat s plusculo. De uino quod acetosum est, aut acre, crassum, atrii coloris, damnatur siue dulce siue austerū in omnibus thoracis uitijs, uel pulmonis affectibus, multa turbulenta nocent. At ue- tus odoratum iuuat si tenuis fuerit, quidam à cibo horæ interuallo bibunt, at in asthma- tis periodo multa omnium utilissima est: uel aqua cum saccharo pura cocta. At si sine fe- bri fuerit asthmaticus, uel in quocunque pectoris uitio uetusto, uinum clarum subdulce prodesse scribit Galenus: quoniam excreati- nes liberat agit: nam calefacit & humectat, ac pariter inci- sit uberior sumatur sine crapulæ uitio: opportunè enim in uino dulci a- roma aliquod admisceatur: si febris adlit calitrichum addatur uel chamæleuce: alij pa- rum bibere, ac tepido exiguo q: uti cibo suadent, sed frequentius: coena nāque semper parciore esse debet, à cibo præterea & ante cibum eo utatur tragemate: habet enim, zin- giberis, cubebæ, galangæ, cardamomi, garyoph. Illorum ana scrupulum, iridis, ori- gani, machir. omnium semis scrupulum, anisi, foeniculi, ammi, omniū semidrachmā, cin- namomi scrupulum, sacchari albi puri, quantum satis sit ad ea cogenda, in eo uitio alius mollior esse debet. dedere aliqui ius galli uetustioris quinquennis, uel sexennis, uel septen- nis, eo enim uenter mirè soluitur: quidam & gallinis utitur uetustis: innocua enim uen- trem repurgant: alij carnes eas discoquunt cum polypodio, anisi semine, & carthamo. In- ter oblectamenta capares datur cum mali citrei succo. Mercurialis & carthami seminis decoctum cum saccharo uentrem emolliunt, aut siliquæ Aegyptiæ melligo cum saccha- ro impuro, carthamo decorticato & zingibere.

De obseruatione & curatione asthmatis, Cap. XXVI.

Crassos & glutinosos (ut docet Paulus) humores extenuare & purgare debe- mus, propterea scyllite aceti uile & quicquid cū oxymelite datur, & ipsam scyllā tostam & trita cū melle linctū prodesse, & ex antidotis hierā ualere, & alia medicamēta, quæ alui deiectionibus plurib. sollicitant. Ex raphano siue armoraciā uomitiones utiles & aristolochiam rotundam in potu, & centaureæ magnæ radicē, spōdij semen ac radi- cem, calamintham quoque & iridem, hyssopum, ac melanthium. Galenus crassos & uiscosos eosdem in pulmonis arterijs humores extenuantibus & madentibus extrahi docuit. quibus pariter humectantia addi suadet. alioquin quæ uehementer exiccant ex calefacientia nocent, qualis per se scyllæ succus, aut urticæ semē: propterea eo dicitur au- tore quæ urinam ciunt, excreationibus & pectoris uitijs nocere: quod excalefaciendo exiccant & tenui resoluto humore reliquum concrefcere. Damnantur in uniuersum o- mnia astringentia, ac refrigerantia, quoniam materia intus perstringitur, ac inspissatur. obstupescientia quoq; inuicita sunt pulmonis & pectoris uitijs omnibus, qualis man- dragora, atq; opium: præter quam si ad sistendas destillationes, medicamentis admisce- antur, tū enim eas mirè suspendere uidemus. Veruntamē psyllio ad asthmaticos diuini- tus remedium insitū est. Remediorū præterea uarietas huic præsertim morbo maximè succurrit. uerū id frequentius offerri debet, qd' ægro magis prodesse uideatur, at si asthma- ticus uitij pariter iccoris patitur, ex materia crassa, tum eupatoriū aut absinthium epa- tica remedia iuuant, utrunq; tamen præstat rubia, ac aristolochia, quoniam pectoris, ac se- coris crassiores materias extenuant, ac per urinā subducit. At si materia in pectore, aut pulmone minus crassa ac læta fuerit, politrichō efficacissimè pdesse tradit. Pulmonis et pectoris malis et asthmaticis ualeat inter oia simplicia croci natura: sicut in ula in ecle- gmate sumpta, uel si cū carycis binis deuoretur obolis: & quæ scolopēdria dicitur per se.

Vulpinus

Potus in thora- cis affectibus.

Galli ius uetusti- oris mouet alui

Thoracis uitij- que inimica.

Epatica reme- dia.

Vulpinus pulmo arefactus, & potus, peculiari iuuat remedio: & urticae folia, & semē ex melle. Porrum quoque capitatum, butyrum, & lini semē ex melle, succus mellitophylli, & glycyrrhizae succus, thymum, abrotonum, fici sicca per se, laser in potu, anisi semen tribus digitis captu, hyoscyami tantundē cum lacte asinino medetur, & lauri baccae tria detracto cortice in uino potae, spondylion bibitur cum uetere oleo, radicis rubrae cochlearis mensura datur, & chamaeica, aron triton cum oleo, aut rosaceo infunditur. Ad orthopneas bibitur cisanthemos, hyssopi peculiariter, succus hippuris, periclymenos item ualet, & eius decoctum. Rhecoma trita tribus obolis, ex passo pota, uel eius decoctum, radix smyrni, botris, succus hyppopelthi tribus obolis, serum bubulum cum cera addito nasturtio, blattae trita infusa clysteribus profunt. Asclepiadis scola utripinū pulmonem quam recentissimum asinum sine ferro edendum demonstrat. Asthmaticos iuuat succus althae coctus & potus, fici sicca cum foenugraeco & melle addito, aqua multa dispoicis lenit, oleum balsaminum. Suspiriosis elaterium mederi quidam tradiderunt, & raphani semen tostum & tritum cum melle: allium coctum, uel cum lacte tritū, scylla tosta rursim ueterem cum suspirio leuat. Nasturtij semen ex uino potū, dulci cum origano suspiria tollit, semen sinapis tritum, & in cibo sumptū, baccharis radices coctae et potae, callitrichon decoctū, erysimon ex uite alba eiegma. Rubrae radix, aron cum rosaceo infunditur, trixago ex melle pota, peucedani succus, centaurium maius, anagyri folia 3. p. in passo dantur: & rhecoma, de qua dictum est. Suspiriosis ante omnia equiterorum sanguis efficax est potus, proximum lac asininū tepidum cum bulbis uel porro coctum: ita ut serum ex eo bibatur, addito in tres heminas cyatho nasturtij albi perfusi in aqua, deinde melle diluti. Fel ursinum in aqua laxat meatus spirandi. Ius e gallinaceo ueteri datur. cochlear profunt, assumpta & in pruna coctae. castoreum cum exigua ammoniaci portione ex aceto multo ieiunis bibitur. sandaracha utilissime cum resina terebinthina datur, & suffitu cum cedro ipso nidore. & sulphur prodest linctū, pulegium syluestre decoctum, uel eius succus, rutha pota ex uino, prius decocta ad dimidias partes. Anhelatoribus profunt cepae, porrum tostum, & cum melle comanducatum. Rutha syluestris, cum bitumine, spiradi difficultates lenit, gith tritum addito uino potum, thymum, succus heleni, abrotoni decoctum, sonchus albus lactucarum modo utilis est: uinum picatum iuuat, bitumen per se, uel cum uino potum ualet, & nitrum, nasturtium album, frictum deinde contritum, & cum melle mixtum, mel, galbanū, resina terebinthina simul decocta, & ubi coierint, ex ijs quod fabae magnitudinē habet, quotidie sub lingua liquatur. Alia compositio, habet sulphuris uui p. 4. & quadrans, abrotoni p. 4. in uini cyatho teruntur, tepesfacta forbetur. Aliud, sulphur, arsenicum, & quis partibus cum caprino seuo, aut hyrcino, in pillulas coguntur, quae carbonibus iniectae, ore nidor rapitur, quo haerens materia educitur, aut crocum, myrrha, costum, arsenicū, aristolochia ex eodem seuo, aut sulphur forbili ouo deuoratum. Micropsychis, qui animo humili & praeparco sunt, mel prodest: quoniam meatus transitum lenit, uel aqua mulsā. Asthmaticis aliud tragematis genus, habet zingiberis, glycyrrhizae, anisi, tripolij, gummi puri ana 3. 4. iridis 3. 3. gario-phylorum 3. 1. sacchari 3. 2. in pollinem redacta ualent, si cochlearis mensura datur ieiunis plurimum duabus horis ante prandium. Pectus & pulmonem exonerat piper & mastix comanducata. Sinapi cum carycis assumptum meatus aperit. Crassam pituitam dissoluit scolopendria cum syrupo, aut quoquo modo sumpta per interualla. Prodest si furfur per noctem aqua tepida maceretur, ita ut percolato addatur saccharum, & amygdalarum dulcium oleum, & ita tepidū propinetur, galbani drachma in aqua macerata donec albescat, cum eodem oleo pota ualet. Opopanacum iuuat, attamen non frequenter sumendum est, quoniam neruis obesse creditur, terebinthina per se, uel cum melle, aut cum forbili ouo pota: sacopenij oboli duo cum ruthae succo poti humores inconcoctos conuellunt, & ammoniacum cum melle. Artemisia quae matricaria a nostris nūcupatur, antequam florescat pota, asthmaticos sanat. Asari radix iuuat, bitumē cum castoreo erui magnitudine deuoratur, nam & ueteri tussi prodest. Galenus oniscos in primis laudauit: Asclepiades carbonibus iniectos, & combustos praetulit, si cum melle assumantur cochlearis mensura, quoniam attenuant & aperiunt. Inuenit posterior (ut arbitror) zetas bombycum

Suspiriosis quae profunt.

Micropsychis quae conueniunt.

bombycum simum peculiariter ualere, aut partus ex utero leporis exemptus, & in cilla noua crematus & potus 3. pondere, cum tritiera magna, infantibus cum muliebri lacte.

De compositionibus ad asthmaticos ex diuersis autoribus. Cap. XXVII.

Syrupus ad asthmaticos habet chamaeleucas radices, pollitrichi, aspleni quae scolopendriae. *Asplenon. Scolopendria.* Sdrton uocat Dioscorides, cauliculorū foeniculi, radicis hibisci, glycyrrhizae, seminis althae omnium manipulus, cum aqua feruescant & decocto saccharū addatur. Aut foeniculi, pollitrichi recentis ana M. 1. caricas 10. & decocto pari modo saccharū conijcto album. Aliqui addere malunt liliorum alborū radices et aristaltheae & passulas minutissimas. Alter syrupus, qui in febris ualida non datur glycyrrhizae, callitrichi, chamae leucis, hyssopi, stoechadis, zingiberis, cetaureae minoris omnium sesquidrachma, carycas sex, passularum seminiunciam, cum melle fiat syrupus, Alius etiamnum uehementior habet, thymbræ, iridis, prassij, rubrae ana 3. 1. carpobalsami, xylobalsami, nardi ana 3. s. passularum, caricarum ana 3. 5. callitrichi, glycyrrhizae ana 3. 4. ment. stri, centaureae minoris, ana 3. 2. eodem quo dictum est modo potiones faciunt, extenuant crassos humores, & rheumaticos cohibent. Aliqui urticae semen addunt, zizipha, & myxa matura. Celebratur & alius sesami, seminis nasturtij ana 3. 30. hyssopi 3. 7. cum saccharo penidiato ad clauum agitato conficito. Aliud medicamentum quod ita componitur, pinex nuce de corticatae gummosae recentes, cum prassio herba ex aqua decoquantur, percolato decocto, adde mellis puri despumati quantum latis sit: mire enim pectoris uiria repurgat. Gal. compositio mellis heminam habet, quam spuma repurgari oportet, atque inspissari, tum piperis & myrrhae omnium drachmam inspergito, omnibus diebus sumitur drachma pondere, uel duplici pondere. Pectori uero & thoraci uniuerso illinitur efficacissime oleum uiolaceum ex lutea uiola, irinum, dialthæa, & laurinum mixta superposita laena succida. Aut id cerotarium quod habet, hyssopi recentis 3. 15. cere luteae, oleorum uiolarum lutearum, iridis, lauri baccarū, rutacei ana 3. 10. medullae ceruinæ, aut uitulinae, adipis anatis, gallinacci, ana 3. 4. axungiae, terebinthinae ana 3. 6. foenograeci & seminis lini, et althae, decoctionis omnium 3. 1. myrrhae, bdellij contriti, & dissoluti, eo decocto omnium 3. 7. omnia simul mixta in modum emplastri conficiantur. Aut ei simile composito, continet succi prassij, hyssopi, foeniculi, olei uiolacei ante dicti, butyri, amygdalini utriusque, adipis anatis, gallinacci, feruescatis, & ceram & hyssopum recentem admiscebis.

De deiectione asthmaticorum. Cap. XXVIII.

Alii deiectione conueniunt, cum excreationibus satis fieri non potest, sed materia prius concoquenda est: nec nisi inclinante morbo, in statu enim uel ipso incremento nec uomitu neque cathartico sollicitanda est aluus, sed leniter mollienda est ueluti iure gallinaceo in uetustate galli decocto, cum carthamo depro cortice, & beta & succo conuoluoli. Aut terebinthina lora auellanæ magnitudine sumpta, uel cum succo conuoluoli minoris. Galenus hanc compositionem demonstrauit, carthami interioris 3. 5. salis 3. sicuum pinguium interiorum 3. 22. contrita coadunantur, ex aqua calida deuoratur. Si per ea parum proficitur, in aqua hordeacea gummi euphorbij paulum ebullientum diutius conijctur, in potu datur maximo auxilio, ante uero periodum uehementiora cathartica plurimum iuuant. Aegineta uomitiones maxime laudauit. Quidam uere & autumno praepurgant corpora. Alij bis singulis mensibus ijs cataportijs, continent agarici 3. 3. radicis lilij albi, prassij ana 3. 1. tripolij 3. 5. hieræ picrae 3. 4. colocynthidis, sarcocollae ana 3. 2. ex sapa in pillulas cofici uolunt. Aliter mastichis, agarici, ana 3. 3. ireos, prassij, ana 3. 1. tripolij 3. 5. hieræ picrae 3. 4. colocynthidis sarcocollae ana 3. 2. myrrhae 3. 1. cum multo digerantur. Aliter, gentianæ, hyssopi, agarici, ana 3. 1. tripolij 3. 4. succi prassij, & stoechadis succi, ana 3. s. mastichis 3. 2. cum melle ad unitatem rediguntur. Aliud quod aluum ducit & phlegma excreationibus trahit, habet carycas, myxa, passulas, glycyrrhizae, hyssopum, callitrichon, ana partes æquales, polypodij p. 5. tripolij p. 4. contrita & concisa in aqua feruescant, donec quarta pars superfit, & percolata ægroto datur tepes. Alia compositio habet palmulas 4. caricas tantundem, passula 3. 1. calamenti, foenograeci, ana 3. 2. epithymi 3. 1. euphorbij obolos duos, cinnamomi, foeniculi ana 3. 1. s. in aqua hordei libris binis decocta ad quartam partem percolata, decoctionem dimidiam

Cerotarium.

asthma.

178
 Epithymum
 Agaricum
 asthmaticis offerimus calidam, epithymi nanq; & agarici facultates mirabiles aduertimus, quoniam præter purgandi uim materiam attenuant et præparant, epithymum per se p. drachmarum duum ex uino dulci, aut sapa mire iuuat asthmaticos. His duobus alijs syluestrem cucumini addere maluit. Alia cataportia utilia, quæ dilatant pectus & omnia uiscera iuuant, miscentur prassij, hyssopi, gummi p. 4. opopanax, aristolochiæ rotundæ, succi glycyrrhizæ ana 3. 2. colocynthidis, tripoli, agarici ana 3. 1. aloës 3. 1. cum succo prassij eiusdem. Paulus & uenam quoq; inquit incidito, si opus est, & aluum deiecit, uel clystere pro ægri uiribus, extrinsecus ex ficis aridis farina q; cinæa, & hordeacea cataplasmata quotidie thoraci imponito, addita resina, cera & melle, conspargitur quoq; iridis farina, ac thuris manna, & ijs similia. Sed id magis peculiariter, subuenit panacis p. 1. alcionij p. 1. fecis uini combustæ p. 1. arsenici p. 2. aphronitri p. 2. tritis, thoracis partes perfricabis. Reliquis malagmatis, utendum quæ sanctem extrahere possint.

De uomitionibus in asthma, Cap. XXXIX.

Qua materia uomitio commo ueri debeat.

Vomitiones prodesse diximus in asthma, quas nonnulli commanducato raphano in quo radice albi ellebori infixæ fuerint, alij cum pane & sale mandu iubent, à cibo addito aliquo balsamento. Alij elleborum nigrum præferunt, quod cum raphano per triduum macerandum in aqua iubent, deinde succum cum oxymelle scyllitico alijs quibus diebus propinandum offerunt. Mire enim uomitiones concitat: robulitis magis conuenit, quam imbecillibus: at albus elleborus leuior habetur. Quibus pectus cauti facius fuerit, uel natura infirmum, clystere singulis diebus facilius curantur: ex centaury, cucumere erratico, euphorbio, agarico, carthamo, polypodio, epithymo, tripolio, colocynthide cum centaury, calamenthi, ruta, anisi, fœniculi apij q; decocto. Attramen clysteres faciliores tutius præponi debent. uehementiores sensibus infundi Gal. uetuit. Aliter, succi betæ, mercurialis ana. 16. 1. in eo agarici, epithymi ana 3. 2. decoquantur & colentur, addito ellebori indici maioris 3. 1. olei rutacei, & chamomelin ana 3. 2. & salis 3. 3. tepens infunditur in aluum. Fricari præterea extrema conueniunt, hoc est crura, & cucurbitule in natibus conueniunt, ac pedes, suras, & fœmina arctius deligare conuenit, uel dropaces medicamentum impositum, quale est emplastrum ex syluestri ruta, aut ex sinapis semine. Quod si ex capitis destillationibus fuerit, quæ catarrho conueniunt obseruanda sunt. Si stomachus uerò & iecur male affectum fuerit, ijs omni cura subueniendum est: ne materia ad pectoris partes perpetuo suat unde eadem membra prius purgare debemus, & demum peculiaribus auxilijs corroboranda.

De reliquis materijs repurgandis, Cap. XXX.

Absolutoria morbi.

AT reliquias materiarum iam repurgadas statuimus, absolutoria ea uocamus morbi, quoniam ex toto morbum radicitus euellunt: nam excreationes iuuant, & poros aperiant, & suauiores reddunt: qualia sunt tragacanthum, callitrichon, fœniculum, & inter dulciora penidia appellata, nuges item pinæ, ac chamæleuce, hyssopi decoctum, & inula, & prassij, ex melle. Omnium uehementiora ad id sunt urticæ semen, pulegij decoctum, aut calaminthæ, abrotoni, ruta, nasturcij, ex melle. Asthma humidum persanant pilule ex sandaracha & resina: & uoci conferunt, ex alto uitia extrahunt. Vaporations quoque mirabiles sunt, Galeni opinione, sabinæ 3. 1. butyri, mellis ana 3. 4. nam & deuorata profunt. alia simili nidore iuuat, habet arsenicū, sulphur, cum seuo. Aut arsenicū rubrum galbanum, mastiche cū resina, nidor castorei plurimum exicat, sulphur ex ouo forbili, pus ex imo pectore eximere traditur. alia uaporatio continet costi, styracis liquida, arsenici rubri, cediæ, galbani, mastichis ana pares portiones mixta in trochiscos digeruntur, qui carbonibus coniecti uapore naribus & ore raptu, ualere censent autores. Galenus ex chamæleuce nidorem commendauit: alij eius radicem præferunt: præsertim si affuerit febris, ea nanq; ratione calida auxilia euitamus, callitrichon nanq; deligimus, glycyrrhizam, scolopendrium, ac buglossum, cum radice fœniculi, semine melopeponis, myxis, ac ziziphis: addunt: & uolarum manipulum, ex ijs syrupum ex melle uel saccharo conficiunt. Vbi febris minus torquet, carycas addimus, & palmulas, uel passulam, gargarisationes quoq; ex eodem decocto iuuant, quoniam materiam auertunt. Quidam in asthmatis desperatione ante periodum, mediū pectus inurunt cauterio uel plurib. in locis.

Asthma

Asthmaticorum potiones ex Paulo,

Cap. XXXI.

Polijs, abrotoni, castorei, chamæpytis, ammoniaci, thymiamatis, partes æquales cum melle dantur, uel aphronitri cochlearis mensura in tribus multi cyathis. Alia potio, aphronitri 3. 9. piperis 3. 1. sulphij 3. 6. ex aqua. Alia, castorei, ammoniaci, thymiamatis ana 3. 8. piperis grana 40. ex uino dulci componuntur, & ad fabæ magnitudinem ex mulso deuoratur. Alia potio, sinapis 3. 1. aphronitri ternos obolos, elaterij, diachalchu, semiobolum, in trochiscos 8. digerito, ex quib. binos dabis, purgant enim sine molestia. In asthmaticis suffocatis, aphronitri 3. 3. cum mullæ aquæ cyathis ternis dabis, & cum cardamo mo interdum: præterea enim remedio iuuant, facit item & ilchiadicis. Galenus struthion herbam in aqua percoctam bibendam suadet: aut temperuuum cum melle ad orthopnceas: abrotonū & hyssopum cum mullâ decoctum ualeat, aut castoreum cum sapâ, aut oxymellite, uel scyllite.

Eclegma in dyspnœa Antonij Musæ, Cap. XXXII.

Omensura in olla comburito, quos conterito & cum melle cocto dabis cochlearis mensura lingendum ante cibum. Aliud scyllæ aridæ succum, & mellis optimi tantundem igni coquito, & eo modo utitor. Aliud Charifenis, thymum, iridem, calamintham, piper album, anisum costum, omnium æquo pondere, contrita quam tenuissimè cum melle cocto misceto: da orthopnoicis auellana magnitudine deuorandum. Aliud Nichirati, castorei, ammoniaci, abrotoni ana 3. 2. absinthij, cumini ana 3. 1. cum aceto pilulas conficito, ex quibus singulis dabis. Aliud, anisi, sulphuris ignem non experti ana 3. 1. s. ammoniaci, castorei, melanchij ana 3. 1. pilulas eodem modo conficito, & cum oxymellite singulas dabis. Aliud, seminis rutæ 3. 4. aristolochiæ, abrotoni, absinthij, ammoniaci, sulphuris superioris pares omnium portiones, facito cataportia & eodem modo dato. Galenus eadem ferme omnia medicamenta laudauit: et oniscorum præsertim uermes qui sub hydrijs inueniuntur, quoniam uires habent extenuandi præcipuas atque dissoluendi, & qua ratione uel experimento in usum uenerint, incompertum habuit. damnat in compositionibus ijs quæ nimium calefaciunt, aut actu refrigerant, qualis aqua frigida quoniam crassos humores reddunt: & concretos, propterea cautum est ne quid opij, aut mandragoræ, aut hyoscyami seminis, aut cicutæ admisceatur. Damnant & psyllij quoque uim in eo morbo. In summa quoque & styptica omnia perniciosissima habentur. Philini ad asthma et dyspnœam, cardamomi 3. 3. iridis, panacis, castorei ana 3. 1. styracis 3. 2. thymi 3. 5. seminis rutæ syluestris, abrotoni, clematidis, sulphuris ignem non experti, ammoniaci ana 3. 8. cum aceto trita miscentur & ad fabæ magnitudinem digeruntur, tres pilule dantur omnibus diebus. Andromachi ad orthopnceam, sulphuris eiusdem obolos tres, ammoniaci, anisi, myrrhæ, castorei, cumini ana 3. 1. trochiscos facito ex aqua, & dormituris dabis 3. unam.

De curatione asthmaicorum ex alijs causis, Cap. XXXIII.

ID uitium pseudoasthma uocauere Græci, cum ex alijs causis, quam quod diximus, oritur. Ex abscessu ueluti pulmonis calido siue frigido, aut si in ipsis spiritalibus fistulis caruncula, lapillus, aut uerruca enata fuerit, aut si quid incauto in eum tramitem delapsum fuerit exitiali errore. Aut ex destillationibus capitis: de quibus superioribus libris dictum est. In quo casu Galeni obiter referam peculiare remedium. Rubrica armeniacam cum tenuissimo uino dilutam & potam ualere tradit, ea mihi è impetum suspendit, & anhelantibus salutaris: etiamnum si cum lèta fuerit febris, cui & diacodion prodest uenice. Ad eam causam quidam medicus uel ante periodum ad corroborandum infirmum caput & rheumatismum suspendendum & ad pulmonis uias aperiendas id medicamentum composuit. Habet, pollitrichi decocti heminam unam, in qua rursus eadem herba feruescitur uolunt, pari ratione & in glycyrrhizæ decocto faciunt, tum prioris decoctionis sumunt partes 2. alterius partem 1. & succi fœniculi p. 1. & desurti p. 2. ea leui flamma feruesciant desumpendo materiam, donec mellis crassitudo fiat, id eclegma etiamnum in febricula linctu ualeat, quod habet pulmonis uulpini p. 1. rubricæ armeniacæ p. 4. additis penidijs. Iuuat in ipso rheumatismo caput attonsum tenere, quod cum sapone & nitro ablatur, bis in hebdomade. Profunt & sternutamenta citere, & gargarismata quoti-

Pseudoasthma.

diana cum succo mori uel rubi tenelli. in crassa & uiscosa materia id ualet, feminis urti-
 ce 3. nucum pinearum, feminis lini tosti ana 3. i. iris, aristolochie, inu 3. spica, feminis
 cydoniorum malorum, caricarum, rubie, prassij ana 3. scolopendrij, sefelis ana 3. i. cro-
 ci obolos duos, myrrhe 3. s. trita cum oxymellite eclegma conficito. Vbi materia uero
 acutior fluit, diacodion ualet, de quo supra diximus, aut solani et lentis, dempto cortice,
 cum plantagine decoctum. Si is humor tenuis in pulmonem descenderit, diatragacan-
 thi ualet, aut feminis papaueris albi, & amyli cum penidjs, addito feminis cydonioru
 malorum decocto letore, eclegma enim eo modo fit quod phlegmatis excreationes lin-
 gendo excitat. Prodest & uiolatus syrupus cum hordeacea aqua. Si uero cum copia &
 exundantia sanguinis acuta materia pariter mixta fuerit, uenam secare non inutile est ex
 sinistro cubito, quod uena ahorta ab ea parte originem habeat. Si anhelitus praeterea dif-
 ficultas ex febris ardenti fuerit, ex putrido, ut saepius sit, uapore, iecorariam uenam incidi-
 to, quae mirè congruit, & extrema arctius deligato, & eadem conficato, aliò materiam
 uaporis auertendo, aluum tum solutam facito casei sero & oxymellite uberius hausto.
 At si calidi et frigidi pariter (ut saepius obuium fit) humores asigunt, tum eclegmata mixta
 quoque iuuant: ac aluum soluentia cathartica similia esse debet, quae utranque mareia du-
 cant. At si creber anhelitus sit ex nimio cordis frigore, quae cordis uitalia excitent danda
 sunt, qualia diamuscum, aut diamargariton: ex ipsa uero cordis arida qualitate lac asini-
 num uel caprinum, uel efficacius muliebre, uel chamomelinum dandum, tota medicoru
 schola censet: oleum pariter & amygdalinum, & quae cerebrum humectant epithema-
 ta huic quoque affectui profunt: & pectus emollientia quale uiolaceum oleum, & semen
 cydoniorum, eadem lenientia admixta. Iis dyspnoicis macie confectis uehementia ca-
 thartica procul esse debent, & omnem hecticorum curationem obseruent. Ex calidita-
 te quoque addita siccitate periclitantes a gros fouemus asinini lactis potione, uel capri-
 ni, & ceteris potitionibus, de quibus iam dictum est. Si dyspnoea ex uero orta fuerit, qui
 iam ad praecordia penetrauerit, tum dissoluentia in cibo & potu iuuant: ac cataplasmata
 imposita, ex chamomila & maiorana decocta, tum & diacyminum in cibo ualet, ac lixi-
 uium ex quercino cinere, cum mulsu potum. Si sanguis uero in pectore coierit, bdelliū,
 thymum, coagulumque medetur uel efficacius leporinum. Ficulnum quoque lac, uel ex eo
 cinere lixiuium. lac caprinum perquam utile esse praedicatur, & nasturcij semen tritum,
 ex aqua calida, & laser in primis laudatur in potu. Ex imbecillitate lacertorum denique
 pectoris, oleum utiliter illinitur, irinum calefactum, narcissinum, liliuum, nardinum, spi-
 catum, crocinumque, quae cerebrum & nervos firmant, ex causa praesertim frigida. Con-
 tra ex calida, olea refrigerantia odorata ualent. Et lapsu ex alto, aut ictu iam dictum est,
 ubi de laxatis uertebriis ceruicis egimus. Ex stomachi, iecoris, lienis, intestinorum, uul-
 uae, aut uicij cerebri aut cordis, cum percurremus eorum affectus, si deus nobis uitam
 dederit, inde opportuna auxilia sumemus.

Spirandi difficul-
tas ex febris arde-
ti quomodo cur-
retur.

Cordis uitalia
quae excitant.

Cerebri & ner-
uos qua firmat.

Commune auxilium asthmaticis uile & dyspnoicis omnibus, Cap. XXXVIII.

Id habet pulmonis uulpini arefacti 3. 6. cineris oniscorum, pulmonis herinacci ana 3.
 4. sordis excrementorum bombycis, cinnamomi optimi ana 3. 2. feminis foeniculi, fe-
 minis alectorolephi, callitrichi, hystopi, calaminthae ana 3. 1. s. croci 3. 1. sacchari, mellis ac
 penidiarum quantum satis sit: quae dissoluantur in succo foeniculi, in quo glycyrrhizae
 radix nuceque pineae bene contrite simul omnia decocta fuerint, tum leui uapore ignis
 leuiter agitata ad spissitudinem redigantur.

De peripneumonia, & signis eius, Cap. XXXV.

Peripneumonia
ex quibus cau-
sis generetur.

Peripneumonia, quae & pneumonia dicitur, pulmonis (ut Gal. & Paulus asserunt)
 phlegmon est, ex impetu destillationum, uel synanche uel asthmate, uel pleuritide,
 uel similibus accidit morbis. Incipit & per se quandoque hic morbus, congestis semim-
 humoribus. Peripneumoniae dyspnoea, & acuta febris ardensque saepius sequitur, cum
 quadam pectoris grauitate, quod cum ingenti suspirio attollitur: mala sub oculis rubet-
 tes cernuntur, ad sublimia tendente feruenti uapore, intumescunt oculi, palpebrae inuer-
 tuntur, ac cerathoides, hoc est oculorum candida funga praepinguis apparet. Herysipe-
 latoides phlegmon ex feruenti oritur materia: Inter acutos morbos annumeratur, qui
 quinto

quinto uel septimo die hominem interimit: difficiles in eo sunt excreationes, spumosaque
 ac orthopnoea cum spirandi maxima difficultate, uigilantia quoque hominem uexant, uri-
 na purpurea emittitur, pulsusque uenarum undosus facile apparet. Euenit interdum &
 & a materia, ut nonnulli arbitrantur phlegmatica. Alij uero nihil frequentius putant,
 quam quod ex destillationibus oriatur capitis in pulmonem, membrum rarum, ac fun-
 gosum foraminulentumque, quod humorem acutum, ac tenuem non facile contineat:
 sicuti est diuerso in pleuritide contingit, quoniam membrana densior sit, quam ob eam
 causam acutus duntaxat humor penetrabilem faciat. Igitur a phlegmate primum cum
 plurimum pneumonia oritur, deinde ex sanguine, mox flaua bili, demum ex atra oriri
 creditur: interdum ex ijs biliosa pneumonia exitialis habetur, quoniam ocyus ad cor-
 dis penetralia pertingat uirus: tum remedia foris intus ue imperata minus proficiunt:
 frigiditate ante penetrationem fere euanida. At ex phlegmate minus pestifera est, uerū
 diuturnior sicut & ex arrabili. Is morbus quandoque dissoluitur, interdum in nomi-
 cam transit, aut paulatim indurefcit in carbunculos. Transmutari cum febris acuta, tra-
 dit Hip. uel phrenitidem exitialiter, cum materia acuta fuerit, & si paraphrenitidem sa-
 pe extulerit in cerebrum contolutis uaporibus. Quidam & in pleuritidem conuersam
 aliquando suiffe prodidere: & si uires affuerint, ad parotidas post aures, uel sublares
 abscessus exitiales, innocentiore malo, ac augurio magis tuto. Dirum esse commemo-
 rant, si delitescentibus carbunculis, febris nihilominus acuta perseverat. Synanchen quo-
 que, si in peripneumoniae transitum fecerit (ut Hippocrates docuit) quinto die perime-
 ridem & de pleuritide sentit. Si uero peripneumonici uiuunt, uomica, aut deplorata
 inde phthisis oboritur.

Biliosa peripneu-
monia exitialis.

De notis peripneumoniae cuiusque generis, Cap. XXXVII.

Sanguinolentam plurimum expuunt saliuam peripneumonici, si ex abscessu sangui-
 neo fuerit: generis hoc est, malis, plurimum rubentibus, febris adit acuta cum infla-
 matione, & uenarum omnium extumescenda, pulsusque uenarum undoso cum pectoris
 grauitate. Ex biliosa pneumonia saliuam ruffescit, sine molestia grauitatis, & si erysipela-
 toides fuerit abscessus, motus cerebri efficiet, hoc est delirium. At si in pulmone minuti
 intus orti sint abscessus calidi, signa eadem ferme aderunt licet leuiora, inflammatio, dy-
 spnoea cum leuiori febris. In phlegmatica uero pneumonia grauitas ponderosior senti-
 tur, ac spiritus difficilis agitatio, facies & mala magis tumida cernuntur, somnus adeft
 grauior, & c. humoris sui signa correspondent: ueluti alba & spumosa saliuam: minusque
 febris exagitur aeger cum pulsu undoso. At si aquositas pulmonis fistulas uexat, cum
 in diuersa latera mouetur aeger, humorem fatetur sonus, ex ea uapore continuo febricitu-
 la excitatur, cum difficultate spirandi: unde saliuam tenuis, aquosa & pluuiosa ex ore pro-
 rumpit: in ceteris hydropem imitatur. In melancholica uero, atra, aut liuens saliuam uel
 exigua aderit, sine pectoris grauitate, in qua nec difficilis suspiriosa anhelatio, quoniam
 paulatim materia in pulmone aggregatur, minusque aeger febricitat: ceteris notis atram
 bilem attestantibus, quoniam apostema id sensu non indurefcit, ac anhelandi difficultas non
 subito increfcit, tussis arida, nec pectus feruet. At si in pulmonis fistulis caro paulatim
 excreuerit febricula quoque aderit, cum quodam pulsu in medio scapularum: & uo-
 cis pariter raucitas aderit cum oris narium graueolentia, odore piscium: quae si exulce-
 ratur, foetidioris erit odoris, sine saliuam erit tussis & cum corporis interdum pruritu.

Peripneumonia
ex sanguine sua
gna.

Exitiale.

Ex phlegmate.

Peripneumonia
melancholica.

De auguri peripneumoniae, Cap. XXXVII.

Si in morbi initio saliuam plurimum sanguinea fuerit, salutem denunciat: si uero post 7.
 diem sanguinolenta aderit, in discrimine agrum uersari significat, quoniam difficul-
 ter maturari abscessum indicat. laudatur alba saliuam & equalis, & quae sponte emittitur.
 Ex pleuritide peripneumonia perniciosa habetur, quoniam ex uirulento & pestifero hu-
 more prouenit. Atra praeterea urina, aut uarijs nebulis conspersa, uel si in iudiciali tem-
 pore indigesta etiamnum fuerit, exitium portendit. Salutaria signa sunt, excreationibus
 aegri leuari, aut aluo soluta, aut urina, subitis remedijs: alioquin differre exitiale est quo-
 niam membrum de facili exulceratur, & in uomica morbus transit: nam & aetate confecti
 cum plurimum intereunt. Sed quoniam pleuritis ac peripneumonia uicinitate affectus cōsi-
 miles

Peripneumonia
ex pleuritide.

miles morbi esse creduntur, unde quidam similitudine decepti, parem curationem existimare: differunt enim inter se quonia in peripneumonia dyspnœa miserabilior est, & pectoris grauitas maior, & salua phlegmatica. In pleurite salua uaria est, subruffa que, ac in latere punctiones sentiuntur, pulsus uenarum durus, nec malas rubescences reddit. Dum peripneumonia in pleuridem conuertitur, anhelitus facilius redditur, ut in latere compungitur, cum uero ad uomicam transit, tum febris, tum dolor grauis per seuerat, quod salua neq; aluo aut urina æger exoneratus fuerit: In uomica si uires non sunt, exitium imminere certum est, salua dulcis, puratq; eam denunciat.

Vomica nota.

De communis & particulari peripneumoniae curatione, Cap. XXXVIIII.

Qua expendenda in peripneumonia cura.

ET quonia, ut dictum est, huius morbi materia uaria est, modo calida, modo frigida, alia humida, alia sicca, & pari modo aliquando tenuis uel crassa, interdum diua, aut media obiter considerandum est, an ij abscessus, discutiendi an emolliendi, maturandi uel aperiendi sint, quæ per paroxysmos percurrunt, ita & de accidentibus, qui periculosi sunt sicut febris, anhelitus difficultas, animæ defectus considerandum est. Demum ætas, uires ægri, anni tempora, & constitutiones, ac in primis occasionis festinatio præceptis, quam Hippocrates indoluit, unde interitus facile imminet.

De uicliu & ceteris non naturalibus causis, Cap. XXXXV.

Qualis qualitas aeris esse debeat

RES non naturales cursim percurremus. Aeris itaq; qualitas frigidioris obest, ita et torridi non laudatur, nebulosi, pluuij, puluerulentis quoq; & fumo infectus plurimum nocet. At si peripneumonia ex frigida causa fuerit, in conclauis calidiusculo est æger, si uero ex calida, intemperato, in ætate, uel ex frigida materia, repente cubiculo continendus est. Quonia ex calida materia frigidiori gaudebit loco, & cholericæ potius quam sanguineæ. Interea animi perturbationes omnino euitandæ sunt, & quibus irascētia, clamores & iurgia oriuntur. Parcius loqui debet uel submissa uoce, lectulo leniter iactari utile quid in esse duxerunt. Ceruice sublimi dormiant, aut in latus id quo quietius accumbunt: uel in contrarium si materia adhuc importune fluat. At cum materiam digeri uolumus, in eodem latere quiescere iuuat, quonia eodem modo concoquitur in sanem, quæ facilius subinde excreatur. De cibo uero, quicquid plurimi alimenti fuerit dari non censent, quonia uirus excrescit, Gal. taliter demonstrante. Item quicquid inflat obest, ob id & aqua hordeacea, nisi satis percocta fuerit, uentrem pariter inflat: acria quoq; salia, & cuncta astringentia damnantur. Vini uis in primis nocet, nec eo ualidius uenenum est. Nonnulli decoctam lentem ex aceto obtulerunt, in bilioso duntaxat apostemate. Huic morbo præclare facit abstinentia, si uires sunt, ita ut fame æger misere elanguescat. Propitia sunt, quæ facilem saluam reddunt, aqua ueluti hordeacea dempto cortice, aut atriplicis decoctum, malux, betæ, aut cucurbitæ ius prodest, & fabæ decoctum ac passula patrensis, inclinante præsertim morbo, quonia alit, abstergit, & saluam pariter ciet: datur molle panis aqua feruenti ter lotus, eo cibariū utile facimus: et pitana hordeacea, & amygdalatum dulce. Quidam non inutiles adiudicauere saxatiles pisces. At inter præcipua auxilia, quæ leniunt, & abstergunt, annumerantur uiolæ purpureæ decoctum, papaueris albi, ziziphorum, cucumeris, & melopeponis, semina, uel interior eorum caro decocta, & commanducata: profunt: & myxa: & inter compositiones seminis p yllij decoctum & mali cydonij lentus succus per se uel cum arabico gummi uel tragacantho. Liliij uero radix ad excreatus duntaxat mirè congruit.

Cibigenus in peripneumonia ac commodum.

Facilem saluam reddentia.

Qua in materia phlegmatica iuuant & melancholica, & de potionibus in peripneumonia, Cap. XL.

QUA hordeacea (ut iam dictum est) mirè salutaris est, in utraq; materia: uerum si materia phlegmatica est, pitana probatur cū passulis & myxis: in ea materia beta et buglossum in cibo profunt: succus quoq; fursuris percolatus, brassicæ et ciceris ius: fame uerò morbus uincendus est, nisi ægri intermori uires sentiantur, tum ouis luteum efficaciter datur, si sorbile in aqua decoquatur, aut ius pulli cohortalis paruis, in quo uel lactuca, aut buglossum incoctum sit: aut foeniculum, aut perdicis pullus, uel auiculæ ueluti alaude, quas galeritas uocat. In atra bili puls tritica ualet ex oleo amygdalino uel sesamino, lac quoque asininū tepens prodest efficacissimè. In statu uero accidentiū uel iudicia

rio die imminente, abstinentia morbus exercendus est, sola q; hordeacea aqua prodest tepida. Alij dant pruna cerea bene matura, aut poma cū saccharo sub clibano decocta. Quidam in statu uerant dari ex farre cibarium, ne naturæ uires impediatur, uel ut Galenus prædicat, ne quicquam quod plurimum nutriat offerendum est. Et Pauli opinione abstinentium, est ad inclinationem morbi, ab omni quicquid crassæ fuerit substantiæ: exemplo cuiusdam medici, qui pleurético in fine morbi letem ex aceto in cibo dederat: qua assumpta excreare digestam materiam desuit æger, & protinus interiit. Peripneumonici uel finito morbo, & consumpta materia, cibo tenuis materiæ uti debent, molle panis in iure pulli madente, interdum ouo sorbili, uel auiculis de quibus iam dictum est. Butyrum ualet cum melle mixtum uel per se coctum linctum iuuat, cum melle mixtum uel per se coctum linctum iuuat, cum melle et amygdalis efficacius ualet ad excreationes. Dedere alij lac ipsū cum melle, & mulsā ad sedandum situm efficacissima habebatur, ex melle Attico uel Cretensi, ad peripneumonia & pleuritidem. Conficiendi ratio duplex est, alia aquosa, alia crassior est, illa ex uncia mellis & libra aquæ fontanæ uel celestis in alia ʒ. ʒ. mellis imponuntur, hæc enim magis alit & uehementius incidit. At ætas nostra syrupum uiolatū prætulit, obliterata mulsæ ferè ratione. Hippocrates hydromel in primis laudauit, sicuti & oxymel, quod exiguum aceti contineat, alioquin sua asperitate aut ualde iuuat, aut plurimum obest, quonia imbecillo in corpore nimium materiam commouet, nec uires in excreando sufficiunt, ac æger de facili suffocatur: quod uero mediocre est etiamnum laudatur. Hoc tempore pro melle saccharo utimur. Si uero materia uiscosa est & crassa imbecillo corpore, oxymellite utimur leuiori & aquoso: si uires sunt, acerrimum datur, licet exiguum, largiori aquæ potu. Verum a multis improbatum in uicis pectoris, uel in uehementi tussi: quonia plurimum obest. Alia potio salubris occurrit, quæ ex saccharo purissimo & aqua fontana fit, uel callitrichi, uel chamæleuces, aut aliter, chamæleuces, polytrichi, hordei, glycyrrhizæ, singulorum M. i. decocta in aqua eadem & percolata, saccharum purum indunt, & rutulus decoquunt ad potiones. In niue morbi uinum nonnulli potandum dederunt nullarum uirium, alij uinum, quod ἀδύνατον uocant Græci, cum aquam ingerunt uinacis dempto flore & ita eas præmunt, ut rursum ebulliant, quod si sub dulce fuerit efficacissimum habetur, quonia pulmonis suauis meatus facit. Vinum quoque mali granau dulcis ualidum est, ex aqua mixtum tepente, nihil enim æque nocet quam frigus.

Mulsæ conficiendæ modus.

Curatio peripneumoniae ex Acginea, Cap. XL I.

PAULUS in primis sanguinis missionem laudat, si causa præsertim morbi uetustior fuerit: & clysterem si alius nihil reddit: thoraciq; sub scapulis, in lateribus, ac pectori cucurbitulas scalpello circumcisas imponendas censet. Si quoque per se id malum ortum est, sanguinem omnino dimittere necesse est, uel exdem cucurbitulæ, ex quibus sanguis pro uiribus demendus sit, pitanam in cibo, aut alicam ex melle, aut ex amaris amygdalis, aut alicam ex mulsâ, aut hydromel per se, aut hydrosoratum, prodeste tradit & butyrum recens. cum decocto aridæ fici & hyssopi. Prodest & iris in multo decocta, aut eiusdem farina ex mulsâ pota: nam & per alium trahit: uires satis tueri a gro, e-poto frequentius mulsâ ex coagulatis aliquibus. Rursum easdem cucurbitulas ualere commemorat, & cyprinum cerotum in quo iris adiecta sit, aut cerotum ex oleo rutaceo, & iride arida, & nardino unguento. Hæc summam Paulus. Posteriores sanguinem mittere ex cephalica suadent bis ter uel si satis ualidæ uires sunt. & frictions in scapulis laudare diutissimas, ab ijs in brachijs, cruribus, ac pedibus, quonia imperiū suspendunt. Aquam mulsam egelidam dari uereres probauere, & si ætas fuerit etiam frigidam, sola q; sine ullo cibo crescente morbo datur. Vbi malum constiterit, quantum uires patiantur, ab omnibus abstinentium esse dixerunt. Peripneumonici antiquitas tragoriganum laudabunt cum melle porum. Aut ari semen tritum cum melle, & cum oleo uel rosaceo infusum. Peucedani quoque succum: centaurium maius aut hyssopi in potu. Radicem quoque Pancratij tritam & in pastillos sole siccatos digerant, & quantum tribus digitis apprehendi potest in uino dabant.

Triplex eruptio sanguinis.

Merito terri debet, qui sanguinem abunde uomit, siue ex stomacho, siue pulmone, pectore, gutture, gula, cerebro ue erumpat. Aliqui in tres species diuideri, primam *Αἱμῶσις* secundum *ἑρμηνομάχου*, tertiam *ἀσώμασις* appellantes: hæc ultima minime nocet, ore quotiens alicuius uenæ patefacto, quo superuacaneo plerunque sanguine se leuat corpus. Secunda ruptura uel fissura alicuius loci euenit periculosior. Prima omnium grauissima est, in qua sanguinem pus interdum sequitur uel sanies, uel purulenta excreatio: In communi cruentæ excreations, uel sanguinis eruptiones uocantur. Galenus inquit, cum sanguis erumpit, euenit aut orificijs apertis, aut scissis tunicis, aut præfectis, aut cum ex poris sanguinis tenuitas refudat. Tum uenæ sanguine uel spiritu pariter turgentes dirumpuntur, uel angustæ sunt, aut prætenues, uel tunicarum rara textura, uel tenuitas sanguinis à morfu serpentis qui hamorihois dicitur, de quo in libris uenentorū diximus. Rumpuntur, t adit Paulus interiores uenæ, ex quibus plurimum sanguinis reijcitur, ex manifesta causa, icctu, lapsu ex alto, ingenti clamore, pondere, palæstra, continua crapula, immodico frigore, aut euronoto flante: quod ætate patris mei Laurentij in uniuersa ferè Italia contigit, ut omnes sanguinem expueret. At ex nimia quandoque abstinentia dirumpitur uenæ, uel acutis desiccationibus uel falsis eroduntur. tussis quoque arida & continuata, uel asperiore uomitu frangitur. Ex interioribus alijs causis sanguinis reijcitur, ut si menses mulierum subterierint, aut narium uel hæmorrhoidarum profluuium, uel annua sanguinis missione neglecta, aut crure uel brachio amputato, aut exercitationibus quotidianis omissis.

Quibus causis uenæ rumpuntur.

Quæ ex primitiua causa eueniunt, per se manifesta sunt, at si per se ex stomacho aut gula erumpit, uomitus indicium facit. De spiritalibus erumpens partibus spumolus sanguis cum tussi erumpit ex uia, tonsillis, palato, gingiuis, cum saliuæ expuitur. Ex cerebro fluit interdum qui ex naribus exire solebat, non inæ capitis grauitate, nam & aperto ore sine excreationibus, & uomitu si neq; tussi dignoscitur: quidam tamen decepti sunt, quoniam cum sanguis, noctu præsertim, in fistulas pulmonis, aut stomachum defluerit, sequenti die cum tussi aut uomitu retro agitur si sanguis cum tussi reijcitur ac dolore, cruentas excreations emittit, ex pectore oritur uitium, nam pulmo sensu caret, ex Galen. Sanguis itaq; in cauo pectoris colligitur qui primum pulmonis panniculum ambientem transit, sicuti fractis ossibus sanguis per cutis poros exit: nam & uulnerato pectore per os effertur. Qui annulos pulmonis fistulæ eijciunt, aut uenarū tunicas aut pulmonis frustum, ea sine dolore excreari certū est, nam duo tantū neruuli (ut idem autor tradit) ad pulmonis circundantem tunicam deferuntur, ex sexta, ut inquit, neruorum syzygia à cerebro orti, qui in membranam ipsam delitescunt interiora minimè penetrantes. At pectoris excreations dolores indicant, quod ex neruicis partibus constat: tussis item infestat, sanguis à somno prorumpit paulatim ab ea parte qua uena aperta est, nec multus quidem exit, sed ater, qui pectoris uitio nigrescit, sanguis uigæ si nihil. Reijcitur quoq; ex ore sanguis si incaute (ut diximus) sanguis uigæ intra fauces aut in gula impacta fuerit: indicium facit ex palude hausta aqua, ipsa quandoque sanguis uigæ ad apertis faucibus conspicitur, signa ex diuersitate membrorum particulariū ad digestionem faciunt. Ex trachea arteria sanguis exiguus est, quandoq; etiamnum spumofus, cum tussicula, ea tamen uehementiora sunt, quo magis ab interioribus erumpunt fistulis, at ex pulmonibus materia non continue fluit, ut Gal. tradit, uerum omnibus spumofus est, Hippocratis sententia ac sine dolore. De uenis autem uel arterijs copiosior erumpit, uerum spumofus, non sine dolore: calidus reliquo sanguini similior, isq; clarus ac tenuis reijcitur. At nos aliam differentiam in ipsis eisdem uenis deprehendimus: ex arteria ueniū tunicæ temperatior manet, dilucidior, qui subito & leui causa effertur, antecedente quodam caliginoso uapore, qui ad aures usq; rapitur. A pectore uero non omnino spumofus est, & si per materiam pulmonis transeat, unde spuma aliquantisper commisceri potest: at ex pulmonis materia uniuersus sanguis spumofus ex omni parte uidetur subrubicundus. Signa uero reiectionum ex sanguinis exundantia sunt ea, corpus morbidū, crapulæ antecedentes, ætas, habitudo, eas præterea reiectiones facile

Sanguinis eruptio ex pectore.

Sanguis uigæ hausta.

Reiectiones ex abundantia sanguinis.

facile æger sustinet, imò onere leuari se disjudicat, quoniam ea profluuita animi defectus non sequuntur, nec ulla febris: ita ex faucibus in morbo gallico continuis diebus gradū profluuii. At lapis ex alto, plurimus sanguis & subito prorumpit, uel collisis similiter euenit sub aliquo graui pondere. Sanguinis quoque tenuitas in causa est, quoniam ætas & habitudo, ac uiuendi ratio demonstrant, nam & capitis caliditas, acuti rheumatismi cum quadam interdum falsilagine sanguinem exacunt, unde & febricula quandoq; oritur, ex quibus causis cruentæ excreations sensim apparent, uerum si in uenas maiores crosiones penetrauerint ampliores, largius profluit sanguis. Ex eo nanq; uitio quidam pulmonis partem, aut uenarum quarundam tunicas aut integros fistulæ spiritalis annulos (ut Gal. prodidit) excreant. Attenuatur etiamnum sanguis ex alijs causis ex sulphuratis balneis, ueneno, atque diuturna mœsticia, qui & si exiguus extra tunicas refudat. Purulentæ excreations præterea ex peripneumonia, ac pleuritide fiunt.

Profluuium ex tenuitate sanguinis.

Sanguinis reiectiones damnantur, quæ auxilijs non uincuntur: ex uenarum corrosione tererrimæ sunt, ex apertis poris maiorum spem promittunt. Ex apertis uenarū orificijs facile sanantur, quoniam sponte uel stypticis facile coalescunt. At quæ subito eueniunt, & ad cordis uitalia penetrant statim necant, eadem si repente sistunt, protinus exitiales sunt. Pectoris cruentæ excreations facilius sanantur, quam pulmonis reiectiones, quoniam pectus minus mobile sit, solidæ substantiæ, exilioribusq; uenis, quod & minus rheumatismis affligatur: uulnera præterea in pulmone de facili exulcerantur. Profluuium ex faucibus ex morbo gallico, efficaciter morbum leuat: quod in Alexandro Marcello patricio Veneto patefactis uenarum oris exitiale fuit.

Sanguinis profluuium ex faucibus in morbo gallico.

Qui sanguinis reiectiones pati solitus est, æstus, soles, ignem, fumum, puluerem, thermarum æstuationes, sulphuratas aquas, frigora, niues, septentrionum flatus, uel euri calidiores euitet: mœrorem præterea, iras, iurgia, contentiones & clamores, sermone longos, ac uigilias. Purpuram & coccum contueri prohibet Gal. Qui & acria & salsa, amara, & acetosa in cibis damnauit, ac omnia styptica, & quicquid tussim excitat. Inuenere sacchari mellisq; nimium ulum nocere. Uua acerbæ & citrea, & mala punica medijs saporis, pruna, & acria cerasia iuuant, aut rhus syriacum in condimentis. Panis quoque simlagineus, oryza, far, panicum, milium, lens, faba & amyllum, sed uix cum sale condiantur, caro præterea agnina, uitulina, ueruecina, suilla, hædina, & omnium intestina, iecora, pulmones, & cerebella, perdices, coturnices, phasiani, atagenes, turture, turdi, merula, pauonum pulli, alaudæ, & his similia laudantur. Cydonio mala, pyra, melpila, forba, palmulæ, pruna, castanex, mora, myrti baccæ, ex hortis portulaca, cucurbita, plantago, anagallides, polygonaton. Ex piscibus anguilla, murenæ, congre, loliginæ & lepia, isq; similia. Lac item decoctum, exempto butyro, prodest macie confectis. Quidam ferro candente utuntur: caseus recens sine sale efficac habetur, oua forbilia iuuant, puls triticea, ex eodem lacte, uel uitro austero: uinum uetulum tenue & dulce intempeltium est, si aqua admiscenda est, ferrata prodest, aut cœlestis: fames, crapulæq; ac uenus damnantur. Ex portionibus sunt quæ acuti sanguinem obtundunt, qualis est syrupus diarrhodō ex aqua cisternina potus. Apium in primis uirandum est, ac omne aloëticum, & quicquid calidū nimium assumitur. At si corpus morbidū est, sanguinis missione leuatur utilissime, ocyssimo remedio, à talo præsertim: & si iterari necesse sit, à iecoraria uel mediæ uena conuenit sensim emittendo: in foeminis menstrua purgatione leuantur, quoniam præter naturam firmatis mensibus sanguinis reiectionibus cōsistantur mulieres. Profunt & cucurbitæ sub scapulis affixæ: extremorum quoque ligaturæ plurimū iuuant, uel linteis calefactis ea fouere, ac perficere.

Quæ reiectionibus sanguinem uitanda sint.

Si quis largius sanguinem reijcit ex pulmonibus, omni cura protinus occurrendum est, anteq; collectionē intus faciat, & membrum subinde suppuet, quod cum acciperit, tussis oritur exitialis, qua uenæ apertæ non glutinantur, imò magis patefiunt. At si abscessus imminet, tum abstinentia iuuat, leuiterq; pectoris partes refrigeramus, & ad infec-

Cura reiectionis sanguinis ex pulmone.

ad inferiores partes materiam auertimus. Quidam lingulis annis uere ipso duabus interdum pateris plenis, uno ferè impetu, sese exonerante natura, quod exinde sic congruere referebat. Erecta ceruice dormiant, aut in latius incolume. Ex corrosione uenarum acetosa prohibentur: ipsum tamen acetum salutare perhibetur aqua temperatum, bis tertie in potu datum duum horarum spacio. Alij cum succo cydoniorum dari maluerunt. Inter remedia laudatur oxygalla, in qua ferrum candens extinctum sit. At ubi uenis residatibus effluit sanguis, aqua pluuia laudatur, uel in qua chalibis cadentis saepe feruor extinctus fuerit. Syrupus myrtinus adiuuentum ualidissimum praestat per se uel cum cisternina aqua potus, aut coralli usti cinis cum plantaginis succo, aut gummi usti æquo pondere uel cum oui albugine. Venas coalescere facit acini granatorum acrium cinis ex aqua pluuia, uel lambruscæ flos eodem modo potus. Hinc ad communem mendendi rationem transeamus.

Communia remedia ex Galeno,

Cap. XLVII.

Profluuium ex pulmone celerrimè sistere supra commemorauimus, auertere praeterea id docuimus, & quæ crassiorum sanguinem reddunt expuentibus sanguinè utilia esse, aut ipsum conglobatum extrahendum demonstrauimus, & quomodo uenarum aperta orificia conglutinantur descripsimus. In uniuersum enim omnia astringentia, acrida, arida, acerbiora, glutinosa iuuant, qualia oua forbilia, alica, oryza, & lenia, ut amyllum, uiscosa sunt pedes suilli uituliniq; ut Galenus tradit in libro de simplici medicina. Contra, falsa, amara, acutaq; damnantur. Galenus aperta orificia stypticis sanat astringentibus, uenarum scissuras agglutinantibus, exiccantibusq; abstinentium uero à mordentibus remedijs: erosas uero partes lenibus cibis curare docet. Quibus si in pectore uel pulmone malum fuerit non ab re subtiliantia quædam calida admisceri uoluit, ut illarum facultates ad loca deferat opportuna, qualia sunt, ami, anisum, & nardus, praesertim cum stupefacientia quædam antidotis imponuntur, ea nanque & conglobatum sanguinem (hos *τρώματους* Græci uocant) discutunt. Omnia nanque styptica agglutinantia sanguinem expuentibus medentur. Antidotis & somnifera imponitur, ut somno & quies fluxus inhibeatur, sisteturq; ea item & tenuitatem sanguinis cõpescit. Reliquæ simplicium facultates ordine dicentur.

Simplicia ad sanguinis reiectiones,

Cap. XLVIII.

Potri succum cum thuris farina uel acatia dari uideo ab antiquis medicis, ac posterioribus. Hippocrates etiam sine alia mixtura dari iussit, teste Plinio. Ocymiq; decoctum ex uino bibi suadent omnes tum antiqui tum recentiores medici, sagapenum per se, & oxylapathi semen lotum in aqua cœlesti, semen & folia marubij cum parico aqua eadem decocta, flos rosæ uel crocinum, omphacium ex passo, aut oenanthe, succus crudorum cotoneorum, malum punicum, balauistium cœlestiq; aqua ternis diebus madefactum, & cytinus flos sistit, & uirtum pampini, uua passa cum nucleis. Prodest & zex farina speltam rustici uocant, amylo cum ouo sanat, cortex oleæ tenerrimæ in melle derasus cerebro sumptus, uel oleastri folia decocta, ex melle cochlearibus data, succus palmarum decoctarum datur, nuce pinæ, ac græcæ, castanæ, myrti semen, suberis cinis ex uino datur. Maltiche prodest, salicis non ex toto frugiperdæ flos, miricis cortex tritus, hederæ, acini potui sumpti, syriscæpatri decoctum, succus tenerrimorum caulium, rubi potus, spina Aegyptia, etiam radice ualentior, succus hyofcyami, plantaginis, portulacæ, claris utriusque experimentis, betonica, quinquefolium, hypocythis ruffa, uel eius succus, tribus obolis potus. Alia radix utilissima, gummi omnia genera, tragi cacumina 10. trita ex uino pota. Polygonaton & cuiusque partis profluuia inhibet. Ceruini cornu cinis, coagulū leporis denarij tertia parte, cum terra samia & uino myrteo, eiusdem fimi cinis in uino, glutinum taurinum tribus obolis bibitur cum aqua calida in uertere sanguinis excreatione: hæc edinus sanguis recens ad cyathos ternos, cum aceto acri pari modo feruens potus: luteum oui liquidum deuoratum per se prodest, uel ouum crudum cum porri succo: pariq; mensura mellis cretici calefactū hauritur, spongiz quoque cinis ex eodem succo: corallium uel eius farina. Rubrica ex aceto datur utraque terra samia, nihilq; terra lemuia praestantius, hæmatitem cum succo mali punici bibunt.

Dormituris

Dormituris Paulus ex electro trochiscos dari suadet, tertia die exiguum mellis cocti datur lingendum, si morbus, inquit, ijs non cedit, ad cutim derafo capiti simum agrestium columbarum siue palumbiū imponi tradit: post tres horas in balneo lauandum est, nec caput unguentum refrigerantibus oleis, sed forbitioibus utendum, & ante somnū theriacam nouam compositionem utilem tradit: & sequenti die rursum praeter caput uniuersam corpus perficitabis, ea in destillationibus fieri iubet, quæ si uehementiores fuerint, san uinis missione opus est. At si, inquit Galenus, in destillationibus acutis sanguinis missio neglecta fuerit, à uehementiori dylstere inchoandum est, & extrema deliganda uel arctius, ac confricanda oleo cucumeris syluestris, uel ei simili. Alexander uerticem inurere tradit, quoniam catarrhum inhibet, & tussim pariter cessare dixit. His affectibus pitana hordeacea maximè probatur, mox styptica mala offeruntur, in summaq; refrigerantia magis quàm humectantia conueniunt, quæ fluidam reddunt materiam. Prodest in ea abstinentia panis ex aceto aqua plurima frigida diluto. Imponique capiti iubet oleum rosaceum ex aceto & aqua frigida, quoniam humoris feruorem mitigant. Gargarismata praeterea & quæ in nres conijciuntur similia esse debent. Ex sanguinis uero ebullientis acuitate, parcius sanguinem dimittere expedit: deinde quæ humectant & pariter refrigerant danda sunt, ueluti hordeacea aqua, aut cucurbitæ refrigerata, & cucumeris ite interior caro commanducata. Ex compositionibus recentiores hanc potionem laudauerunt: Seris latui, plantaginis ana M. i. callitrichi recentis M. s. glycyrrhizæ, hordei añ. ʒ. 2. zzypha ʒo. pruna ʒo. papaueris albi ʒ. 2. sandali albi & rubri ʒ. 2. ris ana ʒ. 2. unà decoctis ex saccharo albo fiat potio, quæ cum seris aqua sumi debet frequentius. Prodest & ea mixtura quæ ex diacodio, diatragacantho, diapenidioq; sit, adiecta coralliorum & margaritarū farina. At ex frigore sanguinis reiectiones, sanguinis quoque missio iuuat, & uespere stypticæ portiones, sequenti die extrema fricari uehementer ac deligari arctius necesse est, ac emplastrum ex asphodelis uel ruta agresti imponendum est, sed noctu ea auferenda sunt ne nimium excalefaciant: uerum habitudinem immutant, & materiam auertunt ad summam cutim: quæ & tertia quoq; die rursum imponenda sunt trium duntaxat horarum spacio: tum balneum iuuat, ac in potu medicamentum diaspermaton uocitarum, frigore enim sedat: mox theriacam ueterè dari tradit Galenus, quoniam materię reliquias consumit, & spiritalia mēbra recreat. Postremo quæ aperta uulnera sanant tractada sunt. Calefacientia ac astringentia pariter profunt, qualia sunt, diapipereon cum succini trochiscis. Alij sanguinis missionem damnauerunt, sed tantum thuris & spicæ nardi farinam saluarem esse tradiderunt, aut myrtham, costum & cinamomum, ac thuris cortex ualet & centaurij maioris decoctum, ac radix rhecomæ uel rheumponici, aut mēthæ decoctum cum terra lemnia. Laxatis uero meatibus uenarū & orificijs, quæ exiccant, excalefaciunt & astringunt pariter sanguinis reiectionem sanant, ueluti iunci summa pars odorati, uel radix eius, maltiche, cuminum tostū, calamintha montana, crocum, castoreumq;. Quæ ex ariditate corporis erumpunt, humectantia profunt. ut lactis genera de quibus supradictum est, olea ac succi humectantes. Sed materię fluxum prius aliò auertendum ducimus, ueluti sanguinis missione nō copiosa. Lapsis ex alto uel ex palastro aut lanceæ concursu, uomentibus sanguinem, statim uenam aperire necesse est, exinde styptica damus, ac eisdem remedijs cataplasmata pectori facto uel lateri percusso. Auerois uenam iecoris aperiedam scribit: si corpus sanguineum est, ac bis sanguis subtrahendus est: eo tempore extrema, ac testis uinculis deligentur, ac à tussi æger abstinere. Quidam in potu rhecomæ radicem cum rubrica armeniaca ex mali punici decocto dari suadent. At si uena nimium turgit ac si sponte rumpatur, tum fames summum remedium est, ac sitis, triduo enim id imperamus si uires sunt: tum quæ plurimum alunt non offerimus, sed hordeaceam tantum & mala cydonia tosta, uel lentis decorticati decoctum. Statimq; iecorariam uenam secamus bis prima die & sequenti pariter. Alij à talis demendum esse contendunt, quoniam superabundantiam demunt & materiam pariter auertunt: ex qua parte sanguis flui creditur. Spontie ex aceto madens imponi debet, uel id emplastrum, quod acatiam & corticem granati mali habet, & cydonia mala ex aceto mixta, addita terra samia uel lamia

Reiectione sanguinis ex frigore que curant.

Diapipereon

At si

Sanguis in
pulmone con-
globati sympto-
mata.Trombos discuti-
uena.

At si ex his casibus sanguis in pulmone uel pectoris cauo conglobetur, tum symptoma-
ta periculosa apparent, extrema frigore corripuntur, uenarum pulsus intercipiuntur, an-
helitus creber sit, anima exitialiter deficit. Mirum quod quod humorum naturam familiarissi-
mus, ac in primis necessarius, tam subito effusus ueneni speciem gerat. Tum quae astrin-
gunt in iuxta hunc, sed attenuantia solummodo iuuant, qualis syrupus acetosus est,
uel acetum (ut dictum est) cum aqua mixtum, nisi acrior tussis prohibeat. Discutere si-
guinem conglobatum tradunt semidrachmam Diacurcumae cum porri succo ac oxy-
mellis cochleari. Quidam ex toto Galeno aduersantur, acetum uires quoniam tussim mo-
ueat, uulneri noceat sanguinem subtiliter, ac fluere cogat, danantes. Aqua scabiosa her-
be pota sanguinem conglobatum discutit, ex compositis theriaca prodest sesquidrach-
mae p. cum glycyrrhizae decocto.

ALEXANDRI BENE- DICTI VERONENSIS PHYSICI, DE LATE- rum morbis, ad Maximilianum Caesarem Augustum Impera- torem inuictissimum, Liber IX.

Prooemium.

Duplex spirandi
officina.

Nanatomicis nostris ubi membratim corpus humanum strictimque
percurramus, pectoris partes, cutem, costas, lacertorum inter se con-
sulam materiam, ac subambientem membranam, quam *ὕπερ* uo-
cant Graeci, exposuimus: ex qua membrana alia oritur, dissepitum uo-
cant, haec pulmonem medium, & cauum pectoris ita dirimit, ut in el-
terutram partem nihil peruium sit: ea duplex esse existimatur, pe-
ctori, i pondyriorum structurae, ac pulmone annexa: duplicem ob id respirandi officinam
constituente natura contra incidentia (ut in pluribus sit) congeminitis membris: in uis
acutissimus morbus pleuritis innascitur, quae periculosissima contagione plurimas urbes
uexare solet, ac phthisis pariter periculosissima habetur, quam uno uolumine Gale-
nus complexus.

De pleuride ac phthisi.

Cap. I.

Signa pleuritis
di.Iecoraria uomi-
na.

Pleuritis notha

Pleuritis morbus, qui & laterum dolor a Latinis dicitur, acutissimus est, breuisque ho-
minem corripit: pulmones enim & cor principalia membra, latera cingunt. Duo
genera quidam faciunt, alterum ex uento, alterum ex humore constituentes: huius quo-
que duo genera sunt, alterum saeuum, alterum mitius: illud apostema est intra costas uel
sub costis sedem habens: hoc est sub cute, est minoris periculi. Aegineta phlegmonem esse
in lateribus scribit hypozocotis, sub qua membrana peculiariter innascitur. Ex quo an-
helitus difficultas, continuata febris, tussisque oritur, compunctiones a praecordiis ad lu-
merum, uel clauas quos iugulos uocamus. Verum ex ferre omnes notae ex iecoracia quo-
que uomica apparent, attamen pleuriticis compunctiones sauiiores sunt, ac tussis quo-
que arida initio morbi ex indigesta materia: pulsus subest durus, asperae serrae (ut tradit)
modo denticulatus. In iecoris uero phlegmone, nullus ferre dolor est, ac melior pulsus
sentitur, tussisque semper arida est: & sex pallecentem agrum facit: ut in cachexia mor-
bo. At pleuritis illa quae ex phlegmone extra musculos oritur notha appellatur, quoni-
am sine tussi sit, ac sine excretionibus, ut in aqua & pulsus mollior subesse sentitur, uel
si quis manu locum attrectauerit, dolere ea parte dicat aeger, qui nisi repente discutatur,
suppuratam exinde materiam aperire necesse sit. At sub membrana circa latera abscef-
sus phlegmonoides, pleuritis qui extrahi minime possunt, si non excretionibus pu-
rulentis expurgetur, aut in alias partes diuertatur materia, tum in uomica peripneumo-
nicam transferuntur. In pleuritis initio tussis interdum arida est.

Diuisio

Diuisio alia pleuritidis, & de materia diaphragmatis.

Cap. II.

Impropria pleuritis est, ut tradit Archig. quae ex crassis fieri solet humoribus, ac cibis
quales sunt bulbi, ac fungi, ex quibus uentus generatur, qui ob multitudinem hypo-
zocota membranam extendit intra latera, & dolores similes fere infert, ut uideatur ue-
rus phlegmon in expertis, ita ut spirandi maximam afferat difficultatem: unde per inci-
tiam quidam uenam secare ausi sunt. In his ergo prius conuenit de uictus genere nouisse,
& praesentem anhelandi modum, febrim pulsumque animaduertere, tactuque dignosce-
re morbi genus, quoniam dolores compunctionesque pares quandoque sentiantur, si si-
ne tussis sunt, sine ullisque excretionibus quos neque scis uexat. At situ membranae hy-
pozocotis uaria genera pronunciant, sed lacertorum & costarum rationem habent, &
earum tunicas intus ambientem considerant, accedit & ea membrana, quae ge-
minos diuidit pulmones. Et in primis quam hypochondrion uocant, aut phrenes, in
hoc enim membro (ut in melancholicis dictum est affectibus) mania diaphragmatis uo-
catur, siue phrenitica appellatur furia. Id malum & sub diaphragmate quoque oritur
ubi costas sunt, quae nothae uocantur. Ex his alia pura, alia impura nominatur pleuri-
tis, sicut ex humore calido uel frigido propriam & impropriam constituunt pleuritide:
frigidus namque humor per accidens calescit. Loci quoque (ut dictum est) positio pura
& impuram reddit pleuritidem. Illa pura est, quae tunicas lacertosque interiores intra
costas, uel magnam intus ambientem membranam, aut diaphragma ipsum nobile me-
brum, inflammat iuxta costas. Vnde quidam tres pariter huius morbi species obser-
uauere, purissimam, puram & impuram: primam in hypochondrio secundum costas ex
phlegmonide: alteram cum sub hypozocote uel media membrana oritur phlegmon:
postremam uero cum extrinsecus innascitur: quo enim periculosior est, eo purior dicitur:
In omni autem genere biliosa resolubilius est, licet feruentior, contra phlegmatica
contumacior, ut melancholica, inter utrumque sanguinea materia locum tenet.

De causis.

Cap. III.

Ex istu quandoque, uel lapsu ex alto, labore nimio, aquae gelidae potu, uel niuis, uel
glacie dissoluta grandine uel oritur hic morbus, sicut ex frigore. Ex ebrietate as-
dua, cibisque glutinosae materiae. Inter praecedentes causas capitis distillationes conu-
merantur in primis, quae ad spirales partes disfluunt, sicuti humoris abundantia in ca-
teris propinquis membris. At annexae sunt, bilis flaua, sanguisque biliosus, sanguis a-
ter aut phlegmaticus: Galenus cum plurimum ex flauabili oriri praedicat, quoniam
eo humore penetrabiles tunicae sunt, ab eo ex sanguine bilioso contingit. Reliquis hu-
moribus raro pleuriticis apparent putrefactis accensisque. In sinistro sapius, in dextro
rarenter latera contingit, in Ruffo placet, in qua parte & sauior est cordis uicinitate, ue-
rum facilius discutitur. Minus periculi affert quae in notis costis supra lienem conscen-
dit. Foeminis quoque exonerantibus menstruum uestigial leuior morbus est: pra-
gnantibus perniciosus, uel quibus menses non sunt omnino, aut exigui, extenuata
habitudine. Inter aetatis gradus adolescentiae maxime exitialis est, ac initio senectutis
infestior est, quam in iuuentute, quoniam uires minus succurrunt: senio uero conse-
ctis per quam raro, crassiore sanguine, sine bili, ac impenetrabili ob duritiam tunica. Et
acida, inquit Hippocrates, eructantibus raro pleuritis accidit, pituita infesta. Inter tem-
porum qualitates aestate pleuriticis raro sunt, ac hyeme saepe ac peripneumoniae. Ex con-
stitutionibus post austrum septentrionales flatus pleuritidem afferunt, uerum phlegma-
tica pleuritis saepe uere oritur.

De prognosticis pleuritidis.

Cap. IIII.

Pleuritis uera pro materiae ratione nunquam decimum quartum diem pertransit,
alioquin in uomicam mutatur morbus, quoniam excretionibus purulentis aut
cruentis finitur, uel euanescentibus meatibus tunicarum uaporibus: uerum pus quan-
doque urinae meatibus, aut per aluum educitur miro quodam naturae opere, interdum
ad inguina uel aures permutatur materia, in quibus partibus collectiones facit, aut ad
cerebrum leraliter pertingit, ex toto uero suppurata materia. Erumpit enim quando
que ad pulmonem quem suo impetu obstruisset meatibus suffocat, cum & aegri tussien-
tis uires

p

Expleuritide peripneumonia.

Ex phthisi pleuritidis.

tis vitres succumbunt. Pleuritis ad peripneumoniam transitum facit, deficiente uel maturatione, ac materiam pariter expellente, uoluntario motu auxiliante. Si uero ea sunt nunquam ferme in aliud uitium transit, praesertim si materia crassa sit, quae tunica densiore difficulter penetrare possit. Verum acuta materia ad phthisim exulcerato pulmone producere aegrum potest, aut spasmodica, si materia in neruos penetrauerit propinquos. Huius & peripneumoniae uitio cordis uitalia, brachia interiora, extremi quoque digiti misere torpescunt, unde cor tremulum redditur, ac subinde exitaliter deficit. Pleuritis, quae suppurauit, Hippocratis sententia, in 20. aut 40. aut 60. uomica differt, uel in medijs ut tradunt, temporibus, quo enim materia crassior est, eo difficilior in saniem transit: uerum si in 40. die, non repurgatur, nec interea moriatur aeger in phthisim morbus transitum facit, tempore pure ipso uirus contrahente.

De signis specierum pleuritidis, Cap. V.

Quinque pleuriticorum signa traduntur a Galeno, quorum primus dolor est, qui originem ab imo pectoris contrahit, & per thoracis partes ad spinam usque definit. Et cum in latus doloris iacet aeger, quiescit, si uero in alterum maiores punctiones sentiuntur. Tum enim membrana aut lacertus cum extenditur dolore torquetur, & quodam ueluti pondere premitur. Febris nocte magis inquietat aegrum, quod membrana praecordij annectatur, uel ut Galenus scribit, ex apostematis feruore cuius uicinitate cor facile inflammetur. Anhelatio deinde difficilis ac frequens noctu praesertim. Tertia tussis infestissima est, quae a somno excitat expellere obuia, conante natura, & si initio saepe arida sit, inconcocta, ut diximus, materia, quae in pulmonis ductus nondum penetrauerit, Galeno de interioribus uitij astipulante, non mirum esse, inquit, infimos non tussire immaturo abscessu, & materia inclusa. In hoc morbo praeterea facilissimo nullum pulsationis signum sentiri, quod tunica ea arterias non contineat, aut per quam exiguas, nihilominus in brachijs distenta pulsat uena eiusdem cum tunica materiae. Varius quoque pulsus est, & digesta intus & inconcocta materia. Plenus idem & frequens est ingrauescente morbo, uelox item ac ualidus mirum in materiam fluctuans, ita ut digitos repellat, magis quoque si missio sanguinis omnino neglecta fuerit. Nunquam uidimus, inquit idem autor, ullis aegris durum & paruum pulsum, qualem in pleureticis animaduertimus: eum pulsum serratum uocare maluerunt. Caetera symptomata sequamur, quae cum morbus augetur eadem pariter incrementum uidemus. Linguam exasperari, areferi quoque, faciem & oculos inflammati, plurimum quoque aegrum iactari cernimus, intellectum quoque nonnunquam perquam maxime confundi, sudore quoque interdum perfundis, frequenti & difficili anhelitu, saliuam quoque magis viscosam tentari. At si circa hypochondria abscessus ortus sit, eadem sursum uersus contrahi cernuntur, uel ipso morbi initio, & praesquam delirio mens uincatur, anhelitus frequens, paruus quoque, inaequalis tremulo quoque similis, quem suspiciosum alij uocant, efficitur. At superuenientibus cerebri moribus, uariis, ac inordinatis redditur anhelitus, & tandem amentia conclamata sit phrenitidis si milis uerissima, nam eadem praecordia phrenes diximus appellari. Quod ultimum ex aliorum membrorum communione dissimile cernitur, ne perpetuo affligit, uel ex toto corpore, ut in febribus continuis contingit. Nam cum caetera membra afficiuntur, non permanet semper amentia, ex diaphragmatis uero abscessu subita & continuata alienatio perdurat, pars enim ea inter omnia membra nobilissima est, cuius neruositas ad cerebrum & mentis sedem usque pertingit, unde & uehementiora symptomata proueniunt. Ob eam causam pleuritidis omnis quo diaphragmati propinquior est, uicinitate nobilioris membri, eo sauioris parit affectus, ediuerso quo remotior fuerit, eo mitior & accidentia proueniunt.

Alias indigesta.

Abscessus circa hypochondria.

Alienatio mentis ex diaphragmatis affectu.

Nota pleuritidis impropriae, Cap. VI.

Pleuritidis impropriae notae sunt, cum enim tactu sauior dolor urget, contegentem costam tunica subijisse materiam constat, aut lacertos exteriores. At si inter costas impacta fuerit materia, magis atque magis tactu sauior mordens dolor. Haec eadem apostemata sub phlegmonis genere comprehenduntur, in ijs dolor sine punctione sentitur, ac sub percussione materia haud dubio diiudicatur. Tum omnes notae sunt pleuriti-

pleuritides, nam & tumentes cernuntur, in ijs enim locis arteriae congregantur. At si dolor est, et subpulsans materia cum pectus attollitur, in lacerto dilatante abscessus inesse constat si depressio pectore ditaxat sentitur, in alstringente lacerto suppurat materia. Dolor igitur in respirando, tussis, excreatus uarijs coloris, pleuritidem ueram ostendunt. Impropriae est, nihil impurum expuere, aut uitiosum. At si materia intra costas fuerit, aliud quod omnino expui potest purulentum, tum pulsus aequalis est, nec admodum durus, & febrim excitat. Quod in eo, quo extrinsecus supra costas innascitur, non contingit, nisi amplum fuerit apostema. Illud quoque si aequale tussis est, nec difficulter anhelat aeger. Vera itaque pleuritis si tangitur punctio loci, minus doloris affert, sed anhelando maximi doloris indicium facit. In lacerti apostemate facilior anhelitus est, minus quoque tussitunt aegri, nec pulsus omnino durus est, & si interdum (ut memorauimus) purulenta excreationes emittantur, cum frequenti anhelitu, ijs omnibus impropria tamen pleuritis adiudicatur.

Symptomata uerae pleuritidis

De caeteris huius morbi notis, Cap. VII.

Cum uarios colores expuunt, uariam subesse materiam significant: nam flauis excreatus bilis & phlegmatis mixturam ostendit. Rubeus, diluta saliuam, naturalem choleram praesertim, si uero lutea est, aut croco similis, ex torrida bili morbus generatur. Cum supra modum torrescunt humores tum coloratiores excreationes apparent. Punctiones quoque inter se dissimiles sunt, ex bili & sanguine sauiiores, ex pituita, uel melancholia, diuturniores. Rursus ex superiori bili febris ardentior est, urina cerea tenuis quoque emittitur, & cerebri motus indigni comites sunt, & cum plurimum tertiani circuitus apparent, durior pulsus, uelox, & frequens, dolor acutus, pungens, sitis, saliuam humoris sui index, quae amarum os reddit: aegrotus cum plurimum calidae habitudinis est, iuuenis, frequenter solibus aut laboribus exastuans, cibarijs calefacientibus affluens, uel gaudens. Ex sanguine uero urina rubentior est, ac spissior, plenior pulsus, subrubicunda saliuam, aut cruenta, leuior dolor, habitudinem sanguineam & adolescentiam uexat, athletico uictu turgidior. Ex pituita diluta urina cernitur, aquosa, uel densior, pulsus inaequalis, & diuersus habetur, dolore exiguo, multa saliuam: in senio, grauescente somno, pueris & foeminis uel omnibus ociosis, peculiaris albae habitudinis. Ex atra tandem, si quando contingit, bili, urina tenuis & aquosa redditur, pulsus durus, inordinatus quoque habetur, dolor leuior, qui nec degrauiat, nec admodum pungens, extenuatis senibus, melancholicis quoque euenit, uel omnibus qui saepe praeterea qualitatis cibarijs uti consueuere.

Symptomata ex bile.

De temporum signis, Cap. VIII.

Initio morbi tussis (ut scribit Galen.) non omnino necessaria est, & si contingit, sicca est, deinde saliuam liquida, pura, subtilis, finem primi temporis ostendit. At cum parum per concocta expuitur, initium augmenti uidetur: si eadem materia multa, ac crassa fuerit, cum quodam maturitatis signo, finem secundi temporis indicat, quae si facilius excreatur, minus ruboris retinet: idem & de croceo colore, qui in cerinum uertitur, intelligimus, tum dolor anhelitus quoque & reliqua symptomata in summo statu uersantur. Ex quibus colligimus eorum decrementum longius praetendi, statum uero indicant faciles ac liberae excreationes, digesta, copiosa quoque, dolore minus compungente, & reliquis praeriter accidentibus minus inquietantibus. Cum uero dolor ex toto, ac excreationes quoque cessant, uel faciles, tum inclinare morbum omnino diiudicamus, cum & caetera declinant accidentia. Ea euentre constat in pleuritide, quippe quae sensum digeritur, ac soluitur, raro enim contingit quod uno impetu exoneretur.

Morbi statum quem declarent.

Quibus modis pleuritides ab alijs morbis distinguantur, Cap. IX.

Pleuritis cum iecoris uomica magnam gerit similitudinem. Iecinoris enim ligamenta membranae quoque costarum annectuntur, hoc est hypozocoti, unde consimili dolore exagitantur. Verum in hac aeger acrius pungitur, ac difficulter anhelat. In illo leuior dolor est, nec nisi cum sinistro iacet latere, quoniam immenso iecoris pondere distenduntur nexus neruosae materiae. Et cum inflammatio in gibbo fuerit, tactu etiam deprehenditur, caeterum assimilis est, tussis febris, anhelitus difficultate, quoniam tumore diaphragma uehementer supprimitur, & difficultas spirandi diuturnior est, ac perseuerantior

Iecoris cum membranis costas subtingentibus coniunctio.

rantior. Tussicula, ut scribit Galenus, parua, rara, arida, ac pulsus undosus, lingua ac u-
niuersum corpus liuidum fit. In utroq; uitio iugulus siue clauis trahi uidetur, in hac tunc
ex cōmunicatione, in illa magna uenæ connexionione. In qua re & urina densior est, sicut
in hydrope, in pleuritide clara est, & cum plurimum sanitatem mentitur. Si in cauo
uero iecoris suppurat materia, urina incolumitatem promittit, sed aluus epatica lotura
recentis carnis similis sanguinolēta cernitur. A splenetico quoque distinguitur quibus
dictum est modis, quoniam ad humerum & clauem (si apostema ingens fuerit) defer-
tur. A peripneumonia demum distinctionem facit undoso pulsū, grauitate q; doloris,
grauī dispnoea, feruentēq; respiratione.

De augurijs pleuritidis salutaribus, Cap. X.

Salutem auguramur, cum aeger de se bene sperat, fortiq; animo morbu sustinet, uel
si parum inquietatur, si facilius anhelat, si dolor cessat, aut ex toto finitur, siq; ue sur-
bito, faciliusq; expuit, & si febris ac sitis iam inclinauerit. Si urina, aluus sudor, som-
nusq; qualia a gris sese recolligentibus conueniunt, affuerint. Hippocrates in primis
subitas, promptasq; excreationes laudauit, alioquin morbi longitudinem minatur. Sa-
liua que protinus digeritur, exiguum denunciat abscessum, que uno quandoq; impe-
tu effertur. Cum non expuatur, uel exigua materia est, aut cotumax est, & detestatur.
Si in latus dolens bene quiescit, ac dormit salutare signū est, si pustule in membris uel
inferioribus, & fistulauerint salutem denunciant, ex naribus prefluuium bonam spem
affert, si crissimum est, & si reliqua signa subscribunt. Sed id peripneumonia incertum
exitum facit, quod ex phlegmate cum plurimum contingit. Pleuritis uero ex sangui-
ne uel bili mixto oritur, in qua uenarum communicatio certa est & libera, quando co-
starum uenæ ex uena magna miro ordine oriuntur.

De sanis augurijs, Cap. XI.

Ex urina signa. Urina in qua quod subsidit si albū & æquale fuerit, non omnino salutaris habetur.
Si mala cernitur, teterrima tamen dijudicatur. Turbida item, mali odoris, sangui-
nea, que ebullientem humorem ostendit, cuius æstuationibus cerebrum pariter inflam-
matur, ac uenarum anfractus. Urina quoque tenuis, saniosa a morbi initio pluribus
diebus eodem modo perseverans, phrenitidis certum prælagium facit, præsertim si: ut
sic sicca, ac uigilix supramodum affuerint, quibus tamen si narium, aut sudoris prefluui-
um superuenerit, salutem nunciat. Urina item tenuis limoso sedimento, aut crudelica-
tem humoris, aut exitum portendit. Atra uel liuidior, aut uirens mortifera est. At al-
uus initio liquida, non sponte præceps, bene promittit. Alioquin dura est, ac letalis. In-
termortuas enim uires indicat, aut stomachum male affectum præ se fert, nisi superue-
nerit profluuij extraria causa. At si serijs uenter fluxerit incolumitatem prædicat, quo-
niam ad intestina materia constanter propellitur. At si iecoris digestiua uis, cum con-
trice male affecta fuerit, interius indicium facit. Humoris uirus & pectoris in expuēdo
contumax tenacitas, uiscosam saliuam duraturam significant. Si quod expuitur atum
est, aut luteum, & sic perdurauerit, continuante febris ad quintum usq; diei portendit
exitum. Ex arida tussi aut propinquum exitum, aut secundam salutem ex Galeno pro-
nunciatur. Angustus præterea anhelitus, cum rauco uocis sonitu, male rubentes, præ-
sentis interitus nuncijs sunt. Vires deniq; ægri imbecilles sine saliuæ maturatione, male
pronunciant. Si labia ac nares quoque colore fuscantur, ac urina ab initio purpurea, &
rubens nimis fuerit, in quinta uel sexta exitum imminere scribunt. Ingentes quoque
punctionum dolores & alsidui, scapulis respondententes, febris acuta, si is uehemens, uini
frigida sine sudore & somno, ocyssimum interitum significant. Notæ expulsi, qui si
distensus, ac frequens fuerit ad pulmonem materiam delabi significat, aut animæ defe-
ctum. Si uero flaccidus ac modicus fuerit, imbecillitatem: segnior uero ac tepidior ce-
rebrī torporem, aut neruorum uitia demonstrat: Concitatus morbi uehementiam: tar-
dius declinationem morbi præ se fert. Rigor in pleuritide omnino exitialis est, sicut
& in peripneumonia. Galen. sententia. Circa præcordia spasmus ex proximo intelle-
ctum confundi prælagit. Ex pleuritide peripneumonia pestifera est, ac ediuerso. In hoc
morbo

Ex alio præfa-
gia.

Galenus.

Signa ex pulsu.

Rigor letalis.

morbo sternutamenta præcipua damnantur, ex destillationibus, grauedine, siue coryza.
At si quis sanguinem pariter cum laterum dolore reiecerit continuis diebus, ac exinde
purulentas excreationes, que subito & intempestiue substituerint, ocyssime moritur.

De signis cum in uomicam transit pleuritis. Cap. XII.

Pleuritis que sanguinis dimissione, deiectione, & excreationibus non finitur, sed
punctionibus magis exasperetur, si calidus abscessus est, in uomicam erumpit, tum
mitiora symptomate sequuntur, sæuiores uero certum interitum auguratur. Si uero apo-
stema in diaphragmate ortum fuerit, quod subinde protinus delituerit, sine certa ra-
tione, ante quintum diem ægrum interiturum significat, teste Hippocrate. At si materia
(quod rarum est) ad crura deriuauerit incolumem fore denunciat. Et si sæpenuero ex-
creationes faciles sint, ac anhelitus pariter, cæteris signis non fauentibus ueluti si spuma
cum lateris dolore, ueluti uirgis cæla uideatur. Hippocrates mortem certam denunciat.
Hinc ad remedia transeamus.

De auxilijs in pleuritide, Cap. XIII.

Quod si dolor circa mammam infederit, & sub scapulis respondeat, uel spinam,
ut dictum est, conuerberatam reddat, a cubito sanguis detrahendus est: nostri a
talo eiusdem partis mittere laudauerunt: alij hæmorrhoidas ad apertas profuisse prædicat,
in sensibus præsertim, uel ocyssimo remedio, quibus iam substituerint. Sin autem intra
hypocondrion dolor affuerit, dolor maxime pungens, a talo saluberrime demittitur:
ac exinde cathartico opus est tum uehementi, si uero mediocri dolor, neque compun-
gens nimium sine febris acuta affuerit, sacculus tum ex fursure, anetho, pulegioq; ue sæ-
pius imponatur. At Archigenes si latus, inquit, inflammatur circa mammam & ad
clauem dolor peruenerit, in opposito cubito uenam secabis, & sanguinem detrahes ci-
tra animæ defectum, tum peripneumonia, inquit, non extimesces, pulmo enim
qui rarus & calidus est lateriq; uicinus, facile uirus contrahit, ac expedit per interualla
extrahere. Impropria pleuritis ex uero præsertim orta, diacymino, calamithæ decocto,
aut centaurij, aut hysopi, pulegioq; ue, aut si iridem cum arida sicu damus, sanant. In ue-
ra & acuta pleuritide, ubi uires imbecilles sunt, clysteris uehementioris uin laudat Ae-
gineta, tum dolor lana calefacta sulphure suffita fouendus est, aut oleo uestica imposto,
aut succida lana cum oleo. At si sanguinis missio morbi principio neglecta fuerit, ex ea-
dem parte tantum ubi dolor est dimittendus, id neque superuacuum, neque serū auxili-
um est. Ad recentiores transeamus.

De obseruatione in pleuritide, Cap. XIII.

Quidam pleuritide sæpe tentantur, frigore, potu frigido, labore, uel a nimijs distil-
lationibus, propterea uitanda sunt ea omnia, & in cibis, que glutinosos humo-
res generant, de quibus supra dictum est: ac fame catarrhi plurimum uincuntur, uel aquæ
potu. Profunt sternutamenta, & que ex ore pituitam euocant de quibus suis locis iam
dictum est. Sed quidam temerario ausu cataplasmata discutientia refrigerantiaq; impo-
ni morbi initio suadent, uel astringentia, ubi materia frigidior sit, aut calida cum phleg-
mate crasso, uel ipso quoque sanguine, ex Galeni autoritate, quod materia ad cor uel
pulmonem periculosa regerat. In feruenti tum materia subtili & acuta, discutientia,
refrigerantia iuuant, si materia copiosa non fuerit, & repurgatum fuerit iam corpus, ce-
rotum ad id ualet ex rosaceo & cera aqua rosacea sæpius instilla. Sed quis quæso tam ac-
curati animi est, ut eo primo initio morbi ad medicum confugiat: uerum ad anodyna &
calastica, emollientia accurrimus, duce Hippocrate & Galeno. Cum igitur fomentis &
uaporationibus dolor non finitur, imò increfcere æger conqueritur, corpus exinanien-
dum est, nec timide, sanguinis missione, ac uentris, ut mox diximus, deiectione. Atro el-
leboro perpurpare docuit Hippocrates, quod deiectionis genus iam exoleuit, unaq;
cum medicinx autoritate, quibusdam imbecillitatem humanæ naturæ conquerentibus.
Galenus cathartica uehementiora initio morbi plurimū damnauit, in acutis præsertim
causis, quod sua caliditate febrim magis exacuent, perturbant naturā, & nihil sæpe tra-
hitur: quidam enim uel leui cathartico plurimum perturbantur: ser è enim omnis sangui-
nis dimis-

Apostema in dia-
phragmate.

Quo loco uena
secanda.

Pleuritis impro-
pria remedia.

Pleuritidis cau-
sa.

Catarrhi quibus
uincuntur.

Uehementiora
cathartica.

nis dimissionem facilius sustinent. Idem autor, cognita, inquit, aegroti natura, febris neque dolore plurimum acuto, hieze compositio laudatur, quippe in qua elleborus, non scammonium addatur. Ab ea quoque leuiore medicina ferre omnis medicorum schola discessit, & ad mitiores iam diu se transfudit: in qua re astringentia plurimum damnatur, & si humorem infestum ducant, qualis rosae succus, ac rhecoma, siue radix pontica, agaricus in primis damnatur, prouocat enim uomitiones, quibus materia ad superna perniciosse trahitur. Emollientia profunt, qualis syrupus uiolaceus, & similia, callitrichon, malua, zzypha, myxa, pruna matura, fici & caryex, cum feno graeco cocta, hyssopu, alliu, folia & semen marubij, uel tuniperi.

De sanguinis missione in pleu uicit, Cap. xv.

Sanguinis missione remedium efficacius nullum, nec adiumentum ualidius, conuenit enim in obseruatione morbi & imminenti dolori: In doloris uero initio ac incremento ualidissimum auxilium habetur, exemplo Galeni in epidemiaru libro, qui pleuriticu ad decimum usque diem nihil prorsus excreant, sanguinem extulit e cubito, ac liberauit aegrum. Cum uero neglecta initio fuerit, ac morbi incremento, ac iam expulsa materia coeperit, ne id quidem parcius a sanguine abstinendum esse omnino tradidere, ac eo magis si uires non sufficiunt. In eo calu excreationibus studendum est, pari ratione & in deiectione eadem obseruabis. Interea clysteribus opus est, ac magis si in hypocho drijs malum infederit, si causa sanguinis latus dolet, uel bili sanguine admixto, tum largius sanguinem demunt. At si materia distaxat cholericu fuerit, uena inutiliter secatur, Galen. autoritate, quod & in reliquis humoribus obseruamus, praeter quam in ipso humoris deflexu, tum enim impetus demisso sanguine suspenditur. Idem autor cauere nos monet in aetate uenas soluere, in bilioso corpore, uel si ex sanguine abscessus fuerit, nam tum bilis magis feruescit, ac torrefit, & sanguis pariter a bili ocys corripitur. At quas uenas uenit, tor deligare debeat, dicemus. A talo enim demere proculdubio tutissimum est, spiritalibus enim superioribus membris succurrit, ex eadem doloris parte, si humorum copia affuerit, alij ex altero talo demere suadent, quoniam praclare materiam auerrat, quae alioquin de facili commota, ad sublimiora membra rapiatur, id quod magis salutiferum prodicitur, si diaphragmatis costae pungantur, tum enim a cubito frustra demitur sanguis, ut Galenus asserit ex anatomicis ratione, nam uena qua pectoris inferior pars alitur, ex aduersa parte de uena magna ortum habet, quae binus riuulus costas utriusque omnes nutrit. Quidam & ex genu pro talari uena demere maluerunt: At cum dolor supra septum transversum fuerit, a cubito demas aduerso, hoc est ex iecoraria, quae intercedente uena ingenti a costis materiam auerit, ac exonerat quotidiano exemplo. At quia non omnibus eadem uenarum ratio est, quibusdam iecoraria delitescit, aliquibus minima est sectioni non idonea, ut saepe contingit, ex media demere oportet cubiti hoc est communi aut ex cephalica, Galeno demonstrante: quae si aperitur ab omnibus etiamnum corporis partibus, & si ferius, sanguinem auferit. In maxima sanguinis exundantia ab utroque interdum talo, & ex aduerso cubito non inutiliter auferemus. At si materia sub costis collectionem iam fecerit, ex cubito eiusdem partis missio necessaria est: quoniam in eadem uena sanguis inest uitiatu, ebulliens quippe: cum plurimum namque ab ea parte auxilia petimus plebeis, qui raro nisi iam collecta materia medicos requirunt, & tarditati propinquitate uenarum morbo subuenimus.

De sanguinis quantitate demenda, Cap. xvi.

Adacto (ut inquit Hippocrates) scalpello tantum sanguinis demas, donec dilutior, ac splendidior fiat. Alij ad lipothymiam usque auferunt. Galenus ex splendido in purpureum, aut ex roseo in arum donec colorem suscipitur. Sanguis enim ex lateris abscessu qui iam uitari incepit uarij coloris existit. Inter quos ater & turbidus in uisionem indicat. In laterum doloribus missionem iterare quoadque necesse est, eo enim modo & uires aegroti tuemur, & sordidam materiam derahimus. In mitiore febris sanguis rubeus est, ac densus. Coloris animaduertimus distaxat uarietatem, eam cum ex parte doloris demittimus. Cum uero, o, uenifex, in diuersum nimium trahis, mutari sanguinis colorem non expectato, quoniam aegri uires potius intermoriuntur.

Causa

Exemplum ex Galeno.

Vena quibus in aetate soluenda non sint.

Venarum sectionum delictum

Sanguinis mutatio quando expectanda quando non.

Causa praeterea antecedens scalpello & deiectioni opportunè traditur exoneranda, a dolore namque auertitur materia. Coniuncta uero causa concoctioni natura, expultrici quippe relinquitur cataplasmatibus adiuuantibus, si admodum materia in fixa fuerit. Ex posterioribus uero si uires affuerint, pro anhelitus difficultate punctio quippe uehementia & assiduitate dimittendum multi alterunt: quae si aegrum minus fatigant, parcius auferendum demonstrant. Profusio enim confidendus sanguine uires resoluuntur, ac materiae concoctio serius maturatur, ac excreandi uis subducitur. At si quis ex synanche pleuriticus fiat, unde & aluus citatior reddatur, a dimissione abstinendum est, raro enim duobus affectibus, & periculosis morbis aegrotus ualentulus esse potest. Quidam & pondus & mensuram sanguinis proferre ausi sunt, ac id uel ineptis sed pro uiribus corporis modus est. Iterare enim saepe conuenit, tutius enim uices subeunt aegri, quam importunam exuperantiam ex partibus potius quam affuetis pestiferam. Ob id sale & oleo uulnera colligant, coalescere enim non patitur. Infinitum enim refert perperam sanguinem ab imperitis demitti, animi enim deliquium sequitur, ac uehementior anhelandi difficultas. Quibus item temere aluus cathartico trahitur, uiribus non consultitur.

De alui deiectione in pleuriticis, Cap. xvii.

Ex uentris deiectione suppressum diaphragma cofestim leuatur, uel infuso leui clystere, portione quippe salubri, qualis est Alexandrina siliqua ac rore syriaco puro, albo ac recenti, quo plurimum officinae nostrae utuntur, cum syrupo uiolato, in portione temperata, immenso plus effectu, si myxa, zzypha, & glycyrriza ex aqua decocta fuerint & colata, eo decocta diluta damus noctu praesertim ex ingenti febris inflammatione, alioquin & ficum aridam, aut caricam addere possunt. Nam & idem ros, si ore cotinea tur, sicim sedat, statim enim se diluit. Aut uiolaceum saccharum haridinis surculis collectum, id serius in ore liquefit. Deijcit aluum & antidotum lenitiuum, et quod ex myxis componitur. Aut ea compositio, tragacanthi, succi glycyrrhizae ana ʒ. i. s. uolarum aridarum ʒ. 2. s. decoctum facies, & percolabis linteo, in eius decocto siliquae tri succi ʒ. 7. roris syriaci decem, noctu dabis. Si phlegmatica fuerit materia in eo decocto tripolij gummosi addes quantum satis sit, in furente materia passulam adijcimus ac papaueris albi semen. Aliter roris syriaci, siliquae, atramenti ana ʒ. i. ex eodem decocto in prohibitionem nocturnam temperabis, quidam & hordeum & callitrichon recentem addunt utiliter. At si atra denique bilis infesta fuerit, senae, siliquarum ana ʒ. 2. decoct. permiscibus cum anisi semine, in cholera rhecome ʒ. i. s. adijcies cum nardi obolo, radice stypticitatem reliqua admixta mitigant. At si materia exigua fuerit, tum uentris deiectionem, tum uenifectum deuitamus, quoniam excreationibus facile uincitur. Nam & Galeno demonstrante in pestilentiae libris, in pleuritide asserit perniciosum fore sanguinem demittere cum cruentis etiam excreationibus, quandoquidem alijs remedijs expugnati morbus possit.

De cucurbitulin, somentis, & emplastris inunctionibus, Cap. xviii.

In eodem quoque morbo & crura diutius perfricare, ligare arctius, ac cucurbitulas imponere inter remedia habentur, post exinanitionem corporis, profunt & si in aqua calida pedes macerentur, ea iuuare dicuntur ubi sanguis tunc demitti non potest. Quidam & dolenti lateri cucurbitulas imponunt audaci auxilio, aliqui nisi in pleuriti de impropra uel cum scarificatu, et materia in cuti latere arbitratu, uel in lacertis intra costas. Paulus quoque decimo quarto die easdem imponi suadet. Eandem curatiu nem, quae intempestiua nobis uidetur, assiduo usu barbari medici probant. Idem autor bulbos cum axungia imponi docet, & terebinthinam cum butyro, alij ex semine sinapis emplastrum cum ficis imponunt, uice cucurbitularum subire arbitantes, quod cum pustulas excitauerit, emouendum est. Certum id remedium esse dicunt, si cutis lateris rubescere incipiat, & tactu doleat, uel locus intumescat, id experimento profuisse constat. Plebs picis utre imposito calefacto saepe liberatur. Hipp. qui sciolos medicos in ea curatione saepe ad errorem perduxit, uaporationibus ex aqua calefacta initio morbi sese uti profitetur, neliui quadam praetentandi occasione, ad crassi spiritus intus colluctantis resolutionem, nilio, sulfure, ac sale, ac saepius id uaporis auxilium profuisse, si calefacta saepius lateri

Alui deiectione uena scitio.

Cucurbitulae quando sunt dolenti lateri applicanda.

Radix lappae

Varijs causis
ria conuenire.

In uaporationi-
bus quid obser-
uandum.

Leuiter mitiga-
tia.

Hippocrates.

Galenus.
Aceti uis.

Dissolutoriū re-
medium.

Vnguenta.

superimponantur: doloris enim uehementioris quandoq; aliquibus nutrimentum fu-
it, quoniam materiam quæ in proximis est partibus ad latus pernitiōse trahatur. Id re-
medij genus posteritas probat. demisso sanguine, ac uentre exonerato, alioquin incon-
fesso est, morbum plusquam sit uerisimile augeri. Experimento constat lappæ radicis pe-
culiare remediū esse, aridæ radicis farina duum drachmarum pondere ex aqua tepen-
te matutinis pota sudore euocato, dolorem protinus sedare & ægrum pariter liberare.
Spongia doloris locum suffire docent uel aqua hordeacea calefacta aut uasē uitreo, sta-
gneo, sigulino, aut uesica bubula, testa uel ymbrice, panis crusta, calefactis, interposita
lana aut linteolo, aut molli aliqua re, ne dura obuia lædāt. Ex herisypelate, humectantia
præferitur, ex phlegmone, & aquoso, exiccantia ualent, ex cholera, ut Gal. afferit, fo-
menta præcipue medentur, & a tenui sanguine. & aquoso exiccantia prodesse tradit, &
in phlegmatica pariter aquosa ualere profitentur. Ex crassiori sanguine & phlegmate,
ac atra bili fomenta media cōuenire scribūt. Inter omnia aqua Hip. inuicem habuit, aqua
nihil mordet, eius generis sunt & humectantia emplastra. Exiccantia uero, aut plurimū
iuuant, aut maximè obsunt, sicuti quæ cū aceto acri temperantur, uel cū alijs simpliciu
facultatibus. Quod si aliquo temperamento non emolliantur pro humoris qualitate, tū
non solum prodest, uerum efficacissimè officit, quoniam uehementiora quā par sit, repu-
tantur. In omni uaporatione ueste circūdari pectus debet, ne uapor euanescat, nehe na-
ribus uapore rapto æger offendatur, præter quā suffimento leui humecto, tum enim ex
puere facit, uel in duro itē apostemate ex quo nihil expuatur, ea enim exhalatio fumea
iuuat. Cauendum præterea ne cataplasmata ipsa in lateribus refrigerentur inscitia sed sub
inde aliud iteretur, congemiantes pluries imponimus, cum ea emouemus sicco linteo
lo excalefacto fouemus. Inter leuia mitigatoria sunt, hordeū, uiola, callitrichon, passula,
myxa, zyzypha, glycyrrhiza q; æstuantim materiam intus subuenit. At si materia frigi-
dior sit fomenta humectantia mordentia q; ualent, marina enim aqua interdū fouemus aut
lixiuio calefacto, uel apij, aut calaminthæ decocto. Si per hæc parum proficitur, ut sedari
dolor nō uideatur, materia crassa ac uiscosa insuperabili, tū ad aliud remediū genus tran-
seundum est, ut Hippoc. placet, quale hordeū est, ac eruum si in aceto decocta prius fue-
rint, sine succo eximuntur, & in saccis reposita lateri uapore cōtinuo locamus. Minutus
quoq; surfur idem præstat, sed aceti ipsius temperamentū probamus quale in posca desi-
derari potest, potioni non ingrata Galeni opinione. Acutū nanq; acetum crassam & ui-
scosam attenuat & incidit materiam, pariter q; dissoluit. At acerrimū apostemata et mem-
bra non sustinent. Verū sicco milio & sale Hip. usus est, coirefactis, uapore uilem asse-
rens, dissolutoriū em remediū est, pro milio etiam nū panico utuntur. Fomenta pro ma-
teriam ratione fiunt pro leuando dolore. Aqua enim pura naturali frigore primum uapo-
rationibus auxilium humorem refrigerat æstuantem, & acutum cōpescit, fluentem præ-
cipitemq; refrenat. Altera uero uaporatio, aceti ui penetrabili exiccat, qua aqua cohi-
bet. tum hordeum, ac eruum exiccant. Postremum suffimentum siccus est, ac ualidius,
Pares inter unguenta effectus querimus. Oleum enim uiolacē cum candicante cera
miscetur utiliter, in crescente morbo gallinacē adipem aut anserinum, aut psyllij, uel se-
minis lini, aut scenogræci succum addimus, deinde malux radicis hortensis, liliorūq; de-
coctum admiscemus. In statu morbi materiam seruescentem hac mixtura sedamus, ha-
bet, aristaltheæ, uiolarum, chamomilæ ana p. 1. tragachanthi p. 2. unctum folio cucurbiti
no aut nymphææ contegas. Hordeacea quoque farina, meliloto, cum papaueris cortice
emplastrum salutare conficies. Aliter, adipis anatis, gallinæ, butyri ouilli ceræ q; pares
portiones, discitit enim ac maturat. Gal. brassicæ cinerem cum axungia ueteri laudib.
effert. Vetusiores medici folia cū surfure & nitro subdita laudauere, diuturnū enim do-
lorem tollunt, in bilioso sanguine uiolacem & amygdalinum oleum ualeat. Et si maior
fuerit inflammatio nympheum cucurbitinumq; calefactum prodest, ita enim refrige-
rationem querimus. Thymum denarij pondere in sextarium mellis & aceti ueteres
miscbant, & galbanum per se dolori. Ari quoque semen cum oleo, aut rosaceo in-
fundebant. Betonicæq; farinam ex aqua calida in potu dabant, aut pucedani suc-
cum. Hippoc. balneum laudauit, dolorem enim sedare docuit & saluam quoq; ciere
sed

sed nisi perurgato corpore, aut uant, & quibus in usu fuerit: Gal. in duris abscessibus
tantum asserit. In sine morbi semen urticæ cum melle pro eclegmate dari censuere.

De portionibus ad sitim sedandum in pleuritiis, Cap. XIX.

Aqua calefacta potui datur, frigida maxime damnatur sicuti acetosa, acria, ac sty-
ptica, ob eam causam, lactuca, seris, sonchos, et portulaca. Laudantur mala grana
dulcia, et quæ in citreorū genere arantia dicuntur dulcia duntaxat, melopepones, cu-
cubita q; et cucumeres ingentes, rotundi, aquosi dulces q; sunt semine nigro, aut rube-
scente, in Dalmatia Enonæ laudatissimos uidimus, ac in Creta in Scyria urbe, uel in Sy-
ria: ex semine quoq; utiles potiones fiunt. Syrupus præterea uiolaceus, nympheus, pa-
pauerinus q; salutare sunt, refrigerant enim ac humectant. Prodest & ex glycyrrhiza,
zyzyphis ac myxis, iuuat & hordeacea addito saccharo. Stupefacientia cuncta execran-
tur. quod maturationem materiam inlubent, & saluam retardent. Diacodiō tamē dari po-
test, quoniam fluentis humoris impetū firmet & somnum conuoliet. Quidam ex semine
papaueris fieri malunt, quod minus stuporis afferat quā cortex. Digerentia interea ef-
ferimus pro materia ratione, quibus crassam materiam extenuamus, uiscosam incidi-
mus, tenuem inspissamus. Ob eam causam Hip. mulsam, oxymel, & hordeacea cæteris
prætulit portionibus. Syrupus pariter acetosus, mitor, oxymel ex aqua excreationes iu-
uant. Post hæc & uinum dulce decedente morbo damus ex aqua tepente, præclare e-
nim facit exacta maturitate, nam et abstergit, humectat, & uires recreat, & saluam ciēt
si sine iecoris & lienis suspitione fuerit æger, flauā enim bilem generat, ac si im excitat,
ob id biliosus non tunc damus. Probatur album, tenue, dulce, ex aquæ tepide partibus
duabus, uel cum syrupo uiolato pro eclegmate sumitur. Interdum & hordeacea corti-
ce liberato cum saccharo, aut penidio datur.

Diacodiō

Vinum dulce

Ad dolores laterum si sine febris sunt, ex Aegina, Cap. XX.

Ad laterum dolores si febris non est, bellidum ualeat, et costam, brassicæ cauliculi ci-
nis, axungia admixta prodest. Id enim emplastrum impositum mire dolores di-
scutit. Emplastrum in magna experientia: ruta ʒ. 2. sulphuris ʒ. 1. nitri ʒ. 1. s. axungia ʒ. 4.
ceræ ʒ. 1. terebinthina ʒ. 3.

De uomica pectoris, Cap. XXI.

Vomica à uomendo, unde & in lapide argenti uiui, uomica est inquit Plinius, li-
quoris æterni, morbus uero, quod purulentum inde uomat, aut excreat, à Græ-
cis empyemata dicuntur, abditæ collectiones in altis uiscerum partibus, pectore, ieco-
re, liene, ac uulua, ut tradit idem autor Aegineta. Pectoris uomica est, cum in thoracis
cauum & intra membrana hypozocota colligitur, ex sanguinis reiectionibus, pectoris,
pulmonis exulceratis, phlegmone q; pleuritico suppurante, aut capitis subitis destilla-
tionibus, quæ collectæ intra eandē tunicam suppurauerint, diebus pluribus uigent Hip-
pocratis sententia, uulnerato quoq; pectore corrupto intus cruore. Ex his purulenta ma-
teria intus collecta, excreationibus cum plurimum ex ore erumpit, interdum per aluū,
aliquādo per uescicam, reconditis, ut ait Rufus, meatibus delabitur. Ex pleuritide sæpe
hoc malum innascitur, ac post acutas febres. Vt iam ad signa transeamus, in quo & do-
lor, ac molesta grauitas percipitur, intra latera ac in alto thoracis sinu, unde subita muta-
tione ex dextro in sinistrum latus, uel è diuerso pus cum sono abunde fluit, ac intus flu-
ctuat, ut sensu auditus percipi uideatur, fidem quoque facit pleuriticus ipsè, si nihil ferè,
quod merito contulerit, ante excreauerit. Cognitum est & aliud uomicæ genus sine fe-
bri incepisse ex subitis (ut dictū est) destillationibus, uel ex alijs corporis partibus im-
modicæ pituitæ in specij pectoris corruatione. ex Archigene. Paulus tussim addit con-
tinuam aridam ex Hip. & circa morbi initia febrim uariam esse, inordinatamq; et eam
maturescere pure acrius excitari, & exhorrescere ægros. Rupta uomica purulentas ex-
creationes supernè effundi, puras aut mixtas, quæ nocentiores sunt, quā si per infer-
na, ad intestina, aut uescicā delabantur. Hos præterea hectica febris cōcomitatur, donec
ex toto materia expurgetur. Alioquin æger breui in phthisim rapitur, tabescente pul-
mone, Tū facies liuida cernitur, frons ac ceruix sudore letaliter rorescit, & mēbra squa-
lore contabescunt, incuruantur pariter ungues, qui * calidiores sūt, crassioresq; ac ex-
pallecentes

Vomica unde

Empyemata

Vomica pectō-
ris.
Signa.

Hectica genera-
tio.
Aliæ candidio-
re,

palescentes cernuntur, inualefcente magis morbo sono sollicitatur aluus, & præcordia magis prætenduntur, siti cruciantur, & cibi tædio, quodq; denique excreatur grauiſſime olet. Nonnulli febrim noctu magis inquietare animaduertere, et hunc morbum quoad hydropem cõtrahere uitiato iecore, sudore etiã nũ morbi initio perfundi agros, & malas roseo rubore tungi, ignito nĩmũ pulmone. Oculorum genas, manus, pedesq; intumescere dicunt, in quibus & uescas excitari, oculos cauos fieri, collum gracileſcere, & sicca tulli grauius respirare, quo fit ut sumĩlius ac uelociter loquantur. Purulentum item quod excreatur carbonibus accensis iniectum graueolentiam reddere, quod si ex pituita fuerit non graue olet. Alij aquæ experimento dignoscere tradũt, nam illud residet, hoc innatat: & si computruerit in pectoris sinu, ex illo corpus magis macie conficitur. At in qua parte pectoris uomica sit, his notis Galenus deprehendere docuit, nã latus quod afficitur calidus est. Ac rubricæ ex aqua liquatæ impostum emplastrum ostendit uomicæ latus, quoniam ocyus areſcit. Notæ, ex quibus salutaris prædiuinaio fieri potest, ex sunt, dirupto præsertim apostemate, si pus quod expuitur, album fuerit, & æquale, si q; facile exci eetur, si febris item inclinãt, & æger hylari similis, clemẽtius quiescat, aptius anhelans, quiq; nec cibum respuat. His contraria dirum augurium referũt. Latus si infistulatur non semper male pronunciat, si * non cauterio, aut ferro aperiat, latus, ex Hippocrate, & inde pus album & purum erumpat, salutare signum haberi. Purulentum ediuerso, liuidum, atrum, aut uiride damnatur, cũ animæ defectu mortem imminere. Quidam in acie uomicæ morbo à medicis (ut Plinius scribit) deplorata uulnerato pectore medicinam inuenit ex hoste. Ex rheumatismis uero album pus * nec nĩmũ olens datur. At in omni uomica puris nimia exuberantia, qua pectus & diaphragma distenditur periculosa est. excreatur omnino si putrescit pulmo, ex qua rephthiſis certa est ad. 40. usq; diem. Hippocrate demonstrante. Subscribit uirium defectus, ac excreandi imbecillitas, eo enim tempore pulmo tabem diuã contrahit. Contra repestiua maturitas, expedita excreatio, ac mediocris, uiribus corporis fauentibus, siq; æger non inquietus fuerit, bene auguratur. Mirum est quod de purulentiæ quantitate scripsit aut tores, & quæ ipsi uidimus, fidẽ superat, supra octo heminas singulis diebus quiddã excreant, ex qua uomicæ nomẽ cõtraxisse uideo, Græci quod intus pus habeat appellauere.

De est alijs non

alias atq;

De uomica curatione, Cap. XXII.

Aeger primum in aere sereno, tenui ac tranquillo continendus est, cubiculoq; calido, sublimi loco ac sicco: in plano cõstituere inimicum est. Sicuti & animi perturbationes noxiæ sunt. Inter exercitationes, cimba, equo, lectica uehi amicissimũ est, & lectulo lactari idoneum, leues item deambulationes iuuant. In latus ægrum somnũ ducere quieti confert, in alterum uerò iuuat si excreationes excitari tussicula uolumus, a tẽpore ita in utruq; latus potest recumbere. Sed de uictus ratione pauca attingamus, ex ore redundante pure, qui in stomacho facile uincatur, cibus dandus est, iucundi alimentis, ac boni succi, de quo dicturi sumus. In acuta tamen febris, pituita nutriendus est, aut intrita panis loti, ex saccharo uel mullã, aut amygdalarum succo, si decorticata prius fuerint, aut alica ex gallinaceo iure, si interea uires recreant ouorũ lutea recentiu aut pulli uel auiculæ, quæ in acuta febris melopeponis semine, alterascente opportunẽ decoquatur. Plebi fabacea farina cũ saccharo legitimã præstat forbitionem. Sed in potu hordeacea aqua ex saccharo prodest, uel syrupo uiolato, si instillaueris, prodest et mullã aqua temperata. At ubi æger uix febricitat, pulte triticea alendus est, aut farracea surfuraceaq; uel ciceris decocto nigri. Præter hæc pulli, perdices, phasiani, attagenes, & hœdina caro laudantur, uinumq; album tenue, ac dulce, quoniam meatus suauis reddit. In omni tempestiua curatione consideranda sunt. Et in primis materiæ qualitas, ac quantitas, multũ enim refert, an sit multa, an pauca, uiscosa, spissa, crassa q; sit, an tenuis uirulenta. Has ob res cibi quales in tussis curatione exposuimus, deligendi sunt. Nã brassicæ ius ex amygdalino oleo prodest inuenio. In crassa & uiscosa materia piperis paulũ addimus, Galenus allium & cepas dari iubet: extenuat enim & incidunt, ac potu passulæ decoctũ. In secunda uero mella, pineas nuces amygdalinasq; cortice purgatas cũ melle dari suadet, & sceniculi se-

Qua medico ex pendenda sint.

mine, palmulas tum pingues, ficos aridas præpingues, ac siccas carycas salubriter offerimus. A cœna quoque & mala cydonia, mellimela dulcia, ac pyra suauiora dari iubemus ex saccharo uel melle. Verum si materia in aluum præceps ierit, commodatissimũ est, maluum, betam, atriplicemq; esui dare, Galeni præcepto. Si uero in uescam, lupulum, & asparagum in cibarijs aptare congruum est, perpurgata demum uomica, ut ulcera persanentur, conglutinantia, astringentiaq; damus, auiculæ ob id utiliter dantur, hœdorum, suumq; petioli, oryza, pulsq; tritica in forbitiones, aut oryza farina ex lacte, uel in esculentis lac ipsum coctum lapide candente, aut ferro. Tum caseus recens ualidius estur. Sed in primis stomachi infirmi ratio habenda est. Vbi uero uirulentũ pus exulceraret uel morderet, polentam cũ papauere & amylo ac saccharo prodesse haud dubium esset, & lactucarum interiora: in eo casu & uinum pariter stypticæ potentia, commendatur uetulum ex aqua ferrata uel pluuia. Sed inter cœtera auxilia rosaceum saccharum laudatissimũ est, uberius oblatum.

Remedia quibus ueteres medici ad purulenta usi sunt, Hippocrates & Asclepiades, ac Antonius castor, Cap. XXIII.

Purulenta expuentibus, semen cucumeris cum cumino pari pãdere auxiliatur, porroq; capicato, in pituita forbitione sine pane, ita ut alternis diebus sumeretur. Rursum syluetris sicca 3. duas, sulphuris unam & dimidiam sumi. Semen sinapis in cibo sumptum, faciles enim excreationes facit quas marubij folia purgant. Et cortex oleæ tenerimã dearsus in melle crebro sumptus medetur. Ari farina permixta in pane coquitur, & datur, myrrhis quoq; in forbitione subuenit. Beonica obolis tribus in aqua. Et sciti cæ herbæ oboli tres & passõ. Pulmonibus extrahunt difficiles excreationes leporis pili suisitu. Easdem purulentas pulmonis pectorisq; & ab eo graueolentiam halitus butyrũ efficacissimũ e iuuat, cum pari modo mellis artici decoctum, donec ruffescat & maturinis sumptum ad linguæ mensuram, quidam & laricis resinam addunt. Tussientibus purulenta linctu prodest sulphur. Vrtica pectoris uicia purgat, ac marubium ipsum, nam rumpit & persanat uomicas. Et fici sicca cum hyssopo. Pectoris suppurationibus faba fressa cum allio cocta & sumpta quotidiano usu. Et uinum sola pice conditum. Styraç, ac resina, semen scœnograci pectus exulceratum sanat.

Leporis pili

De compositionibus ad uomicam pectoris, Cap. XXIIII.

Idem, hyssopum, & prassium cum melle & aqua discoquunt & succum potionibus dari uolunt. Aliqui glycyrrhizam imponunt. Laudatur & syrupus hyssopi. Medicamentum ex cancriis ita fieri debet, habet caneros fluuiales recentes exemptos, sale & cinere lotos, exiccatos olla noua imposito, cooperculo oppilata argilla sale, ac cinere. Die noctuq; feruenti cinere exarefacies, tum in farina eos digerito, cum 5. 10. terræ lemnis, gummi arabici ana 3. 5. flosculorum luteorum rosæ 3. 2. s. papaueris albi, nigriq; ana 3. 10. trita pariter admisceantur, huius misturæ 3. 2. ex aluino uel muliebri aut caprino lacte si id non est, potu dabis in semihemina, uel ad heminæ mensuram. aut ziziphorũ syrupo 3. 2. uespera selqui drachmam cum papauerino syrupo prodest ubi febris acuta fuerit sine somno. At ubi excreationes difficiles sunt, & crassiores, id ualet, amygdalarum 3. 10. seminis gossipij purgati 3. 5. erui, prassij ana 3. 3. farine fabacæ 3. 5. Cum saccharo penidiato, & aqua hyssopi dissoluto eclegmatis compositionem facito, isdem diei horis dabis lingendum. Aliud compositum: Pinearum nucũ 3. 3. lini seminis torrefacti, amygdalarum ana 3. 1. piperis 3. s. mellis cretici quantum sit satis. Valet & inulæ radix cum melle sumpta. Profunt & styracis aridæ igni compositæ pilulæ. In materia magis tenui ac acuta febris, hordeacea aqua cum saccharo plurimũ iuuat. At si materia ad secur permeare uideatur, apij decoctum uel scœniculi ex saccharo iuuat materiæ transitum, cũ febris acuta seris decoctum, uel cichorij, aut cucumeris seminis ius prodest. Si uero ad intestina delabi pus uideatur ius brassicæ cũ salis mica datur, uel in febris siliquæ ægyptiæ atramentum, aut roris syriaci manna, saccharumq; uiolatum subuenit. Ius præterea galli uertutioris cum saccharo uel melle & hyssopo, abstergit nanq; corroborat pectus, & poros lenes reddit. Demũ Antidotus mithridatica iuuat quotidiano usu. Cataplasmata præterea ualet, ac fometa inunctionesq; sicuti hyssopi decocti. spõgiæ crebro suffitu, aliq; et ari-

Medicamentum ex cancriis.

ffolochi

stolochiam rotundam addunt. Et oleum quoque nardinum, cyprinum, chamomelinum, li-
linum, anedinum, irinumque apte iungitur, aut balsamus ipse per se mirè prodest illitus.
Emplastrum Inter emplastra chamomila, lilij radices, melilotos, spica, hordeacea farina, foenograci se-
men, & lini, ac maluræ, adde postremo crocum cilicum, iridemque, cum aqua enim seruetur
aut ad æquam spissitudinem. Aliud quod magis attenuat, & exiccat. alumen, asphaltum
& fustur cum oxymelle impositum. Aliud finum columbinum cum terebinthina &
resina, sed adde seminis foenograci & lini lenticiam, alij palmulas pingues, & ficos ad-
Præu uomica dunt. Si ijs non cedit uomica, aut non finitur exulceratio, tum praua est atque uirulenta,
indiciu. quæ signis deprehenditur, quoniam graue oleat, ac amurcæ similis sit.

De curatione qua manu fieri solet, Cap. XXV.

INtra costas scalpello infixio uomica subito aperitur, idque à medicis laudatur plurimum.
Hippocrates inuri docuit tuto experimento, sed cauendum est, inquit, ne plurimum
puris subito effluat, ne anima deficiat atque id remedium tempestiuum esse debet, antequam
pus pul. nonem erodit, sed si latus sinistrum feriendum est, cordis uicinitas cauenda. Si
in utroque latere uomica fuerit utrunque latus, non tamen eodem die perforamus, ab eo ta-
men incipiendum est, quod magis tumet. Idem in pectore medio fieri quidam iubent,
& quæ deinde ambustis profunt, imponenda sunt, depto pure uomica eluenda est mul-
so, aut hydromelle donec perpurgetur.

De phthisi, Cap. XXVI.

PHthisis, ut quidam definiunt, ex febre continuata pulmonisque exulceratione cum
corporis tabitudine existit, & omnium exulcerationum terribilissima est: quoniam pul-
Pulmonis consi- mo ex multis uarijsque constat partibus, uenis amplioribus carne exili, molli ac spongio-
tutio. sa, motusque magis axagitata. unde uulnera difficulter sanantur, uel ut alijs placet insa-
nabilia: accedit & tussis importuna, qua purulenta maturari nequeunt, unde nec mate-
ria finiri ex toto potest: humoris ferè perpetuo morsu, nam & eclegmata inter remedia
uix ad membrum penetrant. At recentia ulcera potius sanantur. Purulentum præterea
in pulmone ac pectore, non sine tussi abstergitur, ex qua partes exulceratæ magis irrita-
te intumescunt, uulnera conculsa magis aperiuntur, unde sanguinis pariter reiectiones
fiunt. Euenitque ut duo mala pariter contraria ægrum misere excruciant, quæ con-
trarijs egeant auxilijs, tam mollientia, astringentia, calida frigidaue, damnantur, quoni-
am aut febre, aut uulneri, aut ulceri inimica sunt. Phthisis ex uarijs causis oritur, ictu uel
ex alto lapsu, uulneribusque præsanatis quæ uel in ossibus, exulceratione contrahunt, ex de-
stillationibus acutis, abscessibus peripneumonicis, pleureticis, aut synanche, aut uo-
micis introrsum erumpentibus: Solet accedere, & humoris nimietas, qua corpus inter-
dum morbidum est. Aut ex propinquis pectoris partibus diaphragmate, nobilissima mē-
brana, uel altera qua medius diuiditur pulmo, disseptum uocauimus: & in ipsa quoque
pulmonis substantia præcipue ea pestis oritur. Paulus ex uomica, inquit, si ex toto non
perpurgatur in phthisim protinus æger rapitur, tabescere pulmone. Tum membra om-
nia macie conficiuntur incredibili, quæ & tabes dicitur, ac syntexis à Græcis, dicimus
& macie consumptos. Ex causis corporis habitudo siccorum supra modum fit, ea nanque
corporis ariditas adiuncta interdum caliditate aut frigiditate affligit, illa ex febris per-
seuerantibus acutis & ex corporis partibus exulceratis innascitur, quæ cum cordi infixa
fuerit, pura quidem habitudo dicitur: hæc senectutem postremam sine morbo exhaur-
sto duntaxat naturali calore inuenit. Impura quoque tabes est, quæ ex animæ affectibus
sine ullo ulcere nascitur, aut sola formidine, mœroreque ac fame, quæ & inefficacior est.

Tabes. Huius generis est, & quam atrophiam Gal. uocat, corporis innutricationem, phthisi si-
mitem. Atrophia appellantur corpora quæ cibum non sentiunt, ut Plin. scribit. Sed et mem-
bratim homo atrophiam sentit, sicuti in oculorum affectibus exposuimus, quadam pa-
ralysi antecedente, aut membri aliqua alia distemperantia, ut Gal. docet. sicut & eodem
autore, in tabe humanum corpus contrahi ex sola ariditate. Dicimus & platas & semina
pariter contabescere, sed in homine omnium primo cor exiccato tabescit, ac licet deinde
de archi, uel mesentericæ uenæ, cætera exinde membra consumuntur. Ex diuturna senectu-
Senectus. te inuitabilis tabes habetur. Id malum in omni naturæ ope uersatur. Senectus, inquit Gal.
naturæ

naturæ opus non est, sed morbus, siue certa ac necessaria passio: Ob eam causam quidam
hæc ætate nostra, si non immortalitatem, longeuam tamen senectutem promittere audent,
ij sunt qui aurum factitium natiuo similem, tantis impensis inuenire conantur, & destilla-
tionibus suis etiamnum immortalitatem insipientes promittunt, qui iuuenes metallico
rum noxijs uaporibus correpti, facile interiere, digna quidem uitæ frustratione. Princi-
pium nanque animalis in generatione est humida substantia, quæ subinde paulatim con-
crescere uidetur, donec consistit. Tum post statum & uigorem paulatim mutata uicissi-
tudine, exarescere uidetur, nec tamen detrimentum corpora pati cernuntur. At senectu-
tis initium est, & cum consumi uidentur membra, quod in longo æuo consumptis faci-
lius diiudicatur. Qui & medici moriuntur, aut clausi fame percunt, non omnino tabesce-
re dicuntur, non omnes enim corporis partes pariter consumuntur. A iecore enim prin-
cipium sanguinis est, quem in se se cor attrahit, à quo & cæteræ animalis partes contra-
hunt, uerum cordis potentia uehementior est, qua nisi consumptis ferè membris durare
proditur, extrema enim prius patitur, quam dissoluatur.

De ijs qui facile phthisi corripiantur, Cap. XXVII.

PHthisis pulmonis partes prosequitur. cum ea anhelandi difficultas est importuna,
longius attolli, difficulter pectus ac frequentius anhelare cernitur. Pulmonis nanque
fusta excreationibus eiciuntur, uel gutturis quoque portuuncula. Dolere enim pulmo
uel uulneratus non creditur. Qui sæpe sanguinis reiectiones patiuntur, ijs phthisis haud
dubio minatur. Siccorum enim quam par sit, ea corpora esse creduntur. Minatur eam pe-
stem qui angusto sunt pectore, collo gracili, humeris altis, antrorsum que prominenti-
bus. Capillo item ruffo, oculis glaucis, candida que cuti, exilis habitudinis, frigidiusculi,
aut biliosi male tuti sunt. Adolescentiam propterea & iuuentutem id malum inquietat,
ac femineum sexum, potius quam uirilem corripit, & adolescentiam utriusque sexus ex
acutis destillationibus infestat. Plurimum refert & coeli qualitas, in frigidioribus enim
provincijs tabe plures conficiuntur, sicuti & autumnus inter anni tempora, & ex consti-
tutionibus septentrionalis æstas, pluuibus que autumnus, & austris flatu exagitat. Inter
exempla rariora hæc Galenus commemorat. Quidam flauam bilem diu excreauerat, et
exili uel mitiori febre correptus, ac tussi purulentum expuit, deinde cruentas excreatio-
nes, inualuit subinde febris, ex qua membra tabescebant, demum sanguinem reiecit, un-
de tabefactis membris, & deficientibus uiribus, mortuus est, ulcus enim, ut tradit Gale-
nus, occultum, irremediabilem morbum reddit. Alium pariter phthisicū curare, inquit,
ausus sum uel curiosus, odoramenta primum, quale spicatum unguentum est, & alia pa-
riter exiccantia naribus indita sunt diu noctu que. ac in potu mithridaticam aut theria-
cam & athanasiam antidotū obtulimus, ægro uitam per annum prorogauimus, sed tan-
dem phthisicus interijt. Inter exempla monstrificam pulmonis naturam Galenus re-
fert. ægrotus quidam tussiens uiscosam primum materiam excreabat, deinde per aliquot
dies in duritiem coacta, in calculos durefcebat, qui grandinis modo eiciebantur. hunc
Galenus ueluti asthmaticum curauit, qui de cætero erui duntaxat magnitudine ac ra-
reter eiecit.

De signis phthisis in communi, Cap. XXVIII.

Signa phthisim demonstrantia ex Paulo, superius commemorauimus, cum de uomica
egimus, tussis præterea ac febris, sanguinis que reiectio hunc denunciant morbum.
Et in primis uomicæ morbus, excreationes præterea cruentæ, sequentibus sanguinis re-
iectionibus certam phthisim prælagiunt. Febris item continuata, arida, nec acuta, quæ mo-
do hectica, modo putrida creditur, malè denūtiat, quam uapores feruentes purulenti in
cordis uitalia excitant. Antecedunt item & alie ex cunctis humoribus febres, quarum
deterior est quartana, inefficacior uero quotidiana, amphimerina dicta, inter utranque
modum possidet tertiana, omnes quo magis continuantur, eo deteriores sunt. Ulcus ini-
tio quandoque febrim non excitat, sed cum nigrescit, augetur, & noctu magis excruciat
feruoribus perpetuis, quibus membra sese consumunt, & siccescunt, absumi præterea na-
tium humidum, quod radicale dicitur, apparet, tum oculi caui, nares, ac tempora exte-
nuata cernuntur, ceruix rorescit noctu in somno ex anhelitus difficultate. Crustæ quoque
quædam

* medicati.

Exempla phthisicorum.

Radiale hu-
midum.

quædam inter excreationes cernuntur. Cutis pallefcit, facies que malæ rubescunt, col-
lum gracilefcit: frontis cutis digito impulsa cedit, nec redit. pedum demum tumor sequi
tur. Pulsus indurefcit qui paruus ac uelox fit, intestinorum fonitus auditur, præcordia
intenduntur, tussis molestior redditur, capilli defluunt, mens item commouetur, & fluo-
re uenter tentatur, cum dolore in sinistra scapula: facileq; in respirando frigido, aut cali-
do flatu offenditur.

*Pulsus in
phthisi.*

Nota cuiuscunq; generis phthisis,

Cap. XXXIX.

Sex acuto humore fuerit erodente destillante, in ore salitudo sentitur, continuè la-
Schrymæ, & in faucibus cōtinens rheumatismus, uel ruffa, aut subrubescens salua cer-
nitur, tum que propter maciem sentiunt membra. Ex frigida causa alba salua est, aut li-
uida, tabido que ferior redditur. Reliquæ notæ ex superioribus morborum generibus
suis locis colliguntur.

De augurijs phthisis,

Cap. XXX.

*Phthisis non
curabilis.*

Infantēs ac adolēscētēs ad pūbertatē usq; facile phthisi liberantur. Mulierēs quo-
que, ac uiri robustiores lacertosi, senēs que durioris substantiæ haud difficulter sanan-
tur. Diutius perdurat phthisicus, qui materiam bene maturando expuit, Galeno auto-
re, uerum non omnes, inquit, quibus trium mensium spatium exulcerantur, pulmones sa-
nari possunt, quoniam altius insedit uitium. desperat Galenus, si ex ulcere uulnus factum
fuerit. At si pulmonis quoque uulnera acuti humores erodentes consequantur, uix sa-
nantur, pari ratione irremediabile ulcus est, si in ore marina salugo affuerit. Contra ulce-
ra in iūo pura, facile sanantur. Quæ excreantur, crustæ absque impetiginoso ulcere, non
terrent medicum. Vnde quædam mulierēs ultra annum uigesimalium phthisicæ uixerūt.
Si forte arteriæ anuli excreantur, subitam mortem denunciant, uel si minores fuerint, ma-
xima ulcera significant, nam & uenarum quoque partes letaliter excreantur. At r, ui-
rides, & quæ colore fuscantur, excreationes mortiferæ sunt. & si quid in aqua subsidet,
aut carbonibus iniectum graueoleat diram prælagituram faciunt. Capillorum præter-
ea aut barbæ, uel superciliorum defluuium, mortale, magis que, si uentris fluxus su-
peruenerit, teste Hippocrate. Excreationes item quæ per interualla emittuntur, ex ui-
rium imbecillitate letiferæ sunt. Morituris anhelitus uix auditur, & qui non suffocan-
tur, inter colloquia moriuntur, quibus unguēs incuruantur, cum cibi tædio, difficul-
tate anhelitus, nulla prope salua, uentris profluuiō, & pedum tumore, subitō mo-
riuntur. Inter anni tempora autumnus grauissimus est, autore Hippocrate, commo-
riuntur, quum plurimum decidentibus arborum folijs, eo tempore plerique etiam
phthisi corripiuntur.

*Quod tempus an-
ni phthisicis gra-
uissimum.*

De obseruatione in phthisi,

Cap. XXXI.

Formidantibus phthisim ex longis destillationibus acutis aut salis, à tussi primū ca-
uere opus est, ut Galenus prædicat, ne ad spiritalia humores trahantur, & catharti-
co uenter deſciendus est, ac diaspemato antidoto catarrhum suspendere necesse est, sin-
ctu crebro, & cataplasmate ex diasphodelo uertici imponere iuuat. Tum et sanguinem
dimittere necessarium est, uel in ipsa morbi curatione, ne dum in ipsa suspitione tabis. At
si cum temperamento copia sanguinis affuerit, protinus uena soluenda est, nec differen-
dum. At si cum sanguinis distemperata fuerit, sine magna copia, tum corpus bene alen-
dum est, ac per interualla sanguis paulatim demendus, eo modo ad robur corpora resti-
tuimus. Victus esse ratio debet, qualis recolligentibus conuenit. Frictiones profunt, de
ambulationes, & balnei quoque usus secundam ualitudinem efficit. Lac inter cætera,
exempto butyro, ei infirmitati accommodatissimum est. Quidam acetosum laudat, quod
erodentes humores corrigit. Antiquitas metuentibus phthisim, utranque acanthon ci-
bo incoctam, maximè pristinam ualere tradit.

De phthisis curatione,

Cap. XXXII.

Innumerabilibus exemplis constat phthisicos cura & diligentia à medicis sanatos fuisse.
se, & sacchari rosacei (ut scribit Galenus) auxilio, abdita enim eius remedij causa est,
nec nisi experimento cognita. Et in Cyprum insulam nauigationem profuisse, uel in de-
sperato morbo constat inter autores. In summa cœli temperamentum requirimus, obi-
ter au-

ter austri flatum effugimus, caliginosum aërem, uel pluuiū, ea ratione autumnus inimi-
cus est. At uere ipso id uitium quod ante delituerat, deprehenditur, hyeme enim infirmi
destillationibus multis sæpe affliguntur. Obest & septentrionalis acerrimus flatus, si sine
pluuia fuerit. Siccitas enim iuuat hunc morbum, montana propterea laudatur, econtia
paludes, ac plana damnantur. Plurijs diebus conclaui calidiuiculo utatur æger in quo
largius respirare debet, utilissime enim iuuat attractus perſeueranter spiritus, ex Galeno
asseuerante tota medicorum schola, ætas in iūo maxime idonea, quoniam uitium exic-
cat, nec uires extenuat. Frictiones ac deambulationes uel gestationes in iūo morbi ualent.
Cymba uehi molli ac delicata iuuat, quali Venetiartū urbs ætate nostra incluta inter deli-
cias utitur, ad 10. enim millia nauicularum singulis diebus peragratur innumerofos ca-
nales ciuium delicie, præter onerarias & traiectionibus distributas, multū enim uirium
adijcit, & corpora implent. A cibo quies imperanda est, nec nisi post duum horarum in-
teruallum dormire æger securus debet, crebro suffitu profunt odoramenta bene olentia
ac pariter astringentia, nam ulcera exiccati traduntur. Si uero uigilijs exercitatur æger,
somnia diacodio conciliandus est, aut seminis papaueris albi, succo lacteo.

*Quale cœli cō-
ueniat phthisi-
cis.*

Delicia Venetiarum, nauigatio.

De uictus ratione,

Cap. XXXIII.

Victus in communi esse debet, qui exiguus plurimum alit, facilis cōcoctionis, a-
stringentis que qualitatis, aut agglutinantis, si opus est. Panis similagineus lauda-
tissimus est, mastiche addita. Et si abstergendū sit, farinam addimus hordeaceam, aut fa-
baceam, aut fursur minutissimum, quo panis secundarius cōficitur. Ciceris ius prodest,
aut fabæ cum gallinaceo uetustissimo decoctum, si aluus sollicitanda sit. Ex tritico deco-
ctum, quoniam uiscosissimum est, ulcera sanat. Oryza quoque idem præstat, milium &
panicum, ac zea siue alica, aut lens purgata cortice, si bis incocta fuerit. Aluo nimium a-
stricta, atriplex, beta, asparagus, & quod spinachia à spinoso semine dicitur, dari potest,
ac melopepones, in esca cucumis, ac cucurbita, laudantur. Aluo uero præcipiti, quæ im-
becillis ægris periculosa est, caseus recens, & panis ex uino mali punici, acri, aut cydonio
rum succo. Inter maxime nutrientia, iecora gallinacea, gallorum testes, perdicæ, attage-
nes anniculi, columbacei pulli, nō alites, merula, turdi, alaudæ, hœdus, ac uitulus, omnia
assa potius quam elixa ex succo arantiarum, aut mali granati, siue uix acerbæ succo lau-
dantur. Admittuntur cuniculi, lepores que iuniores, aut capreoli. Probantur oua recen-
tia forbilia, ualer & ius brassicæ, & amygdalinum ferculum. Si agglutinandum sit, ex la-
cte iuuat, sicut & hœdina caro, aut uituli, quæ nondum herbas gustauerat. Iuuant & sa-
xatiles pisces, ac cancri fluuiatiles, quos nimium, ut puto, superstitiose præparari iuuat per-
se enim phthisicis peculiariter profunt. Cochlex quoque maxime laudatur in cinere co-
cta, testudines item, aut ranarum crura, mire enim recolligentibus uires conueniunt. Re-
frigerant sanguinem, & choleram pariter sedant, conglutinant, bene nutriunt, non eua-
nescente facile nutrimento. Et ex his aqua ex sublimato uapore collecta, efficacissima præ-
hibetur. Quidam et psytacum miris laudibus præferunt, incerto tamen autore, iucunde
loquacitati non parcentes, qualis psytacus deliger dus sit, non referunt, plura ætate no-
stra genera adinuenere, quæ apud autores, quos uiderim, nondum demonstrata sunt, ui-
rides psytacos uidere noui non est. Mire magnitudinis sunt, quos ætas nostra uidit, co-
lumbos magnitudine superant domesticos ingenti capite, oculis proportionem minimis,
rostrum ingenti nigro, uarijs plumis, aliquibus cauda, ut uiridibus, oblonga, alijs ut colum-
bis, breui ac lata, humana uerba uel articularius facilius que expriment. Id genus auium
mercatores Lusitani Emanuelis regis inuictissimi, ac extremi orbis ad Indiam usque do-
mitoris cura cum aromate, ebore auro que conuehant. Inueterata tabe pulli columba-
cei eo farre uel alica, dandi sunt. Aut hœdorū pedes, aut uitorum cum amygdalis, pi-
neis nucibus, aut pistacijs offeruntur. Inter cibaria ciceris et fabæ farina, amyllum q; cum
lacte & oleo amygdalino, addito saccharo, laudantur. Sed de lacte plura dicenda restat,
nam inter præcipua auxilia habetur uaria, ut prædicant, dote, muliebri præsertim ex ube-
re haustum, deinde asinicum, tertio caprinum laudatur. Duplici enim uase colligunt, at-
que ita tepens ad phthisicos protinus deferunt, ne uis euanescat, nam & linteolo mul-
gendo utuntur, ne spuma transeat in potionem. Præferunt, si sacchari puri plusculū con-
q 2 iecerint,

*Psytacorum
species.*

*Victus ratio in
ueterate tabis.*

Signum concoctionis peracta.

iecerint, uel mellis, aut salis micam, lacte epoto, uixi subinde bibere damnamus, & quo ad penitus decoquatur in uentre, ab omni portione alia abstinendum est. Legitima concoctionis notæ sunt, si stomachus nihil acetosi eructet, aut si intus non fluctuat uentus. Alij cum simlagineo pane lac ipsum offerunt, & rursus utro parcetes, lac denuo bibendum exhibent. Cum amylo potum magis conglutinat, aut tragacantho, aut spodio, aut rhuffe syriaco. Saccharum quoque rosaceum magnis celebratur laudibus. Lac cum glycyrrhizæ succo ut purulenta extrahantur, utiliter bibitur, uel cum seminis malux decocto, aut papaueris albi seminis lacte, aut semine melopeponis, sed quoniam proficiunt in medendo ubera pascuis, salices, plantaginem, abrotanum, fursur, hordeum, zeam, & his similia damus bestijs uescenda. Verum si dolor capitis cum febris acuta affuerit, aut sitis importuna, fluxus uentris, aut spiritus intus cum dolore sonans, ab ea portione abstinendum est, quoniam ex notæ terrere solent medicos. Quidam lac ipsum lapidibus fluuiatilibus, ac candente ferro crebro excalefaciunt, seum ac butyrum eo modo absumentes. At si febrim excitauerit lac immodice haustum, pitisanam damus salubrem. Remissa febris, sedatis que terrentibus accidentibus, rursus ad lactis potus redeundum est. Damus & interdum oxygalam, qua sitim sedamus in primis, & ardores pariter febris mitigamus. Lac denique acore uitiatum in primis damnatur. Secundam uero mensam implent passula cum amygdalis, aut caryce, uel quam pinguis fici, palmulæ que præpingues, uinum in prandio ac cæna duntaxat damus album, subausterum, aut acidulū saporis aqua pluuiatili mixtum. Si febris uero acutior fuerit, hordeaceam duntaxat laudamus, aut myrtinum, papauerinū que syrupum, aut mali punici uinum dulce, aut medij saporis, uel cydoniorum uinum, & his similia.

De curatione phthisis in communi.

Cap. XXXIII.

Phthisis ex feruore bili.

DEstillationes capitis in primis (si opus est) firmamus, de quibus suo iam diximus loco, uenam enim cephalicam efficaciter aperimus, qua rheumatismi impetus suspendimus. si uomica uero, aut pleuritis, aut peripneumonia antecedit, suis remedijs prius occurrimus, quæ priori denarrauimus libro. At si fortè phthisis calidior habitudo excitauerit, ex sanguinis exundantia, iecorariam tum uenam haud dubio utiliter secamus, uel si uires affuerint, ex ea iterata missione quæ inter minimum & sequentem digitum finitur, extrahimus. Verum inter utranque missionem, æger uires delicatius recolligimus. At si feruens bilis peccauerit, hac leui & idonea portione subuenimus. Habet callitrichi manipulum, zzyzypa passa, myxa ana 40. pruna arida 20. in aqua bene feruescatis, & percolato in eius decocto 3. siliquæ atramenti, & roris syriaci ana 3. dissoluito, & lyru pi uiolari 3. s. matutinis egelidum dabis in potu, subinde ægri uires ualidiores refice, ac rursus si opus est, alium eodem modo soluito, conuenter que ægrum effice ualentiorum. At si ex phlegmate uitium ortum fuerit ex agarico, bdellio, & tragacantho portionem salutare dabis, ac per uices refectio ualebit. Post hæc dormituris præclare facit psylli decoctum cum rubrica armeniaca potum. Et per interualla alium clystere subducimus leuiore, nam uehementiores sicuti & uomitiones plurimum obesse fatentur, autore Hippocrate, frequentem enim uomitu ulcera pulmonis dilatantur. In hoc morbo consideranter animaduertendum est, ne intempertue abstergendo ulcus ipsum altius reddamus, unde sanguinis reiectiones exitiales oriuntur, dilatato ulcere. E diuerso pari inscitia, ne impura ulcera uel non purgata, intempertue conglutinare stypticis festinent, unde purulenta intus materia nocentius continetur, & erodiendi maior occasio redditur. Ex ea causa anheliitus difficilior fit, & tussis pariter excitatur molestior. In uniuersum phthisicis febricitantibus molliter refrigerantia conueniunt. Sine febris uero calidiusculis subuenimus, isdem liquefactis iam membris, humidiuscula, aut uix exiccantia profunt. Vlcus denique quo deterius est, eo exiccantibus magis indiget auxilijs, utranque tamen interdum rationem complectimur, diuersis diei horis, aut permixtis inter se medicinis, conglutinantia quædoque & abstergentia commiscemus, utranque causam obseruantes, plus minus uel prout excessus alicuius rei requirit. Pari modo considerandum est, si corpus tabitudine dispercat, ac simul putridi intus humores sint, contrarijs enim curationibus

curationibus indigent, tum suspectæ causæ magis incumbendum est. Sed ad simplicia transeamus, ex quibus utiles ex omni parte mixturas facimus.

Que simplicium facultates phthisicis profint.

Cap. XXXV.

Mellis naturam primū exequamur, quoniam per se, aut cum alijs mistum ad phthisim ualeat, & omnia pulmonis uitia sanat, nam intus foris que purgat & abstergit, id que natura adamat. Idem facit aqua hordeacea per se, aut ex saccharo uel melle. Cicris quoque ius prodest, hyssopi decoctū, iridis & prassij, ualeat alij decoctū in fabe forbitione. Ari quoque farina in pane permixta coquitur, & datur. Myrrhis in forbitione subuenit. Betonica obolis tribus in aqua. Et scytica herba oboli tres & passio pulmonib. extrahunt difficiles excreationes, eadē purulenta pulmonis, pectoris que, & ab eo halitus graueolentiam butyrum efficacissime iuuat, cum pari modo mellis attici uel cretici decoctum donec ruffelcat, matutinis sumitur ad linguæ mensuram. Quidam & larcis resinam addunt, quam per se nostri ex ouo forbili dari censent. Lini semen cum uia passio addito croco commandatur. Ad tabitudinem reductis longo morbo, peculiariter alia subuenit ternis cyathis ad sextarium aque sensim decoctis, donec omnis aqua constumatur. postea sextario lactis caprini, aut asinini addito, per continuos dies, mox adiecto melle forbeatur: ita & ad synteles ualeat. Qui quadrates axungie & mulsi in uini cyathis tribus decoquant, quinto die picem in ouo sumi iubent, circūligatis lateribus, & pectoribus, & scapulis eorum qui phthisim sentiunt, tanta que est uis, ut genibus etiam adalligata redeat in os sapor, eam que expuere uideantur. Medetur phthisicis quoque lupi iecur ex uino. Et macræ suis foeminae herbis pasta lardum. Carnes que asininae ex iure, uel pis item pulmones. Fimi aridi, sed pabulo uere pasto boue, fumum arundine haustum prodeste tradunt. Bubuli quoque cornus mucronem exustum duorum cochlearum mensura, addito melle pilulis deuoratis. Capræ itē seuo in pulte alicatia. Et phthisim & tussim sanari, uel recenti cum mulso liquefacto, ita ut uncia in cyathum addatur, ruta que ramo permiscetur lupi adipe, & capræ seuo, & lactis pari mensura deploratum phthisicum conualescere affirmant. Alij suilli fimi cinerē ex passo profuisse scripserunt. Et cerui quoque pulmonē maxime subulonis siccatum in furno, tritum que in uino. Cochleas in cibo sumptas, aut earum cinerem ex uino. Hoc malum sentientibus, Lactine salutaris perhibetur. Pinguetini corporis conferunt plusquam sit uerisimile, nuces auellanae. Imbecillitatem omnem reficit lac bubulum, asinum, caprinum, muliebre in primis, ac suillum utilissimum est. Sed Democritus medicus capras lentisco pascebat. Cancris fluuiatiles demum ex iure sumpti haud dubio profunt. Laudauere cedriam mane sumptam, linguæ mensura ad purulenta excreationes, graueolentem que halitum, ac diuturnā tussim, alij picem liquidam linguæ quoque mensura ad pulmonis ulcera repurganda. Paulus porrum capitātū ex farre, aut pitisana decoctū in forbitionibus dari censet, aut per se sub cinere coctū & deuoratū. Aqua in hoc affectu pluuiā pferatur, ac multa ex ea ualeat.

Mellis uis.

Tabis ex longo morbo curatio.

De compositionibus ad phthisim.

Cap. XXXVI.

EX compositionibus laudatur hyssopinus syrupus, & eclegmata ferre omnia, in primis quod a brassica nomen habet, & a scylla bulborum genere. Aut Galeni medicamentum, quod habet hyssopi recetis, thymi, iridis, pares portiones, ex melle excipiuntur, & ex multa repente matutinis datur 3. pondere, ulcera mire repurgat. Et prassij quoque decoctū uel aqua cum iridis farina. Portio alia utilissima est, ac familiaris, habet callitrichi, chamaeleuces, uiolarum singularum manipulum unum, passula patrensis nigre, myxorum, zzyzyporum, caricarum ana 3. i. hyssopi, iridis ana 3. s. betonice, seminis foeniculi ana drachmas sex, mellis aut sacchari quantum satis sit. In ardentiori febris hordeum, uiolas, melopeponis semina coniciunt. Alia haud dissimilis portio, eo modo fit: Radicis glycyrrhizæ, passula 3. 2. callitrichi M. r. s. pulmonis uulpis, papaueris albi, seminis melopeponis, rosarum, uiolarum, seminis anisi, foeniculi, seminis gossipij, uel gotthoni, malux, canerorum fluuiatiliū crematorum ana drachmas sex, plantaginis, hyssopi ana drachmas septem, seminis cydoniorum malorum 3. s. in aqua fontana uel pluuiā decoquito, adde penidia & saccharum. Portio alia, quæ & alium emollit. Continet siliquæ alexandrinæ succum atrum lb. s. zzyzypa & myxa 30. passula 3. 6. feruescat in aqua lb. s.

Portio alium emolliens.

q 3 ad ter.

ad tertias, percolatis, adde penidiarum libram, olei amygdalini recentis ꝑ. 4. leui ignis uapore ad spissitudinē mellis decoquito, adde uolæ aridæ farina ꝑ. 1. in uitræ uase ad usus seruato, modus est ad ꝑ. 2. ex passulæ decocto, aut myxorum. Eclegma uilchabe: amygdalarum amararum, erui ana drachmas duas, betonicæ, hyssopi, iudicis, seminis foeniculi, cinnamomi, glycyrrhizæ ana drachmas tres, croci, uiolarum, cardamomi, ana drachmā unam, carycarum pinguiū, passularū ana ꝑ. 1. nucum pinearum, semen gossipij ana ꝑ. 1. s. mellis Cretenis puri quantum opus sit. Datur linguæ mensura. Ne pulmones materiā undecunque fluentem recipiant, & eos robustos reddamus. Valet myrti baccarum decoctum, aut syrupus cum pulmone uulpis arido & contrito. Vel id medicamen, syrupi myrti, rosacei, sacchari ueteris ana drachmas duas, pulmonis antedicti, gummi arabici, tragacanthi, succi glycyrrhizæ, croci, seminis foeniculi ana drachmā unam, omnia commiscebis. Paulus difficulter tussientibus, thymū, hyssopum, glycyrrhizæ succus ex melle crudo Cretenis in pilulas digeruntur, quæ sub lingua si contineantur, mirè ualent. Effaciter congruit Mithridatum ex dialimaton & diaechidon. ualidius remedium est armeniaca rubrica pota, aut di:tragacanthon cum rubrica eadem, aut Estræ antidotum, sed posteriores aliud genus eclegmatis faciunt, quod ulcera repurgat ac conglutinat, uel si febris affuerit. Habet seminis papaueris albi, seminis lini tosti, spodij, croci, amygdalarum dulcium ana ꝑ. 3. amyli, gummi arabici, tragacanthi, seminis cydoniorum, seminis cucumeris satiuū, melopeponis ana drachmas sex, fabæ dempto cortice, seminis gotthoni purgati, seminis nasturtij, amygdalarum amararum ana ꝑ. 1. s. penidiarum ꝑ. 2. quæ in aqua cœlesti liquefacito: & mixturā ad usus conficito. Alia haud dissimilis compositio, quæ pinguedinem reficit consumptam, & febrim pariter mitigat, ac ulcus repurgat, nec id serpere patitur. Habet carnis testudinis mundæ, et cancorum fluuiatilium, in aqua hordeacea decoctorum, nucum pinearum, pistaciorum, amygdalarum dulcium, passul. mūdat. seminis cucumeris satiuū & melopeponis purgati, singula separatim contrito. penidiarum addito, & sacchari perpurgati albillimi quatuor satis sit, ex aqua cochlearum destillata ad unitatem redigito. Quidam coniiciunt superficialius, ut purant aliqui, gemmarum quarūdam farinam pars porphirite marmore tritam. Vereor tamen ne quid officinarū si aude fiat, uidimus ipsi, quos smaragdōs uocant, a germania ob eam causam expetitas, nam in igne coniectæ cæruleam flammam in tenebris reddunt. Margaritas quoque quam minutissimas in pollinem redactas, succinū, corallium, ac os ceruini cordis imponi iubent. Addunt non inconsulto cinnamomi, cardamomi, machir, iridis, croci ana obolos duos, succi glycyrrhizæ, tragacanthi, gummi arabici ana drachmas duas. Cancrorum que fluuiatilium, si rosti fuerint, & pulmonis uulpis præparati ꝑ. 4. omnia unā conficiuntur ad quotidianos usus. Ulcera pulmonis exiccantur, ut tradit Galenus, cinnamomo, myrrha, c. sia odorata, croco, iunco quadrato, xylobalsamo, spica, amomo, thure, terra lemnia, ocymo latifolio, quo uitia pulmonis ac pectoris ex alto exiccat, ualet & rosa rubens arida, ac eius crocinum semen, hypocystis, myrti que baccæ. Sed alia compendialiter, sacchari rosacei ueteris libram, succinū, margaritarum, ossis in corde ceruino reperti, sanguinis draconis ana drachmas duas, mane & uespere detur cochlearij mensura, deuorato. Lac asininum in potu dabis, aut caprinū, aut efficacius muliebre. Oriens camelarum lacte phthysicos & heclicos releuat per omnes dies. Galenus saccharum rosaceum adeb perseveratē laudat, ut etiamnum cum pane obsonij uice dari suadeat. Sed cauedū esse inquit, nisi repurgato pulmonis ulcere, alioquin noxiū. Cū lacte uero omnino saluberrimum, si febris affuerit ex hordeacea duntaxat aqua. At si nimio usu excretionis purulentæ intus oclusæ fuerint, syrupus tum hyssopinus ualet, & si alius nihil reddit, syrupus uiolaceus ex eadem hordeacea prodest, nā emollit. Est & alius importunus phthysicis affectus, hoc est tussis, quæ diu noctu que ægros plurimum infestat, nec somnum patitur capere. Et si de tussi suo iam diximus loco, nunc pauca non ab re dicenda sunt, quoniam & utriusque causæ ratio habenda est. Expertum id medicamen habetur, quo tussim sedamus, & ulcus pariter conglutinamus, seminis papaueris albi drachmas decem, gummi arabici, amyli, gruni epithymi similis ana drachmas tres, seminis portulacæ, maluæ, ana drachmas tres, spodij, succi glycyrrhizæ ana drachmas duas, penidiarum

Quæ firmant pulmonem

Medicamentum pinguedinem reficiunt.

Officinarum fraud.

Exiccantia pulmonis ulcera.

Medicamentum contra tussim.

diarum par omnium pondus, cum papauerino syrupo conficito, iustus modus est ad ꝑ. 3. Bechicon ad phthysicam tussim quod sub lingua continetur, habet seminis cucumeris satiuū purgati cortice, melopeponis, cucumeris rotundi ana ꝑ. 3. s. seminis portulacæ, papaueris albi ana drachmas septem, gummi arabici, amyli, tragacanthi ana drachmas quatuor, contrita cum penidiarum æquo pondere ex seminis cydoniorum decocto in pilulas conformatur, mirè enim tussim eam sedant. At si tussis & aluus nimium quàm opus sit, citatior ægrū infestauerit, protinus occurre, nam periculosa dilatione facile æger corripitur. Gummi arabici, rubricæ armeniæ, spodij, seminis myrti ana drachmam unam, contritis in farinæ modum, ex myrtino saluberrimè datur drachmæ pondere, quidam addunt bdellium, ac siliquarum semina contrita. Idem præstat gummi arabici, tragacanthi, succi glycyrrhizæ, spodij, rubricæ armeniæ, myrti baccarū pares portiones, modus est ad drachmas ternas cum myrtino syrupo. Thoracis uero rheumatismus, ut tradit Paulus, Dieteum superimponitur emplastrum. At si exiccandi tantum cura fuerit, aloës & acatix cupressini conus, sandarachæ, & brassicæ thyrsi cineris cū myrtino oleo pares portiones miscentur. Conglutinant enim & exiccant ulcera interiora. Si uero refrigerare, ac simul emollire uolueris, thoracem, ranarū pinguitudine, butyro eloto, oleoq; amygdalarum dulcium inungito, addito uiolaceo, ac muliebri lacte cum seminis cydoniorū lentore, albicante, cera adiecta, eo modo unctulum conficies saluberrimum, quo etiamnum crura ac brachia interiora in heclica affectione iungas, nam febrim alterando mitigat, ac uires pariter instaurat.

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, DE COR-

dis principatu, ad Maximilianū Cæsarem Augustum Imperatorem inuictissimum, Liber X.

Proœmium.



In libris qui de Anima inscribuntur, ac in ijs qui de Animalib. ab Aristotele æditi sunt, humanā animam unam esse per se essentialiter, a potentijs suis distinctam, traditum est, eandemq; esse uitæ, sensus, motus ac intellectus initium. Ex quibus diuersæ pariter actiones, affectusq; uarij oriuntur, et pro instrumentorū uarietate ad operum plurima officia disponuntur, quorū gratia partes organicæ cōstitutæ sunt. & quia una tantū forma habetur, haud irrationabile est, unū pariter ex omnibus mēbris principium esse, hoc est cor, in quo anima ipsa sedem habeat. Eorū enim, inquit, quæ in corpore sunt, necessariū est unum esse principium, pluralitatem nāq; imperfectio, ac rerum confusio sequitur, & sicut omne calidū ad primū elementū calidū refertur, ita actiones corporis ad unā primā causam rediguntur, in qua uniuocationis cōmunicatione participes fiunt. ob eam causam cor instrumentariarū partium origo est, et omnium potentiarum initium proditur, in quo calor is fons est, qui per omnia mēbra ad uaria munera diffunditur. In corde enim spiritus gignitur, principale animæ instrumentū, & utrius omnium ueluti uehiculū ad singula membra distributum. Ob eam rationē sedem in medio corporis possidet, cui duo mēbra secundaria subiecta sunt, iecur ad cerebrū, cuius uicem subit uicaria spinæ medulla, ea enim membra spiritū a corde susceptū pro sui natura temperant, atq; distribuent, peculiare instrumentū sensibilibus affectionū & operum, hoc animale, illud naturale appellatur. Quod proculdubio assiduo ministerio cordis famulatur, nec cetera membra ob aliam causam conformantur ab anima, nisi quod cordi annexa sint. In eo nanque omnes potentia, licet indiscretæ, atque confusæ, sitæ sunt. Quarum alix in cerebro, quædam in iocinore manifestè apparent, quæ & aliud nomen protinus sortiuntur. Eadem quoque ratio cerebro contingit, in quo uis sensibilis, ac motiua uis dignoscitur, sed si ad reliquos sensus diffunditur, protinus discreta dignoscitur. Idem nanque materialiter spiritus est, qui in oculos & ceteros sensus distribuitur, uerum adepto nouo rursus temperamento in ipsis officialibus instrumentis, nouos ac peculiare sensus

Humanā anima.

Cor sedet anima.

Cerebri officium.

q 4 adipisci

Iocinoris fa-
culas.

adipisci uidetur, hic uidendi, ille olfaciendi dicitur sensus. Sic iocinoris pariter potestas à corde susceptam spiritum uitalem, in naturalem commutat, qui per uniuersum corpus diffunditur, unde cætera membra ali dicuntur, sic & animalis spiritus in omnes partes disseminat. Quisque enim sensus separatim suas possidet sedes, quæ officiorum gratia, & munerum constant, in ijs obiter spiritus præparatur, cum enim cor principale membrum male afficitur, cætera pariter membra secundaria languent, & interiori sentiuntur, quod si recreatur, eadem quoque membra protinus reficiuntur. Quod secus in cerebri & iecoris affectu contingit. Exemplum unum huius rei afferam. In phrenitide, hoc est cerebri alienatione, quæ ex affectu præcordiorum quandoque euenit, quas phrenes uocauerunt, si quando hominem delirare uidemus, licet cerebro commoda imponantur remedia, prodesse tamen nequicquam animaduertimus. Sed eadem præcordijs impo-
ta ceu morbi origini, prodesse facile non dubitamus. Ita & in comitiali morbo, ac uul-
conuersioni cõtingit. At medicorum serè omnis schola, animalis uirtutis principium in
cerebro esse contendit, ac in iocinere naturalem potentiam sitam esse asserit, nec cordis
officium sine cerebri auxilio, semitibus que animalis spiritus constare posse, ex quo par-
ticulares sensus generales que motiones oriuntur, quæ si laxantur ob cerebri communi-
cationem, ad morbi originem uniuersa conferimus remedia, nunquam tamen neglecto
cordis principatu, cogimurque cerebri peruersam habitudinem amouere, & naturalem
ualidiorum reddere. Fatentur tamen eadem membra quæ etiam uim principalia dicti-
tant, uni primo ueluti totius corporis principi necessaria præstare obsequia, quoniã (ut
tradit Galenus) thesauros uitæ indefessè custodit perpetuus caloris naturalis fons. Ani-
malia nanque quæ hyeme conduntur, in tanto sensuum torpore nõ commoriuntur, du-
rante in corde exigua illa uitalitate, exinde primo uere excitantur, & spiritus per omnes
singulas partes diffunduntur, ac anima pariter in eadem torpescens diffusa ad statuta
sensuum instrumenta delabitur. Quibusdam ueluti riuulis ex uitali spiritu, ac ipsa anima
singula membra sensationem habent. Anima enim uno actu per diuersas officiales par-
tes de albedinis & dulcedinis qualitate diiudicat. Quoniam uena & eadem sine instru-
mentorum diuersorum relatione in omnibus membris inuenitur. Ita quod unum &
idem numero album & dulce, & si nila in anima considerantur, unde in eadem unum
& idem numero genere sensuum omnium reperitur, secundum tamen instrumenta-
rias partes specialiter continetur. Omnia denique membra anima sensu sua informan-
tur, nec tamen omnia sentiunt, quoniam singula organicas partes à natura in aliqui-
bus constitutas non possident, quod in ossium præsertim callo, qui sensu penitus caret,
facile conspiciamus.

Unum numero
sensuum omniũ.Vir irascibilis
in corde.* non abesse
debet.Vitalis spi-
ritus.

De uitali spiritu. Cap. I.
Diximus ex corde uitalem spiritum tanquam ex uberrimo perpetuo que fonte ma-
nantem, quem Plato ac Galenus irascibilem uocauerunt, quoniam irascentiæ pecu-
liaris sit sedes, ac manifesta. Is spiritus per uenas pulsus ad ossa usque diffunditur, chari-
laginesque ac nexos duos, quod eo * non indigeant, sicuti è diuerso quædam membra
sunt torpescentiã, aut paralytica, quæ nec sentiunt, nec mouentur, eadem tamen & ui-
uunt, & aluntur, addimus & non ab re & alios quoque cordis affectus, metum, odium,
mœrorem, amorem, spem, ac lætitiã, quibus alia adamamus, appetimus que, quædam
refugimus, aut odio persequimur, has passiones exteriores sensus interiores que antee-
dunt, multa enim sola conspectu terrent animalia cõgenito odio, sicuti accipiter colum-
bam: soli homini uel insomnia terribilissima sunt interdum, uel pluribus sola cogitatio ter-
rorem facit: Vitalis qui ad membra pro uita diffunditur, eadem præparat, ut cæteras ui-
res suscipiat, & earundem certa materia habetur, sine eo quidem spiritu mors est haud
dubia. Viuere tamen cor percipitur, cæteris plerumque sensibus interceptis, nam ani-
mal prius uiuere, quam alii moueri, aut sentire creditur. Idem spiritus reliquarum actio-
num initium est: & si nutritiua uis pro conseruatione cuiuscumque animantis uitalem
spiritum nutriat, atque tueatur. Ita quod non ut sit, sed ut conseruetur id euenit. Ea præ-
terea actiones motibus cõtrarijs feruntur, spiritus enim in arterijs et in corde perpetuo con-
trahitur ac diffunditur: animalis quoque ad cõtrarias pariter motiones manifesto ceruitur,
nam &

nam & euidentiores sunt. Naturalis uero motio musculorum uario situ, fibrarum que
contextu modo concludit, modo reuocat, continet, aut expellit. has uires priori subie-
ctas esse contendunt, attractricem, expultricem que uocantes. In ijs partibus quæ ines
appellatur, in longitudinem protenti dilatant, qui per transversum feruntur, con-
stringunt. Vitalis demum functio in alendis membris nullum præstare auxilium uide-
tur, quæ tamen in cordis domicilio ex sanguine purissimo, ac aere temperato mundo,
que ac lymphido uitalem congenerat spiritum.

De cordis affectibus.

Cap. II.

Cor uiscerum omnium, inquit Plinius, uicij non maceratur, nec supplicia uitæ tra-
hit, læsum que mortem ilico affert: cæteris corruptis uitalitas in corde durat. Gale-
nus quoque, phlegmones aut duos abscessus, aut uulnera cor non sustinet, nec eius
membrana inuolucrum, cuius aquosus humor si absumitur, Galeno autore, palpitationem
facit, ac synctesim. Si uulneratur, etiamnum letalis est ipsa uaginatio cordis. Pau-
lus Aegineta ex phlegmone uel erysipelate, cæteris uehementissimis distemperantis,
acutissimis febribus, sanguinis profuuiio, sinistro cordis domicilio aperte, uel compati-
bi cerebri affectu, uel iecoris, aut oris stomachi, animi mœrore, terrore, subita ingenti &
insperata lætitiã, animi defectus oriuntur, hæc Paulus. Addimus & uulnæ præfociones,
aut ex synanche permutatam in præcordia materiam, pleuritidis que, aut peripneumo-
nia, quæ interdum ocyslime interimunt. Summus præterea dolor, & rerum graueolentia,
ut si nauis sentina triticum corruptum habuerit, odore grauissimo superuenientes pro-
tinus suffocat, sicut et fumus uapor ex infurnibulis metallicæ adulterationis. Gelu quo
que conglobato sanguine interisse multos haud dubium est, sicut ijs id sæpe euenit, qui
aspera hyeme noctu equitantes, frigore correpti ad emporia feruntur, eo habitu rigentes
in equis cernuntur, quo comi cõscendere, flagella manu tenentes. Cordis mala sunt
animæ defectus, palpitatio cordis frequens, cardiacus morbus, habitudinis corruptio. si
cuti hæctica dispectio, oppilationes, quæ interdum sanantur, sed nec ulcuscula patitur mem-
bri nobilitas, nedum uulnera, aut abscessus, quoniam, ut tradit Aegineta, protinus sub-
ducuntur spiritus, & extrema sudore profluunt, & frigore corripuntur exitiali. Sed ue-
na in primis serè omnia cordis uitalia obsident, nec serè alia membra laxant, de qui-
bus in libris uenenatorum dicemus.

Quibus uitis cordis qualitates dignoscantur.

Cap. III.

Cordis qualitas: ex uenarum in primis pulsu, anhelitu, pectoris quantitate, ac thora-
cis forma, & in natis pijs, tactu, robore, naturalibus moribus, & uaria cogitatione
dignoscitur. Calidi igitur cordis signa sunt, in obeundis rebus animositas, & in actioni-
bus agilitas, sed auget uitia distemperamentum maius, quoniam ad subeunda pericula
ex maiori caliditate temeraria oritur cõfidentia, ac demum furor, uastitas thoracis occur-
rit hinc pectore, calidiora tactu membra sentiuntur, sed omnem infrenat interdum im-
petum iecur ac cerebrum, si natura frigidiora fuerint: quidam & lienis quoque distem-
pe antiam annumerant, qua tantus cum cæteris feruor compestitur: ea quandoque tho-
racis uastitas ex cerebri, medullæ que spinæ magnitudine cõtingit: unde spinæ ipsius uer-
tebræ cum pectore & costarum crate in amplum repanduntur: propterea si caput exi-
guum fuerit, cum thorace ampliore, caliditatis certum signum habetur, ediuerso frigiditatem
nunciat. In calido corde pulsus magnus, fortis, uelox, sique frequentior reddatur,
plurimumque in anhelando pectus attollitur. At frigiditatis cordis indicia sunt, pulsus an-
gustior, segnior, ac rarior. Galenus ubi de pulsibus agit, magnitudinẽ, inquit, pulsus si au-
getur necessitas, primũ subite, secunda uelocitas cõsequitur, postremo frequentia succur-
rit. At ediuerso comminuta necessitate pulsus raritas primo apparet, deinde tarditas, de-
num paruitas accedit. Ita quod si quado pulsus exiguus existit, tum tardus ac rarus esse
contingit, tum & angustior thorax, ac nudo pilo pectus est, anhelitus quoque pulsibus
haud dissimilis, hi minus audaces sunt, pauidi, præparci animi, ad actiones segniores, fra-
giles, scemineis moribus: nisi studio aut disciplina naturalem excitent uigorem. Arida
uero distemperatiõ signa sunt, pulsus uena tactu durior, ictus parui ac exiles, ueloces in-
terdum, ac frequentes, ex ea furor & si serus, implacabilis tamẽ atque perissus oritur: inuidi sunt,
caninis

Palpitatio cordis.

Animi defectus
unde oritur.Caliditate cordis
nota.Frigiditatis
cordis signa.

Humidioris temperamenti cor.

caninis moribus, siccoris cutis atque aspera, sed eam quandoque intemperantiam secur multum mitigat: angusto sunt pectore, squalido que corpore. Humecti demum temperamenti priori contrariae notae sunt: pulsus uena ueluti mollior, ad iram pacem que subitam animus promptior, qui haud difficulter placatur: leui et molliore corpore. ea tamen secur multum uirium adicit, si aridior affuerit.

Signa temperamenti.

Cap. IIII.

Animi mores ex corporis temperantia.

Temperamentum uero cor arguit inges corporis robur, & lacertoru omnium summa firmitas, animi que uigor, ex perfecta similarium partium habitu dine: quae lymphido spiritu, ac sanguine puro constat. Contraria sequuntur ex eorum damnata improbitate, attamen membrorum imbecillitas ex cerebri interdum offensione contingit. Ex temperantia deinde animi tranquillitas, mentis serenitas, fides, spes, comitas, hilaritas, in omnes que prompta lata que charitas. heroum corpora sunt ex omni parte apte, bene composita, in quibus exacta proportione nihil desiderari posse uideatur. Cum cordis enim temperato calore uis informatiua caetera membra congrua proportione confingit, nam membrorum perfecta compositio, temperatam quoque habitudinem sequitur: nisi defectu materiae aliter contingat. Pulsus itaque ex omni parte mediocritatem illam raram ac omnino diuinam praefert, talia corpora non ubique apparent, sed sub caelo duntaxat temperato. Qualis fuit dogmatis nostri conditor sanctissimus Iesus Christus ex uirgine sine patre genitus, purissima unicum huius temperantiae exemplum.

Christi corpus.

De cardiacis.

Cap. V.

Cardiacus morbus & si sine dolore, tamen periculosissimus est, praeternaturalis est, supra modum enim cor palpitatur, contremiscere exinde sentitur, tum diffilatur spiritus, atque in totum subducitur. Ex uarijs oritur causis, quae cordis uires solent prosterne re, unde ad sua officia inualidius redditur, palpitatur namque primum, deinde tremat, & in defectu penitus non mouetur: tum lipothymia siue lipopsychia dicitur: mox si cor non mouetur, animae defectus uocatur, siue defectio: aut subductus spiritus appellatur, nostri rrito iam uocabulo syncopem uocitant. Ex calida habitu dine permissio ea cardiaca euenit, aut frigida, contraria enim facile is morbus suscipit, nam illa diffilato spiritu, atque euanescente extinctae animae speciem praebet, ut in thermis saepe euenit, aut solis uapore, aut febris adurente. Haec ut in nocte gelida spiritum comprimit, & praefocat, idem enim efficiunt contraria, cum uires & sensus intermoriuntur. & qui angusto quoque sunt pectore, ueluti suspensio cardiaca quoque uidentur, ex metu magno, ex oris stomachi communicatione, uulua que, aut ex peripneumonia id genus morbi contingit. Ea interdum causa in febris cum sudore iungitur, & cardiaca diaphoretica appellatur, ex caliditate membrorum congenita humiditates resolvente, eam dissolutionem Galenus praesim uocat, unde tabes, & totius corporis macies consumpto corpore innascitur.

Cardiacae diaphoreticae.

Cardiaci morbi signa & causa.

Cap. VI.

Inanis primum pauor hominem occupat, extremae que partes corporis frigent: aut tepentes sunt: imbecilles uires sunt, ac pulsus exilis est, segnis ac frequens, & anhelitus quoque ei haud dissimilis est. has affectiones quaedam corporis imbecillitas ad omnes actiones sequitur: si ex acuta febris fuerit, ac cum sudore uires dissolvente, a causa calida fieri certum est. frequentissimum est a causa frigida, quam febris leuior sequitur. Ex uicinitate oris stomachi stomachica uocatur, quae ex oris stomachi affectibus dignoscitur. Ad cardiacum morbum (ut tradit Celsus) transeunt phrenetici, qui ex acuta febris causonide fiunt, id autem, inquit, nihil aliud est, quam nimia imbecillitas corporis, quod stomacho languente immodico sudore dissoluitur. Licet que protinus id esse, ubi uenarum exigui imbecilli que pulsus sunt, sudor autem supra consuetudinem, & modo & tempore ex toto thorace, & ceruicibus, atque etiam capite prorumpit, pedibus tantummodo & cruribus siccoribus, atque frigentibus.

De Curatione.

Cap. VII.

Ex eodem autore caraplasmata reprimetia praecordij imponi debent, & sudorem exinde cohiberi oportere. Id praestat acerbum oleum, uel rosa, uel melinum, aut myrrum, quorum aliquo horum corpus leuiter perungendum, ceratumque ex aliquo horum

tum

tum imponendum est. Si sudor uincit, deliniendus homo est, uel gypso, uel argenti spuma, uel cimolia creta, uel etiam subinde horum puluere respergendus. Idem praestat puluis ex coctis aridi myrti, uel rubi folijs, aut ex austeri & boni uini arida fece. Plura que similia sunt, quae si desunt, satis utilis est quilibet ex uia puluis iniectus, super haec uero quo minus corpus infudet, leni ueste debet esse contactus loco non calido, fenestris patentibus, sicut perfatus quoque aliquis accedat. Tertium auxilium est imbecillitati iacentis, uino cibo que succurrere, cibus non multus quidem, sed saepe tamen, nocte ac die dandus est, ut nutriat, neque oneret. Is esse debet ex infimissima materia, & stomacho aptus. Nisi autem necesse est, ad uinum festinare non oportet, si uerendum est, ne deficiat, tum & interea ex hoc, & hoc ipsum austerum quidem, sed tamen tenue meracum, ege lidum subinde & liberaliter dandum est, adiecta polenta, si modo is aeger parum cibi as sumet, id que uinum esse debet, neque nullarum uirium, neque ingentium, recte que tota die ac nocte, uel tres heminas aeger bibet, si uastius corpus est, plus etiam, si cibum non accipit: perunctum ante perfundere aqua frigida conuenit, & tum dare. Quod si stomachus resolutus parum continet, & ante cibum, & post eum sponte uomere oportet. Rursus que post uomitum cibum sumere, si ne id quidem manserit, sorbere uini cyathum, interposita que hora, sumere alterum, si id quoque stomachus reddiderit, totum corpus bulbis contritis superillandum est, qui ubi inauerunt, efficiunt ut uinum in stomacho contineatur, ex que eo toti corpori calor, uenis que uis redeat. Vltimum auxilium est, in alium praesentem uel alicuius cremorem ex inferioribus partibus indere, si quidem id quoque uires tuetur. Neque alienum est, naribus quoque astuantis admouere quod reficiat, id est, rosam & uinum. & si qua in extremis partibus frigent, unctis & calidis manibus fouere. Per que si consequi potuimus, ut & sudoris impetus minuatur, & uita prorogetur, incipit iam tempus esse praesidio, ubi in tuto esse uidetur. Verendum tamen est, ne ad eandem imbecillitatem citò recidat, itaque uino tantum remoto, quotidie ualidiorum cibum debet assumere, donec satis uirium corpori redeat, haec Celsus. Paulus si cordis uehementes inquit palpitationes ex superuacua plenitudine fiunt, uel si sanguis plurimum feruet, corde nimium excalesceto pectus assidue ac alte attollitur, contra si frige scit parum, ac raro spiritu intumescit, cordis deliquij curationem supra diximus, inquit, ea duntaxat addenda sunt, quae defecti subueniunt, post extremorum perfrictiones, unctioes, & purgationes, cataplasmata, immodicos sudores cohibemus myrti puluere, cimolia creta, electro, balauitjs, thuris manna, Samia terra cum gummi aliquo, si extrema refrigerata sunt ad inguina usque ad alas, sinapis cataplasma, aut pyrethri, aut adarcae prodest: in cibo panis aqua madens, aut uino frigido addito, suilli petiolij, & ro stella, auiculae que omnes conueniunt, capiti ac fronti omphacium infunditur, aut simile uis stypticum cum gummi, aut rosarum decocto. Stomacho aut praecordij purpurex rose imponuntur, acacia, hypocythis & alumen. Refert Paulus Galeni uerbis, uidi quendam, inquit, de pulsu cordis uehementi, uerno tempore cordis palpitatione, triennio uexari, is sanguinis missione leuabatur morbo post annum quartum, rursum uulnerata uena, ante morbi aduentum sese ab ea molestia tutum reddebat, quam rem paribus annorum interuallis uictus ratione seruata custodiebat, uerum tamen praematura morte interijt, pari euentu, & alijs contingit. Quidam in acutis febribus deficientes commortui sunt. Aliqui non sine deliquio apoplexiae morbo repente extincti sunt. cardiaci alij 40. uixit annum, alij 40. non excessere. haec Paulus. Sed ad compositiones transeamus.

Stomachi cibi & potu non continentis remedia.

Cardiacos praematura morte interire.

Compositiones ad cardiacos.

Cap. VIII.

Ex causa frigida uinum factitium in potu dari iubent, quod ex ijs fieri solet, uini austeri odorati sextarium, sacchari albi 3. 6. cinnamomi 3. 4. zingiberis 3. 4. galanga 3. 4. miscentur, ualer & diamus schum antidoti, & similia, quae cordi subueniunt, si phlegmatis uitio fuerit, aut atrae bilis, eadem si necesse est perurgabis si per uires licuerit. A causa calida, iuuat diasandalum, & rhodosaccharum, diabuglossum, & his similia. quos ex febris animus linquit, uel conualescentes uinum tenue odoratum iuuat, ac cibus qui deficientes recreet, & cordi conferat. Compositio alia quae deficientes reuocat, & bene alit

continet

continet pinearum nucum, si in aqua prius macerentur ꝑ. s. amygdalarum dulcium, & pistaciõrum ana ꝑ. 4. seminis melopeponis purgati, cucurbitæ sativæ, ac cucumeris, ac eius generis rotundi uastioris, qui dulcis est, ac molliori, laconicum uocari dicunt, ana ꝑ. 3. le-
 mnis portulacæ, succi glycyrrhizæ ana ꝑ. 4. serici crudi recentis minutatim cõcisi ꝑ. s. cin-
 namomi ꝑ. 4. gariophyllorum, coriandri, castæ, uel ligni aloëici dicti ana ꝑ. 2. croci ꝑ. 1. nar-
 di ꝑ. s. succini ꝑ. 1. pulpæ testudinis, aut gallinacæ, uel perdicis ꝑ. 12. sacchari albilissimi ꝑ. 4.
 saccharum malorum succo, qualia apiana sunt, diluat, addita rosacea, leuicq; flamma ruta
 bulo in cacabo in pastillos digeratur. Specierum summa postremo admisceri debent. At
 mala punica acerba, aut media stomachicâ cardiacam sanant, uel succo pro uino epoto.
 Ex atra bili prodest epithimum, ac ossa quæ in ceruorum corde inueniuntur, portioni-
 bus matuinis insperla efficaciter iuuant, ac mellisophyllum ieiunis commandatum.
 Mentha quoq; animi deliquio subuenit uel odore. Immodico sudori quem diaphoretici
 cum uocant, & in astuante cardiaco, cucumis satiuus uel odore prodest: & oui recentis
 candidum cum rosacea uel myrtea subuenit cataplasmate assiduo. Cydonia tosta com-
 manducata à cibo ualent, nam pigritantem animũ reuocant. Ocymum per se ualet. An-
 tiquiõres subductos spiritus menthæ succo emendare demonstrant, uel pulegij & men-
 thæ folijs cum surculis suis positis in ampullas uitreas aceti. Serim quoque ex aceto, su-
 per sinistra mamma imponebãt, uel ocymum similiter, caucalis cordi utilis est, sed ut pu-
 to, quæ in orĩte nascitur odore muschi odorati. Merum per se, uel cum alijs imponitur,
 & styrax animi tristitiam leuat. Prodest cordis uitijs, betonica, hilaritatem afferit citrea
 mala, & cortex præsertim, crocũ itẽ, si modus sit, rosa, uiola, sampsuchus q;. Quibus præ-
 terea cor palpitat, si aliquid ex hienæ corde deuorauerint, plurimum ualere tradunt.

Cardiacæ ex atra bili curatio.

Spiritus subduc-
tos quid emen-
det.

Hilaritatem
afferentia.

De animi defectu,

Cap. X.

Defectus animi
causa.

Ex gaudio quos-
dam mortuos.

Tria animi deli-
quium afferre.

Lipothymia, lypopsychia, syncopet; Græcis dicitur, à nostris animæ defectus, uel de-
 fectio, aut deliquium, alij & subductos spiritus, extingui animam uel intermori di-
 cunt. Is affectus euenit, cum ad cordis domicilia sanguis spiritusq; ab extremis reuoca-
 tus irumpit, unde instrumentarum partes functionibus suis minime uacare creduntur. uel
 si isdem spiritus ex isdem cordis sinibus diuerso motu ad extrema subito motu effluat,
 ut in subito gaudio facile uidemus: mortuos enim quosdam ex insperata lætitiã scimus.
 utraque ratione qui concidunt, neq; sentiunt, neque mouentur: uerum si quid superest,
 mouendi tantum uis, & si exigua (ut uix dignosci possit) aliquantisper quibusdam no-
 tis percipitur: Ita quod musculorum pectoris anhelandi facultas, licet recondita fuerit,
 nõ tamen ex toto sublata cernitur. Quidam carminato gossipio ori admoto, alij cyatho
 aquæ pleno pectori imposito motum fateri uitalia tradiderunt. Ex cordis enim affectu
 cerebri animalis potentia compatitur, quæ in suam reuocatur originem, è diuerso cere-
 bri affectu non protinus animæ sequitur defectus. Non enim eodem modo uitalis spiri-
 tus ad membra æqualiter diffunditur, sicuti animalis spiritus motiuus ac sensitiuus pari-
 ter diffundi cernitur, sed interdum motiua uis sola à functione dimoueri apparet, quo-
 niam maiori copia indigeat quàm sensibilis potentia. Tria enim animæ deliquium affe-
 runt, spiritus, humores, ac membra ipsa, priora enim in modo & qualitate si peccant, de-
 fectum animi faciunt, postrema quoque quæ suo temperamento regi constant, si afficiun-
 tur præter naturam, aut torquentur, spiritus subducuntur. De spiritu quidem repentino
 gaudio ad mortem ocysus habetur, subita item formidine, aut dolore, iracundia subinde
 animus linquit, lassitudine, uigilia, aut inedia, aeris quoq; pestifera qualitate, ueneno aut
 uiperæ dente, anima deficit, ea enim sponte naturæ cor petunt. sed de humoribus sangui-
 ne demisso, & interdum exiguo uires intermoriuntur, quæ & humoris exundantia uita-
 lia præfocando exhauriuntur. Idem & de cæteris humoribus credi oportet, nam bilis to-
 ta reddita, aut atra bilis pestifera est. Nimia quoque acuitate uitalia læduntur, aut crassi-
 tudine, spissitudineq; aut sæpe humoris cruditate afficiuntur, ex ijs oppilationes circa ui-
 talia & dolores cõtingunt: in febrĩ enim syncopali appellata tũ multitudinẽ, tum humo-
 ris crassitudine uitales meatus obstruuntur, exundantia corpus oneratur, cruditate me-
 atus oppilantur, ac calor extinguitur. At humores acuti non animum subducunt, sed le-
 uem lipothymia inducunt. Molli præterea sæpe dylstere anima deficere uidetur, oris sto-
 machi

machi communionẽ, ex lienteria, uentris fluxu, alui deiectione, profluuiõ ex partu, hæ-
 morrhoidis, uulnerum, aut narium profluuiõ. in paracentesi quoq; subita quandoque
 animi defectio prouenit & uomica aperta: importuna quoq; in senibus uenere, qua &
 nonnulli ætate nostra obiere. Membra præterea secundaria, qualia sunt, cerebrũ, stoma-
 chus, ac iecur, uulua, renes q;, diuturnitate morbi cum resoluuntur: uel si corpus uniuersum
 acuta febrĩ in contrariũ distemperamentum contabescit sæpius animus delinquit:
 eadem si subita causa afficiuntur, communicatione cordis animæ defectum inducunt si
 mentes importune substiterint, aut si perturbata seminalis genitura fuerit, quæ & femi-
 nis periculosa est subita uulua strangulatione. syncope interdum irremediabilis, est quã
 doq; tamen sanatur, si leuior sit. Frequens damnatur ac uehemens, quoniam ocysime
 interimit. Longo morbo consumptis frequenter animus deficit, ac letalis est, is morbus
 & apoplexiam denunciat: si uero ante accessiõnem in periodicis febris euenit ex im-
 becillitate oris stomachi oriri creditur: interdũ & tinea ascendentib. cõtingit. Ex febris.
 præterea acutis periculosa est animi defectio, sicut ex carbunculis uel phlegmonibus pe-
 stiferis, sub principalibus mēbris. Puer quoq; imbecilles præparci animi, ex animi quoq;
 mœrore uel leui, ut olim Cornelius filius meus, facile animi deliquio corripuntur: et fir-
 miores quoque nimio sudore profusi. Vel si qui in maioribus musculis, uel genu præci-
 piue uulnerari fuerint. Si quis præterea animæ defectus uel quada intrinsecus tacita oriri
 uideatur, hominẽ frequenter rapit, magisq; si certo ordine ac frequẽter redit. Cor præ-
 terea quo magis angustum est, eo magis ab ea peste tutum est. Imbecillis pueris, senib.
 mycropsysicisq; omnibus, conualescentibus, fame laborantibus peculiare id malum est.
 Deliquium quod à repentina causa non oritur, languidos prius uenarum pulsus reddit,
 facies pallefcere uidetur, palpebræ resoluuntur, extrema frigesunt, frigidus sudore rore-
 scit cutis, tremulũ redditur cor, ac languet ceruix. At uitio stomachi, nauisæ antecedit,
 ac uarij oculos colores subeunt, ex cerebro, uulua et iecore uita aut offensiones antee-
 dunt: sicuti & ex tinea, de quib. suo dicemus loco: ex ijs præter dolores, & crebras pun-
 ctiones dentib. strident, importunæq; clamant, ij & per superna quandoq; emittuntur.
 Animæ defectiõnis conclamatae indicium faciit, uana sternutatoria naribus indita, pul-
 sus formicans, exiguam prælagit spem. In lipothymia, hoc est leuiore animi defectu, nõ
 ex toto sensus, motusq; circa præcordia amittitur, & si extremorum motus intercidit,
 aut plurimum comminuat. Quibusdam senibus pulsus penitus conciderat, qui exin-
 de reuocatus diu postea uixere. In undis submersi post octo & quadraginta horas re-
 creati reuixere. Fœminæ aliquando in uulua cruciatu elata in sepulchris ad uitam re-
 diere: quæ pro alterius mortui sepultura detectæ locũ mutauere, atq; ita miserime mor-
 tue inuentæ sunt, septuaginta propterea & duas horas antequam humentur decreue-
 re: paria quoq; interualla debent ijs, qui animo deliquere sine manifesta causa.

Apoplexiæ futu-
ræ nota.

Deliquium præ-
cedentia.

Desperatum deli-
quium.

Qui non statim
sepeliendũ.

De curatione. Cap. X.

ET quoniam animi defectus (ut demonstrauimus) extraordinarium malũ est, ac præ-
 sentissimum, omisla sæpe morbi origine, deficientes remedijs protinus euocandos
 censemus spiritus ad extrema reuocando, faciem irrorando, pectusq; pulsus, naresq;
 altringentibus frigidis & odoratis fouemus, stabelloq; ex nimio seruore, nimioq; gau-
 dio persflari iubemus. Alsiõses deficientes thermis calidiusculis ualidiores facimus. Qui
 uero uehemẽti fluxu exagitati sunt, frigidis altringentib. impositis quandoq; magis af-
 figuntur, seruant in primis, inquit Gal. spiritus euanescentes, membrorum meatus in-
 terclusi. In frigidis causis muschum naribus indita spiritus excitat subductos, in calidio-
 ribus, sandali citrei, rosa, uiola, uel cum camphora, sed mali perfici odor præcipue subue-
 nit, deinde cydoniorũ, aut aliorum pomorum, qualia melimela sunt: uinũ in primis odo-
 ratum, qualem nunc Cretense habetur, uulgo monouasiacum dictum, aut muscatum
 præcipui odoris iucundissimiq; saporis, mirumq; quomodo muschum etiamnum in py-
 rorum genere minimo transierit, superba (ut dicunt) cognominata: parua hæc & ocys-
 ma, sed ætate nostra & in maiora etiam serotina idem odor transiuit. uiam albam ac ni-
 gram quoq; iam occupauit, in alios fructus non transiuit is odor: in pruna ac ficus à no-
 bis frustra tentatũ est. Laudatissimus est carnis asæ succus expressus. In frigida causa
 præcipue

Spiritus quibus
ad exteriora eua-
centur.

Muschi odor id
quæ transierit.

præcipue prodest uinum, aut oui luteum. Iac quoque recēs potum subuenit, gallinaceorum quoque testes ualent, & gallinarum sublimatio destillans leui gustu cum aromate pro morbi ratione calido, aut refrigerante. Defectus ex spiritu uim subtilitate, aut meatu um laxitate, uinum iuuat stypticum, aut nigrum: quod ubi abscessus fuerit, omnino dānatur, aut humoris crudi copia, aut capitis dolor, aut uentris biliosus fluxus: tum enim ex rosacea iuuat aqua, aut uinum stypticum non austerum. Valet & panis recens uino madens commanducatus, & naribus subditus. Apprehendimus nares interdum, ut ad cor retrocedat spiritus. & uires excitet: cum pulegiū cum aceto acerrimo naribus olfactandum subiicimus, aut ocymū, garyophyllatum, aut calamentum, aut ex compositio nibus gallam muschatam. Nam & cucumeris odor in causa calida mire iuuat. Ac Onychum testæ nidore, uerū Bizantinā præferimus. Græcia inter suauissimos odores recentis ostrea habeat. In exuberante materia crassa frigida crudaq̄, in cibo calida extenuantia damus, uinumque aquosum offerimus. At ex calida materia subtili, euania, ex media materia, paulatim ac continue reficimus. In arido corpore animam deficientem hu mectantibus reficimus, & subductos spiritus iure gallinaceo saluari reficimus. in quo affectu constrictiones, extremorum ligaturæ, similiaque tormenta plurimū obsunt. Sed in stomachi uitio oleo styptico excalescēto apte utimur. Ex humorum oppilatione, ex qua spiritū transitū obstruitur, extrema molli manu perfricanda sunt, ac deligēda uel excalfacienda: in eo casu et uinum & cibum, ac balneum damnauere. At si ex nimio uo mitu fuerit, tū per inferna trahere opus est, ac è diuerso: in paroxismo, si lealia signa non affuerint, uehementer perfricabimus extrema, & in aurem nomen xgri magnis uocib. ac frequenter intonabimus: in faciēque rosacea perfundemus, nisi nimio correptus fuerit rigore: damnamus & id in uentris fluxu. nidore præterea odorato subuenimus, calefaciente, aut refrigerante, pro xgroti ratione quoniam in uulua pœnis dānari ab omnibus uideo, quæ tamen naturalibus iniecta mirè ualere traduntur. At si ex imbecillitate fuerit, uinum tum offerimus frigida apte refrigeratū, aut calida pro morbi ratione temperatum. Præter hæc, ad aperto ore theriaca linguam perfricamus, & sternutamēta euocamus naribus indito elleboro. In periodo bilioso, panem uino granato madentē præ gustandum damus, aut succi malorum syrupum, aut uix acerbæ succum. Verum si ex nimio sudoris profluuiū contigerit, frictions mortiferæ sunt, uinū q̄, ac balneū, uel spiritum pariter cōtumaciter retinere, aquam rosaceam frigidam, aut nymphetæ, aut myrri nam membris infundes, uel si acatia incocta fuerit, aut sorbū, & similia. tum oculū prodest, in loco plano, ac frigido, in quo odorata frigida styptica uel refrigerantia flagrant. At si extrema frigida perseverant, meracius uinum cum aromate damus, ac per membra, gummi, mastiche, succinum, thus, in farinā redacta insperguntur: nā poros cutis cōplent, nec spiritum euanescere sinunt, rhodosaccharum nouū sudores nimios cohercet ex frigida potum, uel aqua portulacea, aut ex plantagine. Deliquium ex uentris fluxu, ex cholera uel alijs causis, quibus uires incessanter resoluuntur, aqua frigida protinus in faciem regetimus, ac nates apprehendimus, osq̄ stomachi leuiter affricamus, manus pariter & brachia uehemēter deligamus. At ex narium sanguinis profluuiū, uel uulnere in capite, uel ipsi uomitio nib. crura è diuerso astringamus: In mensū præcipiti profluuiū, mammis cucurbitulas apponimus. Vomitionib. exhausti, uino aqua frigida per mixto, recreantur: uerū febris et capitis ratio habēda est. In omni sanguinis profluuiū uinum crassum ac nigrū prodest: ex stomachi rosionib, aut punctio nib. aqua calida prodest, ac si uentri plena uesica imposita fuerit, & si pedes manusq̄ in calida paulisper macerentur. At si ex difficili uomitu fuerit, oleū calescētum & potū iuuat, nam aluum mol lit, si uomitum non ciet. Quidam stomachum nardo, mastiche, cydoniorum succo, aut cauliculorum tenerrimorū uitis illiniunt: spontaneum duntaxat uomitū laudantes. In petum humoris in stomachum suspendit, Galeno autore, uino panis madens styptico, ac tenui, at ex phlegmate, meraci, quale est salernum, aut rheticum. Ex uenarum oppilatione, oxymel laudatissimum est, ac hysopinus syrupus, & his similia quæ urinā ciunt. Vbi ex distemperantia calida, aut frigida membrorū principalium euenerit, contrarijs occurrimus remedijs. Verum ubi ex dolore contigerit, is in primis sedandus est cataplasmatris

In arido corpore deliquij animi cura.

Curatio deliquij ex uentris fluxu.

plasmatis, & ligaturis uehementioribus extrema obligabis, tum & labor & uinum uitandū est, si remedijs non cedit dolor, quæ torporem inducunt coacti imponimus, quale inter composita phylonium habetur, uerum in oris stomachi doloribus, aquam calescētam copiose damus, ac eam uomere cogimus: non uomentibus, oleum damus amygdalinum dulce, quo aut uomunt, aut aluum exonerant, tum absinthium in mullā decoctum & impositum mire stomachum dissolutum iuuat. Animæ defectus ex uomi ca aperta, aut hydropē soluta, quæ spiritus recreant protinus danda sunt, quæ iam paulo ante dicta sunt. Eadem et in sanguinis missione obseruari uolumus, eos præseruamus à deliquio, si supinis mittitur sanguis, ac naribus odorata subdita fuerint, rosacea, uino, & aceto permixtis, uino quoq̄ granato madens panis, si deuoratur, salutaris est. Ex iecoris aut stomachi abscessu si spiritus abducitur, nec ex cibo, aut potu uel nimio somno uillum quærendum est auxiliū, alioquin materiam augent. Ex uenenatis demū icteribus, aut uenenis potuonati suis remedijs sanantur, de quibus in libris nostris diximus. In uniuersum mirè ualere tradunt contra omnia uenena & uenenata animalia, ossicula quæ in ceruorum corde inueniuntur, de ossē uero, quod iuxta oculos coacta lachrymali materia reperitur, recentiorum medicorum sola extat mentio.

Deliquium animi ex missione sanguinis.

Contra uenena præstas remedijs

Compositioes ad animi defectus, Cap. XI.

EX compositionibus quæ animi defectibus subueniunt et laudantur, succi rosarum 3. 2. succini, auri puri subtilissimi limati, hyacynthi lapilli, margaritarum ana 3. 1. ex aqua rosacea muschata flant orbiculi quatuor, auri folio inuoluti, unus in die salubriter deuoretur, addunt alij ex ceruino corde os contritum. Alia compositio, qua etiam uires recreantur, habet rosarum rubentium, glycyrrhizæ, cinnamomi ana 3. 2. nucis muscate, xylo aloës, onycis, mastichis, cortices citrei mali, ac seminis eiusdem, radice porticæ, malobathri, myrobalani, zingiberis, ocymi, garyophyllati seminis, zedariæ, calami aromatici, cardamomi ana 3. s. nardi, croci, machir ana grana. 15. ossis ceruini cordis, margaritarum, hyacynthi, smaragdi, saphyri, auri puri, coralli rubentis, sandali omnis generis, ana 3. 1. seminis cucurbitæ, cucumeris satui, melopeponis, nucis pineæ, quæ prius calida macerentur rosacea, amygdalarum, pistaciorum purgatorum ana 3. 6. contrita in sacchari candidissimi libris duabus ex buglossi decocto, & aqua rosacea in pastillos digerantur, ex materia calidiori. Continet alia compositio farinæ fere omnium lapillorum 3. 6. margaritarum, succini, ossis ceruini (ut diximus) cordis, corallorum rubentium, auri puri ana 3. 1. rosarum, sandalorum trium generum, coriandri præparati, succini odorati pontici ana 3. 1. croci, myrobalarum 3. 1. seminis melopeponis, cucumeris ana 3. 3. rosati & buglossati conditi ana quantum satis sit, ex aqua rosata, aut uino albo frigida temperato. Potio uel in febris acuta cordi subueniens, habet florum uiolarum, rosarum, nymphetæ, buglossi ana 3. 2. seris seminis, oxylapathi satui, lactucæ ana 3. s. ea pomorum succo feruefacito, & percolato, succo sacchari albi addito quantum opus sit: ac succi citrei mali, aut mali punici plusculum superinfundito & rursus subferuefacito. Alia potio in furioso humore ac perdito, habet acetosæ, seris satuiæ, oxis, trifolij, florum cucurbitæ, nymphetæ, uiolarum, ana M. unum, corticis radice mandragoræ 3. 2. sandali omnis generis, rosarum rubentium, spodij, floris buglossi 3. s. ex aqua feruefiant percolato decocto, ad de sacchari albi limi quantum satis sit, adde syrupi granati, mali acrioris parum, ac sandali cerei plusculum farinæ. Quidam & exiguum camphoræ subiungunt. Ad cordis uitia ex causa frigida continet maioranæ succi, melissophylli, ocymi, gariophyllati, ac mentæ ana 3. 6. purus ac defecatus reddatur succus, in quo citrei mali cortices addantur, & subferuefiant, & percolato succo superadde sacchari albi quantum satis sit. Syrupus in cordis affectibus ex materia frigida: Habet maioranæ, betonicæ, serpilli, saturciæ, mellissophylli, ocymi, gariophyllati, calamethi, corticis citrei mali ana M. s. zedariæ, doronici, myrobalani odoratoris, cinnamomi, iunci quadrati, glycyrrhizæ, xylobalsami, carpo balsami ana 3. 3. in aqua feruefacito, sic ut dimidium absumatur, & percolato, & quarta partem uini cretensis monouasiatici adijceto, & sacchari albi quantum satis sit, addito nardi, spicæ, ac machir plusculum, aromatizandi gratia, uncia datur ex mulso summo mane. At in passionibus cordis ex melancholia aliter conficitur. Habet chamædrydys, chamæ-

Potio in acuta febris cordi subueniens.

Ad cordis affectiones ex causa frigida.

chamæpytis, mellisso phylli, maioranæ, foeniculi, buglossi, cichorii, thymi, florum chamomilæ ana grā. i. eo modo concoquito, adde saccharum, & fenæ siliquas ꝑ. pōdere, xyloaloeis deinde & croco aromatizetur.

De anima defectu ex Galeno, Cap. XII.

AT id uitium Galenus sanari tradit missione sanguinis, si affectus ex uniuersi corporis uitio contigerit: deiectionem pariter & balneū, in ea causā laudauit. In corpore uero arido ex affectu stomachi animi deliquium inhibet tum cibustum potus meracior. At in stomachica defectione ex humore frigido, exuperante cibo opus non est. Cogimur tamen periculum euitantes neglecta symptomatis causā paululum meri exhibere. Sed deiecere uentrem peculiare auxiliū est, tum enim hypochondria tument, ac facies liuore discoloratur, obtuso pulsū ac languido, tum maxime nocet sanguinis dimissio: nam & qui repente deficiunt, ij neque deiectionem sustinent, sed frictionibus opus est à cruribus linteo non molli, dein ad brachia. Doloribus uero ex frictionibus ipsi oleo calastico subuenimus, quale sabinum est, in potu nullum commendatur cum decocto hyssopi. Tum inedia maxime iuuat: & si uires redierint clystere confidentius aluum exinanito, ac psisanæ succum dabis cum mellicrato, exinde panem cum uino mixtum dabis, si uiscera principalia sine phlegmone non fuerint, tum enim salutis locus non est, atque à criminatione te uendicabis, si de morte præfagiū feceris. Sed ubi ex flaua bili malum irreperit ad os uentris, frigida potio offerenda est. Sed quibus uinum dandum sit, Gal. Surrentinum, Signinum, Tiburtinum & Marsicum in Italia generosa uina laudauit, styptica quidem omnia sed non æqualiter, nam Surrentinum temperate astringit: mitiora enim uina bilioso stomacho conueniunt. At Falernum, inquit, crudis prodest humoribus, & stomachum firmat. Orientis populis Arusiū & Lesbium conueniunt. Rheticum in agro Veronensi laudatissimum est, Gal. ignotum, uites enim anni mire excitat: Nam Amineum quoque idem autor in Italia commendauit. At uino Pucino etiam ætate nostra principatus datur in sinu Adriatici maris, non procul à Timauo fonte, saxeo, colle, maritimo afflatu, paucas (inquit Plinius) coquente anaphoras, nec aliud aptius medicamentis iudicatur, hoc esse, inquit, crediderim, quod Greci celebrantes miris laudibus Pyetanum appellauerunt ex Adriatico sinu. Augustus Setinum prætulit cunctis, & ferè sequuti principes propter confessa experimenta, ad cruditates noxias ualere. Signinum austeritate nimia continenda uile alio inter medicamenta numeratur. Nunc uina inficere herbis, ac medicamentis, sale, alumine q; didicere, ut uendibile uinum fiat, colore nigro, aut sanguineo ebulli baccis, uel ut clarescat supra naturam, minus innocens est, si sapã admiscerit. Non laudatur inter uina quod Greci ἀγλυκίς uocant, hoc est semper mustum, id euenit cura, quia feruere prohibetur. At quod diachyton uocatur optimi saporis odoris q; est, uuis in sole siccatis loco chiso per dies 7. in cratibus totidem, pedibus à terra alte, noctibus à rore defensis, octauo die calcatis. At quælibet provincia de generositate contendit, & sua quæq; laudat. At si quis ualidior capite fuerit ac ea uina adamauerit, eis uti (ut Gal. tradit) confidentius potest: namq; Lesbium capiti nocet, ac Falernum, quia calidiora sunt. Austeria uentres corroborant, nec caput lædunt: deliquio ex flaua bili, si ea uina non sunt, austeria & noua euitabimus, crassa præferim, uetula aquosa dabimus, nam iuuant nec calefaciunt: repente q; defectui subueniunt: fulua digestioni conueniunt, illa urinam ciunt, & febrim minime excitant.

Quod uini generosum in animi deliquio dandum.

Rheticum uini.

Pucina uina.

Uinum diachyton.

Colostratio Aegineta.

De mammarum uitio, Cap. XII.

MAMMARUM uitium est, quæ colostratio uocatur, à partu coagulato in māmīs lacte, phlegmonis abscessus est, ut inquit Aegineta. Initio spongijs aceto infusis utendum est, aut puluis tritis ex aceto, aut ouo ex rosaceo, aut alumine & psyllio cum coriandro, aut portulacam imponito, aut pyritem lapidem cum cerato. In crescente morbo ac suppurante abscessu, molle panis ex aqua & oleo aut mullso superimponito, aut panem

panem ipsū cum perdicio herba uiridi, aut fabarum pollinem cum mullā aut decocto. Aqua calida fouenda mammæ sunt, uel scenogræci decocto, uel malua, aut apia semine, gyri quoq; cum lini semine, aut scenogræci cum mullā, aut sesami semine cum melle uel butyro admixto, & his similia. Ad mammarum uero duriciem diamellite utendum tradit, ac malagmatis omnibus, suppurato abscessu. Gal. cymoleam, thus, oleum rosaceum, mixta laudauit, & initio spongiam aceto infusam. Alij oleo uiolæ luteæ cum mentha, quidam & coriandro utuntur receti, ac portulaca. In emplastris stychni succus ualet aut brassicæ, & eius folia imposita profunt, prodest magis, addito croco & myrtha. Tumentibus ac dolentibus mammis ex impetu calido, prodest fabalis farina ex oxymellitē, aut stychnū ex oleo rosaceo, in crescente morbo eadem farina cum melilotiflorē ex oleo sesamino & aqua, uel eadem farina cum hordeacea & scenogræco, addito ouo luteo, croco, & myrtha. Verum aliquando ex laterū dolore ad mammas expellitur materia, quam discuti periculosum est, sed ad suppurationem satius duci debet: ueteres cicuta folijs utebantur, & portulaca cum melle, aut cimolia creta: à partu tumētibus bacchar imponebant, aut hemerocallis folia, aut eruum, aut lentem ex aqua marina decoctam, aut uinaceos cum sale, fecem quoq; uini madidam: succo quoq; crudorū cotoneorum utebantur, semine q; hyoscyami ex uino. Atzoum quod digitellum uocamus, remedium est, chelidonia item doloribus prodest anserinus adeps. Est inter mammarum uitia quod pilare uocant, quod hauitu pili Arist. & alij fieri putant. Plinius pilos in mammis à partu innasci tradit, eos mastos herba (ut inquit) sanat indita. In frigidis tumoribus apium prodesse tradunt, anthemidem, hoc est, chamomilam, & ruta syluestrem decoctam. Radix aristalthæ in doloribus & inflammationibus lana adalligata nigra prodest, uel radix althææ cum uino albo decocta: nuce cū ruta, brucia pix subferuefacta cum polline farraeo, tragi item farina, tumentes à partu simū murinū aqua pluuiā dilutum. Collectionibus lac muliebre cum thure prodest uermes q; terreni per se impositi, nam concoquant, aperiant, extrahunt q;, et ad cicatricem perducunt. Compositio emplastri idē præstat, qua semper probato experimento uisum. Habet quinque folij, chelidonia, calendula, malua, uiolæ foliorū ana partes æquales ex aqua fontana feruefacito, ac percolato, abiectis herbis, succo adde farina hordeaceam quantum opus sit, iterum ebulliant ad pulvis spissitudinē, adde & gallinacæ adipis & axungia, ac olei chamomelini singulorū quod satis sit, quæ simul feruefacito, atq; imponito, nā aut discuti tumorem, aut sine ferro aperit & maturat, sine q; linamento hoc est rotunda per sanat. Duriciem ex collectione axungia cum calce illita, testæ ostreorum cinis, uel muricis uel purpuræ, cum melle. Nodi uero ac glandulæ folijs persici mali recentibus, & rutæ unā contritis sanantur.

Pilare mammarum uitium.

Collectiones māmārum que curant.

Archigenis ad mammarum ulcera uel nomas uel cacothie, Cap. XIII.

VINI adriani, refert Aegineta, sextarios 10. thyllis coriarij lb. i. ciparilli cornu lb. i. gallæ immaturæ nigre ꝑ. 6. castæ p. 6. contrita in uino infunduntur diebus decem abiecta materia ignis uapore ciparillino baculo permisceto, donec dimidium super sit: exinde linteo percolatur, rursus q; ad mellis spissitudinem percoquitur, ac uetro ad usum referuatur, phagedenis ulceribus purus. At si nimia spissitudo fuerit, uino styptico diluatur, nam & reliqua mammarū ulcera & aliarum partium sanat.

Ad lactis ubertatem, Cap. XVI.

QUæ lactis ubertatem faciant, in libris quos de tuenda sanitate addidimus, satis diximus, experimento tamen constat ut aliqua remedia transcurfu quodā dicantur, laudauere uermium terrestrium si exiccantur, farina ex aqua potam duū obolorum pōdere, aut ex uino, aut marini draconis inter quiscuilias pisciculorum reperti cinis ex uino potus: prouentum enim lactis facit. Galenus in parabilibus remedijs, raphani, inquit, decoctū ex uino cū fursure potū prodest, aut cū radice foeniculi, aut melanthiū ex mullso ꝑ. pondere. Aut porri decoctū, & potum, foeniculi item radice & hordeū tostum in aqua decocta, & percolato succo addito q; butyro in potu datur. Hipposelinū in potu datur, cardamomum cum uino datur per se, uel agni semē cum uino: sed acria omnia euitanda sunt, & salsa, cruda q; olera quib. humorem lactescere in māmīs nō cōtingit.

t 3 Quæ

Emplastrum contra lactis prouentum à partu.

Matronæ Venetæ, quæ crescere mammas non patiuntur ex partu, emplastrum ex melle, croco & terebinthina conficiunt & imponunt: iuscula non bibunt, nec uinum album, tenue, sed & aqua marina foru prodest.

Quæ minuant mammas.

Mamas à uirginitate illitas iucco cicuta semper esse staturas, Anaxilaus auctor est. Galenus spongiam ex aceto madentem superimponi iubet. Folia epimedij cum uino trita mammas uirginum cohibent, ut perpetuo stent uirgini. grana fimi leporis & coagulum eiusdem imponitur. Squatinæ illitæ crescere non patiuntur mamas. Quorum perdisis putaminum cinis, cadmix mixtus & ceræ, stantes mammas seruat. Mamas uastiores minuit: terra samia aut lemnia cum melle panis, aceto & melle, addita exigua papaueris lachryma. Aut eadem terra uel ipsa ex uia collecta p. .i. seminis hyoscyami p. .i. ex aceto superillinitur, radix lilij cum cumino ex melle imponitur, aut hyoscyami succus, addito ammoniaco, aut immaturæ gallæ farina ex melle, si nouem dieb. illinatur, aut hipocystidis succus & corticis mali granati, plumbi uisti cum sulphure, omnium æquis portionibus. Aluminis, cerussæ, plumbi combusti, lentis tostæ farinæ, ex succo plantaginis, coguntur, & mammis imponuntur uel psyllij seminis marcor ex aceto, mixto hyoscyami succo, tribus diebus. Paulus cyminum tritum ex aqua imponi suadet ac spongiam aceto infusam superimponi docet, ac fascijs pectus alligari: post triduum cyminum emouet & lilij bulbos tritos cum melle rursum triduo circumdato: ter in mensidem facito. Cotis quoque farina mammas uirgini crescere prohibet.

Si uitio sanguinis est, demere prius necesse est, ac corpus perurgare. Sibilis uitio fuerit, eam perurgabis: in utraq; causa humores temperabis. Graueolentiam abolet iris, scholymontq; per senam per urinam effluit id uitium. Corporis odorem iucundam facit asphodelus cum iride arida & sale exiguo. Alarum quoq; & foeminum uitia eadem tollit asphodeli radix cocta cum hyoscyamo et pice liquida. Rosæ quoq; succus per se, oleum q; myrteum seminis foenograci decoctum graueolentiæ alarum emendat, nitrum quoq; ex aqua quotidiano foru earum uirus tollit, & alumen, nam & sudores sedant, cyperum cum oleo illitum. Nos experti sumus argenti uel purgamenta siue mobilidnam ex aceto feruefacta ac percolata, decocto illito, protinus ualere. At Aegineta eas mixturas laudat, aluminis liquidæ p. .i. myrrhæ p. .i. uino diluta illinuntur. Alia, molibdenam combustam uino odoratori extinctam, conterit o aridam cum exiguo uino, adde myrrhæ pollinem ad spissitudinem. Alia, lithargyri ʒ. .iij. myrrhæ ʒ. .ii. amomi ʒ. .i. uino diluantur. Alia item, aluminis liquidæ ʒ. .s. amomi, myrrhæ, spicæ nardi ana ʒ. .i. uino contrita admisceantur.

Ad dolores præcordiorum quid profici.

Si præcordiorum duritiã iecoris, aut splenis, uel stomachi causa contigerit ex uenarum oppilatione, ad ea quæ aperiunt (de quibus dicturi sumus) recurrendum est. Sed nunc simplicium duntaxat quorundam facultates assignabimus: eorum duritiã ocymum in uino coctum potum q; sanat, & anisum commanducatum, aliquot diebus rosa, asarum in mulso potum, coccorum, & centum capita in aqua mulsa, thymum quoq; & laser per se ex eadem mulsa, oleum coccinum præcordia priuatim purgat. Doloribus præcordiorum, bibuntur, pseudonij rami, uel semine foenograci, utilissimæ sunt radices acori, & peucedani. Clymeni semen, uolucrum latini uocant, triginta diebus potum denarij pondere ex uino albo: betonicæ farina ex melle & aceto: scyllite utilissima est, therisacum cibo ex aceto, serunt eam & in hortis. Percussis præcordijs prodest aristogeton pota: præcordiorum desiderijs omnibus succus smyrnini uel radice expressus. Præcordia rigentiã piscinæ maris corrigunt, tumores eorum portulaca cocta sedat, & hordei farina cum oleo & foenogracio uel in febrili cum melle & adipe gallinaceo.

Alexandri

ALEXANDRI BENE

DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXI

milianum Cæsarem Augustum Imperatorem inuictissimum, de stomachicis quibusdam affectibus, Lib. XI.

Proœmium.



Equuntur membri principalis diri affectus, atque periculosi, hoc est stomachi, ex quibus totum corpus male afficitur: nam paterfamilias (ut diximus, in anatomicis) appellatur. Sicut enim terra, (ut tradit Galenus) plantis alimentum iuggerit, ita & stomachus alimenti nutrimentum subministrat. Nam si ulla affuerit pluuia arefcunt plantæ, animantia cum à terra separata sint, uenter illis attributus est, sicut plantis terræ elementum, à natura q; ipsa sensatio attributa est, ut inanitionem, si patiat, sentiat, tum ad capefcendum cibum, mouetur animal: pasto cibo & cõcocto uenæ corporis replentur. Is naturalis motus cibi desiderium, aut fames uocatur, cum in ediam sustinere non potest, tum enim oris stomachi partes, quæ præcordia à Græcis uocantur, præcipue læduntur; ij enim affectus sub tactus genere habentur, ac inter cætera mēbra, nullum est quod magis sentire credatur, unde si id male afficitur, ad omnia membra protinus transire malum cernitur, unde animi deliquium saepe oboritur, anhelandi quoque difficultas, comitiales morbi, mentis alienationes, furores, ac similia, neruorum suorum ac cerebrum communicatione plurimi sensus, apparent, gemini enim nerui sunt omnium nobilissimi, qui à natura constituti sunt. Hinc cibi tædium, si parum aut nihil prope desiderat. Vitiari uero desiderium dicimus, si potum, aut cibum nimium expetit, aut si importunè carbones aut cinerem, ollam q; incoctã, sed infolatum duntaxat, præter naturam appetuerit, non tum ex uenarum exinanitione, sed ne ruorum uitio contingit, qui ex cerebro, ut dictum est, descendunt. Sed naturalis namque fames, exinanitis uenæ sub cuti sunt, à propinquiorebus trahunt sanguinem, illæ à propinquis pariter exugunt, miro quodam naturæ ordine, donec à magnis uenis exhauriatur, postremo à stomacho attrahatur humiditas, haud dissimili (ut scribit Galenus) plantarum natura: fibræ enim arborum à terra succum habent, inde ad maiores radices, ex quibus per maiores ad maximos, ad truncum q; ue defertur concoctio & humor, inde per ramentorum seriem ad fructum & folia subit humoris benignitas, ac incessanter id euenit, si tempora suam seruauerint naturã. In animali sensus ipse uenas exugetes sentiens, famem excitat, unde uenæ mētericæ dictæ in longa fame à uenis maioribus, quib. subministrare solite sunt, exugunt, quæ circa intestina ualidiores sunt: uidi mus in hecticis cõsumptis easdē pertumidas sanguine diuerso naturæ ordine uenas mētericas. Damnatur qui & caninus appetitus appellatur, bulimia dicitur fames, stomachi patula & perpetua edendi expectatione, ex acetoso humore stomachum expungente. Idem euenit cū corpora nimia dissolutione, aut nimio calore resoluuntur: unde perpetua & cõtinua esuritione excruciat, uenarum suctu, ueluti in naturali fame, ex humoribus frigidis stomachum compungentibus, frigus enim tunicas stomachi coërcet, atq; alstringit. At saluus humor cholericus ue, si stomachum remordet siti excruciat, nec famem excitat: calor enim humores dissoluit, ac liquefacit, quibus fluentibus, inanita uasa replentur, unde sitis urget. At cum in tunicis stomachi mali humores continentur, aut mucidi hærent, ut in prægnantibus, à Gal. cistã uel citta dicitur, quam malaciã Latini uocare maluerunt, tum enim acetosa, acria uel acuta, uel cimoleam, carbones, ollarias testas crudas appetunt. Id uitium circiter secundum & tertium mensē innascitur, in quarto uotionibus remittitur, uel conceptus ipse portionem exhaurit. Sitis uero uitia sunt cum quis bibere nihil desiderat, ex nimia & intemperata frigiditate, ac humiditate. Sitis corrupta ex eisdem quoque malis producit humoribus in eisdē tuniculis inclusi cholericis, aut saluginosis, uel si naturalis humiditas stomachi arefacta fuerit. Sed qui uiperarum genus quoddam (ut tradit Galenus) gustauerint incredibili siti afficiuntur,

Stomachus paterfamilias dicitur.

Præcordia.

Stomachum male affectum quæ sequantur.

Desiderium stomachi uitiatum.

Venæ mētericæ in fame recipiunt alimentum ab ijs quibus ministrantur.

Citta Malacia.

Sitis uitiata.

Dipsat. has dipladas uocauerunt, de quibus inter uenenata diximus. Scimus (inquit idem autor) messorum quendam siui affectum fuisse, quod aquam, in qua ea fera mortua fuisset, ebibisset. Alterum quod uinum meracissimum uetustissimumque ad ebrietatem potasset, aliosque quod sicut diu sustinuerunt. Sunt praeter has affectiones, & stomachi dolores ex humore acuto perungente, unde anhelitus praefocationes & uirium defectus sequuntur. Nec mirum, si quosdam pede aut digito colliso animi deliquio procubuisse uideamus, tanta est in rebus humanis fragilitas. Affecto enim stomacho per arteriam & uenam magnam ad cordis uitalia malum perducitur. Ex uitreo interdum phlegmate os stomachi laeditur, aut pernicioso uento incluso frigido inflante, aut frigida pota, aut ueneno potionatis, ueluti fungis, & ijs haud dissimilibus. Sed inter diros cruciatus annumeratur, oris stomachi ardens inflammatio, exinde dolores, torsionesque, ac resiones, intercisionesque. Cum ibi contrarij humores consistant, singultus infiniti, fluctiones, mala & difficilis concoctio, quae dispepsia dicitur, distentio deinde, & dissolutio, fluctuatio & aestuatio, uel si acida ructuat, uel si nauisus, & uomitionibus effundatur. Alia quae stomachi inextricabilia uitia habentur: spasmi praeterea infestissimi sunt, ac operantur quoque abscessus, exulcerationesque & ardores, imbecillitatesque, ac cruditates. Vel si cibum non contineant, stomachi dicti a Galeno. Sunt & naturalia uitia incorrigibilia, ut si stomachus natura angustior factus fuerit: quam notis quibusdam deprehendimus, nam plurimo cibo distentus stomachus laeditur, sed frequenti cibo & modico non offenditur, qui bene concoquitur. At si uenter natura laxior est, cibus intus importune innatat, nec inconcoquendo quod satis sit, corrumpatur stomachus, ita enim a natura materia diminuta, aut nimia efficit, plurimum tamen cibi sustinet, magnitudo stomachi, ij instrumentarij morbi sunt. parem offensionem habet stomachi rotunditas, in quo cibus grauior sentitur, qui ad ima haustus protinus delabatur. Ventris quoque polius notatur, nam si ad extrema prominat, aut nimium diaphragma supprimat, damnatur: quoniam ille concoctioni, hic respirationi aduersetur. Inter instrumentarias quoque affectiones annumeratur staminis leuior contextus, unde & naturalis calor infirmior redditur: textura tamen alio qui quam par sit crassior ad concoquendum incongrua est, rugas enim eo modo difficulter contrahit: tenuitas ipsa, aut ex humiditate laxante, aut siccitate consumente generatur, aut calore continuante absimitur, ut in morbis longis accidere solet: Ex frigido quoque (& si raro contingat) extenuatur uenter. Hinc ad corrigenda reliqua uitia organa quae sanari aut leuari possunt.

Oris stomachi inflammatio.

Dispepsia.

Stomachici. Innata stomachi uitia.

Morbi instrumentales.

De asperitate stomachi nimia naturali aut leuitate. Cap. II.

Est & aliud stomachi organicum uitium, nimia quaedam stomachi asperitas, aut alijs quibus leuitas importuna, qua cibus ad intestina citius quam opus sit labitur. In illa uenter asper est, ueluti in bubus denticulatus callus est in ore & in uentre, ubi crenae maxime conspicuae sunt, in homine multo minores ad os stomachi, ut scobina fabri, leuior asperitas, sicuti pyloron uersus in medio in modum rubi ad consiciendos cibos extans callus cernitur, nec in omnibus pares crenae (ut uideamus) apparent: nostri recentiores non ad concoquendum cibum, sed ad retinendum duntaxat facere putant, unde nimia asperitate, qua diutius cibus retineatur, siue nimia leuitate, qua cito profluit, corpora facile consumi tradidere. Asperitas pinguibus mollibusque uel cibis, altera stypticis leuatur.

Proulimatefis.

Inflatio uentris.

Si uenter naturaliter nimium extat, aut praeter naturam extumescent. Cap. III.

Inpositu aliud uitium est naturale, qui tumor uentris dicitur, extrinsecus enim prominens, innet proulimatefis dicitur, hoc est prominens positio: sanari id malum minime potest, difficulter enim cibos concoquunt, sacculo occurrimus plumae anserinae pleno, aut pelle uulturina. Inflatur caeterum uenter crasso intus incluso uento ex damnatis cibis, interdum ex membri imbecillitate: quod morientibus pluribus euidentius conspiciamus, uehementi namque calore non solum uentus generatur, sed discutitur, ut Arist. placet, quod aestate constat, hyme uero quia debilis sit, uenti non generantur, autumno ac uere acerrimae flant, quoniam in medio calor consistat. Ex ijs Galenus duas affert consimiles causas, hoc est nimium calorem ac frigus. ex quibus in uentre uentus non generetur: nam altera dissoluit,

dissoluit, altera materiam pigritat: sed ab imbecilli pariter caliditate excitatur, siue naturalis siue accidentalis fuerit. Inter infantia sunt, uerbi gratia, legumina omnia, & dulcia, uua recens, ficus, poma, mustum, allium, cepe, eruca, brassica, bulbi, lac, omnisque caseus, aut si cibus, qui facilliter concoquitur, secunda apponatur mensa, aut uenus crudo stomacho frequens, uel summam, si infirmus fuerit calor cum crassis & crudis humoribus, uel melancholicis. Ex uenis uero mesentericis oppilatis recrementa liquidiora fiunt, tum sanguis crassior in ipsis hypochondrijs redditur, ac ea pariter ratione distenduntur: ex quibus saepe furoris illud genus oritur, quod hypochondriale uocant, uapore melancholico ad cor & cerebrum pertinente, cum magno & ingenti ferè sonitu perturbatur uenter. Unde flatus per superna & uentris crepitus emittitur, sed id uitium magis autumno, quam caeteris temporibus, prouenit. Saepe finitis febribus acutis & pestiferis diro euentu apparet tumor, ueluti in morbo tympanitis. At inter caetera ex melancholia uentus intestinus damnatur, non sine enim animi moerore euenit, nam cibum a concoctione perturbat, & eum ad superiora subleuat, & concoctionem pariter inquietat. Ex notis distinguentibus sunt, ut Galen. tradit, ex cibis inflantibus, non perdurare uentris tumorem, ex caliditate remissa diutius perdurare, ex pituita excrementa liquidam aluum esse & mucosam, urinam albam spumofam, sine ulla siti. At ex humore melancholico arida excrementa fieri non sine siti, urinam tenuem esse, in glaucum uergentem. Sed aetas aegri, praeterea tempus, habitus, uictusque ratio magnam in ea re indicaturam refert.

Quae inflenti.

Hypochondriacis furor.

De curatione. Cap. IIII.

In ea curatione uictus rationem obseruamus, unde lactis usus damnatur ex Hippoc. sententia, quibus praecordia plurimum praetenduntur, magisque si sonant intestina ex multa intus materia. Tum balneum prodest, & thermarum quotidianus usus, ac cucurbitae umbilico impactae, sic & in uentrem iuuat dormire, ac meracius bibere, uel ex aromate, si plurimum tument ex partes. Inter cibaria metha apte imponitur, calamintha, ruta, eruca, ciminum, ligusticum, semen agni, uel inter condimenta mel despumatum ualet: uentum enim discutit, ac extrudit. Inter compositiones id tragema ad uentris inflationes laudatur, habet anisi, foeniculi, cartami ana ʒ. i. amimachir, zedoariae, cardamomi, cinnamomi, zingiberis, galangae, ana ʒ. 3. gariophyllorum ʒ. i. sacchari albi ʒ. 16. cochlearij mensura datur. Item rutae aridae, zingiberis ana ʒ. cum carycis sumitur pinguibus, uel simul torrefactis. Animaduertimus in materia plurima phlegmatica uel melancholica, materiam prius digestam per purgamus, ex oxymelite condito cum cyperi, anisi, ami, melancholijque decocto: in melancholica cum oxymelite, cum scolopendriae, capparis radicis, mastichis, anisique decocto, ad utranque causam modus est. si metha, mellisophylli, maioranae, corticis aridi, citrei mali, cyperi, calami aromatici, chamaepitidis, scolopendriae, radicis capparis, ana ʒ. 2. anisi, foeniculi, passulae, ana ʒ. i. thymi, calaminthae, hyssopi, ana ʒ. i. feruefiant in aqua lb. trinis, donec medietas super sit, & coletur, adde mellis libram, & cinnamomi & galangae plufculum uel aceti acerrimi stillam. Alium uero ducimus tripolio cum exiguo zingiberis ac mastichis paulo. Vel aliter, tripolij drachma, hierae semidrachma ex rhodomelite purissimo datur. In melancholica uero causa hiera Ruffini cum exiguo mastichis. In exundanti materia pilulas ex scordolafere damus. At oxymum peculiariter prodest inflationi: oleum liliinum, chamomelinum, fotu prodest miliari sacculo calefactum & impositum, aliqui salein & ciminum addunt. Alius sacculus componitur, ami, ligustici, cimini, lauri baccarum, rutae, melancholij seminis, pyrethri, chamomilae meliloti, olla calefacta imponuntur. Aut in ualidiori causa & melancholico tumore spongiam ex aceto imponimus: ex frigore oleum uiolarum lutearum & anhelitum prodest, cum cimini, & ami trito. Cauendum est dum uentum discutendum procuramus, ne inunctione utamur, quoniam cera meatus reprimat, ac oppilat, sed fomentis diutius ob eam rationem uti censemus. Prodest deinde oleum nardinum cum castoreo, ac irinum uel rraaceum, & Diapyganon medicamentum. Habet nitri, piperis, cimini infusi aceto, deinde tolli ana ʒ. 4. foliorum rutae aridorum omnium pondere. cribrata ex melle uel saccharo excipimus. Galenus macropiper in primis comendauit. Ruffici suo utuntur allio, sed inter compositiones theriaca nihil aequae utilius.

Quibus balneum uitandum.

Tragema ad uentris inflationes.

Diapyganon medicamentum.

De sto.

Hic morbus

Instrumentalium partium uitium oppilatio, aut earundem nimia, quæ pariter periculosa est, dilatatio, sed oppilatio prima est, quæ inter os stomachi & uentrem ipsum fieri contingit, quia uomitus, ructus, aut ipsa pituita intempertuè continetur. Alia è diuerso quæ ad intestina per pyloron tendit uia, tum uomitu quicquid in uentre continetur, expellitur, Iliacus dicitur morbus. Sed & alius meatus obstruitur, hoc est nerui à cerebro ad stomachum (de quo diximus) porus, quo obstructo animalis & sensu iuus spiritus prohibetur, tamen parum desiderij cibi, aut nullum quandoque contingit, quæ ægrè acutis & salis excitatur saporibus, uel acibus. At si porus selleus ad os stomachi ad inum quæ uentris ad concoquendum & ad intestina expellendum constipatus fuerit, tum mala concoctio inde habetur, ac inertem excrementorum per intestina secessum, nisi superabundans in uentre muscositas fuerit: sic & ictericus sequitur morbus, sicuti ad lienem atro colore cutis decoloratur, sed si uena à liene ad os stomachi obsessa fuerit, cibi desiderij nullum est, tum quæ lien plurimum tumet, aut infirmior est: & acutis pariter saporibus excitatur. At si quæ inter stomachum & iecur uenæ mesentericæ obstructæ fuerint, recrementorum fluxus est multus, ac fluidus, aquosus quæ, sanguinolentus interdum, uerum si iecoris uena quæ porta dicitur, oppilata fuerit, magis concoctus cruor ad intestina prolabitur. At si circa duntaxat uenas mesentericæ oppilatio fuerit, fluxus uentris sine ulla sanguinea tinctura profluit: uerum si utraque euenierit causa utriusque notæ apparebunt: unde & molesta sitis, ac membrorum consumptio, facies quæ pallor indicia erunt manifesta. Est & alia offensio quæ ex uia inter stomachum & iecur est, qua una nutritur: remittitur etenim sanguis ut alat membrum: quæ si obstruitur in omnibus functionibus stomachicis elanguet, quæ cum uniuerso corpore tabescit. At è diuerso ductum eandem ferè dilatatio obesse plurimum solet: illa præsertim, qua bilis folliculus ad stomachum riuulo quodam pertinet. uel quæ à liene ad stomachum fertur: in illa perpetua bilis æstuatio in uentre, cum quadam stomachi inflammatione, rosione, ac siti, quæ refrigerantibus plurimum mitigatur, tum excrementa discolorata excernuntur, in hac cibi plurimum desiderium apparet. Verum si supra modum atra bilis influxerit, oris stomachi sensum quodam ueluti torpore adimit: malè enim concoquunt, sed dolore & morsu quodam infestatur os stomachi, tum acetosæ nauasæ, ructus quæ acetosos emittunt.

Dilatatio uasorum.

De curatione oppilationum stomachi, Cap. VI.

In ea curatione astringentia damnantur, & quicquid crassum humorem generat: uerum attenuantia & aperientia iuuant: obest & quicquid frigidum assumitur, nam & nimium excalescens, quod exiccat, & durum reddit, dantur, omnia denique extrinsecus astringentia lædunt. At specialius oppilationem nerui, qui à cerebro ad stomachum pertinet, quæ paralyticis profunt, subueniunt, in quo affectu quæ torporem inducunt, dari non debent, tam simplicia quæ composita, nisi uetustate uirus deposuerint, tum enim iuuat, nam aperiant, & humorum reliquias absumunt: prodesse prodidere, costum, asarum, nardum quæ æquo pondere, si trita ex uino albo tenui bibantur. Inter lienem & stomachum transitum aperit, quæ in ictericis atris dicuntur, atque in lienis tumoribus. Nam bile atram expurgari oportet, ac ne eadem regeneretur, uictus ratione emendamus, si uia, quoque inter stomachum ac bilis folliculum, ex morbi regij curatione, præclusa fuerit remedia perquiremus, sicuti ad intestina præclusus transitus, ab iliacis & colicis doloribus auxilia fumentur. At uias inter iecur & stomachum, uel mesentericarum poros aperiant, quæ suis dicuntur locis. Vnde animaduertendum est, quod cum eadem mesentericarum oppilationem quidam inter stomachum & iecur, hoc est sub ipsis hypochondrijs tumor extare uideatur, cum uentris exterioris extenuatione, tabescit enim ea pars alimenti defectu, tum enim resolutis uiribus intempertuè fluit uenter: quoniam succus ex oppilationem ad iecur non transit, ex cibis crassioris substantiæ id euenire solet: si uetus id malum est mortem portendit, hæere enim cutis uentri uidetur intenta. In bobus labore consumptis cardapson uocant rustici irremediabile ferè malum est: uel in homine, quoniam quæ aperiant, & duram præsertim oppilationem procurant, calidiora sunt, propterea corpus magis exiccant & quæ è diuerso siccari occurrunt, boni

Cardapson bouis effectio.

boni nutrimenti humectantia sunt, quæ cum plurimum oppilant, ob id prius aperientibus opus est quam humectantibus, quia oppilatio nutrimentum, ne transeat, prohibet, utrumque præstat pituita & aqua hordeacea plus quam sit uersimile, nam aperit & humectat arefacta membra: sed is paulatim singulis diebus quid plusculum assumendo, æger assuefieri debet nec ullo pharmaco uexandus est, aut ulla sanguinis missione. Sed & alia potio utilis est: aqua seris, cucurbitæ, lupuli, foeniculi quæ cum modico albi sacchari: sed si maior frigiditas ægrum infestauerit, aquam foeniculi dabis & apij, cichorii quæ æquis portionibus cum saccharo, exiguo quæ cinnamomi, & xyloaloes per alium addes. At duriciei id emplastrum utile est, olei amygdalini utriusque, carini, ciprini, terebinthinae ana ʒ. i. iiris, floris iunci, cinnamomi ana ʒ. ʒ. cera exiguum. Si uero uia nimium dilatata fuerint, quod uitio nature contingit, sanari non possunt, quæ tamen inter stomachum & fellis folliculum est, is quæ habitudini calido stomachi ex continua cholerae effusione mitigari, uel corrigi possunt, ueluti quæ inter stomachum & lienem, is quæ atrabilem trahunt, uel quæ famem importunam sedant.

De stomachi uulneribus, Cap. VII.

Stomachus interdum aut uulneratur, aut compungitur, aut mordaci humore exulceratur, uel scinditur, sed incaute osciculo acuto deuorato, uel acu uel uitro quandoque perforatur, & uento aliquando intus incluso magno exteditur cruciatu. Vidimus mulieres duas quæ acus pariter crinales, uitri frustra, capillos quæ plusculos, quarum altera exanimata interijt, altera tres ingentes caudæ caninæ arefactos nodos euomuit, quæ ratione, aut quomodo prius ea hauserint ueneficia, in dubio est. Quidam genitæ flores luteos recentes aut arefactos, in potu dedere, ut concitatis uomitionibus, omnia ex fauce erumpunt. Ea uulnera aut alteram tunicarum duntaxat lædunt, aut ambas lacerant. Latiora stomachi uulnera, quæ pro Hippocratis sententia exitalia sunt, singulatus, & bilis uomitus insequitur, sanguis quæ: uel per alium interdum, & si quid cibi uel portionis assumptum est ex patefacto uulnere redditur: uenarum subinde pulsus elanguescunt, sudores tenues oriuntur, per quos extremæ partes exitaliter frigescent. si igitur tunica interioris læsa sunt: dolor uehemens, assumpto acetoso aliquo, uel acuto aut salso, tum uomitus, aut excrementa sanguinea sunt, tumet deinde uenter, ac dolet non sine febre. At si circa os stomachi punctura fuerit aut uulnus, ubi malum granatum est, in anteriori parte, ac ad 13. spondylion uehemens dolor insigitur, uel magnis aliquo acuto assumpto, tum anhelitus difficilior redditur, animus linquit, sudore extremorum pergelido. At si una pars uentris percussa fuerit, minus periculi facit, tum supra umbilicum dolor habetur, & alius sanguinea redditur. At in medio si offenditur uenter, inter utrunque augurium est. L. ues stomachi ictus Galeni uerbis sanari possunt.

Quibus casibus stomachus uulneretur.

De curatione, Cap. VIII.

Aeger primum temperato conclaui, non in plano, sine uento fumo quæ collocandus est, animo securus, sine multo sermone, sed tacitus quiescat, uel supinus dormiat. Cibus liquidus damnatur, qui quæ plurimus, ac difficilis concoctionis. Laudatur stypticus, aridiuscula substantiæ, non multi alimenti. & ad septimum usque diem à uini potione abstineat. exactis diebus nigrum stypticum extincti sapius chalibis aquæ dilutum prodest: quo nec nimium à siti uendicari debet ante septimum, ex eadem aqua cum syrupo rosato, aut rhodofaccharo uetere, uel cum syrupo myrtino interdum bibat, & parcius, tum & uinum mali punici saporis medijs modice bibat. Aluus iniecta glande exoneranda est, aut clystere mollitæda, eo membro uulnerato, sanguinis protinus missio necessaria est, aut uentris leuis deiectio, ex aloë lora, & rheumponico torrefacto, ac balanis citreis additis. Sed inter cætera uomitus damnatur: aut si humore mordaciori contigerit malum, eundem matutinis portionibus præparabis, ac deinde cathartico perpurgabitis: deinde is quæ leuiter uulnera agglutinant dabis, nec differendum est, mora enim difficiliora redduntur uulnera. Profundiora stypticis sanantur, in quo genere sunt balauitia, cortices mali granati, hypocystis, plantago, galla, hyppuris, rosa ac si-milia, agglutinantia styptica sunt, rubrica armeniaca, terra lemnia, thus, mastiche, tragacanthi, & reliqua gummi genera profunt, uel inter emplastra & extrinsecus impo-sita, sed &

Styptica.

sed & syrupus diamoron prodest cū sandalis, succino & spodio cum exiguo camphora: Medicamentum id quoque prodest, habet rhuffis cortices, rosas, & myrtum, spodiumq; cum galla trita componuntur cum syrupo rosaceo, & si in ore stomachi ictus fuerit, q magis agglutinant, pdesse uidentur, reliqua, à chirurgica disciplina habentur.

De dolore stomachi ex lapidis uel alterius rei ictu, Cap. IX.

EX eo ictu membri nobilitate protinus mortui sunt permulti: ceteri inedia xger continendus est, ac protinus sanguis demendus est ex iecoraria uena: in cibo pisa na uel alica danda est sine uino: alius singulis diebus mollienda est, ac materia ad extrema auertenda est: quidam d rri suadent leuiter astringentia in cibo ac potione, ex eo ictu sanguis quandoque erumpit tum rheumponicum prodest torrefactū cum uino styptico, uel rubrica lemnia: emplastrum præterea id imponitur, farinae hordeaceæ ʒ. ʒ. lada ni ʒ. s. rosarum ʒ. ʒ. aloës ʒ. ʒ. cum succo plantaginis, & oleo lilino. Aliud ex Oribasio, lapidis hæmatitis, succi syderitis, lithargyri, opij, galbani, mastichis, thuris, costi, lūbricorū, terretrium ana ʒ. i. picis naualis, colophonis, cereæ albæ drach. i. rosarum, myrti seminis, cordument, aloës ana drach. ʒ. uisci quercini ʒ. i. dissoluta hœdina pelle, ac percolata, in cacabo species imponantur & emplastrum lenta flāma fiat: id enterocœlicis mire quoque prodest ac prominenti umbilico. De lacte uero coagulato, ac sanguine conglobato, quibus terrentia plurima oriuntur, quibus terrentia plurima oriuntur, in libris quos de uenenis egimus, satis diximus.

De cibi rædio diminuto uel corrupto, Cap. X.

DE generibus & causis huius morbi, præterea que summam diximus, nunc narandum est. In hoc morbo naturalis animalis, eiusq; sensoria uis appetendi male habet, imò & rationalis quandoque afficitur in quibusdam mente commotis, qui comedere perseveranter nolunt. At in diminuto desiderio, naturalis duntaxat uirtus laborat, ἀνορεξία Græci uocant, & fastidium, assam non appetunt alij, quoniam membra nō facile resoluuntur: sicuti in quadam ætate nostra, uirgine sacerdotali, quæ inedia, pudet referre, pluribus mensibus sustinebat. Quidam Venetijs 16. diebus cōtinuis ieiunus fuit, habitu dine membrorum frigida, crasso phlegmate intus & incocto, meatibusq; corporis astrictis. Illa in miraculum patribus Romæ uenerat, unde experimētum pluribus studientibus dedit, Columba nomine. Cibi rædium euenit dimissa quotidiana exercitacione, aut deiectione naturali, uel medicamento neglecto, quibus singulis annis uti cōsueuerat, nam & corpora interdum, ut in conuiujs, multo alimento repleta difficulter resolubili, sine fame in triduum quandoque trahuntur. Aliter inertem facit appetentiam lienis obstrusus meatus, qui paulatim atram bilem effundit, quam à iecore attrahere solitus sit. Aut quia uis naturalis attrahens, aut sensitua animalis deliquerit, aut aliò diuertatur: & si cerebrum illafo simile uideatur, studio, ira, moerore, similibusq; animi passionibus: In neruo enim sextæ syzygiæ id euenit, de quo paulò ante dictum est, uel eiusdem oppilatione, uel si distentus fuisset uel præfectus. Quidam febri pestifera agitati à putri uaporis materia, pueriq; lumbricis uexati per hebdomadā sine cibi desiderio uitam duxere. Tum enim iecur uenis, & uenæ à stomacho, attractrice potentia inerte, non sugunt. Quod & totius corporis imbecillitate contingit, sanguinis profluuiò, uel dira totius corporis habitu dine: si uenæ quoque quæ sub cuti sunt, aut in musculis quoque in attrahendo sanguinē segriores factæ fuerint, ordo ille attractricis uirtutis ab ore tandem stomachi cessare necesse est: si calor quoque naturalis ac spiritus ipse deficiat, qui appetentiæ æterna instrumenta esse perhibentur, ex imbecilli quoque iecore id malum contingit hoc uel ex toto extinguitur, aut ex parte diminuitur. At si idem spiritus organicus in præternaturalem habitudinem transformatus fuerit, tum nonnulla homini naturæ insueta appetunt, quod prægnantibus contingit. Conualescentibus diminuitur ex longis uel acutis morbis, sanguine & spiritu comminuto. Vigilijs præterea, & continuatis ieiunijs, nimia uenere, uomitu, sudore sanguinis profluuiò, ardenti ætatis uapore. Materia quoque phlegmatica aquosa, qua os stomachi alluitur, distolutum reddit, uel eadem cruda & plurima ori stomachi adhærens, aut melancholica exuperans, qua uis stomachi dissoluitur, cibi rædium affert. Humor quoque salus, aut cholericus,

Quandiu quiddam inediam pertulerit.

Cibi rædium unde ueniat.

Æterna appetentiæ instrumenta.

cholericus, aut in ore uentris putris unde quaque infusus, aut ibidem progenitus. Naturale est stomachi nimietatem humoris aut uirus repellere, quare attrahendi uis omnis segrior efficitur, quo fit ut nauseatiua satietas ipsaq; frequens cōcoctio appetitum prosternat. Obest ipsius mēbri rarior textura, uel abscessus præcipue, aut propinqui membri communicantis apostema, uel uomica iecoris lienisq;. Ex quorum infirmitate uel mesentericarum uenarum imbecillitate, aut oppilatione: quoniam bilem hoc nō effundit ad os stomachi, uel ipsam uitiatam mittit, ulcera quoque stomachi & intestinorum: uel fecibus putribus distentus exterior uenter, uel incluso uento, aut corruptis humoribus, intestinorum uel lumbricis. Ex cerebri quoque destillationibus, uel apostemate. Non parit item refert si & in naribus aliquod affuerit uitium ozena aut polypus, quorum diro odore tanquam male olentia respiciantur: oris quoque amaritudo uel salbedo, quæ ægrotum à cibis amouent. At in prægnantium malacia molestissima est ac periculosa, de qua dictum est, uel incipientibus interdum mensibus, aut retento in tempestiue semine. Sunt & cibi quæ nauas mouent, ut cerebella & præpinguia quædam animalia, uisu tantum, sicut conspecto lepore marino, croci nanque natura rædium affert: nuces pinæ fastidium pariunt, cibi quoque qui in usu non sunt aut natura neglecti, glyres, ueluti uisforum caro, aut æquina, caleus uel, aut allium, aut si quid aliàs ue ueneno infectum fuerit. Dionora nostra in panici ferculo ueneno assumpto talem escam conspectam uomitionibus abhorrebat. Quidam uinum abominantur. Galenus tradit quendam panem certo tempore abhorruisse: intercedit & cibandi hora insueta, qua cibum tunc respuunt, uigiliæ quoque, aut nimius somnus, animalem potentiam, aut extinguit, aut supprimit. In flexu uentris cibi rædium oriri solet. Quibusdam dum cibum assumunt excitatur, aliquibus obtunditur.

De uarijs notis deiectionis appetitur, Cap. XI.

IN hoc uitio si recremēta plurima fuerint, exiguam corporis resolutionem significat, qua ad alimentum cibis requiratur: tum post exercitaciones excitatur desiderium, à uigilijs item abstinentiaq;, alioquin quædam corporis grauitas, animiq; segrior oriatur, ea cum plurimum ingluuias antecedit, ocium, somnusq; nimius torpori similis, ex quibus cruditates humoresq; crassi generantur, quibus meatus exinde oppilantur. Euenit & ea pariter corporis grauitas intermissa uenere, exercitacione, sanguinis demissione, balneisq; omis: tum spissitudo apparet cutis, ac mira inedia tolerantia. At ex uirium imbecillitate, calore & spiritu euanescente, æger sine uiribus est, qui cibū poscit, quod delibato, subinde negligit: tum macie conficitur corpus, uenæq; ue exinaniantur, non sine iecoris, ac stomachi damno: ex corporis uero distemperantia ex febrili ueluti acuta uel pestifera qua corpora contabescere, ac liquefieri solent. Ex diuturna quoque, aut sanguinis missione continuata, gonorrhœa, aut nimia & luxuriante uenere, corporis defatigacione, uigilijs, fame, & his similibus affectibus. Si sensus uero stomachi obtusior redditus sit, appetere tum nequit, assumptis acutis & aliquantisper mordentibus, ac subinde epoto uino meraco, tum neque nauas, neque singultus, neque erusiones uillas patitur stomachus: ceterum reliqua quæ assumuntur ueluti frigidiuscula percipiuntur, tum nullus dolor est, nulla uel exigua concoctio. Si uero ex phlegmate uiscoso hærente & agglutinato fuerit, tum dulcia, & unctiosa, insipidaq; ue abominabitur: sed potus calefacientia, acuta & incidentia sine siti exposcet. Phlegma uero crudum, acetositas eructuado emissa manifestabit sine digestionē, sed feruentia adamabit sine ulla siti cum quadam tamen uentris inflatione. Verum si phlegma salsum fuerit, quæ assumuntur, ore salso & subundo omnia salia esse creduntur, bilem quoque oris amaritudo sequitur, sitisq; ue ardens, & frigida grata existunt. Ex melancholico denique humore os acetosum est, animus corpusq; ue inquietus & inconstans, sed humorem denique corruptum nauas orisq; graueolentia sequitur, ieiunis præsertim, eructationes frequentes, foetidaq; excrementa sunt. Ex oppilatione ductuum lienis, membrum supra modum extumescit, aut sine tumore sola adest imbecillitas. Si uitio stomachi cōtingit, priores ægrotationes indicio erunt: ita euenit & aliorum membrorum communicatione, nam ægrotare ea prius necesse est, stomacho tamen incolumi. Ex uenarum mesentericarum

Cibi nauas mouentes.

Que deiciant appetitum.

s ricarum

ricarum oppilatione aluus liquida fluit, succosa, interdum alba, aliquando uirens. Ex in-
testinis demum animalibus sua signa aderunt, sicuti ex compressis mensibus.

Prognostica in desiderio cibi proiecto, Cap. XII.

Cibi fastidium
reciduum nunci-
ciare.

In omni fere morbo tam acuto quam longo deiectus appetitus malum refert augu-
rurum, in dysentericis praesertim, qui si perseverat deterior, cibi fastidium conualescen-
tibus reciduum praesagit, quod ex frigidityte contingit deterius est quam ex caliditate.
At ex imbecillitate iecoris, quod attrahendi potestas infirma sit, male de aegro pronunciat,
si enim cibum primo appetunt, & oblatum statim negligunt, deterior nota est, quam si
nihil prorsus adpeteret. Id praeterea ex habitu dine mala deterius habetur, quam si ex ali-
quo humore fieri uideatur, molestus quoque si sine febris acuta praesertim euenerit, e diuerso
in longis reputari solet morbis, in biliosis difficulter, in phlegmaticis facilius sanatur.
Ab aestate quoque calida facilius est, quam a cholericis habitu dine.

De curatione, Cap. XIII.

Si materiam membra exteriora non resoluunt caloris congeniti imbecillitate, aere se-
reno, subtili, montano ac calido aeger continendus est: ac cubiculo haud dissimili
qualitate noctu seruandus est: tum animi securitas, exercitationes, frictions, balneaque
iuuant meatus corporis dilatantia, & quicquid denique sudorem mouet: uigilare utique
neque supra modum conuenit. At si corporis plenitudine nimia, & exundante sangui-
ne, tum septentrionalis plaga plurimum prodest, hoc est, coelum subtile, uentofum exa-
refaciens, ceterum ferme eadem conueniunt: uerum abstinentia in primis laudatur, &
quicquid parum alit, uenusque moderata iuuat: uisum uero defectu aeris serenitas tem-
peramentumque iuuat, ac odoribus commendatum cubiculum, ubi cum letis facit
simisque sodalibus munda sint conuiuia, in quibus quaecunq; bene alunt, facileque con-
coquantur, & pro aegri desiderio apponantur: sed ante lenes frictions suauesque pro-
sunt, non rustica aut fabrilis manu. Vinum suaue meraciusculum esse debet, ceterum
quae conualescentibus temperata dari solent: nutrire enim corpus paulatim iuuat. At si

Quae conueni-
ant debili natu-
rali calori.

naturalis calor euauerit, tum myrrhata unguenta, & exotica odore iuuant, conclauis
calidiusculo anhelitus contumaciter continendus est, interdum subiraesci conuenit, ac
frictionibus uti, exerceri que prodest citra lassitudinem, ac laui, uel uigilare iuuat. Si cu-
ris uero, aut uesano cupidine a cibo & potu animum mentemque distraxerit, tum iustus
& inter sodales cantus grauiores sonusque, & lectiones graues conueniunt, & de sapo-
ribus cibisque, interea quaestio frequens fiat, & quaeque uel hilaritatem afferunt. At ubi
sensu a cerebro ad stomachi os aut sublatus ex toto, aut diminutus fuerit, eodem cu-
biculo isdemque odoribus utendum est: ubi subiraesci interdum iuuat, & inter socios
lata gaudia misceri, fricari interdum, & uigilare, corpusque excalescentibus conditus,
acrimonia aliqua addita, tum & uinum uetulum subausterum commendatur. Si uero
ab habitu dine calida simplici, uel materiali, aqua frigida modice pota prodest, quae aegris
se se recolligentibus ante cibum calorem natuum iugulat. damus & oxygalam uel po-
ma acida cruda uel tosta, item mora submatura, nam stomachum iuuant, & appetitum exci-
tant. Febricitantibus propterea appetitum conciliat panis aqua frigida madens. Refra-
gatur quoque mali cydonij succus, aut mali granati acrimonia, aut medius sapor, aut
uuae acerbae succus, acia quoque cerasa a quibusdam laurocerasa dicta: & quae acetosa
fercula, portionesque. Sed de aceto moderandum est, & si frigidus uiscosusque humores
digerat atque incidat: aequo capparum laudatur, & utrunque genus piperis uel cepae fra-
ctae naribus admota, lupini aqua macerati sale conditi, desiderio refragantur. Conuale-
scentibus in maximo cibi radio ex materia frigida uiscosa, oliuae quas colybadēs uocant
mirum subueniunt (ex Paulo) & cappares, muria enim natantes seruantur: piscium etiam
num salsamenta. Acetum scyllite iuuat linctum. Plebem alia oblectat mirum in modum,
caro in edulis aciduli saporis addito paulo piperis, ac gariophylli iuuat, uel adiecto
melle uel saccharo: refrigerata obest. prodest & raphani radix commanducata, uel qua
armoratiam uocant. Porrum quoque & nasturcium, uel ascalonia, hyssopumque, & eruea,
& ex his salsamenta. Ex aquosa uero pituita, quae in stomacho innatat, buccella bis cocta
& panis

praeterea.

panis nauticus, commanducatus exhaurit humorem, faba quoque torrefacta sub cine-
re, aut cicer cum uino meraco exiguo Cretensi, uel Rhetico, sed uetus magis iuuat: in
nausearum illa crebra satietate fames si sustinetur iuuat. Id Galenus plurimum laudauit.
Paulus aloen ex aqua potam, sed Galenus in ediam praetulit, quoniam is idem contigit,
qui dormire primum nequeunt, exinde in profundum somnum labuntur. In citra pra-
gnantium uinum meracius uetulum odoratum prodest, ac eduliorum condimenta sua
uisissima sine croco, quod cum plurimum ex frigido humore contingit (ut Paulus tra-
dit) uel si simili distemperamento, quae ex cydonijs malis componuntur, praecipue conue-
niunt, uel quae ex malorum succo fiunt, uel eorum carne, & diacitrum. Valet inter
malagmata marciaton, & diaomphacion, & similia. Damnatur balneum dulce, quod
appetentiam deiiciat, somnus quoque ac uigiliae immoderate, odoresque terri, & qui fa-
stidiunt praegnantem. Sed & mundicia famulantium necessaria est, uestimenta quoque
& mantilia munda, chlamides indumenta ipsa odoribus ac suffumigationibus gratis spi-
rent, oleosa, unctuosa, & quicquid nauseosum fuerit, procul esse debet. Quaedam ma-
trona conspecto mure in uia colliso & euiscerato, nauseis commotis, abortiuum fecit,
non sine uitae periculo. A cerebro & medullis abstineat & adipe, omnibusque intestinis
animalium. Vinum dulce damnatur: ex oleribus atriplex, spinachium, althaea, blitum, be-
ta, & aqua repens in potu. Sed in omni deiecto appetitu cibum deligendus est qui aegro
to gratus uideatur, & si parum deterior adiudicetur Hip. sententia. Spiritus autem no-
ster ad peculiarem quandoque cibum mouetur, ex causa occulta & nobis abdita. Va-
rietas ciborum confert, sed modus seruandus est, & uaria quoque condimenta tum co-
lore, tum sapore, modo gratiora fiant. Ex imbecillitate uinum fastiditibus exiguum offe-
rendum est: qui si incontinentes fuerint, uomitu concitato omnia regerant. Vinum fa-
stidium, quod omnibus subuenit hoc modo fit, in cado codes multi albi Graecanici aut
Rhetici, cogios quatuor, in eo poma matura odorata, dempto cortice uiginti ingeras,
rotidemque cydonia mala cortice & medio exempto, melpila quinquaginta, rhulsis se-
mipondo, croci 3. s. ad tertias feruefiant, & ita defrutum facito, uel passum si dimidium sit
per sit, uel sponte bulliat. Vinum quoque absinthite a Dioscoride celebratum. Decoctum quo-
que absinthij 10. diebus continuis appetentiam restituit, metha item eodem autore in con-
dimentis stomacho prodest, & eius farina trium digitorum carptu ex aqua in potu datur,
uomitibus enim sedat, & appetitum excitat. Iuuat & cleum omphacium, acetum cy-
doniatum, ex succo qui sponte acescit, fieri solet. Quidam coriandri praeparati, cinnamo-
mi, cardamomi, garyophyllorum ana 3. s. in aceti libris quinque, in quo cydonia diu no-
ctumque macerata fuerint, decoquant ad tertias, colant, & uitreo uase ad usum reseruant.
Maiores uires habet uinum pomorum ac pyrorum in quo chilibis frusta ignita extincta
fuerint, ac ex his malagmata imposta ualent. De membrorum uero communicationi-
bus, deque causis extraneis suis dicetur locis.

Citta praegan-
tium qua profunt

Malagmata

Vinum fastidium
quomodo fiat.

Dioscorides

De potionibus, Cap. XIII.

Si uis animalis defecta fuerit ex cerebri communitate, & neruorum inde descenden-
tium, damus quae cerebrum iuuant, & neruos ab eodem orientes, & ea quae stoma-
cho conferunt, qualia sunt diatrion pipereon, diacalamintha, diacymion, diagalanga.
& his si nilia. Verum si defectus ille ex humorum expulsiōne fuerit occupata natura,
sicuti in crisi no tempore, tum naturam actioni intentam dimittimus donec munus su-
um compleat, deinde habitudinem alterando calidiorem refrigerantibus adiuuamus,
syrupo pomorum & similibus. Sed medicamentum febricitantibus sine desiderio cibi,
habet carnis cydoniorum & malorum odoratorum dempto cortice, & interiori duro lb.
5. in aceto decocta comprimuntur, adde sacchari quantum satis sit, donec ad spissitudi-
nem redigatur: dein has species conijcito xyloaloes odorati semiunciam, mastichis du-
plum in aqua rosacea trita, dissoluta macerentur: iterum feruefacito, donec unitas fiat
spectabilis. Syrupus quoque ex limonibus cum calida sumptus: aliqui ea aromata super-
infundunt, rosarum 3. 10. rhulsis 3. 2. cardamomi 3. fiant trochisci cum acidulo succo, quo-
rum si unum ante cibum sumperis cum antedicto syrupo mire proficies. Alius syru-
pus, habet succi acrim pyrorum lb. 1. cydoniorum & citri acrimoniae ana lb. 2. aceti se-
& panis

Stomacho et
neruis conferenda

libram, pruna numero centum, seminum melopeponis, cucumeris magni ana unctias duas, & decocta ad dimidium coletur, & cum saccharo albo solido fiat syrupus, & cum sandalorum farina aromatizetur xyloaloë addito. Et trochiscus ad idem ualens hoc modo conficitur, rosæ aridæ drach. 10. thussis drach. 2. cardamomi drach. 1. in rotulas cum acri succo digerantur, singulos sumunt quotidie ante cibum cum cydoniorum uino. Syrupus ad idem in febrî acuta, habet succi pyrorum acrium libram, cydoniorum non ex toto maturorum, citrei q; mali succi, & limonis, ac arantij ana lb. 2. acetî quâ acerrimî selibram, pruna numero centum, seminis melopeponis 3. ablato cortice decoquantur, donec medietas supersit, percolato decocto cum albo saccharo: syrupus conficiatur, adde sandali farinam citrini, ac paulum xyloaloës: & ipsa quoque imposta malagmata iuuant, ex sandalorum singulorum, baccarum myrti, ipodij ana 3. 3. rosarum aridarum 3. 8. panis torrefacti aceto perfusi 3. totidem & cydonium crudum contusum, uel eiusdem succi 3. 8. acetî & aquæ rosacæ quantum sit lauis, cum farinæ hordei 3. 2. ante cibum stomacho imponitur. Aliter, olei cydoniorum, rosarum ana 3. 2. ceræ albæ 3. 4. cum coegerint aceto unctulum lauabis, exinde spodij ac rosarum aridarum farinam addes. si sitis fuerit uehemens oleum uiolaceum, ac cucurbitaceum superinfundes. A mala habitudine frigida id emplastrum probatur, xyloaloës, mastiche ana 3. 4. gariophyllorum puluis 3. 2. cum aqua rosacea dissoluantur, & æneo uase ebulliant ad mellis spissitudinem. Aliter cinnamomi 3. s. gariophyllorum 3. 2. galangæ, mastiche, machir ana 3. s. zingiberis 3. 1. cardamomi, nucis muscæ ana 3. 1. sacchari albi 3. 1. his contritis conspergitur panis si malagineus torrefactus uino cretensi austero infusus: id malagma mire prodest. In potu absinthij decoctum inter omnia auxilia præsentaneû remediû est, cuius succus per se alioquin dånatur, nam capitis dolores infert, sed ipsa herba, prodest, quæ si in uino albo austero maceretur, plurimum ualere scribunt. Ex eadem frigida causa theriaca laudatur, ac mythridaticum, syrupusq; ex absinthio. Prostant & balani chebuli q; conditi, ac zingiber. Malagma id imponitur, mastichis, xyloaloës, zedoariæ, galangæ, gariophyllorû, galliæ muscæ ana 3. 2. trita cum lentiscino oleo, aut balsameo cum fel is absinthij & methæ tritis cum simalagineo tosto ut dictum est, supra fidem conuenit. Aliud malagma utilissimum, habet mastichis 3. 8. olei nardini 3. 16. in mortario concorporentur, & leui flamma subinde superingerantur. Cinnamomi, nucis muscæ, galangæ ana 3. 1. xyloaloës, galliæ muscæ ana 3. s. calami aromatici 3. 2. ceræ 3. molli corio prætendantur, & stomacho id cerotarium imponatur ante prandium. Si bilis peccauerit, syrupus de seri acetosus, uel cum aceto commixtus. Ex humore frigido, syrupus de calamintha. Si phlegma uiscosum fuerit, oxymel scyllite & acetum scyllite commixtû, cum decima portione aquæ uini sublimati, si paulatim absorbeat: si uires sunt, faciles uomitiones iuuant. In cholericis epota tantum calida & digito in fauces dimisso reiecta prodest. Verum de ieiunio uentrem utiliter medicamento rosato uel scammonio, addito saccharo. Ex humore crasso cum uehementioribus aluum soluunt. At ex membrorum propinquorum uenarum q; oppilatione, agaricum maxime laudauimus, quod uis elus ad remotiora perueniat. Ex intraneorum animalibus, aloë cum pomorum succo prodest, ut Paulus docuit, uentriq; imponenda sunt quæ necant. Si cum eo affectu fluxus quoque uentris intercesserit, ex calidis humoribus, id medicamentû prodest: Habet succi mali cydonij lb. 2. acetî libram, sacchari albi puri duas, ad mellis spissitudinem feruefiant, adde si opus est trochiscos succini, ac spodij ana drach. 6. modus est ad semunciam ieiunis. Quidam uehementiam acetî formidant. At ex frigida causa aliud fieri debet: Continet mali cydonij succi, acetî & mellis ana lb. cum ebullit, despumato, & has species superindito, zingiberis, piperis albi, cinnamomi, calami aromatici, mastichis, thuris, machir, nasturtij torrefacti, omnium drachma, ieiunis datur, pondere semuncie. Id maxime placere uideo. M. Antonio Bono nostro. At reliqua symptomata ex aliorum membrorum communione luis dicetur locis.

Agarici uim ad remotiora peruenire.

M. Anto. Bonus

Deijs

Si erraticum stomachum excitat, fastidium abstergit. Et post uomitiones multas Sex pipere & mulso datur. Portulaca in acetarijs sumpta, lactuca q; ab Augusto olim celebrata. Vna quandiu decepta pependit, refrigerat & stomachi fastidium pellit, uel in ollis seruata, nam auiditatem excitat. Oenâthe ex aceto obolo pota, succus uiaz acerbæ, pruna, acria cerasa, mulsum q;, sed auiditate magis reuocat admixto aceto. Mora quoque & syluestria & fatiua. Pulegium quoque utrunq; cuminum q; ex uino. Et anisum, sinapis semen nauseam sedat, hyppomarathrum, thymum tritû cum sale, menta ex aceto uel imposta. Citreorum semina auiditatem excitant quæ ad stomachi firmitatem manduntur: lupini fastidium detrahunt. Stomachus modico uino recreatur, & ciborum appetitiam inuitatur, magis q; nouo, quâuis siti minus resistat. Absinthium in primis ualet, quoniam astringit, & fastidium abstergit, & eius malaciam discutit, cum sale & nardo gallico aceto exiguo addito: & nauseas maris per se in nauigationib. arcet.

Absinthium.

Pingua & oleosa, piscis refrigeratus, cerebrum quodcunque ac medulla uinum austerum largius sumptum, butyrum, oleum q; sesaminum, lac quoque a pastu anagyri, mire enim uomitiones, ac uentris fluxum concitat: fruticem enim male olet: raphanus uomiturus datur, allium ex uino, aut lauri folia 10. trita in aqua pota inter cœnam. Atriplex coctum per se, aut cum malua, aut cum lenticula syluestri. Semen ebuli datur in potu drachmæ pondere, ex aqua scabiose. Eruum uomitiones mouet, uerû capiti stomacho q; onerosum est, & genua degrauiat. Aloë obolorum duum contritum feileos uomitus. Nuces iuglandes, ac syluestres auellana ieiunis nauseas & uomitus mouent. Graminis semen herba q; lanaria, epithymum cum mellis & salis exiguo. Radix betonicæ, & elleborum in passo uel mulso, hyssopum cum melle, uilius sum pro nasturcio, aut irione. Molemonium denarij pondere: proserpinaca salutarem uomitionem facit. Vniuersa smyrnion, chrysocolle, æs ustum ex melle sumptû, nulli pitices inuacitati tritû q; in potione uomitiones concitant, calcanthon cyprist cum melle drachmæ pondere. Aqua mullâ tepens addito aceto, olei q; exiguo ac mellis, quotidianis uomitionibus utilis, salis micam alij addunt, uel oxymellis cochlearium.

Quidam nunquam sitiunt, alij uero parum, utrunque uitium est, corpora nanq; macie conficiuntur, quoniam inepte concoquuntur, ac alimentum ad membra non deferunt per mesentericarû angustias, ut ea rosida pars aptius membro alligetur cû prior resoluatur. Et si minus quoque quam æquum sit bibat, minus pariter nutritur corpus. Deficiente enim pluuia, aut irrigatione fontis, plantas (ut dictum est) areferi cernimus. Aut enim euenit uirtute sensibili extincta, & attractrice oris stomachi deficiente, ex spiritu innato calore q; natiuo extincto. Aut quia aliud auertatur mens ipsa, ac imago, uel si humidum id rosidum difficulter resoluatur. Aut iecoris & uenarum mensentricarum uitio, uel si os stomachi semper rorescat: aut si cerebri & neruorum contigerit, ut in phreneticis, ac lethargicis euenit. Aut praua stomachi habitudine, humectante uel refrigerante pariter supra modum stamen uillorum, qui longitudine morbi deducuntur. Aut si uires ex toto deficiunt, ut in phthisicis, ac hecticis resolutis uiribus. Aut si pituita os stomachi nimis alluat, uel cararhi distillationibus, uel uentris ipsius dissolutione, aut lubrico affectu. Sed & uicinitatis uitium intercedit, hoc est, pulmo humoris plenus, ut tussientibus & febricitantibus cõtingit aliquibus. Aut si quod bibit uomitibus moueat. Galen. duntaxat superabundantem humiditatem, uirtutis defectiõnem, uel mentis commotionem notauit. Vidimus & diuturno somno sitim sedari, sed infantibus parum sitiunt, scemina q; inexplanae lingue. Qui febricitantes non sitiunt malum augurium faciunt, eadem in sanis & imminente morbo facilis sanatur.

Malum augurium in febricitantibus.

Sitis ex malis fuerit humoribus circa os stomachi, uomitu apte conciliatur, aut uentris deiectione, tum cibus, ac potus, qualis necesse sit eligendus. Sitis ex nimis uigilijs

8 3 lijs

lis, somno corrigenda est. Cætera ex superioribus causis ac remedijs ex rerum similitudine, sunt querenda.

De nimia immoderataq; esuritione, Cap. XIX.

Importunum est & oris stomachi id uitium, cum post cibum etiamnum esuriunt, Βολιμια Græci, uel Βολιμια alij Βοπεννα uocant: quadam enim patula expectatione cibum deuorant. Alij καρδιουμ ορ appellant, & si cordis quoque æstum significet: communis lingua Βολιμια uocauit ex Xenophonte. At cum malos cibos appetunt, caninum appellant, Galenus scædam stomachi passionem definit, uomunt enim more canino, atque iterum assumunt. Id uitium ex imperatoribus Vitellium dehonestauit.

De causis bulimie, Cap. XX.

Huius morbi initia sunt superiori contraria, ex nimia corporis resolutione, ut in cõualescentibus ex acutis febribus liquefacientibus, aut longis extenuantibus. Et nos quoque pesthentiali morbo polluti incredibilem auiditatem sustinimus, quater in die cibum assumendo, in quo periculo 30. dies sine somno duximus, euenit & ex caliditate consumente, uel inualida ui retentrice, nimia uenere, exercitatione, ac balneo resoluente, sicuti post chaldæiana balnea in agro Veronensi, ab urbe decimo lapide fons distat, reintegratæ existimationis. Nam & aliquibus prægnantibus scæuor bulimos increfcit, sicut Franciscæ Caluæ ex patricia gente euenire solet. Et tunc quoque in uentre rotundæ etiamnum in prouectis ætate plurimum cibi intus absument, qui si enecantur tetro uapore lassescere appetitum faciunt. Ex fluxu quoque uentris, uenis re liquias materierum absumentibus. Aut si a liene, ad os stomachi bilis atra continuato riuo deriuetur, unde inanitionis quidam sensus perpetuo assisit, unde intempestiue esuriunt. Quidam ganeones insanabili ingluuiæ semper de cibo cogitant, animo in patinis perpetuo uersante. Quidam hanc palmam etiam senex ex Gallia ætate nostra Romam attulit. Si præcepta præterea ex aluo cibis incõcoctis expellatur, unde alij corpus nequeat, fames illa damnata excitatur. Vitio quoque iecoris, aut ipsius membri uirtute expultrice exagitata, uel retentrice nimium imbecilli, pari expectatione cibi cruciatur, ite & nimio stomachi oris sensu. Et est organicum stomachi uitium, hoc est habitudo frigida & si quæ in sumo sit, mortis specie referat. Inter primitiua uero causas icterica quandoque auiditas illa à primitiuis uis causis fieri solet, ut si quis gelida, aut niuosa habitaret, aut si piscaturam exerceret, aut lanas in aquis gelidis lauaret. Inter humores humor acidus (ut Galenus & alij scribunt) ex pituita uel atra bili corruptus, quo stomachi os rugosum redditur. Aut ex fluxionibus capitibus quibus stomachus eluitur, unde stomachi retentrix uirtus soluitur, & inde labitur. Sunt & natura calidiores, qui cibum absument, importuna fame. Aut si renes feruentiores affuerint, quibus urina copiose redditur. Aut si stomachus uniuersus calore nimius dissoluitur, unde sitis ingens ægrum disceruiat, cibum pariter querere cogit. Verum tamen sola oris stomachi caliditas auiditatem illam prosternit. Quidam summam causam subiungunt, frigidam oris stomachi habitudinem, humorem acidum, aut membrorum inanitionem. Alij alias addidere causas, imbecillitatem retentricis potentie, caliditatem immodicam, uigilias, destillationes, & intestina animalia quæ in explebilem auiditatem faciunt.

De notis distinguentibus, Cap. XXI.

Icanina ueluti fame continue esuriunt, sed indies magis contabescunt corpora, id uitium sæpe fluxus uentris sequitur, quoniam inconcocto superingerunt cibum. Conualescentium & post exinanitionem uaria indicia habentur. Si extrema plurimum resoluunt, recrementa pura mittuntur, sed semper sitiunt. Ex acido humore nulla inest sitis, uerum salua acida abunde expuitur, eructationes crebre sunt, ex atra bili, arida acetositas sentitur in ore, ac retrimenta atri coloris, ac in ore stomachi mordet humor, famesque urget, & nisi protinus assumit, uires deficiunt. Ex frigore aluus liquida habetur, sine siti. Ex habitudine feruenti sitis infesta est, aluo sicca, sine uomitu, ac nausea, uel ructuatione. Ex imbecillitate potentie retentricis, stomachi aut aliorum membrorum uel totius corporis, recrementa indigesta sunt, ac effusim emittuntur, cum nulla fiat cõcoctio, ac protinus ad aluum demittatur. Quæ uero sanguinolenta sunt, infirmi sunt iecoris

Bulimia in prægnante.

Ganeones uocantur.

iecoris indicia, aut totius corporis contentrice resoluta ui. Bulimos conualescentibus reciduiam minatur, qui flante septentrione auidior est, uel frigido tractu, pueris & frigidis corporibus. Idem & torporem inducit, uapore frigido ad caput sublato. Exitialis interdum habetur, quoniam lienteriam inducit, aut hydropem, uel saltem cachexiam, tympanitem ue.

Infirmi iecoris indicia.

De curationibus uarijs inexplabilis auiditatis, Cap. XXII.

Si ex nimia insensibilitate inanitione fuerit, sub cælo crassiori humido ac frigido, quales Venetijs habetur, continendus æger est. Animi sollicitudo, ac irascencia, uel ipsa quoque nimia gaudia obsunt, labores corporis, longæq; lectiones, frictiones ac in balneis strigiles, uigilia, ieiunia, sitis & uenus ipsa, & omnis uentris defectio. Inter escas quicquid calidum calefactumq; sit, quod extenuet aut aperiat. Acuta quoque et acria, uel salamenta ipsa, condimenta uaria & uentre emollientia nocent. Eadem ferme & ex mansetta exinanitione requiruntur, iuuat enim quies, ac somnus longior, crassioris materie cibibus frigida ac uiscosa, boni succi largius sumpti, uel pluribus uicibus commanducati, quales uentres sunt & intestina, & quicquid gelu coactum sit: ac panis male fermentatus uel subcineritius, pisces durioris carnis, suilli q; pedes uel uitulini, anguilla & polypi, lorigines ac sepiæ, legumina ipsa, et polenta cum butyro, & caseo receti. Lac quoque coagulatum, colostræ recocta, & quod lactis summum caput est butyrosum nocte præstratum. Oua quoque dura, ac inter olera portulaca, ac atriplex, uomitoriu olus, blitum ac malua. Sed in ijs temperamentis sit ne in contraria trahatur habitudine, hoc est in molestas oppilationes. Eadem uictus ratio in habitudine calida corpora resoluente mire conuenit, ac membrorum raritate texturæ, quandoquidem myrtino oleo rosaceo, salignoq; salubriter illinunt cera addita, nam poros claudunt, uel alumine aceto dissoluto, uel aquæ frigida crebris natationibus, uel adiecto alumine. Cui affectui diacydonites compositio ex saccharo iuuat, syrupusq; myrtinus, uel rosaceus, saccharum rosarum, uel sandalorum compositio. Extrinsecus imponitur rosaceum, aut niolaceum cum gallinaceo adipe uetusto, cum psylli lentore: alij & uiolaceum bibendum dedere. Delicioribus saponæa datur. At conualescentibus ex acutis morbis esca digestibilior eligitur pro stomacho, qui nondum confirmatus sit, quales cucumeres, ac cucurbitæ sunt, lactuca, & atriplex nauleosa, ex amygdalino oleo, quod per se uel cum saccharo linctum prodest. Inter reliqua cibaria oryza cum pingui iure uel bubulo butyro iuuat. Pisciculi item recetes, quales capitones sunt, fluuiatiles, gobijs marinis similes, ac præpingues auicula. At ex frigida nocente habitudine cælo superiori contrario utendum est, ocium uitandum est, et quicquid assumitur calidum sit, ac subferuens, tum frictiones, balnea, temperataq; uigilia conueniunt. Somnus nanque crudos humores digerit, & uirtute sensificam nimius obtundit sopor. Tum et pingua et oleosa in ferculis laudantur. Et inter cætera remedia oui luteum sub cinere induratum à cibo utiliter sumitur. Pulli quoque columbacei optimi uirulenti uomitionem incitant. Galuinum austerum rubrum aut flauum excalefactum maxime laudauit, largiusque potum, ut cibum innaret, dandumque uel non siuentibus. Diacydonites compositio cum aromate ualet, aut diazingiber, dianisum, diagalanga, ipsaque theriaca. Stomacho uero imponitur oleum sesaminum, amygdalinum, cicinum carinum, linum cum scænogreci farina, ac adipe anserino. Ex humore uero acetoso, uentrem primum deijcere, ac exinde stomachum calefacere necesse est, origano, sinapi, pipere & melle uel plebi cepis & allio. Ipsamque acrimoniam nucibus & amygdalis, pistacijs uel pineis nucibus demulcere, uentuosus & oleosis mitigare conuenit. Ex atrabili auxilia in lienis affectibus dicuntur. Et materiam per purgabis ijs quæ phlegma deijciunt acetosum, qualis est hiera diacolocynthidos uel catapotijs de hiera, aut aromaticis, seu alephaginis ab autore. Ex atrabili à liene, missio sanguinis ex cubito sinistro prodest, ac exinde diasene compositio, humorem enim trahit melancholicum. Valent & supra lienem impostæ cucurbitula, uel frequens uomitus, cætera auxilia in lienis affectibus dicuntur. Ar ubi contentrix eius infirma sit, aer calidus, humectus, pluuiosus, qualis euronotus esse solet, damnatur, ac balnearum usus, longiusculus somnus, stypticisq; uesci iuuat. Ab humiditate quæ longe difficilior habetur, panis simulagineus commendatur, cæterum pingua & oleosa, & si nauseam

Vomitiarum casum.

Conualescentibus ex acutis morbis quod genus uictus conueniat.

inducunt, moderandum tamē est, nam maiore humectationem inducunt, ita & de acetosis ac stypticis agendum est in edulsijs. At si cum bulimo uentris aderit fluxus, lachryandum est sapius, in quo ferrū extinctum sit: aut triferā compositionē dabis, quæ breuior dicitur. Ad uentris uerō animalia panis in aqua rosacea madens sumitur frigidus, ualet & cum decocto pulli gallinacii, uel gallinæ aut piscis pinguioris: nam & bulimo prodest: & omnia pariter astringentia iuuant: mire ualet butyrum antiquum, & oleum, nam nauosea sunt & animalia ea necant. In omni auiditate cibus tepens conuenit, & quicquid uoracissime sumitur, præterquam uermium causa. Vomitiones incitant caro anserina pinguis, anatis, turturis, columbi pulli saginati, bubula cerebra, medullæ, caudæ arietum, asparagi cum multo oleo exuberatè sumpti, & post coenam maiorana assumpta nauas mouet, serpillum t̄p̄, multum dulce, ac cucumeris hortenſis radicis obo li duo ex multa poti. Cæteri uero affectus suis auxilijs curantur.

Vomitū cūtia.

Potores Græcia.

Mulierib. à uino abstinentiā.

Cerviſia.

Incitamenta sicut.

Ebricitatis uicia.

Ex ebrietate mortui ex plum.

De uehementia & inexplebiliſi, Cap. XXXIII.

Continuata bibendi consuetudine, siticulosi quidam fiunt, ex quibus nonnulli continue bibunt, ac continue urinā mittunt, inter potores ingenti palma. Græcia etiam num potores maximos offert, ebrios uero dānat. Matronas uinum bibisse iniuria est: inter nuptias in Creta solis uiris datur uinum, inter mulieres lagene aquæ circūferuntur. Eam commendationem bibendi L. Piso urbis Romæ curator à Tyberio defectus tulit, quod biduo duabus t̄p̄ noctib. per potationem continuauerat apud ipsum iam principem. Tricongijs rara gloria, inquit Plinius, quando & hæc ars suis legibus constabat, non labasse sermone, nec leuatum uomitione, & si milia diligentij legum scio contra bibendi fallacias, nanq; & bibendi consuetudo auiditatem auget. Scitum t̄p̄ est Scytharū legati, quanto plus biberint, tanto magis sitire Parthos. Inuentū t̄p̄ est mira uitiorū solertia, ut aqua quoque per Hispanias, Gallias t̄p̄ ac ultimam Britanniam, Germaniā t̄p̄ cum frugibus suam ebrietatem faceret. Sed Cretense uinum monuaticum dictū gratiam ceruicis ademit, magno enim precio ebrietas apud exterarum nationes emicitur aureis doliū uenundatur. Veteres in ea bibendi gloria uaria quærebant suis incitamentis, pumicis farinam, aut cicutam, ut metu mortis bibere cogerentur. Hoc in uno insiuto Machonethus, alioquin salacissimus legum conditor, non dammandus est, quia uinum gentibus lege sustulerat, ut ebrietatis portentosam libidinem, iucundum t̄p̄ in homine nefas adimeret: ijs halitus foetidi non sunt, nec aliam quærrunt ebrietatem, unde iurgia et uulnera oriantur, nec mortifera loquantur, non obliuio sit, faciei pallor, non furiales somni, non tremula manus effundentes plena uasa, fiant: interemptis non putrida iocinora inueniuntur, unde frequens morborum iniuria habetur. Est & alia inexplebilis sitis auiditas, quam dipladis serpentis in uisparum genere, ut Galenus tradit, morfus excitat, aliqui in aspidum numero esse censuere, de ea in libris uenenatorum numero diximus. Quidam incaute uinum hauserunt, in quo dypsas enecta fuerat, & siti impatientissima interiire. Ad sitim excitantur corpora consumpta ex acuta febre, agricolæ, balneatores, sudatores, ac ex uentris fluxu. Corpora habitudine cholericæ, uenere, uigilijs t̄p̄ defatigata mœrore fuga t̄p̄ trepidi latitantes, qualis Nenoui cōtingit. Os stomachi calidū crudum t̄p̄ semper sitit, ut Gal. scribit, quod & iecori, cordi, pulmonibus t̄p̄ euenire solet. Vel renū quoque calidorum uitio. Per accidens quoque ex iecoris frigida distemperantia, qua multa in uentre humiditas cōgregata intus corrumpitur, unde retro uapore os stomachi sitis impatiens excruciat, idem & communicatione intestinorū cōtingit: Situnt quoque uulnerati sanguinis defectu. Cibis præterea & potionib. ea idis situnt. Sunt & uenenata plurima quæ sitim conclamata afferunt. Qui præterea nimia ferunt sitim, auiditate adaugent. Piscium fassamenta, garū, & caput gari, caro sale asseruata, omnia deniq; uiscosa, salia sitim excitant asperrimā. Idem autor inter ebrietatis exempla seruū refert, qui suprema si iuinū uetus, uberior quo poterat, hauserat, in somniculosus redditus est, & inde febris orta est, cum mentis alienatione, quo morbo interiit. Contra alter in ardenti febre & crescente morbo, multa frigida epota, & in uentre subinde ebulliente, sitim ualidissimā passus est, ita ut inexplebili demū aquæ potu interiiret. Idem in phlegmatica febre quandoq; fieri comperit est. Vnde omnis humor in uentre ebulliens, putridus

putridus præsertim, sitim excitat importunam: uerum diuturniorem ac molestiorem salium phlegma uiscosum, ac crassius. Ex mesentericarū quandoq; oppilatione, sicut in hydropse & colicis doloribus, materia nanq; crassa iecur oppilat, unde subtilis aquositas ad mēbra penetrare prohibetur. Tū enim in iecore nulla tere humiditas residua pro nutrimento membrorū idoneo, irrigatione q; conueniens producit, sed mera duntaxat aquositas madefaciens. Ob eas nanq; oppilationes aqua ad ima nequit descendere, sed in uentre diu restagnat, unde ebullit, ac sitim exinde facit. Ex uermibus pariter oritur sitis uehemens, quod humores ipsi exhauriant, aut quia putridos uapores stomachi excicant. In crapula quoque sitiunt, suffocata concoctione, unde pariter ebulliunt. Aut quia obiectum rerum male comprehendunt, quales hydrophoui sunt aqua reformidantes.

De signis specierum sitis, Cap. XXXIII.

Si sitis importuna à causa fuerit primitiua, indicia manifesta aderunt, sicuti quæ dyp. Sitis à causa primitiua. Sudore uero & uomitū, ut à causis quæ intrinsecus accidunt, incipiamus sanguinis item profluuiū, aut urinx. Ex imbecilli uirtute totius corporis contentrice, sine manifesta ratione sudor fluit uiscosus, exiguus, ac frequens, uel leui quadā motione, tum enim mēbra tabefacta cernuntur, & uino epoto læduntur, aqua uero imbecilliores fiunt, ij hectici, aut phthistici esse creduntur. Ex robore uero uirtutis expellentis, in uniuerso corpore sudore exundant aquosus ac tenui profluunt membra, ac frequentius, ueluti rore conspersa humecta cernuntur, ex quo sudoris fluxu corpus pariter contabescit: Sitis arida quæ potu calida facile mitigatur cum plurimū a phlegmate salio oritur, haustus copiosiores esse necesse est, frigida alioquin increſcit sitis, addito aceti stillam. Si cholera ruffa fuerit, frigidis aquæ potionibus leuatur, eadem interdum aquæ frigida potu ad interiores stomachi tunicas regeritur, unde minime abluui potest, humoris t̄p̄ enim amaritudo per fauces os usq; ipse t̄p̄ uapor calidus permeat. At pulmonis & cordis uitio, respiratione frigida mitigatur, profluentū amnium cursu, aut fontū scaturigine, uel si frigida sensim hauriatur. Vigiljs potius, quam longo somno, longa præterea lectione exacuitur eadem sitis. At iecoris abfessu os stomachi pariter inflamatur: & epota aqua præcordia dextra doloribus extenduntur, unde & anhelitus prælocatur, frequens q; tussis adest. Ex mesentericarum oppilatione aluus lubrica redditur, aut omnino arida canino simo similis, si ossa tantum corroserit: aut cholera inopia, discolorata recrementa mittuntur, tum urina rubens est, aut plurimum lutea, aut interdū alba, sed crassescit exundatione cholerae, ut icteris contingit. Tū sub dextro hypochondrio durus tumor apparet. Renū causa urinx incontinentia sequitur, & si frigida bibitur magis sitis excitat, quoniam ad renes protinus transit. Communicatione intestinorum illa inflammantur dolent t̄p̄. Oris stomachi uitio, somno sitis mitigatur humectante. Si à pharmaco sitis quo uehementior est, deiectionem uehementiorem indicat. moderata tempestiuam denunciat. In morbis acutis uehemens sitis male pronunciat, eadem si sine causa quiescit, damnaatur, inter mortuas nanque esse uires significat, magis t̄p̄ si linguæ nigredo atq; asperitas affuerit.

Sudor.

Urinæ incontinentia.

Augurium ex sitis in acutis morbis.

De curatione sitis uehementis, Cap. XXXV.

Qui sitiunt, frigidus coelo, aut cubiculo collocandi sunt, neque per ora respirent. Ignis procul esse debet, ira, furor t̄p̄ corporis labor, mentis t̄p̄ affectus, clamor quoque, uel longa lectio. Hippocrates sitim sedari tradit. Galenus leuem lectio-nem laudauit. Suauiter incedant per ripas fluminū, ubi suauiſp̄ret aura sine sole. Supinus somnus non sit, nec molli pluma. In cibis salia, ac dulcia euitent, pisces tum recetes, tū muria cōditos, & aquosa poma, qualia sunt armeniaca & persica, uel uua, passula t̄p̄ fabæ ciceris t̄p̄ decoctū sitim incitant, ac etiā brassicæ ius. In mensa largius bibere oportet, alioquin abstinentiū est: sed sitim colludere necesse est corallia aqua sæpe refrigerata, aut berillo, aut crystallo, si ore contineantur. Nam & lini, cydoniorū t̄p̄ semen linteolo pilulæ modo alligatum, uiolacea aqua maceratū, si ore contineatur mire sitim mitigat. Acra item cerasa, pruna, mala punica, pruna circa memphiū collecta, tamarindos Aegyptij uocāt, in aqua frigida macerata uel subferuifacata, sitim sedant frequenti haustu. Cucume

Cucumeris satiuu tessellæ frigida immerse. si ore contineantur, aut cucumeris magni rotundi succus comanducatus damnatur, nisi per purgato uentre, facile enim putrefit. Quidam pane crudo circumducto furno decoquunt coniecto saccharo, atq; ita eo dulcissimo ad sitim utuntur. Saccharum uiolaceum, aut rosaceum harundine collectum sitim mitigat, aqua hordeacea sæpe colluto ore uel pota. Hoc uno ægros commonetaciam in ardenti febre, qui os faciemq; in frigidam immergunt, ne id frequenter faciant, ne fauces synanche strangulet, aut magno uitæ periculo cerebrum afficiat. Syrupus uiolaceus ex aqua frigida sensim potus, uel acetosus. Quidam præterea frontem & tempora ad uerticem usque sinciput, quod bregma à Græcis dicitur, frigidis, ac humectantibus fouet. Ex cibis sitim extinguentibus sunt ptisana, cum papaueris succo aut alica, cucurbita uel succus eiusdem decoctæ, cucumis, lac acetosum, ouum sorbile recens, crudum deuoratum, lactuca, portulaca, atriplex, spinachiu, caro hœdina, agnina, suilla, ac utulina. si herbam nondum depasta fuerit, semen melopeponis cum molli panis interiore, cum iure pulli gallinacii. Vinum si dari potest commendatur, album, aquosum, tenue, uel aqua infractum. Hæc in communi dicta sint. Ex habitudine uero calida, ut ad specialiora descendamus, aqua frigida largius pota ualet, sed uigilare exinde debet, ne somno in uentre feruescat. Lac pari modo damnatur ex Hippocratis sententia, nam protinus uiciatur, præterquam infantibus, consuetudine namq; natura digeritur, propterea nec sitim facit. Sitim uehementem sedat parciore cibus, qui uomitione exinde euomatur, tum uinum tenue cum multa aqua iuuat, nam refrigerat, ac recreat, uel acetum cum aqua multa, uel in febribus magnis quoque sub sole æstibus, quo Græcia omnis utitur, cum tritum cum in area excutiunt. Sitis ex inedia, uino magis quam aqua reconciliatur, uel si ex membrorum calore fuerit. A siccitate ualet cucumeris rotundi magni etiamnum cum immodico calore, & lactucæ, uel cucurbitæ, & semen quoque albi & nigri papaueris, glycyrrhizæq; succus, semen melopeponis, aut psyllii marcorum cum syrupo uiolaceo, uel saccharo quo Assyrii sine coctura utuntur, nam bilem suauiter educit. Sed syrupus ex uar ijs componi potest. Tragema utile siticulosis, habet seminis cucumeris, cucurbitæ, cucumeris rotundi, melopeponis, papaueris albi ana ʒ. i. seminis contriti portulacæ ʒ. s. farinæ ligni dulcis ʒ. i. sacchari albi ʒ. s. mixta utiliter sumuntur. Si cholera affuerit, syrupus ex limonibus, aut ex citreo succo. Alia potio perutilis est, prunorum ex memphi cum aqua decoctum donec tertia supersit pars, percolatum cum syrupo uiolaceo frequenter potum prodest, & syrupus quoque berberorum. Asseruntq; Assyrii in ollis granam mali punici acida ad usus annuos, ijs ætate feruida utuntur in esca. Ex cordis & pulmonis inflammatione, loco plano frigido ac humecto, uel secundum fontium ripas æger locandus est. Laudant & niuosa montium iuga, in quibus anhelitu feruorem cordis persent, ubi sensim frigidam lambent. Quibus ea non sunt, cubiculum faciat frondibus circumseptum, & fontium imagines scaturientium, syano iuxta ægrum cadente, flabelloq; continuo, aut frondibus leuiter æger in lectulo, persitetur, aut tomento potius, nam pluma supinis plurimum obest dormientibus, maioresq; subinde æstus inducit. Tum in cibo sorbilia oua iuuant, ac eadem quæ paulo ante dicta sunt. Sed syrupus de industria sic fiat: habet pomorum succi libram, buglossi, uiolarum, rosarum, camæleucis, nymphetæque decoctum binas libras cum saccharo, fiat potio. Pedes præterea, ac manus in eodem decocto, aut frigida tantum macerentur. Illinitur stomachus aut pectus papaueris seminis albi lacte cum uiolaceo oleo, ac amygdalino. Efficacius uix acerbæ succus, ac portulacæ cum aqua hordeacea circumdata niue refrigerantur, & stomacho imponuntur, cum linteolo duplici, qui subinde madens mutetur donec sitis mitigetur. Oleo præterea refrigerante bregma illinatur, pro cordis & stomachi temperamento. Sed impetum destillantissimi rheumatismi considerabimus. Mire prodest stomacho siticuloso id unguentum: habet olei uiolacæ, nymphetæ, cucurbitiu, salicini ana ʒ. acetum non acerrimi ʒ. 2. ceræ albæ ʒ. 3. feruescant in duplici uase, donec acetum absumatur, exinde succi solari addito ʒ. i. semperuiui tantundem, lactis muliebris, aut uaccini semiuncia, concorporatis, adde camphoræ obolos binos, ex eo stomachus inungatur. Inuicem emplastrum id imponitur, farinæ hordeacæ, interioris cucurbitæ, uel cucumeris, succi semperuiui,

Bregma.

Cibis sitim extinguentes.

* muls.

Tragema siticulosi uile.

Habitatio ægri accommoda.

peruiui, portulacæ uel lactucæ ana ʒ. 2. lentoris seminis psyllii ʒ. i. s. acetum semiuncia, sandalorum alborum, rubrorumq; ana ʒ. 2. feruescant ad emplastri modum, linteolo stomacho imponitur ætate refrigeratum, hyeme tepes: duum horarum interuallo eximatur, post horam rursus imponatur, atq; ita multis id fiat uicibus, donec leuetur sitis asperitas: inter ipsa interualla stomachum inungit. Et inflammationi profunt uitis folia, aut nymphetæ, aut cucurbitæ, rosacea humecta aut exiguo aceto addito per omnes horas. At in phlegmate salso calida bibere iuuat, frigida alioquin uehementiorem sitim excitat: ualidior cum syrupo acetoso, & aniso: in cibo ptisanam subferuentem damus. Allium per se laudauit Dioscorides. In febris acuta frigida laudamus pro stomachi ratione, ac pectoris firmitudine, addito exiguo syrupo uiolaceo, nam syrups affluentia facile in choleram conuertitur, si febris ardens sit. Si diutius in stomacho non contineatur, largius aqua haurienda est, aut si iecoris uel intestinorum oppilationibus non retineatur intus hydropicorum modo, & nisi choleram in stomachi tunicas non regerat aquæ frigiditas, uel nisi paucitas à bili uincatur in stomacho. Tum ex aceto uel uino mali punici utilius bibitur. Ex cathartico statim sumpto sitim sedamus, aut linctu mitigamus uiolaceo syrupo, uel qui harundine collectus fuerit. A uomitionibus pomorum syrupus, aut rosaceus ualet. Sitis aliorum membrorum communione blandienda sensim est, donec morbi sanentur. Sitis quæ ex œsophago siue gula arefacta euenit, somno ut Hippocrates scribit, sedatur, prodest & hordeacea gargarismate, sicuti cibis frigidis assumptis. Ex calefacientibus uero cibarijs somnus magis excitatur, sed uigiliæ tum profunt, ita & à uehementi stomachi calore. In omni tamen auida siti quoquo modo ægro potio offerenda est, ne nimium desiderio bibendi (ut Galenus cenfer) crucietur. Siticulosus, inquit, à cœna potus quoque offerendus est, sed exiguus. At sitis à crapula uomitu, dein somno conciliatur. Dyspnois uero icthu aut aliorum uenenatorum, ijs quæ in libris uenenatorum dicta sunt remedijs occurrimus. Hinc ad reliqua stomachi uitia transeamus, quæ in febribus quoque incidere consueuerunt.

Sitis ex œsophagi ariditate proueniens.

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMILIANUM CÆSAREM AUGUSTUM IMPERAT. INUICTISSIMUM, DE CÆTERIS STOMACHI PERICULOSIS UITIJS, & PRIMUM DE STOMACHI DOLORE, LIBER XII.

Proœmium.



Describuntur stomachi cætera mala, quæ modo per se eueniunt, modo alijs morbis accidere consueuerunt. Omnium inter se uisissima symptomata habentur stomachi dolores, deinde inflammationes, inflationes, abscessusq; molliores, ac ulcerationes. Sed de stomachi prius dolore agendum est, qui interdum impatibilis est, et mortem sæpe accelerat. In eius ostio læuior sentitur, unde cardiacum alij uocauerunt dolorem. Longus interdum morbus est, in quo affectu causarum breuioris sunt uita: Dolorem ipsum aut inflatio sequitur aut ardor modo inflammationis, intercisiones, torsionesq; uel rosiones sequuntur, quæ tormenta stomachi alij appellauerunt, stomachis peculiare affectus. Est aut stomachi dolor tristis & peruersa sensatio ab aliqua lædere causa. Et dolor omnis, aut stomachum distendit, aut degrauat, aut pungit, uel mordet, eroditue. Aut in imo afficit uentre, aut medio, uel ipso ostio, dolor quoque continuatur & interimit, aut periodicus est, qui interdum confecto cibo sedatur. Interdum hominem exinanito uentre uexat. Aliquando assumpto cibo torsiones solent quiescere, modò ingens dolor est cum cibus tantum conficitur. Alius uero dolor uomitu bilioso sedatur, aut acetoso qui in terra ebullienti similis est, alioqui continua poena est. Aliquibus quotidiano pituitæ uomitu mane præsertim quiescit dolor. Acutum stomachi dolorem quædam terrena consequuntur, frigidus sudor, cordis palpitatio, pulsus frequens, ac formicans, ac animi defectus.

Symptomata stomachi.

Doloris stomachi differentia.

De

De causis doloris stomachi, Cap. I.

Torquet stomachi dolor, aut immateriali habitudine calida aut frigida, aut acuta in tus materia mordente, aut continuatis solutione, spiritum interdum incluso, aut corrodeute uel mordente humore, uel adurete, aut utroque modo, ut in calida inflammatio- ne, ex humoribus aut simplicibus aut compositis, quale est acetosum, salsum, crassum: & phlegma, uel uiscosum, uel utrumque omnium terribilimum. At melancholicus item humor acetosus dolorem excitat periculosum. Sed inter omnes cruciatus, qui inter tunicas in- sedit humor uiciatus peiores pœnas excitat, uel oris stomachi præsertim. Potionatis ue- ro ueneno, intolerabilior dolor habetur. Nam & uermium causa plurimum infestat. Inter omnes pœnas, sæuior est quæ deliciae uentrem offendit. Dolor præterea ex gelida pota subito quandoque interimit, aut in colicum commutatur. Sumpto quandoque phar- maco dolet stomachus, exulcerando, mordendoque, aut inflando, aut quod humores tra- hit, ac nihil exinde educit. Ex cibis quoque contingit, porro, cepæ, allioque, & his simili- bus: septentrionali quandoque uento, uel si post labores sudoresque nudum fuerit corpus, frigori expositum. Ex diuturno nanque dolore, quandoque abscessus ori- tur periculosus.

Celidæ nocui- sum.

De signis doloris stomachi, Cap. II.

A causa calida materiali, quæ hominem supra modum inquietat, punctiones, inter- cisiones, morsus, si quisque, ac oris siccitas uel amaritudo, stomachi ardor astuans, & febris interdum sentitur, ac pulsus ut initio febris coartatus pulsus, tum uomitus ac aluus biliosa est. At stomachi instabiles res si ones à iecore materiam effundi indicium est, inde pulsus ad interiora remittitur, ac extrema frigescunt animusque linquit. Quæ præ- terea, inquit Galægrum iuuare solent, humoris naturam denunciant, dolor à materia cali- da (ut tradit Hippocrates) hordeacea pulve uel marcore pumi succo addito mitigatur. A materia uero frigida, grauitas uentris adest, sine siti ardoreque, sed situnt interdum ni- mia uociferatione, percipitur & in stomacho frigus, leuiterque pulsus in brachio uena, tum & castoreum cum aceto scyllite, si datur, sedari dolorem uidemus. Aetas præterea, cõple- xio, anni tempora, constitutiones, uictusque ratio præterita, ad causæ dignationem pluri- mum faciunt. Ex phlegmate uero salso, in ore salitudo molesta est, non sine siti ualida. Ex phlegmate acetoso uel melancholico humore res si ones aderunt stomachi sine astua- tione: aut uomitus acres acetosi melancholia demonstrant, quibus dolor sedatur, & lien tumet, tum difficilis malaque concoctio in uentre fieri solet, quod & ex phlegmate con- tingit. Si doloris origo ex imo uentre oritur, nihilominus cibi desiderium aderit, illa sto- machi ostio, uerum singultus, ac res si ones molesta erunt. At humoris crassitudo, quo cras- sior est, eo maiorem affert dolorem, atque tormentum, cum uentris grauitate unde pulsus in æqualior fit, & uomitibus ægris pulsus ad temperamentum redit. Periodicos dolo- res patiuntur cum plurimum melancholici, & qui præcordiorum dolores patiuntur, & præ- cordiorum dolores sustinent. Ex uento non adest ructus, flatu crepitusque uentris freques ac singultus: tum nec in eodem loco figitur dolor, qui tamen ueluti clauus infixus hæret, & cutim extendit, tum admota cucurbitula profunt. In his tormentis extrema si frigi- da fiunt, ut Hippocrates scribit, malum augurium faciunt, si perseverant instanter: si uero insuperabiles pustula ortæ fuerint nigrae, ac protinus exulcerentur, letales sunt: letalis est & grauior somnus. Si que præterea dexter pes uesica extulerit, exitialis habetur, magisque si æger dulcia adamauerit. Vterum gestantibus peculiare malum est. Dolor quoque qui ex humore fuerit inter tunicas conbibito, ægrius curatur.

Peccatis humo- ris qualitas quo modo denuncietur.

Difficilis in uen- tre concoctio- nis causa.

De curationibus, Cap. III.

Si inflatio est, olera uitanda sunt, magisque cruda, qualis lactuca est, rapum, eruca, bu- sglossum, atriplex, legumen omne, uua, ficus & similia, frigus omne, uentus, niues a- quarumque cursus, cauendumque ne manus pedesque algeant, in potu aquam frigi- dam euitet, cibis facilius fit concoctionis, ac parcius sumatur. Infundantur in aluum, quæ uentum discutiant: qualis hierapicra est, ac baccarum laurearum antidotus. Diaco- locynthisque ana ℥. pondere mellis duabus, salis ℥. 3. ex oleo chamomelino, uel rutaceo, uel anethino uncias 3. In dolore uehementi iuncus quadratus, nardusque uel rosa una cum

cum uino decocta utiliter in potu sumuntur, sed abijciantur herbae. Ius que galli uetusti cum anetho & sale peculiariter iuuat. Utilis in ieiunio potio est (ut Celsus scribit) ab sin- thij, aut hyssopi, aut ruta, postea utendum cibis calidis, neque instantibus, eodem que modo calidis potionibus, primo aqua, post ubi refedit inflatio, uini austeri. Illud quoque in omnibus stomachi uitijs præcipiendum est, ut quo modo se quisque æger refecerit, eo ut sanus utatur. Nam redit hinc imbecillitas sua, nisi isdem defenditur bona ualetudo, quibus reddita est. Cucurbitula impostæ uentri iuuant, neque incidere cutim necesse est. Profunt subinde sicca & calida fomenta, sed non uehementissima: imponitur in sac- culo milium, panicum uel cum sale excalescunt, addito fursure, uel anetho: uel illinitur stomachus nardino, anethino que oleo uel laureo & intincta lana succida superimponi- tur: prodest & uesica oleo plena calida fotu continuo. Alij dimidiatum panem calidum melle madentem, cui cymini, anisi, melanthij, menthae que puluerem inspargunt. Periste- reon uino albo in olla feruifacata, sæpe impostæ efficaciter iuuat. Aliud fomenti genus, cy- minum, lauri baccas, pyrethrum, nasturtium, castoreum, rutam, sileris semen, ligustici tunsa in oleo laureo, aut lentiscino odoratori, uino que monouatico Cretenis, cui flam- ma, quoad uinum euanescat: reliquum percolato, quod illitum prodest, reliquum pro cata- plasmate utilissime imponitur. Validiusculis uel conualescentibus exercitatio primo le- uis, deinde maior adhibenda est, maxime quæ superiores partes moueat. Quod genus in omnibus stomachi uitijs apertissimum est. Post exercitationem opus est unctione, frictio- ne, balneo quoque nonnunquam, sed rarius interdum alui ductione. Aegineta unctio- nem laudauit ex oleo in quo decoctum fuerit cyminum, aut apium, spondylium, aut dauci semen. Ex oppilatione turbido crasso que spiritu, frigore uel uino meraciori epoto cali- do mitigatur dolor, si subinde somno æger corripiatur, castoreum ex aceto sumptum, in ex- tricabile uentositatis uitium sanat: & aristolochia longa. Alium cum uino potum ad sum- mum bina capita, ita ut mille passuum exinde ambulet. Dioscorides aristolochiam rotun- dam prætulit ana ℥. usque ad binas ex mero calido uelulo. Ex compositis laudatur diagalan- ga, diacyminum, dianisum, & in primis diacastoreum. At trifera maior cum cymino, & lauri baccis, miro modo confert. Suillum talum nonnulli laudant ex uisum potum, conuer- sos enim spiritus discutit. Alij conchilia cruda in cibo dedere, uel conchulas paruas.

Exercitatio.

Curationes doloris stomachi à materia frigida, Cap. IIII.

Galenus in cibis potionibus que styptica uitanda tradit, ante stomachi exinanitio- nem, si pituita nimium redundet, nam crassa, dura, sicca ac terrestres sunt materiae, astipulate Zoar, quæ dolorem stomachi inferunt, ijs exiguus cibus ac potus offerendus est, facilis concoctionis, boni que alimenti, aluus que utiliter exinanitur. Sed prius neces- sarius modo in ieiunio, modo post cibum uomitus, utilis exercitatio, gestatio, nauigatio, frictio que. Nihil edendum bibendum que, nisi calidum, uitatis ratum ijs quæ pituitam contrahere consueuerunt, ex Celiõ. Sed in ijs considerandum est, an stomachi duntaxat causa fiat, an alterius membri propinquitate fuerit. Primum igitur materia digerenda est, ac exinde purganda, ultimo stomachus omnino recreandus est. De uomitu uero, le- uibus concitandus est, aqua tepida, cum acetoso syrupo simplici, aut composito, si id fie- ri minime potest, aluus commode mollienda est, nam aluum trahere uiolenter periculo- sum est, quandoquidem materiam unde quaque contrahit. Aquosa pituita hydromelli- te ac syrupo acetoso simplici compositione apte præparatur, uel menthae syrupo. At ui- scosum oxymellitrem composito, uel scyllitico, uel si ex iecore fluxerit materia, uel uenis. A cerebro uero stachadis uel acori syrupo digeritur. Digesta phlegmatis materia aquo- sa, aloë, mastiche, ac tripolio comode deijcitur. At quod in tunicis uentris impactum est, hiera perpurgatur, hærens uero uiscosum crassum diatripolij medicamento cum zingi- bere extrahitur, aut hieris maioribus. Ex cerebro uero id fieri quoque conuenit, cui & sternutatoria profunt, uel ijs quæ comanducata pituitam ex ore trahunt. Postremo sto- machum cum galanga, zedoaria, croci que puluere iuuamus omnium obolis duobus, cum uino meraco calido, aut iure gallinaceo. Ruta præterea aut serpillium per se prodest, aut decoctum, aut peoniae semina quindecim, aut radix eius, uel gentiana drachma pon- dere ex uino calido, quæ & clystere quoque infunditur salubriter. Aut baccæ lauræ qui- t na excor-

Strypticorum natura.

Vomitiones quibus mouenda.

excorticatæ, aut calamentum cum iure ſeq̄drachmæ p. Agaricus quoque uti-
ter ſumitur cum oxymellite. Aut id medicamentum, xyloaloes, maſtichis, nardi, galagæ,
zedoaria, muſco balani, ſeminis apij, gariophyllorum, piperis albi, rubiæ ana p. æquales.
cum melle tunſa & cribrata excipimus lenta pruna, modus eſt ad ʒ. ʒ. cum aqua calida.
Aliud, ſtorum chamomilæ, nardi, centaureæ minoris, ariſtolochiæ longæ æquis portioni-
bus. Cum melle (ut dictum eſt) cõponuntur, ac eo modo datur. Aliter, radicis peoniæ,
origani, nepitæ, in uino ſerueſcunt, percolatum eius decoctum bibitur. Ex uento inter tu-
nicas impacto, lauri baccæ, ac cyminum toſtum prodeſt. Baſamum quoque ſi bibatur,
praſtat efficaciffime. Naſturtium item ualet, ſed cum uentris fluxu toſtum. At in dolo-
re co inungitur unguento. Caſtoreum in ueteri oleo diſſoluitur, ac ſerueſcit, ceræ q̄ exi-
guum additur. Aut huiusmodi cærotarium: Ammoniæ, bdelli, opopanacis ana ʒ. ʒ. ce-
ræ, refinæ, ladani ana ʒ. i. s. garyophyllorũ, calami aromatici, ſeminis apij, baccarum lau-
ri, leuiſtici, cinnamomi ana ʒ. i. tunſa concorporantur. Emplaſtrum quoque fit ex abſin-
thio, aceto, nitro & carycis: dolores enim ueteres ſanat, & humores frigidos exiccat, nec
redire malum amplius patitur. Iuuat & lana ſuccida, uino nigro auſtero madens, addito
oleo ueteri, ac anleris adipe. Paulus Aegineta rutam, lauri baccas, melanthium, ac foeni-
culi ſemen in oleo decocta, laudauit, ſed exinde aſphaltum miſcendum cenſet, ac oleum
laureum, & ſimilia. Et plerunq̄e iſ dolor ſponte naturæ ſine aliquo auxilio ſinitur, mi-
ro quodam naturæ opere. Nam ſi inter uentrem phrenes que phlegma ineluſum fuerit,
& dolor inde ſequatur, teſte Hippocrate, & aſtipulante Galeno, uia quadam abdita per
uenas in ueſicam deſcendit, conualeſcente ægro.

Dolorem ſtoma-
chi naturæ ope-
re plerunq̄e cu-
ratur.

Dolor ſtomachi ex bili,

Cap. V.

SI bile uitioſus ſtomachus cũ dolore mordaci aut roſionibus exaſtuat. Solent autem
ſqui tentantur ſtomachici interpoſitis quibuſdam diebus, hunc humorem euomere,
ſed qui perſeuerat dolor pernicioſus eſt, & interdũ hominem necat: Iſ recte aluus duci
tur, potiones abſinthio dantur, & ſi calida ſit materia, in continuato dolore potiones ex
uiolaceo & roſaceo ſyrupo, nymphae aut papauerinus ex albo ſemine ac calice. Vel ea
mixtura utilis eſt, habet rhodofacchari ʒ. ʒ. coralliorũ alborum leuiſſimi pulueris ʒ. i. ſan-
dalarum, ſpodij, margaritarum ana ſemidrachmã, ſacchari harundine collecti ʒ. i. tunſa
miſceantur. Extrinſecus malua iuuat ex oleo roſaceo, uel uiolaceo, addita ſandalorum fa-
rina. Nam & ſeris ſatiua ſalubriter imponitur, quæ & ſuſpiria tollit. Succus quoque ui-
tis foliorum & potus et illitus, ſicuti & punici acris ſuccus cũ farina hordeacea, nam ro-
ſiones aptiſſime leuat. Si iſ non cedit dolor, ſoporifera non ſine metu danda ſunt. In ma-
teria uero frigida non tuto ſumuntur, ſed extrinſecus tantum cum calidis mixta imponi
debent. In potu uero anethum cum croco & uino dandum eſt. Poſtremum remedium
eſt, ubi dolor ſæuius urget, ex Hippocratis ſententiã, alijs membris dolorem uehemen-
tem inferri oportere. Verum peculiariter omnibus doloribus ſubuenit corallium collo-
ſuſpenſum ad uentris uſque imas partes, aſſeuerate Galeno frequenti experimento, ob
eam cauſam in tenuiſſimũ puluerem redigitur. Nam & uentris gallinæ interior mem-
brana arefacta in farinam ob eam cauſam tunditur.

Dolor ex atra bili, & curationes,

Cap. VI.

IS neceſſaria geſtatio nauigatio que eſt, ſi lōgus morbus eſt, ac diebus interpoſitis ac-
cedat, & ſi fieri poteſt, ex nauſea uomitus. Vitãda cruditas eſt, ſumendi cibi faciles &
ſtomacho non alieni, uinum que auſterum bibat. Interea potionibus humoris digeſtio-
nem ſollicitamus. Calaminthæ, ſtochadis, aniſi, omnium ſemiuncia, uua paſſulæ uncia, ſi-
liquarum, ſenæ, polypodij, omnium ſemiuncia. Cinnamomi, ſeminis foeniculi ana ʒ. mel-
lis libram. Deinde uentrem repurgamus, hiera, ac pilulis indicis, in quibus cyaneus lapis
preparatus imponitur, de quo inter uenenata diximus. Demum hoc medicamẽto opus
eſt quotidiano uſu. Continet cinnamomi, ani, xyloaloes, omnium drachmam, galan-
gæ ʒ. ʒ. 2. croci ʒ. s. mellis ʒ. 6. Veteres dolores ſanat zedoaria icuinis commanducata, quæ
& uentris animalia pellit. Succus pentaphylli cum mero potus. Iris quoque farina ex
aqua calida ſtatim liberat. Tragema in dolore cum eibus concoquitur, humoris frigidi
cauſa,

Contra uermes
uentris.

cauſa, habet zingiberis, cinnamomi, piperis albi ſingulorum unciam, croci, macis omni-
um obolum unum, cum ſaccharo componuntur.

Simplicium effectus ad ſtomachi dolores & ardoreſq̄, Cap. VII.

STomachi dolori & cruditatibus medetur colocynthiſ, deſecto ſemine arida, per pi-
ſtulas ſumpra. ſemen braſſicæ: præcipuus uſus eſt cymini: liguſticum ualet, tragoriga-
num ſylueſtri ſerpillo ſimile. Semen ſinapiſ utiliſſime occurrat. Semen crocinum roſæ in
cyathis tribus uini. Centaurea in aqua muſſa, urtica, thymũ, laſer, halimon, cydonij mali
ſuccus ex melle decoctus, mali quoque pei ſici in aceto, aut uino expreſſus. Vinũ quo-
que reſinatũ uſu prodeſt. Cotonea in melle cocta & commanducata: utilis eſt leniſſi-
lachryma. Vinum que ex betonica factum, agaricus, aloẽ lachryma. peucedani que ſuc-
cus prodeſt. Ariſtolochia utraque, hypoci ſemen. Peoniæ item ſemen decoctum in ui-
no. Teſtes caſtorei ex aceto, menthæ liccæ farina, in aqua pota, pullegiũ. Extrinſecus ue-
ro, melilotos, ſeminis lini farina cum ſœnugræci ſextarij utriuſque decoctis ex aqua im-
poſitis, ſcylliticum acetum gargarifatum, & potum. Imponuntur cotonea cruda cocta
ue cerati modo. Iuniperi ſemen in potu utile. Ruta item, ſemen ſmyrni, gingidion ſimile
paſtinacæ, magna utilitate manditur, nam et cruditates unã tollit. Sicut cuniſa ſatiua, ſi-
ue mōtina, & othiminis ſuccus, ſiue ſemen in aqua tepida ſumprum: iuuat aniſi ſemen,
uinum auſterum probatur, dulce uero ſtomacho innatat, quamuis minus inebriet. Dau-
cum & betonicæ farina ex aqua muſſa cruditates digerunt, abſinthium cum ruta. Con-
tra cruditates ius gallinaceum prodeſt. Hoc unum miraculum addam, oſſifragi uenter
arefactus & potus iſ qui cibos non conficiunt, mire auxiliatur, ſed continuare non de-
bet, facit enim maciem. Ocymum ructus diſſoluit. Et ruta ſylueſtris, cyminum, liguſti-
cum, aniſum, caſtoreum, athamanticum, ſiue mei, meliſſophyllum, ac ſemen urticæ, lada-
num, efficaciffimum eſt abſinthium, nardus gallica & hyſſopum, hæc ſummatim ex Pli-
nio collegimus. Ad ſtomachi ardoreſ ex eodem autore. Cucurbita ſatiua in cibo ſumi-
tur, ocymum imponitur ex uino, hypocij ſylueſtris ſemen, uicia enim ſanat ſtomachi in-
extricabilia. ſolia roſæ cõmanducata, uel rhodomel & ſuccus eius illitus prodeſt contra
ardoreſ. Succus decoctæ ſcandicis, caucalis que: cenãthinum unguentum efficaciffime
illinitur. Cichorium & utraque ſeris, pruna recentia ardoreſ tollunt, ſed breui momen-
to. Vinum tenue & auſterum, pingue & nigrum nocet, & quod aqua marina infectum
eſt, à priſcis quondam laudatum. Utiliter gargarifatur acetum, & ſex eius illinitur, nam
& earum partium rheumatifimos ſiſtit. Mora profunt, uerum ſi nullus ſuperuenit alijs ci-
bus, intumeſcunt. Aſtuanti ſtomacho rubi flores ſubueniunt. Trixago quoque effica-
ciſſima eſt. Cypri ſolia illinuntur. Nymphae heraclia, plantago, uel ſucco decocto. Beto-
nica quotidie pota ex melle cretico, & aqua calida cuius uinum & acetum mire ſtoma-
cho ſubuenit, ſpongix imponuntur ſeruienti ex aqua perſuſa expreſſa que inter duas ta-
bularum. Succini farina cum maſtiche ex aqua pota. Et uitiũ quoque ſolia per ſe ex aqua
frigida ſedant ardoreſ, uua in aqua cœleſti ſeruata, & ſi minime ſit iucunda. Et ſolia rubi
profunt. Imponitur pſyllion, uel corelydon trita cum pulte, uel aizoum, ſolia que poly-
goni, lana ſuccida ex aceto & roſaceo ſedat uerbenaca.

De dolore ſtomachi ex alijs cauſis,

Cap. VIII.

DOLOR qui ex uento frigido, aut aqua gelida epota, contrarijs remedijs ſanatur. Sto-
machus enim pane calido ſæpe fouedus eſt, aut laſeris aſſere calefacto, aut cupref-
ſino, aut piceo: alijs ſeruienti cinere utuntur in ſacculo. In potu uero betonicæ farina cum
uino efficaciter ſumitur, ſi ſine febris fuerit, alioquin cum calida aqua datur. Tormẽta ac-
roſiones ex malo cathartico, uomitionibus iuuantur, clyſteribus que, ita & ex cibis pari-
ter acutis fieri debet, pingui que cum inſpidis dari iubent. Ex malo medicamento ue-
nenato, erodente, æger uomere debet, atque pro ueneni ratione remedia communia ac
particularia ex libris uenenatorum querenda ſunt, ſicuti & uene-
ficiorum auxilia ex iſdem libris habe-
ri debent.

Dolor ex frigidiſ
ſtatibus.

Doloris ſtoma-
chi ex cathartico
remedium.

t 2 Dedo

Qui a cibo statim hominem exacerbat, trochiscis qui cum terra samia fiunt, quæ alter dicitur, leuatur, deinde hiera damus, ac uomitus excitamus. Si ex phlegmate origo fuerit, singulis diebus mellis acetabulum damus ieiunis. Si uero flaua bilis fuerit, ex aloë remedium habetur, et thecoma quoque mire prodest, nam aloë cum alijs medicamentis mixta, omnibus causis subuenit, Galeni sententia. In dolore uero continuo, ac uomitu, ita ut nihil in uentre cibi remaneat, hoc remedium magna experientia iuuat: Luteum oui recentis, duo mellis Cretensis cochlearia, mastichis semidrachma tinsa, in calice suo feruenti cinere seruata ter in die per intervalla deuorentur. Ex stomachi inualidi dolore pituitæ causa, qui semper aut interdum languet, talis compositio iuuat, habet thuris, mastichis, melanthij, ami, & pistaciorum exterioris corticis, omnium partes æquales, cum melle quo balani emblici seruantur, componuntur: modus est à binis ad ternas drachmas. Alia, corticis mali medici 3. 2. machir, galangæ ana 3. 1. mastichis sesquidrachmam cum melle conficiuntur. Ex materia mixta, coriandrum ualet cum syrupo mali punici & menthæ. Vnum exemplum obiter referam. Quidam mane assumpto cibo, post decimam horam dolore stomachi uehementi cum cruciaretur, liquorem aceto similem tellure ebullientem spumantem quæ eumebat, quo statim dolor mitescebat, id enim ex frigore conspicati sunt medici: mero que Creterensi, aut Rhetico, Punico uel hausto sanatus est: interea calida fomenta stomacho impesita sunt, & calidi cibi oblatis sunt, ac theriaca lascescenti stomacho profuit, ijs esculetæ in patella, si frigus, aptiora morbo sunt: fumida enim fiunt sed paulum acrimoniæ addes: tum stomachum inualidum languentem que firmabis. Cibaria ex materia facilis concoctionis eligimus, quæ ueru assata magis conuenit. Mixtura quæ mire ualet ad ructus acetosos, singultus, ac nimiam cibi auaritatem. Continet pipæris albi, nigri, macropiperis, omnium semidrachmam, xylobalsami sesquidrachmam, spicæ, amomi, ana semidrachmam, seminis apij, zingiberis, seselis, castæ, inula, avari, omnium ana obolos duos tinsa, cribrata, cum depumato melle ad usus seruat.

De dolore ex stomachi duritie. Cap. X.

Duræscit stomachus sine abscessu uitio interdum, unde ægre in coquendo rugas contrahit, male que digerit: ex frigore oritur, aut materia frigida in tunicularum meatibus combibita, aut in altera earum infixæ. Verum interior magis officit, apostematæ quàm simillima duro, in eo tactus durus est, difficulter que inclinatur æger, nam in poris tenuibus malis insitum est. At apostematæ materia inter ambas tuniculas facit. Tuam enim styptica dissoluentibus admixta iuuant. Nam si febris affuerit, dissoluentibus lædatur, calidiuicula enim sunt, propterea febris prius euomenda est. In duricia sine abscessu has potiones utiliter damus, menthæ, calaminthæ, mellistophylli, absinthij que destillationibus. A quibus ea cataportia damus, habent anisi, cinnamomi, mastichis ana 3. s. specierum hieræ 3. 1. tripolij, agarici, siliquarum senæ ana 3. 1. aloës 3. 2. cum succo brassicæ tinsa in pilulas digeruntur. Id emplastrum utiliter imponitur, ex mastiche, croco, meliloti semine, spica, bdellio, cera & oleo linino addito. Illinitur & lentiscinum oleum per se. Alabastri quoque farina, cum oleo anethino peculiariter prodest illta, aut oleo ex uiolis luteis, duritiem enim emolliunt. Porri decoctum in potu datur, atque ipsum uentri calidum imponunt.

De stomachi abscessu calido & eius dolore. Cap. XI.

Vomica stomachi (ut dictum est) aut in uentre aut mediæ aut ipsum ostium occupat seuissimo omnium dolore. Animus enim uel prima die protinus linquit, non aliter quàm præcordiorum abscessu, unde neruorum distentiones, comitiales morbi, mentis animi que furor, oboritur, multi nanque & attoniti fiunt ex cerebri, & cordis haud dubia communicatione, cum ore stomachi, quod præcordiorum nomine ad tempora, usque Galeni uocitauerit. Inde stomachi ostium appellatum est. In quibusdam nimia inedia sensilitate ad eum obuiere, ut comitialiter caderent spasmatæ membris omnibus. Alijs ex nimia corporis fatigatione, ira que, unde & cerebrum propterea haud dubio affici uidemus. Iis procurata humorum digestionem, cibo que tenuissimo oblato, ac uino albo subaustero, hiera picra uentrem repurgamus, id que bis terue in anno obseruamus.

Os stomachi quibus partibus consentiat.

uamus. Aliquos ex crapula, ab ebrietate, concidisse eo fontico morbo uideo, os stomachi supprime materia. Quosdam ex cholera uomitu conualuisse certum est, indico colore, aut porraceo, uel putrido cibo. Multi enim, inquit Galenus, à cerebro nerui ad stomachi ostium deueniunt. Ex cordis nanque communicatione anima protinus deficit. Ex putridis uero stomachi humoribus, somnia terrentia eueniunt, uel mentis alienationes: ut in parua Cornelia nostra, quæ uermium sæpe causa in somno alienatione tentatur. Et hypochondriacus dictus furor ex oris stomachi uicinitate aliquando contingit. Sicuti ex lienis interdum affectu, ex quo humor ærugineus ad ostium effluit, unde fumus quandoque uapor aciem sæpe oculorum permutat. Animæ præterea defectus, si stomachi oris uitio fuerint, dolor indicat. Cæterum abscessus omnis aut ex cholera, aut sanguine oritur, si calidus est, aut utroque humore, æqualiter, aut inæqualiter, quoquo modo essentialiter calidus uocitatur. Ex reliquis humoribus calida apostematata per accidens uocamus, cum phlegma, aut atra bilis extrario calore uitiat. Ex bilioso abscessu dolor tactu ueluti clauus infixus, inest feruentissimus, cum ardenti febre, naturali que circuitu, sicuti audissimæ, cibi tædio, uomitu que bilioso, phrenetico que furore, tum urina citrina uel flaua conspicitur. Ex sanguineo uero abscessu uentris superior pars magis tumescit, ac extenditur, cum maiori pulsu, ac grauitate, urina purpurea cernitur, uenarum que pulsus maiores sentiuntur: tumor ipse mollior efficitur, si uitium uetus fuerit, corpus macie cõsicitur, caui oculi fiunt, urina subsistit, aluus liquida redditur. Et assumpto cibo, stomachus male afficitur.

Ad os stomachi ex cerebro nerui

Biliosi abscessus symptoma.

De curatione uomica calida in stomacho. Cap. XII.

Coelo primum frigidum & humidum æger contineri debet. Vbi sine animi perturbatione, sine lectione, balneo, frictions que stomachi degere oportet. Nam nec somnus longior conuenit. Cibus facilis concoctionis, ac paulatim frigidæ ac humectæ naturæ tum actu, tum potentia offerendus est. Vinum ea ratione maxime obest. Sicut & carnis usus, omnia que ex melle, saccharo que tragemata damnantur. Et quicquid maxime frigidum est, intestinis omnibus abscessibus nocet, materia enim crudior redditur, magisque resoluatur, aut maturatur. Verum syrupo uiolaceo, aut rosaceo, uel tamarindis uim humoris temperamus, sed in primis abstinentia obseruanda est, præsertim si in ore stomachi uitium fuerit. In quo hordeacæ cum punici uino duritaxat offerimus: tanta est membris nobilitas. De gula statim dicturi sumus, nam & terrentium symptomatum magnitudo os stomachi sequitur: materia enim per se furens est. Inter delicias syrupus uiolaceus ac ex nymphetæ succo prodest, atque ita usque ad septimum diem eo uictu ægrum ducimus. Deinde atriplicem, & cucurbitam in cibo damus ex omphacino oleo uel amygdalino, alij & betam dedere eodem modo. Quidam admiscunt inter cibaria thussis acrimoniæ, si ex sanguinis ebullitione fuerit, ac initio præsertim morbi. Suppurato abscessu et refrigerantia & astringentia paulatim remitti opus est. Tum & auicula, ac gallinacci pulli, uel perdices & similia paulatim ad mensam ueniant, uel hædus ab ubere, & prisana hordeacea cum amygdalarum succo, ac panis interior mordens cum tenui uino aqua refracto. Si phlegmon (ut tradit Paulus) cum dolore affuerit, in aluum emolliendam clysteres infundimus, uiola, beta, malua, cum siliquæ ægyptiæ atro succo 3. 2. pondere, sacchari impuri 3. 1. s. uiolacei 3. 3. cum salis cochleario singulis diebus utimur ad octauum pariter diem.

Phlegmone obse
cense os stomachi
chi quæ faciendum.

De potionibus & emplastris ad calidam stomachi uomica m.

Cap. XIII.

Potiones maximè necessariæ sunt, quæ materiam digerant, qualis syrupus rosaceus est in sanguinis uitio, & quæ oxyfaccharis dicitur: in bilioso uiolaceus aut ex nympha, papauerinis uis. Sed protinus uena secanda est, cauendum est in materia fiurente cholericæ. Et si omnino aperienda est, exiguus sanguis demittendus, exiguo uulnere. Nam si corpus sanguine turgidum fuerit, à talo incipiendum est, alioquin iecoraria, aut media ferienda est. Male consulunt qui uomitiones procurant, aut catharticum exhibent. Si aluus nihil reddit, hieram, aut siliquam Aegyptiam damus, in furiosa materia aloë cum scamonio dari uolunt, alij balanos citrinos addunt, stomacho utiles, uias claudunt, et

Potiones materiam digerentes.

fluentem materiam repellunt. Quidam à missione sanguinis siliquæ atramentum cum feris & solum aqua dedere: alij olei amygdalini, cucurbitini que singulorum semuncia. Nonnulli morbi initio cibis emollientibus, ac clysteribus inde usi sunt, ac siliqua eadem cum absinthij aqua. At post septimum diem aquam fœniculi & apij cum cæteris admiscunt, si iam dolor & inflammatio resedit. Si in imo ventre uitium fuerit leues duntaxat uomitiones probauere. Emplastrum uero uitio quæ discutunt imponimus, ex cydonij mali carne, folijs cucurbitæ, portulaca hordei & farina, addito mali cydonij oleo, quod & per se inungitur. Fouemus præterea cum sandalorij rosarum & puluere, addito exiguo camphoræ, ex aqua rosea aut cydoniorum succo. Alij solani folia & plantaginibus cum cucurbitæ ramentis, folijs salicis, cum aridis utolis & farina hordeacea imponunt. Aliiter, farinæ hordei ʒ. 2. sandalorij, rosarum ruberum, spodij, rubricæ armeniæ ana ʒ. 2. caphoræ ʒ. s. cū plantaginibus semperuui & solani succo comiscetur. In sæuo tamen dolore papaueris & hyoscyami succi, uel seminum decocto. uires adaugent, qui corticis radicis mādragonæ, ac opij paulū addunt, aceto & conspergunt: frigida ea imponimus, & cum excaleta fuerint, rursum frigida reponimus, uel sæpius in die. In crescente morbo, antedictis emplastris chamomillam addimus, aut melilotum, aut absinthium, aut nardum, althææ que radicem, cum croco & sandalorum farina. Aliiter, foliorum malux, althææ, absinthij ana M. 1. farinæ hordei ʒ. 2. gallinacæ adipis & anatis ʒ. 1. singulorum palmulas 4. seminis lini, fœnograci decocti ana ʒ. 4. ad initium usque status imponimus. Cum uero constiterit morbus oleo chamomelino, absinthino, nardino, rosaceo, mali que cydonij, addito exiguo croci, atque ita inungunt tumorem. Et id emplastrum superaddunt, iunci quadrati, nardi meliloti, chamomilæ, absinthij, sandalorum, croci, baccarum lauri, æquis portionibus cum althææ marcore, & antedictis oleis incorporantur; additis quibusdam stypticis, & ad extremum usque status resoluentibus quibusdam opus est. Id Galenus laudauit quod habet olei nardini, propolis ana partes æquales, mastichis, aloës que superingeris & croci paulum, & duplici uase serueant, addimus & galliam muscatam, & hypocythidis succum. Inclinante morbo maturantibus & dissoluentibus opus est, ceu chamomila, fœno græco, lini semine, meliloto, melanthio, additis stypticis, sed paruo momento. Sed cerotarium prodest ex balsamo & aloë & cera. At inter mixturas probatur meliloti emplastrum. In potu datur fœniculi, apij, absinthij que aqua cū rosarum trochiscis, qui hoc modo fiunt rosarum rub. ʒ. 3. xyloaloes, nardi, mastichis, castir, cinnamomi, iunci quadrati, absinthij, glycyrrhizæ ana partes æquas cum uino ueteri digeruntur in rotulas. Ex Alexandri experimentis, absinthij succus per se ualet, & cortex quoque quam pulicariam quidam uocant. In fine maturata ac emollientia demum conueniunt. Prorumpente pure, ulcerum curationes sequantur. Sed ea potio dari solet, habet passularum, mixariorum ana ʒ. 1. seminis aristalthææ, glycyrrhizæ ana ʒ. s. seminis fœnograci, iunci quadrati, polytrichi, mēthæ ana ʒ. 2. palmulas 4. in aqua decocta portionem salutarem faciunt. Alia potio perutilis, habet hordei passulæ, mixariorum, seminis malux, aristalthææ ana ʒ. 1. uiolarum, glycyrrhizæ, chamomilæ, meliloti, cinnamomi, seminis melopeponis, cucumeris magni, cucurbitæ ana ʒ. 3. decoquuntur, ut iam dictum est. Medicamentum ad opus maturandum. Radicis althææ ʒ. 2. glycyrrhizæ, callitrichi, uiolarum ana ʒ. 2. cinnamomi ʒ. s. croci, mastichis ana ʒ. s. passularum ʒ. 2. mellis quantitas satis sit. Fomenta alia fiunt, malux, aristalthææ, chamomilæ, meliloti, fœnograci, seminis lini, absinthij, uiolarum, mēthæ, glycyrrhizæ, percolato decocto utuntur. Inunctiones hoc modo fiunt, olei liliacæ, œsypi, ac fœnograci, seminis que lini decoctum, althææ, adipis anatis, gallinacæ ana ʒ. 1. cinnamomi ʒ. 2. croci, seminis anethi ana ʒ. 1. cere exiguum ad conglutinandum. Aliud emplastrum quod digerit & maturat. continet farinæ fœnograci, seminis lini ana ʒ. 1. farinæ hordei ʒ. 2. seminis anethi, florum chamomilæ, meliloti, absinthij, rosarum ana ʒ. s. radicis althææ lb. mellis ʒ. 4. olei chamomelini, lini, absinthij ana ʒ. 3. adipis asferini, gallinacæ, anatis ana ʒ. 1. Verum dura apostemata id emolliat mifrice, habet meliloti, fœnograci, chamomilæ, baccarum lauri, althææ, absinthij ana p. 1. iunci

Maturantia
dissoluentia.

Pulicaria.

Ad opus maturandum
medicamentum.

iunci quadrati, thuris, ammoniaci ana p. s. gummi dissoluantur in sicuum aridarum 20. decocto cum uino & melle. Reliqua per te componito. Lac per se paulatim haustum maturationem festinat, quod tactus digitorum indicat. Ad maturationem facit, qui in uentrem iacet, substratis binis utrinque maxillaribus lanæ bene plenis, & medio molli plumco quo stomachus calefiat. Pus quandoque erumpit tussi, sternutamento, aut uehiculo: in potu ualet mulla pota tepida. Prodesse tradit Galenus uinum album tenue parcius potum. Succus quoque scabiosæ cum melle si bibitur iuuat maturationem. Sed unum non præteribo emplastrum a nobis expertum, plusquam sit uerisimile has uomiticas maturat: Cancelli marini, aut fluuiacilis in aqua decocti caro cocta & tunsa cum farina hordeacea mixta, imposita tribus diebus maturat efficacissime. Profunt & in cibis uel tragematis nuces pineæ ex melle, uel nuces græcæ, aut auellanae, ex antiquiorum experientis. Tradunt etiam uomicas discuti radice paliuri, trixagine & petroselino præcipue in cochlearibus binis succi, additi in cyathum marrubij succi. Atque ita aquæ calidæ tribus cyathis potum marubium, & illitum præualere dicunt, eas nanque purgat, rumpit & sanat ex melle æquis portionibus, & tepesfactum & illitum. Parthenium quoque calefacto succo, & potu. In omni nanque cibo porrum adiectum prodest. Sed omnia demum que sanescuntia ulcera exasperant uitanda sunt, quod in hoc morbo maxime perniciosum est, luctando uel currêdo, aut sub onere nimius labor, longa lectio aut clamor, & quæque sanguinis uomitionibus inimica sunt.

Emplastrum mi
rabilius matu
rans.

De aphago siue gula & eius abscessu curatione. Cap. XIII.

Gula siue *oibophagos* dicta à Græcis, cibi potus que ad os stomachi uia, per quam & uomitionibus uenter quandoque exoneratur, duplici tunica tegitur, quarum altera pro uomitu interdum constituta est, altera quæ interior est, cathelctica dicta, ad deuorandum necessaria. At cum gula (ut Galenus scribit) inflammatur, angustior redditur, qua cibus possit descendere, unde difficulter deglutiscit impeditis uillis, tum potus per nares supinis præsertim non sine uehementi dolore regurgitat, uerum rectis aut sedentibus facilius bibitur, aut hauritur. Nam si sola habitu dine id uitium fuerit, sine ullo abscessu, ingenti labore deuorat æger, diu que ac æqualiter descendendo remoratur cibus sine ullo dolore, quod in abscessu non contingit, in quo cum deuorant, in una duntaxat parte ubi tumor erat, summus habetur dolor. Ex phlegmone, aut erysipeloide acutissimus dolor est, tum & febris adest, ac sitis ualida. Si calidum non affuerit, apostema nec febris nec sitis adest, longusque morbus est sine dolore. Rupto abscessu, pus euomunt, tum acetosis & acutis maxime leduntur. Si o enim ea apostemata sanantur, uerum acuta letalia quoque sunt, inter scapulas summus dolor est qui gulæ parti respondet.

Duplex tunica
aphagi usue.

De cæteris stomachi abscessibus frigidis. Cap. XV.

Ex phlegmate quoque & atra bili uomica interdum laborat stomachus, ex humore congesto, mala concoctione, nimio ocio, humore que eodem confluente. Raro indurefcit abscessus ex phlegmate, sæpe ex melancholico humore, aut ex cholericis, interdum resoluta calore, in frigidam & siccam mutata materia, per errorem aut ægri incontinentiam. Vomitam ex pituita grauitas sine siti indicat, atque ardore stomachi: tum nulla febris est uehementis, uel periodica tantum, os salua abundat, uenter, ac facies pallescent, turgent sine duritie, nullum cibi desiderium est, uenarum pulsus mollis, urina crassior alba. Corpus graue redditur, ac torpore quodam afficitur, qualis lethargicis euenire solet, læsa ex aliqua parte memoria. At ex atra bili apostema durum est ac graue, in quo dolor non perpetuus est, sicuti neque cibi appetitus, uenter in eo quandoque sponte fluit, sed semper corpus macie conficitur, ructus que acidos sentiunt infomniosi ægri. Urina tenuis in glaucâ uergitur. Pulsus que tenuis est ex abdita febre, ijs anhelitus grauis est, ac animus tristis, semper mœrens.

Vomica ex pituita signa.

Apostematis ex atra bile nota.

De curationibus. Cap. XVII.

EAE uomicæ initio discutientibus (sicuti priores abscessus) non curantur: materia enim crassa est, ac parum obsequens, uerum diaphoretica plurimum ualent, hoc est resoluentia, quidam ea admiscere ausi sunt, quod æque non censuerim, nisi comixta quoque cum

Phlegmatici a
postea cura
uo.

cum calida materia foret. In phlegmatico igitur id inungitur. Oleum rosaceum, ex cydonijs, absinthinum æquis portionibus, addita aceti quarta parte: mox id emplastrum superimponitur: Continet farinæ fœnogræci, seminis que lini, hordei, lupinorum que, & meliloti ana ʒ. i. absinthij, iunci quadrati ana ʒ. 2. rosarum rub. myrti, aloës ana ʒ. 4. tunfa & cribrata, rosaceo excipiantur, adiecto adipe gallinaceo, anserino, ac plantaginis succo sanguinalis que. Alij sacculis utuntur duobus, aut spongijs decocto perfusis & expressis inter duas tabulas. Decoctum hoc modo fit: Rosarum rub. cauliculotum myrti, mentha, absinthij, sandalorū, schœnoanthi, nardi q̄ pares portiones, exiguo uino austero decoquantur, & percolato succo utuntur. Interea rhodomel in potu iuuat, cum plantaginis & absinthij aqua. Increfcente uomica, hoc unctulo stomachum inungito, habet olci rosacei, chamomelini, anethini, nardini ana ʒ. s. ceræ ʒ. 2. spicæ, machi, schœnoanthi ana ʒ. s. Dein id superimponitur emplastrum, quod ex ijs facere consueuimus, farinæ lupinorū, fœnogræci ana ʒ. 2. rosarum, meliloti, chamomilæ, anethi, apij que ana ʒ. s. cum brassicæ succo, & oleo chamæmeleo. Horis præterea matutinis in potu sumere iubemus trochiscos rosaceos, quos supra docuimus. At in statu morbi oleo nardino utimur, cum spica, cypero, schœnoantho, & aceto. Aliud quoque emplastrum fieri solet, habet polij, meliloti, amomi, chamomilæ, anethi ana ʒ. 10. absinthij, spicæ ana ʒ. 7. aloës ʒ. 8. mastichis ʒ. 1. thuris ʒ. 3. radice althææ ʒ. 1. ammoniaci, opopanacis, styracis ana ʒ. 10. adipis anatini, anserini, gallinacii ana ʒ. 5. ceræ selibram, id enim emollit ac dissoluit mirifice. Emplastrum quod collectionibus prodest, radice althææ, liliorū, ceparū, narcissi ana ʒ. 2. farinæ tritici, fœnogræci, & seminis lini ana ʒ. 2. Oesipi, adipis anatini ana ʒ. 1. schœnoanthi, meliloti, aloës, chamomilæ ana ʒ. 3. croci ʒ. s. oleo lilino excipiatur. Tradunt cepas in oleo & uino decoctas tunfas cum cymini farina impositas, eos abscessus discutere frigidus, aut saltem cito maturare. Dicitur & radice liliorum eodem modo cocta & imposita. Collectiones uero aperit, quicquid ante diximus. Sed unum in primis animaduertendum est in omni abscessu, si uenter intempestiue fluat, tum emollientia plurimū obfunt, sed astringentia imponenda sunt, donec subsistat aluus, ex palmulis emplastro frigido, aut calido pro abscessus qualitate, cum succo uux acerbæ, aut absinthij, aut si opus sit materia mixta utrumq̄ commiscebis. In abscessu uero melancholico inter initia rosaceum, lilinum, lutearum q̄ uiolarum aut narcissinum cum aceto commixta ualent, inuncto stomacho, subinde que id imponitur emplastrum: Farinæ fœnogræci, & seminis lini, althææ q̄ ana ʒ. 2. meliloti, rosarum, anethi, myrti ana ʒ. s. ex iisdem oleis cum adipe gallinaceo ac anatino, miscetur. Cum tumor uero increfcit, inungimus oleo uiolaceo ex luteis uiolis, lilino, adipe anatino, anserino que, addito croco, & antedictum superingeritur emplastrum. In statu pariter eodem modo inungimus, sed aliud emplastrum superimponitur, habet adipis anatini, anserini, gallinacii, ceruinæ ac uitulinx medullæ ex eorum cruribus, omnium ʒ. 1. styracis liquidæ, bdellij, myrrhæ, spicæ, mastichis, cyperi, carthami, seminis interioris ana ʒ. s. amygdalarum amararum ʒ. 1. gummi in uino dissoluantur, deinde tunfas amygdalas conijcitur, & reliquas species, adipis postremo infunde, id emollit, discutit & confortat. Foris sequenti profunt per se abrotanum ac satureia hymbriçe torrefacta & imposita. At si phlegmon stomachi induruit (ut Galenus scribit) aromatibus opus est, ut uires tueatur, emollientibus pro duricie euincenda, & diaphoreticis quoque praesidijs, ut emollita materia resoluitur: pro imbecillitate uirium aromata plura conijciuntur: si uero duritia magis resistit, emollientia plura esse debent, & si materia mollior reddita sit, dissoluentia plura coniecta iuuant. Exemplar omnium est id quod de meliloto celebratur in omni fere officina. Aliud, habet foliorū malux, aristalthææ, absinthij ana M. 2. farinæ hordeaceæ unciam, adipis gallinacii, anatini ana drachmam unam, palmularum ʒ. 3. decocti seminis lini ac fœnogræci ana ʒ. s. concorporentur. Nec ueteres gloria sua fraudandi sunt. Est Nilii malagma, ut refert Celsus, ad emollienda quæ dura sunt: habet croci malagmatis, quod quasi recrementum eius est, p. 4. ammoniaci, thymiamatis, ceræ singulorum p. 20. ex quibus duo priora ex aceto teruntur, cera cum rosaceo liquatur, & tum omnia inunguntur. Malagma Mosci ad idem, galbani ʒ. thuris, fuliginis p. 2. ceræ, ammoniaci, thymia-

Abscessus meli
cholici curatio.

Nilii malagma

Mosci mala
gma.

thymiamatis trietes, picis aridæ p. 2. aceti heminas tres, ad coitum humoris emolliendū.

De stomachi ulceribus,

Cap. XVII.

EXulceratur saepe stomachus leuiter tacta tunicarum superficie, modo grauius am-
babus tunicis erosis, uel perforatis letaliter. Exulceratio alia recens est, alia inuetera-
ta, ex acutis humoribus in stomacho congenitis, aut capitis acutis distillationibus, aut
abscessuum ad aperto pure, aut pustulis in eo ortis, ex quibus pestifer exit liquor. Ex uul-
neribus quoque præsanatis, aut perperam, uel per incuriam relictis. Venena item phil-
træue potionatis exulcerant, & stomachū et intestina omnia, sicuti & cathartica ab impe-
ritis oblata, ueluti scammonium & euphorbium. Referam obiter exemplum unum cur-
iūsdam religiosi: uicinum quendam nostrum in podagræ dolore auxilio præsentissimo
curaturum se promiserat, audierat enim hic bonus homo pilulas, quæ ab euphorbio in
officinis nomen habent, huic morbo saepe profuisse, ex solo igitur euphorbio confici pi-
lulas à speculario non minus quam ipse erat, imprudenti iussit: assumptis catapotijs, dys-
senteria eo die æger correptus fuit pernitiōsa, atque altero sepultus. Exulcerato stoma-
cho febris adest, lingua arret. sicuti que uiget, animus quoque subducitur, si ulcera ingētia
fuerint, & in ostio præsertim stomachi. A cibo salso, præsertim quoque frigido, aut cali-
do, uel acuto aceto ueluti sinapi assumpto summus dolor. Purulentæ præterea uel cruen-
tæ uomitiones immixtis tunicarum crustis inditio sunt. Oris item graueolentia ex cru-
dis ueluti piscibus, uel adultis ossibus, & uentris lienteria adest molesta. At exulceratio-
nis uarietas magnam differentiam habet: in primis oris stomachi summum dolorem ac-
cidentia sequuntur terribilia, difficultas anhelitus, sudores extremorum frigidi, ac animæ
demum defectus, cibis quoque deuoranti cum os stomachi pertingit maximum dolo-
rem inferit, delapsus exinde quiescere statim permittit ægrū. At quæ in imo uentre sunt
ulcera, minus lædunt, sed male digerit æger. Verum si ulcus in œsophago infederit, in-
ter scapulas (ut narratū est) dolor figitur, ac in deuorando cibo excrucietur æger, minus
tamen quam si in ostio fuerit. Intestinatorum præterea gracilium, ac stomachi ulcera cum
in eodem fere sint confinio, doloris loco fere non discernuntur, tempore tamen crucia-
tus differunt, gracilium enim intestinorū tormenta sæuius sentiuntur, ac inter excremen-
ta tunicarum ramenta conspiciuntur, sicuti inter uomitiones ulcerum crustæ cernuntur
ex stomachi ulceribus, qui acri cibo assumpto protinus læduntur, quo intestina tenuia nõ
læduntur. Quibus stomachus supra modū exulceratur, nunquā sanantur. Si que uetus
uicium est lienteria inducit, aut ex acutis humoribus, uel corruptionibus, dysenteria minatur.

Curaciones,

Cap. XVIII.

EXulcerato stomacho (ut Paulus scribit) in omnibus quidem edulij obsonijs que
acria uitanda sunt, atq̄ eadem pariter in potionibus. Sed mitigatoria uti q̄ laudantur,
quales pulres sunt sine oleo ex amylo, hordeacea q̄ farina, ac terra samia, lemniæue
rubrica, ex lacte aut melle, & sine quoque medicamento mordaci purgandus æger est.
Nostris recentiores præter aeris temperamentum, animi securitatem laudant, ac tempe-
ratum somnum, ac inter cibaria quicquid actu uel potentia leuiter exiccat, qualis panis
similagineus est sine sale, sine que multo fermento, ac prisana, alica, far, ac amyllum. Lens
excorticata, oriza & faba fracta. Auiculæ quoque profunt, ut galeritæ, perdicæ, atage-
nes, phasiani, turtures, turdi que: inter quadrupedes, lepores iuniores, capreoli, hædi, ui-
tuli que, uerueces que iuuenes: laudauere & intestinorum hædi, ac uituli ex aceto con-
dituram, ac eorundem extrema pariter condita, tum & oua sorbilia in aceto cocta, aut
caleus recens, uel ipsum lac cum abstergere uolumus cum ferro ignito aut lapidibus i-
gnitis ulcera sanat, uinum rubrum subacre nullatū uirium ex aqua in qua chalibis igni-
tus multotiens extinctus fuerit, uel ipsa eadem aqua cum syrupo rosaceo, ualet & in ip-
sij cibarijs posita: initio enim abstergenda sunt ulcera, tum cibo tum portione, tum styptica
damnantur. Tum cum ulcera persananda sunt, styptica damus, prodest panis cum ma-
stiche, aut balaulijs confectus, & caro ipsa ueru assata ex cydoniorum succo, aut ma-
li punici uino, uel cum omphacio uux. Sorba quoque immatura arida in puluerem re-
ducta dantur in edulij. Ex potionibus, quæ mordacem humorem compescunt, singulis
diebus propinamus. Interea uomitiones & cathartica uitamus. Et si purgandus
omnino

Exulceratio
stomachi differe-
ntia.

Ad ulcera in gula que idonea sunt.

omnino æger sit, siliquam ægyptiā solam damus. Alij hieram picram dare ausi sunt. Sed ut melle sanguinis interdum iuuat uel urinam ciere. Destillationibus uero uel ijs que suo loco dicta sunt, occurrimus. Sed que uehemēter abstergunt, est hiera antedicta, mulsā cum sale uel nitro, uel cum eadem erui farina, aliqui & lixiuū, aut urinam in potu dederunt, molliter abstergunt saccharum, uel aqua cum saccharo, mel ipsū, uel mulsā, & aqua ex passulis. Ros Assyrus magnæ est commendationis. At media sunt lupinorum, aut fabarum farina, uel cicerum, his enim pro modo ulcerum utimur. At si ulcera sunt in gula aut stomachi ore, ad glutinantia admiscemus, ut antequam in uentrem descendat, hæreant, quale gummi arabicum est, aut tragacanthū. At si in imo fuerit pura, uno haustu assūmi debet. Rupto uero apostemate, lac caprinum mane in potu ualet, si recens ac tepens fuerit: ante cœnam uero duum horarum interuallo hordeaceam cum saccharo rosaceo, aut melle damus. Que in omnibus ferè ulcerum generibus calidis, ac ætate utiliter offerimus: hyeme uero ac materia frigida rhodomelie utimur salubriter percolato, aut hyssopi decocto cum melle. In phlegmate uero falso aqua brassicæ opus est, aut oliuarum muria, modus est à quatuor ad sex uncias. Mundis & absteris ulceribus, que coalescere uulnera faciunt dāda sunt quales sunt ex succino pastilli, mire enim profunt etiam in sanguinis uomitu. Id medicamentum plurimum ualet, constat ex thure, sideritis succo ana ʒ. ʒ. rosarum, balaustrorum, succini, rubricæ armeniacæ ana ʒ. 2. tunā & cribrata profunt, ex ea farina ʒ. 2. cum cydoniorum succo, uel myrti decocto. Trochisci ad œsophagi ulcera, & oris stomachi, habet rosarū, rubricæ armeniacæ, gummi arabici ana ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. baccharum myrti, tragacanthi, spodijs, balaustrorum, acatiæ ana ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. succini, croci, mallichis, hypocythidis, amyli, seminis portulacæ, coralli combustij, hamatitidis ana ʒ. 2. cum succo plantaginis digerantur in pastillos. Medicamentum utile est, quod habet tragacanthi, gummi arabici, mastichis, rhustis, ex syrupo myrtino conficiantur. Aestiuis temporibus & ad sitim sedandam, aquam rosaceam, uel ex portulaca, aut symphito, uel hipuri damus, per se singule iuuant. Stomacho uero id emplastrum imponitur, cōtinet rubricæ armeniacæ, aloës, myrrhæ, mastichis ana ʒ. 2. cum resina ʒ. 6. cōcorporantur, & stomacho corio imponantur. Balnea præterea ferrata & aluminata laudantur, & balneum in agro Lucano efficacissimū est. At ulcerum uetustati, ex quibus conuulsiōnes humores fluant: Oliuæ & rutæ folia, ac agrimonie in nigro uino cocta ad duas partes, percolato decocto mane & uespere utimur, ad ʒ. 6. ulcera enim omnia interiora sanat. At si stomachus erosionibus perforatur, ijs præsidijs utimur, que in sanguinis uomitu dicuntur. Si fluxus aciderit uentris, trochisci ex spodijs ualere dicuntur, quo tempore & astringentibus opus est. In uehementi ulcerum tormento philoniū ocysimo præsidio iuuat, excando enim plurimum refragatur ulceribus, ac absumendo humores fluentes. Athanasiam compositionem alij prætulere, sanat enim ulcera, & uentris fluxū sistit. Paulus epithemata diaphœnicon laudat, & cydonij mali cum pulre. Cerotum diamylindum, aut rhodinum cum ammoniaco & thure, & Nilei epithema. Emplastra uero diaiteon, & cælij, & similia.

Singultus quid.

Singultus, ut à definitione morbi incipiamus, peruersus motus est (ut scribit Galen.) Si plius stomachi ex ui expultrice eueniens, quadam contractione, ac si nocentē materiam hærentem uel cōbibitam, aut immaterialiter insitam expellere conaretur. Ex cathartico enim pernicioso spasmata ueluti frequentia oriri solent. Sed stomachi osium cum plurimum patitur, deinde gulæ canalicula, siue œsophagos, raro imum uentris patitur. Quidam id uitium interiori tunicæ attribuunt, que distēditur, ac subinde dilatatur, tussi aut omnino dissimile: singultus enim ueluti quidā spasmus habetur, ab imo enim cōtrahitur stomachus, & ui omni quicquid esse possit, nititur propellere, ex iisdem præterea causis quibus spasmus oritur. Ex ariditate ferè consimilis est distentionis similitudine, quam naturalis dilatatio sequitur, que in spasmo semper non existit. Et eius motus uomitu uehementior est, omnes enim membri partes læduntur, ob eam rem Galenus magis uomitu simile, quam spasmo adiudicauit. Ex materia æstuate uel mordente quibus contrahitur ac dilatatur pariter stomachus, quodā ueluti crepitu uel sono, ex animi li u

De singultu & causis eius.

Cap. XIX.

Que sint cause singultus.

sensitiua ac expultrice naturali, si uis in tussi, ac sternutamento. ex quo (ut idem autor asserit) singultum à natura primum fieri, ac spasmus à morbo costare manifestum est. In summa, id malum execrabile, aut ex repletionemateriali humida, aut arida inanitione contingit, addimus improporcionatum ad materiam singultum, ex febris ueluti ingenti ardore. Et si in omni (ut tradit Galenus) singultu quidam inest conatus stomachi repellentis sibi noxium humorem, ueluti acrem, aut mordentem, aut uentum, aut frigus, uel ulceris apostematis uel puncturam, aut stomachi percussione. Singultus rursus aut ex ipso membro prouenit, aut aliorum cōmunicatione, uel totius corporis, sicuti in crisi uel ante ipsam contingit, uel uomitum, aut fluxum uentris prælagiens, uel in ipsa quoque frequens uitium dysenteria. Ex apostemate enim cerebri, aut membranarum eius, sicut lapsis ex alto, uel lapide percussis euenit. Ex iecoris quoque abscessu, uel in cauo præcipue infestissimus est singultus, discurret enim inter utrumque (ut Galenus perquisiuit) neruulus quidam exiguus. Dysenteriam quoque intestinorum gracilium, renum & uesicæ pariter uitia, sequitur, febrim item periodicarū in frigore. Et in ardenti febrim ualescente stomachi siccitate, uel cōfirmata accidere letaliter solet, uel per se sola stomachi caliditas, aut frigida pura que habitudo facit & singultus nimia membri sensilitas, hoc est neruosa nuditas, causis exposita, quam uermes in pueris quandoque lancinant. Siccitas naturalis præterea assumpto cibo aride potentiæ, qualis piper est, sinapis, aut diapipereon, ut de seipso Galenus scribit, singultus excitat, si uinum subinde hauserit, intercedente stomachi oris nimia sensilitate. Quibusdam corrupto in uentre cibo, ita quod mordacior factus fuerit, aut uenenato aliquo assumpto, piper quoque per se largius haustum id uitium concitat. Quod si per uomitiones reddatur, statim quiescit: nimia præterea crapula, frigidis cibus, uel potu gelido, uento quoque refrigerato ore stomachi, ut pueri plerumque patiuntur, phthisici macie confecti: ex diuturno præterea uentris fluxu, aut furioso cathartico nimium irahente, aut si quod apostema uel ulcus infederit, singultu crebro tentantur: qui ex repletionem (ut Aristoteles memorat in quæstionibus) rectis quam supinis molestior est. A frigidis frequentius quam calidis oriuntur causis, ob id uetustati, & ex diuturno morbo imbecillibus sæpe euenit. Pueros item id uitium frequenter uexat crapula & corrupto cibo. Nimio lactis haustu infantibus uerosus singultus accidit laboriosos iuuenes qui subinde ardenti febrim correpti fuerint, singultus crebri superuenientes exitiales ab inanitione uexare soliti sunt.

Signa & prognostica in singultu.

Cap. XX.

Si singultum uomitus non sedauerit, sed eum potius auxerit, ariditatem coarguit, alioquin materiam indicat causam. Confirmatā ariditatem, atque exitium certum præ se fert uehemens & adurens cum singultu febris, aut alius perseverans morbus, sicut & sanguinis immoderatum profluuium, & his similia. Singultus nō confirmata causa, humectantibus facile curatur: lacte ueluti muliebri, ex ubere hausto uel aqua, ut dicturi sumus, epota. At signa repletionis sunt stomachi grauitas, ac cruditas, uel corporis plenitudo. Ab habitudine sola stomachus grauis non est. Sicut neque à uento, in quo ructus & inflatio cum manifesta uentris tensione apparent. Ab humore mordaci, flaua aut atrabilis, aut uiridis indicium est. Singultus qui imminentem uomitum denunciat, in iudicario apparet die. Spasmus & singultus pariter ex nimia inanitione, uires corporis exhaustas ostendit. Perpurcato quoquo modo sene, singultus si superuenierit, exitialis est, sicut ex sanguinis exundanti profluuiio. Si singultus uomitu non sanatur, ac oculus (ut scribit Hippocrates) sanguine fuerit suffusus, capitis apostema, aut stomachi denunciat. Ob id si singultus in uomitu pari ratione malum denunciat. At in singultu ex plenitudine uomitus nō improbat. In febrim uehementis feruoris ac æstuationis singultus ortus aqua epota plerumque sanatur. Ethic est quem ad materiam improporcionatum uocant, minoris periculi. In periodicarum accessionibus frigore correptis singultus perseverans damnatur, exuberantem enim materiam demonstrat. Ex omni denique apostemate, aut icu capitis letalis est spasmus, aut delirium cum singultu perniciosius est. Inter singultus infinitos supra dextrū supercilium postulat orta certum denunciat interitum. Vomitiones diuinae exitiales sunt, & singultus crebros afferunt, sensimque

Singultus exitiales.

Singultus ex ariditate.

Singultus ad materiam improporcionatam.

Vomitiones letales.

sensim' que malū ex ipsa inanitione sicuti ex repletione ilico exoritur, & à cibo tum uehementius affligit.

Curationes.

Cap. XXI.

Animi affectus
in singulis quid
posint.

Singultus à causa frigida materiali' que, aut uentosa, in communi (ut ab affectibus animi, hoc est rebus non naturalibus exordiamur) sedant de re tristi subiti nuntij, unde cogitare de rebus necessarijs opus sit, urbium incendia, hostium rapinas, fugatum exercitum, classis euerfionem, provincias defecisse, nunciantes, aut potestatum minas, litem amissam, uxoris & filij interitum, amici in speratum casum, aut fundi calamitatem ingentem, litera' que ab amicis allatae, aliquid sinistri simulantes, mitigant singultus crebros, et & in auribus intonantes sonitus. At ex inanitione eadem plurimū obfunt, sicuti ira, metus, ac ceterae animi perturbationes, miser enim corpora cōsumunt. Ex prioribus causis sternutamenta, acres increpationes uel iniusta, ac anhelitum contumaciter cōtinere, iuuant, ex Platone in symposijs. Ex ipsa uero calida materiali causa, animi cōtrariae passionis, gaudium in speratum, irascentia, uerecundia, aut adepti honoris nuntius, & similia profunt. Spiritum enim ad extrema educunt. A causa frigida æger in cubiculo calidius sculo continendus est, in quo odora menta, nidoresq; grati, qualia sunt muschum, thus, ladanum, cupressus, cedrus' que, ac iuniperus, cum nidorem accensi excitant, mirè prodest rutha, uel si ingrato odore, castoreū, aut galbanum, bdellium' que, quæ in foeminarum remedijs commemorauimus. Extrema quoque & stomachum calidis fomentis recreamus. In primis Galenus cōtinere singultus, ac id saepe conari suadet inter præcipua remedia: nam & crassam uentositatem discutit, importunitas oscitationes sedat. Vnde quidam lardū in collyria concisum in nares indunt ad singultus cohibendos: In faciem ex improviso frigidam inspergunt, ut perterritis subito metu calor ad interiora utiliter propellatur. Exercitationes quoque corporis profunt, equo, curru' que uehi, aut nauiculis siue cymbis, quibus Venerijs tam cōmode quàm molliter utimur: clamores item & ligaturæ, frictions, cucurbitula' que uentri impostæ, leuant. fames etiamnum ac sitis, fo minus' que longior medetur. Meracius bibere, ac sensim delibare iuuat, & cibus omnis omnino calidus leuis materæ ac excalefaciētis esse debet, zingiberis decoctum cum faccharo calidum, uel melle cretico, quod & uentum discutit, & castoreū item salutare, uel ex aceto præcipue habetur, & inter remedia id decoctum habetur: pistaciorum cortex exterior rubēs cū schænoanthi radice si unā decoquatur. Aliqui cimini decocto utuntur, aut ruthæ, uel menthastræ, cū thuris farina, alij feminis, ruthæ drachmam dedere. Laudant & dictamni ʒ. i. cum theriacæ drachma in potu. Anethum quoque utiliter sumitur: nam peculiare auxilium est. Medetur & calamintha, pulegium, organum' que ex uino. Anethi semen tostum naribus subiectum, aristolochiæ rotundæ radix pota, sedat singultum, gariophyli quoque si in ore contineantur, & mentha ex aceto cocta. Marubium ex rosaceo calefactum & impostum. Trochisci h' efficaces sunt, habent colli, synanthi, silymbri, mentha, thuris, asari, feminis apij, anisi, calix, myrrha, rosarum, spicæ, castorei, succi absinthij. Conizæ, mastichis, folij, croci ana p. i. aloës ad pondus omnium cum uino meraco cōficiantur, modus est à drachma ad sesquidrachmam. Veteres medici mentham cum succo punici dedere, uel anisum decoctum in potu, quod etiamnū olfactu prodest: silymbrium siue cibo sumptum, siue succo potu, inhihet singultus, scandicis semen continuo ex aceto mulso sedat. Album quoque elleborum dabāt, uel hermonium, aristolochiam, asplenon, rhecomam, siue rheponticum. Castoreum ex aceto mulso calido potum prodest, uel cum ammoniaci exigua portione. Manus in aquam feruentem immergere cohibet. Succus brassicæ radicis crudæ, cum coriandro & anetho, & melle, ac pipere & aceto. Sternutamenta quoque prodesse scripsere, & Galenus & Plato, ut dictum est, ac spiritum obstinatius cōtinere in omni ferè singultu prodest. At si pituita in stomacho innatat à uomitionibus incipiendam est, facilius enim educitur uomitu, quàm per deiectionem materia, quæ si crassior fuerit ac uiscosior, potionibus digerenda est, siue inter tunicas impacta fuerit, id oxymelite fieri saepe docuimus, uel scyllitico cum maioranæ menthae q; aquis, aut schænoanthi decocto cum radice inulæ efficacius, ac pistaciorū cortice exteriori, uinum quoque scyllite mirè conuenit, & hiera picra in utroque humore assum-

re assumpta iuuat, aut aloë per se in catapotijs, uel pilulæ ale phanginæ ab autore dictæ. Magnæ commendationis sunt quæ habent, castorei, myrrhae ana ʒ. ii. salis cappadoci ʒ. i. diagridij ʒ. ii. mastichis ʒ. i. s. aloës ʒ. ʒ. cum mēthæ succo cōficiantur. At in ueteri singultu oleum amygdalinum linctu prodest. Aliqui exulcerantia stomacho imponunt, & quæ torporem membro afferunt medicamentis admiscēt, propterea theriacam uo uam dari suadent, aut philonium custodito modo, uel si materia frigida fuerit, in mordēte materia requieci antidotum damus, uel rubiæ trochiscos, aut syrupum papauerinum frequenti potu. Valer & ea compositio, costi, croci, rosarum recentium ana ʒ. ʒ. asari ʒ. ʒ. aloës, opij ana ʒ. i. s. cum psyllij decocto bene tunsa & cribrata ad unitatem rediguntur, & ad usus seruantur.

Ex caliditate uel materiali si singultus euenit curationes, Cap. XXII.

Ex ea causa, frigido ac humido cubiculo collocandus æger est, quale in plano esse solet, in quo temperate dormiat, animo securus. Et si ex humore fuerit calido, frictions, ac mollis exercitatio fieri debent. Inter edulia quicquid refrigerantis naturæ est ac facilis concoctionis deligimus: aquæ salutaris portio est, aut uini multa aqua infracti. Huic quoque & sternutamenta medentur, nam in singultu combibita inter tunicas materia, uehementi (ut inquit Galenus) motu excutitur. Quod & Aristoteles in quaestionebus commemorat, ubi singultus pulmonis affectum esse arbitratus est: & stomachum nullam cum cerebro communicationem habere falso asserit. Cur tamen sternutamentum singultus discutiat & ructum minime eleuet, non miramur, quod sternutamentū sua graui commotione singultus leuat, ructus uero qui à uento proueniunt, ad expellendos non idoneum existerent. Vehementiora fieri sternutamenta tradit Hippocrates, si nares, ac os pariter obstruimus. Ex calida igitur distemperantia aquam rosaceam damus cum psyllij decocto, & rosaceo, aut uioleaceo oleo, aut portulacæ aquam cum uioleaceo syrupo, uel hordeaceam niue refrigeratam cum amygdalino oleo uel portulacæ & plantaginis succum cum rhodomelite saepe haustum, tum & stomacho refrigerantia fomenta imposta iuuant. In potu datur succus decoctæ cucurbitæ in iure gallinaceo, aut cum punico uino hordeaceam, gallinaceam quoque ius præpingue uel addito anatis adipe, uinum q; dulce aqua dilutum utiliter datur, præsertim si ex inanitione fuerit uitium. Pro plebe phaseolorum decoctum, quo ad dissoluantur ebulliendo, adiectis penidij, si largiori haustu assumatur, uel ex inanitione spasmo plurimū prodesse tradunt.

Ex uento frigore si singultus euenit, Cap. XXIII.

Solet crassior spiritus stomachi tunicas interdum subire, aut ipsum cauum uentris implere, tum thuris manna si assumitur, refragatur, brassica quoque arefacta contrita datum drachmarum pondere cum uino pota. At in frigida ac uentosa causa diacyminū prodest, diagalanga, dianisum, diazingiber. Mithridatica antidotus, ac theriace, diatrion pipereon, & ijs si uilia. Ea pariter salutaris portio est. In duobus uini sextarijs mellis q; puri libra, ruta, ami, cinnamomum, galanga, omnium pares portiones ad dimidium feruefiunt, & colato decocto in potu utantur. Prodest & aqua ex uino meraco sublimata, quam ardentem uocant: nouum id inuentum est, per uitreum, aut æneum infurnibulū sublimare, in quo uilis materia substet, quod leue est sublimia perit uapore continuato, miro enim quodammodo ardet, uel ignis naturæ cognata sine ulla uel manus offerfione, unde ardens dicitur: ea germani etiam, ardente syrio, mane bibunt uel delibant, pituitæ salutarem arbitrantur. Aut in singultu ex ore stomachi, id maxime præcipiendū est, ut ex melle, aut saccharo omnia fiant, ut oris stomachi deuorando materia agglutinetur. Inter auxilia ualentiora dictamni farina inter præcipua habetur cum theriaca & uino cretico uel salerno, aut rhetico. Prodest & serpilli decoctū, aut cinnamomi cum mastiche chia. Sed singultum cum dolore mire sedat anethi decoctum & potum ad ternos cyathos (ex Diol.) semen quoque eius torrefactum & potum repletionis causa, uel eiusdem nidore in feruenti cinere per os & nares. Prodest iniunctum castoreum cum rosaceo, ruta quoque recens cum cimini farina in oleo anethino feruefacta, & uentri imposta, miro modo iuuat. Aliud perutile emplastrum, inulæ, mēthæ, ruthæ, absinthij aridorū.

Vehementiora
sternutamenta
unde fiant.

Aqua ardens,
Pituita euocās.

u M. t.

M. 1. ami, zingiberis, seminis rutæ, baccarum lauri, anisi, mastichis, cymini ana ʒ. 1. tunfa & cribrata cum melle & uino imponantur. Cerotarium perutile, ammoniaci, bdellij, sagapeni, opopanax, euphorbij ana ʒ. 2. mastichis ʒ. 1. cinnamomi, castorei, cymini, xyloaloes, piperis longi ana ʒ. s. gummi omne in aceto prius maceratum per noctem, ceteris tunfis, addita resina, cera, pice q̄ liquida, corio molli imposta laudatur, sed per interualla id euellitur à uentre & uaporando hoc fomento frequenter, utimur. florum chamomilæ, abrotani, absinthij, cauliculorum lauri, rutæ, mēthæ, calaminthæ, cymini, anisi, baccarum lauri, seminis rutæ, fœniculi, ami, & ex uino & aqua pari mensura feruefacito, addito exiguo acerrimi aceti, spongia feruenti decocto perfusa, expressa q̄ inter duas tabulas, stomacho imponantur. Prodest et balneum in quo aqua calida stomachum fouemus. Singultus uero ex apostemate, aut ulceribus, aut aliorum membrorum communicatione suas curationes habent.

De ructu & causis eius, Cap. XXXIII.

Cum inflatur aut distenditur stomachus uapores malos & indigestos, Galeno ita tradente, per os eructat, & acidum interdum aut graueolentem ructum emittit. Censura digni iunt qui ex crapula eructant. Solus homo inter animantia, ut tradit Aristoteles, flatu ructum q̄ emittit, quod ex stomachi humiditate contingit, uentres enim aliorum animalium aridiores sunt. Verum ut Plinius refert, inter morum exempla, Pōponius consularis poeta nunquam ructauit. Id uitium ex crassioribus humidis q̄ uaporibus uel quadam erumpit ab ino (ut aiunt) stomacho, at enormiter quadam ueluti gloria potioribus per ora euoluitur. Oscitatio pariter ex uaporibus superfluitatibus corporis tenuibus, & ipsa quoque pandiculatio, cum brachia tum spina extenduntur in nascitur, molliter enim per membra sursum uersus irrepunt. At ructus cum plurimum ex indigestione fit stomachi, aut ex frigore, aut uento, mulieribus sæpissime uulua uitio sæpe cum uentus includitur, nec efflari per se potest, quæ ructus commouent damus, qualia sunt anisum, origanum, cyminum, & his similia. Verum si multa subesset pituita, prius perpurganda esset, alioquin in continuatos conuerteretur ructus. Stomachus rursus exiguo suo calore inflatur, copiosiore in ructus prorumpit. At ex aere quandoque calido distemperatur stomachus, ac nimium exiccante, unde naturalis ac congenitus distillatur ac euanescit, uinum enim ac lac æstate acescunt quam facillime. Sunt cibi et potus pariter inflantes, qualia sunt omnia dulcia, uinum dulce, mustum, legumina omnia ferè, pinguia, allium, cepa, bulbi, ficus uel arida, uia recens, poma & lac quoque facile in uentum mutatur. Quædam effectiue excitant ructum sicut raphanus, et sinapis, quædam materialiter in uentum & humidum uaporem commutantur, ut ouorum lutea, si friguntur, ac ipsum lac. Omnia cruda magis quam cocta inflant. Stomachi præterea naturalis caliditas uehementior acescere lac quandoque haustum cogit. Vnde si per errorem calidiora offerantur magis læduntur egri, sed refrigerantia magis iuuat, sicut aqua calefacta largius pota. Rursus sæpissime acidus emittit ex frigida stomachi habitudine, simplici uel materiali, ex qua cibus non perficitur. Ex naturali quoque stomachi humiditate, qua congenitus calor hebetior fit, euenit. Verum & lenticia humoris concoctionem offendit. At graueolentes quoque ructus in pestilentia fiunt, ex corrupto quoque cibo, potu pestifero, ut ex lepore marino, aut interioribus ulceribus, aut abscessibus, aut infantibus ex tinea.

Ex quo potus & cibi genere flatum proueniunt.

Ructus in peste.

Quibus notis ructus aciduli maiorisq̄ acrimoniae, ac graueolentes dignoscantur, Cap. XXV.

Qui cibi ructus pariant.

Si quis ructus fumosos, ac maleolentes emittit aut acidos, ex his quæ æger commandaauerit dignoscendum est, tragemata nanque assumpta ructus frequentes faciunt, sicut & oua cum luteis fricta. Alioquin ex calore contingit non naturali igneo, aut simplici habitudine calida et sicca, qua uel pane hordeaceo commanducato ructus emittuntur. Ex flaua quoque bili oriuntur, quam uictus ratio indicat ex non naturalibus ea si adiuncta cholericæ præsertim habitudine. At acidos sæpe ructus, acres fructus, saporis q̄ acriores et acetosi efficiunt, uel qui facile in acrimoniam conuertuntur quod

quod a calido & frigido stomacho posse fieri diximus: assumpto enim melle & in aco rem uictato, frigiditatem stomachi deprehendimus, cui etiam facile auxiliatur: quod & uino dulci, ceterisq̄ tragematis contingit, quæ omnia in flauam bilem facillime mutantur. Grauitas præterea stomachi frigidam materiam indicat phlegmaticam aut mclaticholicam: suspecta nanq̄ melancholia lien perquirendus est, an tumeat, an doleat, uel cibi pariter adsit desiderium, uenter intumescat, cum cibi indigestione, acido q̄ ructu. A cholera si malum fuerit, oris amaritudo, si is q̄ demonstrant: nam & frigidis potionibus leuatur, ubi acuti quoque ardores intercedunt. Si à uento uero fuerit, nullus sapor indicium facit, uel si frigore æger corruptus fuerit, aut frigidis narationibus. Eruginis uero dirus sapor compunctionibus, ardoribusq̄ ue indicatur. Cænosus ructus, aut ex uero corrupto similes caliditatem cum materia crassiori significant. At ructus qui cibum non mutatum referunt post horas septem, imbecillitatem concoctionis reddunt. Maleolentes uero in uentre deuorata computrescere, aut ex ulcere uel apostemate sanie uel pus intus corrumpi ostendunt. Acidus sapor perdurans hydropem, aut lienteriam minatur: cum quibus & sanguinis phlegmatici signa pariter aderunt.

Hydropis suura signum ex ructu.

Curationes, Cap. XXVI.

Causis in primis primitiuis & antecedentibus occurrendum est, deinde ijs quæ inflationem stomachi discutunt, ructus dissoluatur, moderato uictu, ac potionibus auxiliantibus. Si ructus ex humore crasso fuerit frigidusq̄ ue, oxymelle simplici potu leuatur, nam subtiliat & digerit, unde & uomitu facile exoneratur stomachus. Ex saccharo & aceto compositum, iecori & stomacho imbecilliter frigidis nocet. Deinde & hiera damus. In oxyremia, inquit Galenus diatriopipereon dari iubet ex aqua uel uino, in ructu uaporoso ac fumido absinthium, ac hiera picra ualeat. Medicamentum eiusdem auctoris id laudatur ad ructus dissoluendos. Cymini, ligustici, ami, anisi, mastichis, fœniculi, schœnoanthi, zingiberis, amomi, sileris, piperis lb. zedoaria, galanga, ocimi, iunci quadrati, castæ, machir, maioranæ ana pares portiones bene tunfa & cribrata, cum rhodomelle excipiantur. Aliud Alexandri, habet piperis ʒ. 1. seminis anethi, cymini ana ʒ. 10. bene trita lingue mensura cum uino bibantur. At si acidus sapor à calore contigerit, edulia boni succi quæ facile digerantur, quales sunt anserini uentriculi ostrearum omnia ferè genera uel cruda commanducata protinus, iucundeq̄ subueniunt, ita ut de cætero nunquam acidum eructent & concoctionem concilient. Alij cyminum & coriandrum à cibo commanducatum laudant, deuorari enim succum iubent, & manducamentum expuant, facile enim acidus ructus emendat. Prodest & ante prandium coriandri ʒ. 1. s. commanducata, ita ut merum subinde bibatur: si quis media digestionem acide ructauerit logo somno iuuatur, aut à cibo deambulationibus, exercitatione, aut balneo, aut alta lectione. Vinum præterea auxiliatur in quo cinnamomum, anisum, mastiche q̄ incocta sint, ruta item cum uino & melle sumpta, semen quoque anethi tostum, cum origano & galanga ac nuce muscata, ructus mouet.

Oxymel.

Gal. medicamentum ad ructus dissoluendos.

Mastiche, ut Dioscorides memorat, ructus graueolentes commanducata emendat, ocinum per se ructus dissoluit.

ALEXANDRI BENE

DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMI

lianum Cæsarem Augustum Imperat. inuictissimum, de exterioribus stomachi affectibus, Liber XIII.

Prooemium.



Cuti periculosi stomachi affectus hactenus expositi sunt, at nunc de stomachi imbecillitate, de quo resolutione omnium pessimo uitio, hoc quartodecimo uolumine memorabimus. De inualida digestione, de eius corruptione, si stomachus item ægrius attraxerit, aut retinuerit, aut concocta repellere nequeat. Aut si nimium in stomacho moram traxerit, aut ocyus quam oporteat ad intestina inconcoctus labatur. Est & aliud uentris uitium, quo uis distinctiua offenditur. De cholera siue morbo cholericum, cum simul & deiectione & uomitus felleus ægrum uexat, hæc dicemus. At de lienteria siue leuitate stomachi, si qua supersunt, eum de intestinorum morbis agetur, suo loco pertractabimus.

De stomacho laborantibus, & primum de imbecillitate, Cap. I.

Stomachici.

Qui stomacho laborant stomachici (ut diximus) appellatur à Galeno, qui cibum non continent, uel si nullum quoque desiderium affuerit, eosdem & stomacho dissolutos, inualidosque eodem nomine uocauit: & qui pariter ieiunia non sustinent. Alij ad membri naturam referunt si textura rarior fuerit, qui imbecilliter attrahunt, et nunquam aut parum appetunt, stomacho inualidi dicuntur: sed quibus cibum supra modum grauior redditur, non sine ardore, uel languore continuo, aut nausea, acidoque ructu, & uomitionibus fluctuet stomachus, uel si cibum demum non teneat stomachici precipue appellantur. Id uulgarissimum pessimumque uitium est, resolutio stomachi à latinis dicitur cum cibi non tenax est, quo corpus (ut Celsus tradit) non alitur, sed tabe consumitur. Alij imbecillitatem uocitant cum cibum stomachus non conficit, ac in coquendo plurimum angitur ex tunicarum pariter raro stamine, unde in communi & in stomachi cunctis nocentur. Pylori quoque uitio, ac in parte, stomachi uisiorum raritate cibum non tenetur retentricis potentia imbecillitate confirmata. Singule quandoque ex his uires afficiuntur, plures interdum, cunctæ quandoque læduntur, eadem aut parum, aut immodice, aut medio modo languent. Cum plurimum id malum ex longis uel acutis oritur febribus, ex ingenti ueluti distemperamento dissolutus stomachus redditur, ex uentris fluxu immodico, sanguinis profluuio, uomitionibusque crebris, leuitate quoque membri, qua cætera macie conficiuntur, tum enim stomachi tunice consumpta materia in exilem absumuntur tenuitatem: & ex potu interdum frigida, uehementi dolore, mærore, fame, si in quo uenenatis sagittis, aut uenenis pariter assumptis.

De uicis debilitatis stomachi, Cap. II.

Oris stomachi male affecti signum.

Cibi desiderium si languet stomachi ostium (quod sæpius dictum est) affici ostendit: ac in deuorando angusta difficultas, reliquaque accidit minus molesta sunt, cum cibus in imo refederit stomacho. At si cibus non concoquitur, aut quod tardius perficiatur, inam uentris parte lædi indicium est, tum & uenter degrauiat, ac alui purgamenta inconcocta cernuntur. At si ambæ partes læduntur, eadem quæ dicta sunt, signa apparent, uerum quo ampliora sunt, atque grauiora, eo imbecillitas grauior habetur. Adest et sonitus uentris, ac ructus graues, uel maleolentes, ut Gal. tradit, id enim efficit stomachi exitus caliditas: intercedit & nausea, & dolor interdum inter scapulas grauis, cum gula deorsum trahitur uentris pondere grauiore. Ex uehementi imbecillitate, atque diurna, corpus macie conficitur, unde pulsus deficit, cum animi sæpe deliquio. Tum cibum in eo defectu æger petit, & oblatum protinus respuit. Adest & febricula, & reliquæ notæ hypochondriacæ melancholicæ, uapore putrido ad præcordia continue rapto. At raritatem staminis tunicarum stomachi acutus dolor indicat assumpto cibo, ac indigestio ipsa, & si boni succi fuerit, ac facilis concoctionis, tum languet stomachus, ac instanter excruciat, & in terea

Raritatis tunicarum signum.

terea corpus non alitur, imò tabe conficitur, facies pallet, et ieiunos dolor capitis infestat.

Curatioes imbecillitatis stomachi, Cap. III.

Ex omni qualitatuum distemperantia resoluitur stomachus, unde contrarijs opus est refragari auxilijs. Ex ariditate enim quandoque euenit, unde frigida salubriter in potu datur, aut oxygala niue refrigerata, & his similia. Ex caliditate interdum, unde sicut plurimum angitur æger, quam causam aqua pariter largius hausta, sanat, quæ uomitu, aut aluo emittitur. At reliqua imbecillitatis genera a suo quo soliti sumus, ordine prosequemur. Si quis igitur stomacho labore ex frigida & humida causa, celo temperato, conclauis quam maxime & alto & lucido & spactoso, animo securus utatur, in quo lectio clara uilis est: post lectionem ambulationes iuuant, uel pila parua, quæ precipue laudat Gal. cursu, gladio, hasta ue, si per uires licuerit, quibus corporis superior pars mouetur, exerceri. Verum neque labori se, neque exercitationi, neque negotio credere, sed ex toto quiescere, si mane non concoxerit. Cauere meridionalem solem, matutinum & uesperinum frigus, itemque auras fluminum, atque stagnorum, minimeque nubilo celo soli apparenti se committere, ne modo frigus, modo calor moueat, quæ res maxime grauidines destillationesque concitat. Magisque grauibis locis ista seruanda sunt. Exercitatio rursus antecedere cibum semper debet: in eo qui minus laborauit & bene concoxit amplior, in eo qui fatigatus est, et minus concoxit, remissior: sub diuo quam in porticu melior: cuius exercitationis finis esse debet sudor, aut certe lassitudo, quæ citra fatigationem sit, idque ipsum, modo minus, modo magis faciendum est. Et quoniam fere omnes literarum studiosi infirmi stomacho sunt, & cum plurimum sine corporis exercitatione uiuunt, quo in numero religiosi sunt, ac togatorum magna pars, his obseruatio maior necessaria est, ut quod uel dignitatis, uel loci, uel temporis, uel studij ratio detrahit, cura restituat: non summo mane surgere debent, sed si surgendi necessitas in tempestiue fuerit, redormire ante cibum conuenit: & longis diebus meridiari potius debent sublimi capite, ne tamen nimium, ne corpus languidum fiat. Hyeme totis fere noctibus conuiescant, sin lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post concoctionem. At in hoc uitio balneum in primis damnatur, præterquam si catharticum uentrem precipite fecerit, in quo casu somnus uires reficit. Venus quoque maxime improbat. Quantum ad cibum pertinet, nec satietas, nec nimia fames laudatur, caro aut asina aut elixa conuenit: condimenta damnantur, uoracius deuoratur, ac ægrius concoquuntur. Secunda mensa semper inutilis, imbecillo enim coacescit: ubi forte expletus est aliquis, facilius concoquit, si quicquid assumpsit: potione aquæ si frigide includit, tum paulisper inuigilat, deinde bene dormit. Si quis intemperas interdum se implebit, post cibum. neque frigori, neque aestui, neque labori se debet committere. At Marinus Traguricensis noster à satietate nimia maris natationibus sese concoquere apte aiebat. At qui tarde concoquunt, & quibus præcordia inflantur, quæ tunc propter ardorem aliquem noctu suture consueuerunt, antequam conuiescant, duos trestue cyathos per tenuem fistulam bibant, ne ingurgitando cibum perturbent, & a concoctione auertant. Nam & post cibum quidam magnam portionem per symphonem hauriunt, eadem (quæ diximus) ratione, demum omnes potiones aqua frigida includant: cui uero cibus accessit, is ante eum bibere aquam egelidam debet, & uomere, assuetus præsertim. Ex cibarijs omnia pinguia, ac iuuulenta, ius gallinaceum epoto uehementi pharmaco iuuat, pisces obsunt, & poma fere omnia, uinum dulce, ac crassum damnatur, quale in agro Patuino martioneum nigrum, aqua calida aut nimium gelida in potu damnatur, contrario utique uitio. Iuuat quicquid facile concoquitur, ac bene nutrit, exiguo aromate, ac a core pariter iniecto. Sed in omnibus metha recens, aut arida garyophyllata dicta apte ingeritur, oua præterea sorbilia iuuant, iecora pinguia gallinacea, alæ, testesque gallinacei. Gal. anseris alas cæteris præfert, turtures quoque, turdi, auicula, hoedinaque carnes aut uituli, qui nondum herbas gustauerit semiasse expressus prælo succus. Cydonia mala tosta, aut saccharo condita, addito aromatis exiguo, uel per se, primam commode includit mentem, sed animaduertendum est, eum qui soluere uentrem uoluerit, uires stomachi prius confirmare debet, nec cathartico opus est uehementi, nam uires dissoluit, per uices enim aluum leuiter molliri conuenit, dein medicamentis leuibus aromaticis astrigentibus

Frigiditate & humiditate stomachum infestantibus quid faciendum.

Exercitatio ante cibum uilis.

Uicis ratio studiorum.

Maris natationes ad concoctionem facere.

gentibus stomacho, ac cordi subuenientibus uti censemus, pro causæ ratione modo calidis modo frigidis uti debent. In calida imbecillitate succus, inquit Paulus, ex malis stypticis assumptus iuuat. Aliqui eo tragemate utuntur, sandalorum farinæ, spodij, rosæ rub. coralliorum rubeorū ana ʒ. s. corticis mali citrei conditi arefacti, coriandri præparati, cinnamomi ana ʒ. 2. sacchari puri lb. aquæ rosacæ ʒ. 3. sed & myrti bacæ per se iuuat potæ. At in frigida causâ, qua cum plurimum aguntur ægri. Galenus hanc compositionem mire laudat: Habet succi cydonij mali lb. 2. aceti selsibram, ad passi crassitudinem unâ feruefiant lenta flamma. adde has species tuntas et bene cribratas, piperis semiunciam, zingiberis duas, & ad usus seruato. Aliam similis iuuamenti: carnis cydoniorum libras duas, aceti selsibram, piperis, zingiberis ana ʒ. unam, seminis amii semiunciam. Aut cinnamomi ʒ. 4. galangæ unam, corticis citri conditi quatuor, sacchari albi libram, aquæ rosacæ muscatæ ʒ. 3. Aromata ad esculenta condienda in cœna uel prandio, coriandri præparati, cinnamomi ana ʒ. 4. piperis lb. albi & atrii, garyophyllorum, zingiberis, galangæ ana ʒ. 3. croci ʒ. s. pyxide tunsa seruantur. Sed uinum aromatite utile hoc modo fieri solet, cinnamomi ʒ. 4. zingiberis albi ʒ. 2. garyophyllorū, piperis lb. glandis muscatæ ana obolos quatuor, bene tunsa cum albi sacchari selsibra, in meri albi congio cõmisceto, ac percolabis: summum enim dissolutus stomacho remediū est. Mira proficit uinum absinthite, ex Dioscoridis sententiâ. Extrinsecus emplastra ac cerotaria imponuntur, ac unguenta, in quibus cera nõ sine ratione admiscetur: sed & lana oleo nardino infusa ac lentiscino, efficaciter iuuat. Aut oleum nardinum cũ aloë, & mastiche ceræ q̄ exiguo prodest, aut id Gal. ceræ ʒ. 1. olei nardini ʒ. 1. si cibum non tenet dissolutus stomachus, adde aloën & mastichen. At dissolutioni ex materia phlegmatica, mastichis ʒ. s. aloës ʒ. 1. garyophyllorum, cinnamomi, iunci quadrati ana ʒ. 2. rosacæ, succi cydoniorum ana ʒ. 1. s. lēti scini olei ʒ. 2. ceræ paulum. Paulus diacalamintham laudauit, utilem & theriacam uiperi nam, quæ si ex humoribus residentibus fuerit uitium, improbat.

Vinum aromatice.

Humoris calidi in stomacho nota. Frigide nota.

De iis qui ægræ concoquunt, & eorum signis. Cap. IIII.

Stomachus præterea aut cibum ægre conficit, & immutat, aut serius quàm naturale sit concoquit, tum grauitas, & præcordiorum inflatio apparet, et si diutius in stomacho indigestus tenetur cibus, uehementioris imbecillitatis notæ sunt: decem enim horis quandoque incoctus permanet, uitio humoris calidi: stomachus morderi, ac erodi & in nauseas effundi uidetur, uetus intus murmurat, ructus ad os ex imo uentre prorumpit, sumidus aut grauius olens, caput graue est. æger quiescere nescit, siti urgetur, uolæ utraq; feruent, cum cibi tædio. At ex humore frigido, acidus ructus existit, ac sapor in ore acidulus. At si digestio prorsus nulla est, cibum nihil pariter immutat, quod ex nimia frigiditate contingit, aut nimia texturæ raritate tum stomachi, tum uentris exterioris naturaliter euenit: tum intēpestiue cibus ad intestina uix alteratus demittitur, quod hypofarcham aut lienteriam denunciat.

Curationes. Cap. V.

His longus somnus salutaris est, ac omnino quies propitia est: balneum obeft, exercitatio, ac clara lectio. At si cibus inconcoctus permanet, nec iuuari alio auxilio potest, uomitu commode regeritur, aqua tepente crebro hauitu. Difficulter uomituris quæ nauseas incitare solent potionib. immiscemus. Exonerato uentre crebro uapore reficimus, uel panno saltē excalefacto: tum ea die apte abstinentia iuuat, & somnus pariter recreat, subinde exiguus cibus facilis concoctionis offerri debet. In capitis dolore oleum rosaceum infunditur exiguo aceto admixto. Exinde in latus sinistrum (ex Aristotele) dormire mire congruit, & rursus in uentrem redormire plurimum ad concoctionē facit: qui in dextro latere somnum ineunt aluo magis consulunt sed ambulationes somnum antecedere debent, quo ad cibum ad imum resideat uentrem. Sed qui infantem, aut puerum citra ætatem 10. annorum, aut catulū teneant hærentem stomacho refragantur. Alij pelle uulturina utuntur, aut maxillari ex molli pluma. At uitio caloris, edulia acetosa, aut acidula iuuant, sicut & caro gelu cõdita sine aromate, uinū quoque subausterū nullarū uirium, aut aqua ante infractum. Ex frigiditatis causâ calidiuscula è diuerso,

In quodam latus dormiendū.

Indigestio à calida causa.

diuerso, tum actu tum potentia, ualent aromate etiam addito. Quale id commisceri solet, piperis albi & atrii, garyophyllorum ana ʒ. 4. cinnamomi, zingiberis albi ana ʒ. 2. cardamomi, galangæ, balani muschati, corticis eius machir, croci ana ʒ. s. cribrata seruantur in pyxide ad usus quotidianos. Tragema quo ante cibum utuntur, & quo claudere eundem solent: Habet cinnamomi, zingiberis albi, galangæ ana ʒ. 2. garyophyllorū, machir ana ʒ. 1. cardamomi, zedoariæ ana ʒ. s. anisi ʒ. 3. sacchari albi ʒ. 8. iuuat præterea zingiber per se conditum, quod delicatius est: aut pro plebe non conditum damascenum, olim laudatissimum fuit quod uiride uocabant. Aut ipsa per se zedoaria. Si à calida causa rursus fuerit indigestio, ac leuis, uinum mali punici, medijs saporis, ac cydoniorum caro cum saccharo albo superiniecta aceti stilla, ad usus eosdē utilissime cõficitur: ac eiusdem mali oleū cum rosaceo incõcoctioni propitium est. Et id superimpositum emplastrum, in quo rosas aridas Damascenas sub obelisci forma, myrti bacças, sandalorum farinam, spodij puluerem, cum cydonio malo tosto admiscemus. A causâ uero frigida ac leui distemperamento, nardinum oleum uel spicatum, utiliter inungimus. Vaporatio quoque ea tempestiue est, cum sacculis duobus, inuicem stomacho impositis, in quibus ea aromata tunsa imponimus, cinnamomū, schœnoanthum, calamum odoratum, anisum, cyperum, mentham, chamomillæq; flores, æquis portionibus. Prodest & cerotarium id, mastichis, ceræ, galliæ muschatæ ana ʒ. s. nardi, calami aromatici ana ʒ. s. ex uehementiori causâ uinum resinatum potum ante cibum, auxilio est methonense, uel ei simile, aut picatum quale rhyethymnæ familiarissimum, in picatis ex argilla dolijs ingentibus feruatur, & piper per se prodest commanducatum, uel in tragemate, uel dulciarijs ex melle, aut buccellis, uel rusticis idoneum. Valet & mixtura ex betonice farina garyophyllis cum melle. mire congruit ea compositio. Ex humore frigido ea cõfectio miræ efficacitæ habetur, garyophyllorum, balani muschati, cubeborum, carpesia quidã uocant ana obolos 4. piperis, cinnamomi, zingiberis albi, galangæ ana drach. 1. sacchari albi libram ex aqua maiorane ʒ. 3. placet & diacyminū & diagalangæ cõfectio: salutaris est & rutæ mixtura, habet rutæ recentis ʒ. 6. cymini in aceto macerati, & subinde tosti, piperis, nitri ana drach. 6. mellis quantum sit satis ad ea cogenda: ex ijs etiam nū potiones matutinas facimus. Raphani radix per se & folia commanducata post cibum sollicitare traditur digestionem: & origanum quoque iuuat, nam & cibi pondus leuat, ex crassa materia: saturata item prodest. Vinum quoque hoc modo fieri solet, quo aluum emollunt in uini albi resinati uel picati congio lenæ siliculas tuntas, carthamum pariter contritum, ana ʒ. 1. s. zingiberis, galangæ, ana drach. 2. garyophyllorum, croci ana drach. s. in uino calefacto prius macerentur per diem & noctem, subinde feruefiant ad duas tertias, & expressa percoletur, adde mellis puri, despumati ʒ. 4. summo mane in potu dantur ʒ. 1. ex atra bili pilulæ ex sumuntur hieræ ʒ. 1. lenæ siliquarū ʒ. 2. ex mulla in qua tragacanthum infusum prius fuerit, cõficiantur.

Quid in uitata concoctione agendum sit. Cap. VI.

Est nanque digestionis corruptio (Galeno autore) cum in stomacho cibus boni succi corrumpitur, aut aduritur, aut acore, uel tetro sapore uitietur, quem exinde natura refugit: ex feruenti nanque stomachi habitudine cibaria firmissime materię facile concoquuntur, sicuti caro bubula, legumina, rapæq; & leuis è diuerso materia, qualia oua forbilia sunt in uaporosum fumum commutantur: & bilis quoque si in imo uentre plurimum restagnauerit, eundem pariter effectum inducit. Facit & cibi pariter qualitas fumosa, qualia sunt, mel, raphanus, nasturcium, sinapis & his similia. Coquendi item ratio cibum corrumpit, si enim oua friguntur facile in fumum mutantur. Ex frigida præterea nimia distemperanti uitiatu concoctio, ex exili uero, aut aciescit, aut corrumpitur, ex media, mediocriã uitia apparent. Ex liene quoque melancholia ad uentrem effusa cibum corrumpit. Inter edulia pisces, caroq; gelu coacta facile aciescunt, sicuti & omnis firmissima materia cum corrumpitur, ea tamen in stomacho siue digesta aut indigesta diutius incorrupta permanere solet. Contra imbecillis materia si diutius in stomacho tenetur, facile uitiatu. Ex corrupta propterea digestionē hydrops, carcinoma, herpeta, noma, erysipela, uiriligo, lepra, scabiesque & similia oriri solent.

Cerotarium.

Carpesia.

Vinum album emolliens.

Vinum solutū.

Digestionis corruptio.

Ex corrupta digestionē qui morbi oriuntur.

Corrupti sanguinis sympto- mala.

Ex corrupto succo, corrumpitur sanguis cum ceteris humoribus, qui per uenas diffusi in substantiam membrorum corruptam uertuntur, alsimilatrice uirtute decepta, unde ha- litus & membrorum graueolentia innascitur. Interdum enim tres aliteris uirtutis natu- rales functiones, interdum duae, afficiuntur, uel altera deficere tantum uidetur: sanguis ob eam causam, ex siccitate, ac caliditate torrefit, unde in picis modum nigrescit, ex quo cancer, aut lepra uel lentigo atra, aut uiciligo oritur. Ex omni praeterea cibo (Galen: au- tore) indigestus succus prauum de se humorem generat, unde morbi oriuntur: ex ma- la tamē materia deterior habetur sanguis, ex corruptioribus humoribus damnatus ua- pore cerebrum infestat, oculos subinde & aures & reliqua subiecta membra afficit.

De notis corruptionibus cibi, Cap. VII.

Signa ex risu et uomit.

SI praeter naturam excrementa, aut uentris crepitus flatusque supra modum graue o- sleant, corruptam digestionem ostendunt (uerum & si alia comanducibus sine sto- machi uitio saepe uentus grauius olens extrudatur) & quo magis grauius foetet, eo cor- ruptio maior indicatur. Ructus praeterea ac uomitus suum reddunt indicium: fumosa su- perfluitates sine cibi uitio ex calore malum orti significant. Si acefunt ructus ac uomi- tus, ex causa quidē frigida nota est signū quoque ex ipsis retrinētis habetur. At si in cōua- lescentib. materia acerat, recidiua minatur, reliqs putrescentib. Quod in acutis febribus male pronunciat ex caloris defectu. At in lōgis moribus diuturnitatē morbi, praesagit.

Curationes, Cap. VIII.

Remediū suū extinguēt.

CVm cibus in stomacho corrumpitur, per uomitum aut uentrem protinus emitten- dus est, Galeno autore, nunquam enim corrigi potest, subinde causis contrarijs auxilijs occurrimus. Tum xger cibo concoctibili alendus est, sed primum abstinentia iuuat, quo ad stomachi perturbatio sponte quiescat. Aegineta ex calida habitudine, a- quam frigidam cum omphacij succo dari suadet, aut cum cydoniorum malorum deco- cto, uel foliorum uitis, aut cucumeris semen recens cum interiori pulp, uel frigida dis- solutum, uentri uero imponi aquae frigidae uel tam plenam, aut cucurbitae recēs ramer- ta iuuat. Id refrigeratorium remedium, si ore continetur suū extinguit rosarum recē- tium foliorum drach. 6. glycyrrhizae succi 3. 4. ex uino dulci in pilulas digerantur. Datur panis cum posca efficaciter, aut oxygala, feris item & lactuca iuuat, quae feruori mire refragatur, in potu frigida tantum ualeat, & cibaria ualidioribus crassa materiae, ac frigi- da dari opus est, uel ex aceto condita, ob id caro bubula plerisque quam uitulina uti- lior est. Ex frigida & humida causa è diuerso cibus tenuis materiae esse debet, panis, uel uti si nilagineus, auiculae, ac pulli, cum ijs quae suauiter astringunt. Verum si uiscosa pituita intercesserit, quae lenticiam emendant danda sunt. Medicamentum id ualidum est, habet sceniculi, radices corticis p. 2. aceti sextarium unum cum dimidio, aloes p. 3. mellis uero sextarios quatuor, radices cum aceto decoctae conteruntur, & expres- sum succum cum melle decoquunt, mox aloē contrita imponitur, modus est cochlea- rijs ternis ex aqua. Alij eam mixturam, inquit Paulus, sine aloē componunt: prodest & diacalamintha. At quibus acida in ore sentiuntur, coriandri seminis drachma tunsi ex aqua pota salutaris est, aut lentisci lachryma. At si stomachi rara quidem textura af- fuerit, cibus boni succi, qui cito concoquatur leuiter astringens commendatur. Ad uaporosum uero ac humidum cum corrupta digestionem ructum, ij trochisci si bibum, tur, ualent: spodij, sandalorum alborum, seminis cucurbitae, cucumeris, portulacae ana drach. 1. rosarum drach. 6. rubricae armeniacae drach. 4. camphore obolum, cum succo portulacae conficiuntur. Animaduertendum est, si cum eo uitio humor affuerit, is primus deiciendus est: si cholera flaua (inquit Galenus) aut atra stomachum ingre- ditur in calidiori prouincia, quibus cibaria corrumpantur, xger difficulter sanatur, quod humores perpetim effundantur ad imum uentrem, quodque congenitus calor ad ex- trema euocetur. Vilem tamen esse uomitum scribit ante cibum, in causa est felleus meatus amplior, qui ad stomachum fertur, ob eam rationem quidam cholericis singu- lis mensibus apte uomitu repurgantur, Hippocratis praeepto. Ex pituita uero uitio post digestionē, eas damus pilulas, quas aromaticas uocamus. cinnamomi, calami aro- matici, calix, xyloaloes, schœnoanthi, machir ana 3. 3. tunsa in aqua infundatur, postea feruescant

feruescant ad aquae dimidium, percolato succo lb. 1. aloes infundito, ac singulis dieb. sa- pe commisceto, mox adde mastichis, croci, myrrhae ana 3. 3. tunsa & cribrata, modus est a 2. ad tres drachmas. Quibus maior ex cibi acrimonia in os effunditur, salia, acerosa, a- cuta, siue acria, a prandio deuorent, ac post horae interuallum assumpra posca, cum mel- le tepida, & raphani succo uomitiones citent, digito in fauces demisso. At si ea acrimonia siue materia infesta fuerit uomitus inutilis perhibetur, deinde stomacho imponatur saccus excalesfactus, in quo mentha, maiorana, absinthium, arida semunciae pondere, rosarum rub. flores chamomilae ana 3. 1. anisi, coriandri praeparati ana 3. 2. ma- chir 3. 3. tunsa miscentur, & meraci uino asperso tegula excalesfactus sacculus imponitur. Prodest & cerotarium id, ladani puri, mastichis, styracis, calaminthae ana 3. 1. ligni alo- es, zedoariae, galangae ana 3. 2. nucis muscatae 3. 1. musci odorati 3. s. anisi, amli ana drach. s. succi menthae, absinthij ana 3. 2. terebinthinae, cere ana 3. 1. s. rudicula ferrea excalesfa- cta, in mortario misceantur, cum praedictis succis ac oleo lentiscino manu dometur ma- teria calesfacta, & aluta extendatur in scuti formam. Aut id unguentum, quod habet suc- ci menthae, & absinthij ana 3. 2. succi mali cydonij 3. 1. lentiscini olei 3. 2. cere 3. 2. stoma- chus illinitur, ex Zoar. Mala leuiter astringentia, qualia sunt mala punica medij sapor- ris, post cibum commanducata (ne quid tamen nimium sit) ijs quibus cibus in uentre cor- rumpitur, oui putridi graui odore, plus quam sit uerisimile auxiliatur: nocent eadē qui- bus acefcit cibus, dulcia tamen minus nocentia esse tradit.

De attrahendi potentia lesa, & de causis eius, Cap. IX.

ATtrahendi uis in stomacho uel ex toto corrumpitur, aut laeditur, aut enim (ut Ga- lenus docet) nil attrahit, aut xgre, aut parum trahit. Interdum tremulo quodam motu uel spasmoso trahere conatur, uel ut summam dicatur, ea uis cathelica dicta uel ex toto auferitur, aut diminuitur, aut omnino corrumpitur. Id uitium aliqui resolutionē quandam uocauerunt, quod oesophago cum plurimum euenit: morituri enim aut omni- no defecti uiribus, nihil deuorant, aut difficulter assumunt. Idem & in perniciosis mor- bis uel ipsa instante crisi, extraria & praeternaturali frigiditate uel humida addita resol- uente, aut calida & sicca arefaciente, ut acutis contingit febribus, in quibus sine alio fau- cium uel gutturis uitio neque cibus neque potus ab oesophago canalicula comprehen- di potest. Mirum est, nec tamen ab re, quod cibus nonnunquam cathelica ita resoluta capiunt, potum autem nequeant.

Curationes, Cap. X.

HVIC malo, si ex imbecillitate fuerit, spica, mastiche, glandetque muscata occurrimus, nam calidis & siccis uis attrahendi conseruatur, garyophyllo, cinnamomo, cymi- noque & ijs similibus iuuatur. Ex ardenti febris succo cucumeris, aut cucurbitae decocto, comode auxiliamur. Vim eandem in ualidam interdum miro modo reficit merū haultū aqua modice infractum. Ex frigida & humida causa, id medicamentū probatur: Corti- cis mali medici, ac uiridis pistaciorū, mastichis, maioranae, rosarum rub. ana 3. 1. galangae menthae, corticis è radice capparidis, cinnamomi, xyloaloes, nardi ana 3. 1. sacchari lb. uel mellis 3. s. ex aqua menthae coponuntur, leui flama, dantur 3. binae, aut ternae, ante cibum duum horarum interuallo ex uino meraci sculo. Ex calida & humida causa rosae rubē- tis, spodij, nardi, corticis citri, machir ana 3. 1. seminis acetosa, menthae, mellis sophylli, 3. s. corallij utriusque albi & rubri, gallinaei uentris interioris membranae 3. 8. sacchari puri 3. 40. cum succo malorum dulcium, citrei mali, arantiorum, & limonum acore, ana 3. 4. p. leui flama conficiuntur.

Si retentricis potentia stomachi uis lesa sit, Cap. XI.

REtentricis uires consistunt, cum stomachus sine uacuo cibo haeret, & tam diu re- trahuntur, & cibum apte comprehendunt. Vitium ex ijs contrarijs habetur, cum nihil omnino stomachus retinet aut parumper comprehendit, nec digestionem opportunam expectat, aut si pertinacius quam opus sit retinet, uel digesto etiam cibo, retinet tamen interdum, sed tremulo (ut dictū est) modo uel spasmoso, siue singultu, ut xgro mani- festum est. Vacuum praeterea, quod inter cibum & stomachi tunicas est, praecipitē cibū agit.

Retentricis uires bene habentium functio.

agit. In lienteria, inquit Galenus, cibus non continetur, neque comprehenditur, contentricis uirtutis defectu, cibum nonnunquam tenet, potum uero rejicit, quod & in urinae stillicidijs contingit, repercusso ad renes liquore. Contra potum interdum retinet, cibum uero uomitu respuit. Vidimus interdum epoto uino ex aqua temperato, aquam subinde puram, sine uino emitti, nec ullo uini odore: tanta est discretiue potentie uis, de qua mox dicemus. Accidunt autem ea uitia, aut uirium defectu, ut in heciticis, aut quod alijs actionibus, ut in crisi, intentae sunt uires. Aut si stomachi habitudo frigidior quam oporteat reddita sit. Moderata tamen frigiditas, ac siccitas ad retentionem requiruntur, contra complexio calida, aut humida, singularis uel composita per se, uel cum materia, retentricem relaxant: sed nocentius humiditas resoluit, uires enim retinendi siccitate cum quadam leuiori frigiditate tueri, autores tradunt. Stomachi praeterea quadam naturalis leuitas sine crenarum serie, de qua dictum est, lubricum uentrem reddit, uel si naturaliter humectus sit, aut uictus intemperantia stomachus resolutus fuerit, difficulter continet. Quod & ulceris alicuius uictio, aut inclusio uento, aut cibi qualitate nauosa, aut pinguitudine, aut pharmaco, uel ueneno, uel solo uisu, ut conspecto lepore marino, nimia item exercitatione, cursu, saltu, crebris sternutamentis, uel si iacens in dextrum semper latus incubuerit, cibum aut cito labi, aut protinus ad inferiora uel superiora emitti necesse est.

Diferentia potentia.
Quid ad retentionem faciat quidque stomachum lubricum reddat.

De notis, Cap. XII.

Cum stomachus (ut Galenus saepe demonstrauit) undique cibum non comprehendit, ac non tenet, sed ad inferiora uiscera delabitur indigestus, leuitatem interaneorum efficit: tum uentris superior pars exinaniri uidetur, & inconcocta materia excernitur, unde inferiora quoque uiscera exinanuntur, si eorum pariter retentiu laesa fuerit, aut expellendi uis nimium concitata sentiat: tum enim subito motu sellam requirunt. At si utraque potentia constat intestinorum, uenter inferior supra modum tumet, nec concitata exinanitur alius. At cum stomachus parumper tenet, nec perfectam tamen operatur concoctionem, semidigesta excrementa apparent, & liquida cum sono crepitante profluunt, praecedere murmura uentris, ac ructus tradit Auerrois. Cum uero pertinacius segnior uis cibum continet, is serius, quam opus sit, ad intestina demittitur digestus, tum nullum cibi inest desiderium, cum capitis quadam grauitate. At cum supra modum, deuorato cibo coctibili, angitur & ger, ac ructus singultusque paritur, corruptam retentricem indicat. Ex uirium uero defectu, cibus, ac potus cum allumitur in profundum cauum subito cadere uidetur, diro febricitantibus augurio.

Corrupta retentris signum.

Remedia, Cap. XIII.

Ex calido distemperamento, ea uaporatio utilis est, ex feruenti decocto, si spongiae perfusa, expressa que stomacho imponantur, seminis myrti, rosarum, seminis plantaginis, acetosae, acatiae, hypocythidis, balaustrorum, nucleorum uuae, thulsis ana ʒ. ʒ. gallae imaturae, sanguinis draconis, cornu ceruini cineris, spodij, mastichis ana ʒ. ʒ. i. s. tumsa in aqua rosacea, succo plantaginis & aceto feruefiant, ex ijs quoque cribatis farina cum oleo myrto & rosaceo & cere albae exiguo unctulum conficiunt. At si ex nimia frigiditate distemperantia fuerit, fouere stomachum ijs remedijs iuuat, thuris, mastichis, styracis solidae, cymarum absinthij aridi, panis tosti, methae, maioranae, corticis pistaciorum exterioris ana ʒ. ʒ. nardi, garyophyllorum, schœnoanthi, cyperi, calami aromatici ana ʒ. ʒ. i. in nigro uino austero ebulliant modo, quo dictum est, stomacho spongij, uel sacculo imponantur. Conficitur & unguentum ex tenuiori farina cum cera & oleo nardino uel lentiscino, absinthioque. In summa retentrix corroboratur, stypticis frigidis. Verum si siccitas & frigiditas modum superauerit, cum calidis & humidis confortari debet, additis stypticis: profunt asparagi, pastinaca, eruca, napi, & similia.

De expultrice uel corrupta causa, Cap. XIII.

Afficitur iisdem fere modis ex uirtutibus naturalibus expultrice potentia: aut enim (ut tradit Galenus) ex toto sublata inermem in uentre cibum derelinquit, sicuti in ileo morbo, aut debilitatur, & lassescit, ita quod serius pigritata cibum expellit, uel partem duntaxat, aut modum exuperat irritata uirtus. Aut corrumpitur, unde ructus, uomitus,

mitus, fluxus aut cerebri singultus oriuntur ex potentiae naturalis uel animalis defectu, ut in conualescentibus post uehementes praeteritum deiectiones, aut nimia stomachi sensatione, qua expellendi uis concitatur, ita ut in stomacho cibum prorogari non patiantur, sed in tempestiue concoctum extrudit, symptomata id fieri dicitur, sicuti cum praui humorem expellere conatur, cibum pariter indigestum emittit. Euenit & simplici stomachi distemperamento, uel simplici uel composito uel materiali: frigida tamen & humida commixto expultricem iuuari tradunt citra distemperantiam. Nimio enim frigore torpore indicitur, humore uero stomachus relaxatur combibito inter tunicarum ita mina, de quo saepius dictum est. In causa est & membri leuitas, humoris mordacitas, leuitas grauitas uel, ulcus, abscessus, aut flauis bilis inopia, uel si pyloron nihil recipiat, uel si quae deuorantur sine potu arida sint, aut styptica, aut durae materiae, sicuti tabulae, caro bubula, aut uaccina, oua dura. Quae tamen Dionora nostrae ueluti uehementis, catharticum uentrem mirum in modum trahebant, pyra, cydonia immatura, oliua muria condita, difficulter expelluntur, uinum item crassioris materiae, panis ex milio, panico uel, aut castanex durioris materiae existunt. Contra alius cibus est, qui cito ad interna lubricus delabatur, qualia oua forbilia sunt, sicuti recentes, uua matura dulcis, ac pruna.

Quo cibi genit diu propter duritatem in stomacho morantur. Qui cibi non diu permanant.

Signa eiusdem mali ac remedia, Cap. XV.

Nota huius affectus superioris contrariae sunt, retinendi enim imbecillitas expultricis fortitudinem significat, ac e diuerso, per excessum enim suae qualitatibus ex uires quam maxime peccare uidentur, digestionem ancillantes, ea enim cum patetfamilias stomacho ceteris dominatur potentis, haec nunquam errare creditur, quod caloris temperamento indigeat, ut subiectum sibi cibum alterare aequaliter possit, & quo temperatior fuerit, eo melior concoctio adiudicabitur, temperamentum enim nobilior digestiue actio sequitur. Expultricem corrumpi rarum est, rariusque euenit, quod ex toto cibus expellatur, praeterquam in uomitu symptomatice, at si expulsiua infirmior est digestionem corrumpit: uehementior uero ut in lienteria inconcoctionem affert. Remedia huius uitij mox subtexemus. Sed si malum ex frigiditate fuerit, ea inunctio prodest, habet succi cyclaminis, cucumeris erratici, olei ana ʒ. ʒ. pyrethri, ialis cappadoci, qua gemmam uocant, agarici, colocynthidis ana ʒ. ʒ. i. s. fellis uaccini uel taurini ʒ. ʒ. i. ebulliant in duplici uase, donec succi totius quantitas absumatur, per linteam expresso succo supra umbilicum inungunt. Aliud cum ex caliditate uel siccitate contigerit, succi continet caprini, herbae mercurialis, radices ebuli ana unc. ʒ. olei uiolacei, cucurbitini ana ʒ. ʒ. uio larum aridarum, diagridij ana drach. ʒ. florum nymphae ʒ. ʒ. eo quo dictum est modo componi debet. In communi expultrice potentia ex calido & sicco si laeditur, frigidis & humidis succurritur.

De mora cibi in uentre, Cap. XVI.

Non omnibus eodem modo cibus in uentre moram trahit, quidam quoties assument in die, toties uentrem exonerant, alij semel, alij saepius, quidam alternis diebus, nonnulli quarto aut octauo quoque die alium exinanunt. In stomacho plurimum a sex horis ad 12. usque, aut quintam usque decimam moram trahit, pro stomachi, cibi, ac aeris qualitate, & modo, proque corporis exercitatione. Causas supra commemorauimus, ex cerebri affectu, laesa animalis potentia, aut studiorum occupationibus, aut retentrice uel ualidiore, uel imbecillitate expultricis, aut uentris exterioris mulciorum infirmitate, uel si bilis in imum uentrem non effusa fuerit: plurimum facit ea de qua dictum lenies, aut nimia crenarum asperitas: obest & spiritus intus inclusus, abscessus, uermes intestinorum, ac uaria membrorum oppilatio. Balnea quoque concoctionem iuuant, sicuti & animi securitas.

Concoctio bona unde.

Curaciones, Cap. XVII.

Digestionem sollicitare creditur mala cydonia a cibo commanducata, ante enim retardant, si ut sorba & mespilla, castanex & similia. Difficulter concoquitur similagineus panis sine fermento ac sale, lens quoque uel bis cocta uel ex aceto. Referat exemplum lepidum, cuiusdam rustici in Colonia uico agri Veronensis exemplum, qui bis eandem lentem deuora-

Exemplum lepidum.

deuorauit, quodam enim die ante galli cantum ad aratrum surgens uxoris coarguens conuiujs pigritiam, lentem oblatam ingenti paropside ferè crudam intea; perata auidi-
 tatis deuorauit, uespere ab aratro in agelli angulo uenem exonerauit, & integra con-
 specta lente, de stomachi ualitudine addubitaui: tridui intervallo plauia clara lens ab
 uxore per agrum oberrante in sinum auide colligitur, uespere domi cribro repurgauit,
 elotamq; ac percoctam diligentius quam ante marito obtulit summo mane, qui bene
 coctum prandium laudauit: impigra uxor negligentiam tegens, domesticam leuitè exe-
 crando, coctibilem lentè se agelli angulo forte ab alicuius improuidi sacco lacerato pro-
 fusam inuenisse applaudens narrat: maritus sese ibi uentrem exonerasse reminiscitur, at
 que se bis eandem lentem per quam infortunate commanducasse conqueritur concta
 bundus. Oriza præterea grauis est, panicum, milium, faba, cicer, phaseolus, ac panis fa-
 baceus. Aetate nostra dum hæc annotarem ex Colocuto Indici regno frumentum In-
 dicum dictum aduectum est, altitudine quinum pedum pollicari crassitudine nodosa,
 sacchari harundini similitudine, circa nodos supra terram radicante, harundine ferula-
 cea, crassæ prodeunt agnate ueluti radice summæ dulcedinis, in summo ueluti panicum
 purpureum inane diffunditur, subest crassioribus folijs harundinaceis multiplici serie in
 uolutus ueluti tunicis ambientibus turbinato mucrone obeliscus semifabis decortica-
 tis flauis rectus, pinei pomi similitudine exasperatus, grandinem non formidatur id tri-
 ticum, humidum amat solum, post æquinoctium legitur, panis conficitur dulcis mila-
 ceo si. nilis, uerum diutius mollis seruatur, ille protinus durefcit sapore asper. ficilius In-
 dicus digeritur. Post hæc syluestria animalia, suilla caro, anates, anseres syluestres præfer-
 tim, græues & similia, & quo uetustiora grauiora sentiuntur & tosta præferunt. Oua itè
 dura, uetus caseus, inter olera brassica, & humanæ caluarie similes lacurres, unde ca-
 pucei dicuntur: in brassicæ genere difficilis cōcoctionis sunt crispa sebetana, in ripsis A-
 thesi: mollior suauissima est ac minus grauis, laudatissima inter olera. Hanc principes
 Mantuani, ac Mediolanenses auidius ex eo uico læptus expectabant. Portulaca, cucu-
 merisq; crudi diu in uentre durant. At caro pinguis, pulli, ouis forbile coniecto saccha-
 ro aluum emollit, ius pingue, lac recens, ius gallinacii ueteris aut gallinæ uentrem ca-
 thartici modo turbar. Cerasa, pruna matura, mora, fici recentes, ac arida præpingues, ca-
 rycaq; qui carycam & ficum id esse putant, haud dubio errore conuincuntur, nam Plin-
 ius de Syriæ arboribus in ficuū genere carycas & minores eius generis quæ cottana
 uocant: de suis item, inuentum inquit M. Apicij ficu caryca saginatis, Libro 15. cū &
 obsonij uicem impleant recentes fici. Ex hoc genere sunt (ut diximus) cottana & cary-
 ca, omnia hæc in Albenfe rus è Syria intulit L. Vitellius cū legatus in ea puincia esset,
 nouissimis Tyberij Cæsaris temporibus. In eodem de succis fructuū, placent cure, ut ca-
 ryca, detrahatur hæc fici uirentibus, ut putamen: eadè in succis maxime placet. Ua præ-
 terea matura alba præferunt alium molle, uua quoq; passula, nā corpora pariter implet.
 Ex oleribus beta, atriplex, spinachiu, blitum, mercurialis, brassica, semicocta. uel effica-
 cius si nudis pedibus æstate pauimento aqua asperso ambulauerit, duram enim aluum
 emollit, nec alio auxilio quandoq; leuatur, lupulus quoq; iuuat. Mirum est, sed multis
 frequenter obuium, lactuca parcius commanducata uentrem sistit, copiosius uero laxat.
 Frequentius in prædio bibere alium liquidam reddit. Pruna matura, cerea, aut damascena,
 uel quæ ex Hispania intulit ætas dulcedine pari, omnium maxima sunt uiridacea appella-
 ta, immaturis si. nilia, carne plurima, osse minimo ac suauitate præcipua, quidam cū pipe-
 ris momento assumunt. Cappares q; aqua macerata feruēt, ita q; salilaginem omnino re-
 mittant. Oliua muria condita, aut matura passa, ex potionibus quicquid lenit & emol-
 lit cōmendatur. Ad id conficitur medicamentum ex psyllij lentore, aut ex prunis si-
 ne diagriddij uolentia. Siliqua per se Aegyptia atro sicco deuorato ante prandium
 aluo duræ subuenit, uel leui momento: aut ros assyrius. Syrupus quoque uiolaceus
 per se iuuat. Butyrum uero, aut adeps gallinaceus, aut anserinus cū psyllij decocto lento
 re, uel althææ illinitur uentri, asperitatem enim stomachi emolliunt. At si bilis flaua inter-
 clusa fuerit, aperiētibus opus est, sicut in ictericis dicemus, intestini oppilatione, quæ illa-
 cis prolunt damus. In summa calida & humida in cōmuni expultrice uim corroborat.
 sicuti

Frumentum In-
dicum,Ventrem mo-
uentia.Lactuca propri-
etas.Expultrice uim
corroborantia.

sicuti per interualla acuta & amara, saliaq; excitant in prima mensa, propterea cepari
 & sinapis usus, piperq; longum quandoque assumptum prodest.

Expultrice uim
corroborantia.

Quibus causis cibus citius quam oporteat è stomacho defluat, Cap. XVIII.

IN ualido proximo temperato corpori, propter è ac decenter concoquit uenter calo-
 ris robore, retentrice obsequente, ac expultrice subinde subsequente, qua ad inferio-
 ra demittitur ad intestina cibus. Expedita ea, ac laudatissima decoctio est, singula e-
 enim uires suo tempore & ordine subministrant. E diuerso cum cibus non digeritur, in
 tempestiueq; ad inferna delabitur, ægritudo improba existimatur, ad mala namq; sym-
 ptomata ægrum perducit. Id uitium ex nimia neruorum cerebri ad uentrem pertinenti-
 um debilitate (ut sæpius dictum est) euentire (& si raro) solet, si frequenter uero retentri-
 ce infirma, aut nimium ualida ui expultrice, ex humida quandoque stomachi habitudi-
 ne immateriali, uel cum humore salio, acuto, uel acetoso, aut lubrico, aut ulcere innato.
 Ab exiguo naturali calore prope extincto cibus protinus (ut Galenus docet) profluit.
 Caloris nanque infirmitas digestionem corrumpit, sicuti & frigora correptis, aut subi-
 ro metu, uehementiq; exercitatione, dolore aut balneo, cibi quoque nonnulli alium emol-
 liunt, de quibus supra dictum est, sicuti & cathartici assumptis, uel infantibus tinearum
 molestia: secunda quoque mensa ex astringentibus aluum etiam sollicitat. Inualidis sto-
 macho (ut Galenus scribit) cibus tenuis materia, difficiliter quam crassæ concoquitur,
 diutiusq; immoratur. At in robusto ocysime demittitur. Liquida excrementa indige-
 sta, maleolentia uelociter profluunt, corpus ob id paruim alitur. Verum initio morbi ie-
 iuniam quandam auiditate reget referre uidetur.

Curationes, Cap. XIX.

VIctus ratio priori morbo omnino dissimilis est. Prodest igitur animi securitas, &
 quies, cubiculo calido ac sicco, temperantia proximo, uti debet, somnoq; longio-
 ri, & à cœna fere statim procumbendum est, in sinistram fere semper iatus, ante cibum
 fricari suprema partes conueniunt, panis ex similagine conficiendus est, paruimq; fer-
 mentari cōueniunt, exiguo sale addito uel nullo: maltichis pollinem ingerito, ac corian-
 dum præparatum. Pro plebe sorba arida tunsa misceri iuuat, in obsonijs auticula, turtu-
 res, phasiani, perdices, turdi, lepores & similia, asina præferunt, ualēt: uinum atrum uel ru-
 brum leuiter astringens bibendum est, aqua ferrata temperatum, pro uirium facultate.
 Quæq; leuiter astringunt prima mensa offerimus frigidiuscula, si calida causa fuerit, aut
 contra si frigida, mire id medicamentum auxiliatur, oui recentis luteum induratum, &
 tritum in calice suo imponi debet, mellis puri cochleario addito, cum maltichis fatinæ
 obolis duobus, omnia feruenti cinere surculo uersando commisceris, id tribus diebus
 datur ieiunus. Interea stomachus oleo lentiscino uel maltichino sacificio illinitur, id no-
 stris officinis familiare est, coëgit enim necessitas id fieri, ubi lentiscinum non est, quod
 in Creta atque Cypro plurimum in usu est, recens in delicijs est stomacho laborantib.
 uetus facile rancidum contrahit. Inter reliqua auxilia hiera plurimum laudatur, humo-
 res nanque impactos conuellit, alioquin uomitus iuuat. Reliqua quæ retentricem uim
 corroborant, quæ stomachum extenuatum implent, & quæ noxios denique humores
 deiciunt, satis diximus locis.

Oleū lentiscinū,
maltichinum.

De uirtute stomachi discretiua, Cap. XX.

PRæter quatuor quas dinumerauimus potentias, quintam addidere diligentiores,
 qua humoris uarietatem discernit, & inter succos delectum habet, discretiuam uo-
 cauerunt: ea in iecore, liene, renibus ac alijs membris euidentior est, bilis enim flaua ab a-
 tra, & hæc à sanguine segregantur, sicuti uinum aqua temperatum à quodam ægro no-
 stro potū in prædio ac post quatuor horas in febris accessione solam aquam sine uini
 odore regei uidimus, hauserat enim uinum auida natura, relicta aqua. Nam & gutto
 hederaceo id fieri comperimus fidem uillici explorantes, uinum enim transfluere, ac a-
 quam remanere, si qua mixta fuerit, si ligno ea natura est, non ne & stomacho esse po-
 test, in quo tot uires natura collocauit. In uenis mesentericis eam uim collocari nō du-
 bitamus ex animalia ac naturali mixta, unde cum delectu deuorata, & si minus proba-
 ta sit materia, melius tamen alere creduntur, ex Hippocratis sententia. Ea potentia
 x uiciata

Stomachi dis-
cretiua facul-
tas.Quomodo sciri
possit utrum aqua
uinum habeat.

uiciata infirma, stomachus regredit, ac iecur pariter inualidum redditur, unde nullum inter humores discrimen habetur: cuti propterea mira foeditas oritur, lepra, aut vitiliginis similis, stomachus namque succo suo ueluti alimento quodam quoquo modo alitur, quod uenis mesentericis suis, quae per quam exiles sunt attrahitur. Quae si habitudine frigida ac sicca afficiuntur macie, ac tabe syncretica maceratur stomachus, quam senectutis hecticam uocant: si uero calida ac sicca distemperantia leduntur ex caloris continuato habitu stomachi substantia radicibus consumitur, unde alia hecticae species oriri solet.

Senectutis hectici

Curaciones ad stomachi labem, Cap. XXI.

Quae ad maciem & phthisin ualere dicuntur, huic quoque uitio profunt, asininum ueluti lac, epotum, addito aristolochiae obolo, & muliebri pariter, efficacius, quae marem enixa sit: utilis est & caseus recens, cochlearumque cibus, eas in aqua prius subferuefieri, mox in pruna torrerit oportere. Succus persici mali ex uino potus uires re creat, & coronea in melle cocta, & commanducata. Vinum ex betonica factum, aut resinatum, ius gallinaceum ualet in primis. Hoc unum miraculum addam, ossisfragi ueter arefactus paulatim in portione datur utilissimum, sed continuare non debet, facit enim matrem, & ouorum pulli cum gallae exiguo, si torrefiunt, paulatim enim dari debet, ita ut ne ante duas horas alius cibus sumatur. Caules lactucae satiuae deferuefacti utilissimi sunt.

De uomitu generibus, Cap. XXII.

Quae uomitur

Vomitionibus, aut cibus, aut sanguis, aut alius humor naturalis aut praeter naturam, uariis, purulentus, mixtus uel saniosus, aut si uermes simul regeruntur, retrimenta quoque, ut in iliacis suppressio uentre, per os graueolentia euomuntur, desperato morbo: & si quodam naturae miraculo quaedam mibilis puella octauo quoque die, cum id sibi naturale esset, eo modo sese exoneraret. Constat inter exempla, quendam lapidem nucis suglandis magnitudine euouisse. Quidam uomitionibus quotidianis, aut per statua interualla incolumes seruantur, pituitae exundantiam exonerantes. Quidam non nisi distenti crapulosi a mensa discedunt, & uomunt, ac subinde rursus alium cibum assumunt, alij alioquin temperantes singulis diebus uomere coguntur, atque ea perpetua uiuunt poena. Praegnantem in malacia re conspecta putri, aut grauis odoris, uel si dum taxat recordantur uomitionibus agitantur. Quidam longam nauigationem ob crebras uomitiones ferre nequeunt, alij diu agitati inferiere. Vidimus et diuerso Hieronymum Mamperum nauium olim praefectum a senatu legatum exercitus creatum, qui cum caeteris equitibus equitare non poterat perpetuis nauis agitatus est. Vomitus itaque ex simplici mala habitudine aut materiae male qualitatis contingit, aut ex abundantia humoris: & si materia quandoque inter tunicas (ut dictum est) impacta est, aut tunicae intrinsecus haeret crassa aut uiscosa stomachi uitio, aut cibo uiscoso commanducato, pisce frigido praesertim, aut pinguitudine multa, oleosisque cibarijs, uinum quoque aqua mixtum dulce, uomitus (ut Aristot. tradit) excitat, nauis osum enim est, ac facile stomacho supernat: ex uehementi quoque tussi, ac spiritu incluso uomunt, abcessuum quoque aut ulcerum purulentia, ex ictu quoque capitis, aut stomachi uomitiones excitantur, sicuti in diaria. In cholericis cum fluxu uentris perniciosae contingit uomitus, utroque enim malo excruciatu rger. Assumpto ueneno plurimi uomitionibus periere, quidam cathartico epoto uomitorio: innascuntur interdum in stomacho carunculae haemorrhoidis similes, ex quibus, per interualla sanguis utiliter profluit: raro tamen id euenit. Impacta gula sanguifuga sanguinem euomere solent. Qui aquam palustrem incauti bibunt, ex capite quandoque ad stomachum profluit sanguis, qui conglobatur, egeritur, ex iecore nonnunquam ad stomachum transfertur, uel suppressis in foeminis mensibus, aut haemorrhoidis, aut a nimia sanguinis missione, aut uenere intermissa, ut uiduis aut religione pluribus contingit, uel uehementi uomendi conatu. Haemorrhoidis serpens ab ictu a pluribus corporis partibus & a stomacho sanguinem effluere facit. Vomitus pueris peculiare uitium est biliosus omnibus ferè, & phlegmaticis potius quam melancholicis contingit. Temperatus iuuat, immodicus laedit, in longis morbis, ut in quartanis utilis, nephreticis, articularibus morbis, ischiadicis, hydropicis, stomachicis, quibus bilis aut pituita abundat,

Quae uomitum mouant.

Aristoteles.

Sanguinis uomitus.

Haemorrhoidis serpens.

Quibus uomitus profert.

abundat, comitialibus item morbis, melancholicisque prodest, calculis ite & harenas exturbat, cephalae renu & uesicae ulcera sanat, ictericos ex oppilatione, epilepsiam ex stomachi uitio, cutis foeditate curat, asthmaticos, cardiacos ac paralyticos leuat, singultus quoque infinitos, lassitudinem quoque corporis remouet, ut Aristoteles in quaestionibus. expellit enim a membris quod fatigationem fouet. Lewis uomitus desiderium cibi facit, & a nauis conciliat stomachum. In febris si orta fuerit epilepsia stomachi uitio, aut spasmus, aut torpor, aut grauis somnus & agrypnocoma, uiridis uomitus auxiliatur, uel ex humoribus mixtus. A superioribus partibus auertit materiam, sensus omnis iuuat, & aciem in primis oculorum exacuit, ab inferioribus materiam exinanit, si modus est. At immodicus uehementisque surditatem & tinnitum, sibilumque affert, & oculorum obscuritates, ac epilepsiam obest, si uitio capitis contigerit, & capitis doloribus, nisi ex crapula uel stomachi cruditate fuerit. Acetosus uomitus dentes offendit, quos pariter denigrat, iecori etiamnum ac pulmonum nocet, nam & ex pectore uenarum tunicas non sine periculo rumpit, stomachum demum affligit, & uires dissoluit.

Nota futuri uomitus, Cap. XXIII.

Vomitum antecedunt oculorum quaedam obscuritates, imaginesque uariae, dolorque aut grauitas capitis, oris amaritudo, & oris stomachi rosiones, & saepe saliuantis oris pituitae profluuium, ac labri tremor: cum stomachus fluctuat, cum nauis crebris humore redundante, praecordia sursum uersus trahuntur, tum praesens uomitus incipit. Cum uero uomitorio uiolenter materiam extrudunt dolor & intercessio non sine languore sentiuntur, solet enim quandoque per inscitiam medici, aut empirici enormiter spasmus, aut epilepsiam, aut animae denique defectum inferre: ac paria accidentia dira praeter opinionem inducere: si uero spontaneus est, unde materia corrupta ab ostio uentris expellitur, multis ac uarijs morbis indubitanter refragatur. Ex temperato uomitu corpus denique totum leuatur. At iudicialis uomitus ex indicatiua nauis praecedente dignoscitur, in quo materia digesta, ac aegri uires considerantur, unde uomitus haud segnitè, iucundeque concitatur. E diuerso ex damnato uomitu contraria eueniunt: terrent enim uomitus qui symptomatice uocantur, in morbi ipso initio, sine humoris ulla digestionem: nulla enim (inquit Galenus) naturalis ac laudata sit exinanitio morbo incipiente quoniam coacta, & repente, sine manifesta causa erumpit, impetuque quodam aegri & medicum pariter terret, unde symptomatice appellatur, siue sanis siue aegris id contigerit, expertibus potius quam assuetis periculosior: nec accidentis ferocia cohiberi possit uidetur. Sitis item ante uomitum bilem, aut putrem materiam significat. Mucositas uero phlegma ostendit, siue pura sit, siue commixta. Aquosus sapor uel acetosus, sine sibi colore liuidus, aut uiridis interdum, ex inconcoctis acetarijs uel lactucis, aut fructibus, aut oleagineis materiam frigidam denunciat. At quae nigra est uel similis, cinericea, acetosa, aut acris sine uiscositate atram bilem significat. Sanguis uero aut purus, aut cum alijs mixtus humoribus uomitu redditur si ab oesophago fuerit: locus doloris indicium facit: nisi ad apertis uenarum orificijs, aut erosionem ulceribusque contigerit, patefactis quoque iecoris aut lienis orificijs uenarum nullus pariter antecedit dolor. Ex morbo Gallico in quodam iuvene Romano ex patricia gente cui totam ferè iecoris tunicam ambientem uidimus erosam, de qua nunquam uiuens conquestus fuerat. At uenarum ora in stomacho raro patefiunt, ex quibus sanguis aquosior ac dilutior est: ex iecore magis compactus, ac purpureus est: ex liene ater & obscurus cernitur. Ex ulceribus initio sensim effluit, subinde apertis uenis copiosius erumpit, magisque si ad uenas maiores exulceratrix uis penetrauerit. Ex poris omnibus & apertis orificijs uenarum sine dolore, paulatimque dilutus & aquosus reijcitur: ad aperta uero uena subito erumpit copiosior, crassior, roseo nitore, & uulneris dolor locum demonstrat, qui si diu in stomacho fuerit compactus fusco colore cernitur. Is quandoque utiliter reijcitur, unde leuamentum homini praestat si corporis praesertim grauitas antecesserit, plurifariam enim natura solita erat exonerari, ut supra dictum est: naturaliter enim expellitur sine dolore ex iecore uel liene, aut foeminarum locis consistentibus mensuruis purgationibus.

Mala ex uomitu.

Iudicialis uomitus.

Symptomatice exinanitio.

Iecoris tunica a morbo gallico erosa.

Qui vomitur
boi sunt.

At reliquorum humorum uomitus qui sponte naturæ fit laudatur, si puri simplicesq; regeruntur, aut parum à natura mutati. Commixti facile cernuntur, qui uario colore, ac sapore substantiaq; dignoscuntur. Qui ex stomachi superfluis humoribus est, perpetuo hominem cruciat: si ab alijs membris ad uentrem corruat humor, per interualla infestat duntaxat dolor, ac æger à uomitu protinus leuatur dolore, ex Alexandro. Vidimus mulierem inter exempla mensis uitius interuallo singulis diebus miram porraceæ cholere quantitatem euomentem, & cõualuisse. Signa uero imbibiti, aut ualde heretis humoris in stomacho uel in eius ostio sunt, si post nauseas uomitus protinus sequatur, quo accidenti cessare sentiuntur, donec alius motus superueniat. At si non cessant cum uomitu, langore, atque agonia in ostio stomachi mordeat humor uirulentus & atrox, tum stomachi superior pars tumens locum fatetur, ac dura, nam & singultit æger, nec uomitionibus crebris morbi asperitas finiri uidetur. Si uero aliunde ad uentrem confluit humor, tumor, ac dolor membri finitimi, grauitas aut spiritus intus murmurans loci iniuriam fateri non dubitamus. Ex iecoris abscessu cholericò, stomachus bile fluctuat lutea, aut flaua porracea, uel æruginæ: ex naturali nanque uel citrina cum ex apostematis feruore aduruntur, eo modo efficiuntur. Imbecillitatis uentris notæ sunt, cum æger assùm pro cibo statim angitur, anhelitu crebro, nec cum facile tenet, alter utrunque enim expellit. At si humor in imo residet uentre, ante cibum anhelat, quem reijcere non potest, nisi assumpto cibo. Quidam post uehementem exercitationem assumpto cibo protinus euomunt ex uentris imbecillitate, aut humoris impuri ostium stomachi alluentis, in eo uomitu nulla sitis infestat, sed aromate potius iuuatur. Ex longa uero ac diuturna stomachi imbecillitate synctexes apparent, ac totius corporis tabes inuisa, nam ocysissime cibum eiiciunt, uixq; parum cibi sustinent, nec nisi addito plusculo aromate. Voraces helluones qui nimium assument cibum, stomachi interdum intere siones non ferunt, sed uniuersum reijciunt, quidam eadem mensa rursum assumentes distenti abeunt, ac mox bene concoquunt. Ex ictu sæpe stomachus in uomitiones effunditur periculosas.

Abscessus iecoris
cholericus.

Imbecillitas uentris
notæ.

De prognosticis uomitur.

Cap. XVIII.

Vomitum san-
guinis.

Quicunque sanguinem sine febris, aut apostemate euomunt, sanari possunt, at ex uulnere uel abscessu cum febris sanati nunquam fere restitunt, tum enim ante maturitatem, aut correptionem prorumpit sanguis, ex Hippocratis & Galeni sententia. Ater sanguis feci uini simi se feci sanguinis naturali deterior est. Melancholicus humor teterrimus est, & graue olens dirum habetur, quale in febris pestilenti cernitur. Porraceus uero humor redditus in febris uel quocunque acuto morbo, inter mortuas uires ostendit, alioquin iecoris feruorem innocentior indicat, in uomitis aut in acutis morbis incipientibus letalis est, sicuti & æruginus. Excrementicius uomitus anhelitus fœditate intestinorum abscessuum denunciat, in colicis & iliacis pestifer. In acuto morbo uermes eiectione cum uirium defectu eneecti præsertim, aut à fordibus mundi, interitum præsentem auguratur. Cholera ammixta pituita mucosa, suspectum uomitum reddit, uel quo magis mucosa fuerit, eo magis damnatur ab Hippocrate. In iudiciali die uariis humor turior est, si naturalis fuerit, alioquin quo magis impuri sunt, eo detestabiliores dicuntur. Propterea innaturalis diuersicolor atrox deterior est, ac porraceo, nã & uarij coloris naturalis uomitus, singulis humoribus tum naturalibus innaturalibusq; innocentior habetur. At uomitus omnis uiridis, aut porraceus, æruginus, plũbeus aterq; semper pernitiosus: qui uero ex ijs uariat coloribus præsentem interitum prænuñciat. Ex innaturalibus quod atrum est, execrabile habetur, uini feci simile, minus periculi infert, ab eo et æruginus, cæruleusq; incolumior. quo porraceus innocentior, præter quem ex herbis & fructibus minus sæuim fieri diximus. Ii enim colores à frigido conglobante, aut à calido comburente constare creduntur. Alij discrimen habent, ex hoc color lymphidus est, ac leuis: sicuti & in uiridi apparet. At ex illo color non traslucidus est, sed turbidus sordidus infuscatur, incipienti itaque morbo melancholia alter utrunque eiectione pestifera est, cogitur enim natura sine ulla digestionem à sese propellere, unde symptomaticus dicitur

dicitur uomitus aut uentris fluxus. Ex omnibus humoribus uomitus sanguineus deterior est, si enormiter contigerit: cum animæ defectu lætifer est: cum singultu uero ac rubicundis oculis, cerebri aut stomachi calidum apostema denũciat, Hippocraus testimonio haud dubio.

Cura iones,

Cap. XXV.

Cibum euomentibus crebro siue inconcoctum siue corruptum, ne perseverando debilitetur stomachus, & praua contrahat uicia, remedijs occurrendum est, si uero humores reijciuntur superflui, nulla ægent curatione, nisi consuetudine uitium pariter fiat, eo frequenti conatu rheumatismis facile repletur uenter. Reliquæ stomachi subuersiones immodicæ, aut difficiles, sanari debent, & si initio quandoque salutare habeantur, uerum cum incrementum difficilius sanantur. Biliofus uomitus non protinus cohibendus est, nec morborum initio symptomaticus à natura non temere, illatus, sicuti in febrium accessionibus nullo pacto inhibendus, materiam enim comminuit, uel interdum radicatus conuellit. At alter symptomaticus impetu coactæ naturæ expulsiuæ cohibendus omnino est, alioquin periculosus. Facilis tamen uomitus non intemperans in pleno turgiduq; corpore non protinus sisti debet, sed paulatim in cibo aromate & stypticis aliquibus, & emplastris impositis confortari opus est: sicut impurus & effrenis auxilijs uarijs iuuari debet. Vomitus aut ob retentricem uim contumacem difficilis habetur, aut propter expultricem infirmam segnior est, ille emollientibus temperatur, hæc remedijs suis concitatur: uiarum quoque angustia sæpe occurrunt, qualis aperientibus transiuiuamus: ciboq; nauseoso assumpto, quæ apte medentur damus. Cæterum humores omnes digesti ad uomitum aptiores redduntur, quandoq; enim aut incidendi sunt, aut attenuandi, uel aliter ad temperamentum redigendi sunt.

Qui uomitus
curandi.

Quid uomitum
difficile quicquid
facilem reddat.

De uictus ratione in uomitibus.

Cap. XXVI.

Naugantes nonnulli crebris uomitionibus facile tentantur, fluctibus naues iactantur, quo motu humores in uentre agitantur, redditur & cerebri infirmitas, aerisq; frigiditas, aut summus calor, metus quoque insuetis præsertim animu perturbatione. Nihil tamen nauseas ocys mouet, quã carinæ grauissimus odor. Sunt & undarum quidam surdi motus siue uentorum uis, quales ingentes inter Maleam Peloponnesi & Cadiscu promontorium experti sumus, silente fere ubique mari, propterea multi interiere crebris uomitionibus. Ob eam causam iuuat aeris temperamentum corporis quies, animi securitas, ac odoris suauis solentia, sicut panis tostus cum aceto & pulegio, menthaq; garyophyllata, addito Cretensi uino, aut Rhetico, insula rosaceæ stilla. Prodest ceterarium, ex ladano, resina, ceraq;, addita garyophyllorum, glandis muscæ, cœnanthæ, ligno aloës, mastichis, ac thuris farina, stomacho enim imponitur. Iuuat & cubiculum nidore grato commendare, furnibulo pulillo, æneo aut argenteo utuntur qui diu iactant fortunam amplectuntur, in eo garyophillum, rosaceam aquam, lignum aloës aut tyracem duram, aut succinum odoratum uel muscum, subiectis prunis suauis nidore per crebra foramina exit diuitem cœnas gratia commendans. Lignum aloës gummosum commendatur, grauissimum, in aqua subiens, ueluti carie corrosum, splendet fricatu, odoriferum est, prunis per se proiectum Aegyptios reges nidore oblectat, nec maior inter odores gratia, duobus aureis libra comparatur. Ex ijs puluis fieri solet in templis gratissimis in acerris. Iuuat & pila odorata naribus subiecta, ex ladano si affas est, cum rosæ aridæ & uiolæ farina, cœnanthe flore, sandalisq; tribus, iride illyrica, addita caniphora tunia tritaq; cum ladano quantum excipere possit rudicula ferrea tundenti in pilam rediges. Hyeme aliã sic facito, styracis utriusque aridæ & liquidæ, garyophylli, balani muscati, machir, cinnamomi, ligni aloës, myrrhæ quam stactem belzuin uocant barbari, inter gratissimos regalesq; nidores habetur, probatur albis guttis, & ponderosa, quam myrrham nunc uocant, graue olet, zibethum, muscumq; addunt, ac succinum odoratum, carpobalsamum, & opobalsamum omnium preciosissimum, cum ladano calefacto quo diximus modo quantum opus sit ad omnia in tenuissimum puluerem redacta cogendo. Sed de zibetho hæc pauca subiiciam notitæ gratia ut in selium genere habe-

Quæ uomitionibus
adur. Jenu-
tur.

Furnibulo odori-
tatum.

Lignum aloës.

Myrrhæ.

Zibethum.

tur, non lingua aspera ut ceteris felibus, quod equidem sciam, non nouit antiquitas. Id ex animali meli se re simili, pilo duriore, etiam odorato barbas habenti ac oculos noctu lucentes colligitur ex uescicis duabus, foemina intra genitale & aluum, mari intra genitale membrum & testes oriculario ueluti instrumento osseo excrementicius quidam lentor primo butyri colore mox liuidus redditur, singulis diebus drachmae pondere, carnibus duntaxat uescitur crudis in syluis muris sectatur, uix mansuescit mas. Feri odoris atque ingrati est ipse liquor ex quo plus iusto naribus subijci tur, leui tactu manus & faciem matronarum odore commedat, cornu asseruatur, uncia octonis aureis permutatur, nec ulla res in maiori aetate nostra pretio fuit. Adulteratur felle bubulo, ac styrae liquida elota, uel melle cretico. At muschi duo genera sunt, alterum maturum, alterum immaturum faciunt, ex Indiae defertur partibus, Tubasco & Scena: praestat Tubascenus quoniam nardo & spica uescatur, gazellae a quibusdam dicitur in caprarum genere, sed dentibus tantum differunt, caninos geminos exertos habent ut apri, morfu in persequentes seuiunt, laqueo, aut sagittis barbari uenantur, exemptis dentibus longioribus mansuescunt. In Syria quandoque a nostris uisuntur raro uiuae capiuntur, tanta uelocitatis sunt, uerum aliae similes gazellae dicitur uiuae capiuntur, quae muschum nullum afferunt: quidam ueluti abscessus innascitur folliculi modo cum pilis ceruinis similibus pendet putri ueluti sanguine uescigali ceu onere exonerante sese natura. Syluestres non mansuefactae saxi per syluas in magno pruritu se scabunt, & cruore lapides commaculant, is solis percussu etiam odore commendatur. In Persas primum, inde in Amanum inuehitur, & in Aegyptum exinde, cum folliculis suis etiam num a Venetis in calicibus uenundatur, qui etiam in pretio sunt, musci uncia senis aureis emittitur, optime seruatur plumbeo uase, iecore hœdino arefacto adulteratur, sincerus niger est, conglobatus melior, solitudinis odorem habet, aut anguium quorundam stato tempore, aut cuiusdam auis fimi, quo adulteratur, gusto leuiter amarus, ex quo plus est acrius, nares ferit, qui gestat ipse non sentit, matronae pertransientes procos ad uenem inuitant, exotici unguenti uicem reginis reddit. Animalis uitium seculo nostro placet & in uitium uertitur. Venetis matronis non placet, quibus nec zibethi fordes. Sed ille plurimum morbis auxiliatur, cordis uitium, ac cerebro, si causa frigida fuerit, uires enim in primis languescunt excitat, placet ex eo in tragematis oris commendatio, ac in alijs compositionibus remedia plura obseruantur. Quid postremo succinum odoratum sit patetis referemus, non satis enim liquidum de eo habetur. Comendatur albo & nigro mixtum, ac leue, odore primo olfactu ingrati, consuetudine gratiam acquirit, cum praedicta fastidium pariant, penaturaturque aureis duobus. Prolificum piscis cuiusdam uel ceti semen esse arbitrat, durum glebae terrae simile, in mari inueniri ac supernatare ad littora, ubi & aliud succinum inuenitur, fama est: alij ex Caspio mari aduchi uolunt. Didicere matronae baccas auellanae magnitudinis uel gallae filo insuere, ad religionis cultum. Maiores quoque pilae ex ijs contra pestilentiae uirus (ut in eius obseruatione diximus) conformantur. Addunt & balsamum aut cortices xylobalsami, uel carpobalsamum reges luxui non parentes. Aegyptij aliud factitium opobalsami genus faciunt ex cortice recentis odoratissimo amygdalino oleo subseruofacientes, singularis odoris cum reces misceatur. Illud ad sacra etiamnum religiose expetitur. Sed ad reliqua remedia transeamus. Ex ijs pleraque odora inter cibaria admixta cordi & stomacho conueniunt, sicuti enim inquit Galen. stomachi redudationes graueolentia facit, ita est diuerso quae iucundi odoris sunt subueniunt, uerum per interualla uaria odoramentorum genera etiam naribus subiecta ualent. Cauendum est ne nimia consuetudo contemptum pariat, ut experimentis creditur, permutari licet pro aegroti desiderio: & a cibo quiescere remedium est. Verum si humor ex alijs confluere membris, mouere uehementer inferiora iuuat, uel eadem excalescere summum auxilium est. At in bilioso uomitu faciem & extrema frigida rosacea fouere utile habetur: nam & stomachum ipsum pariter refrigerant: sed qui uehementius id imperauerit, stomachum facile inferiorem reddet. Sed in omnibus uomitionibus nihil somno commodius, uel in omni se re exinanitionis genere, praeter quam in sudore immodico,

Succinum odoratum.

Pila aduersus pestem.

Oleum balsami factitium.

Commoditates ex somno.

immodico, qui coercendus sit, tum enim somnus uires magis exacuit. Ob eam causam leues iactationes, & in pueris praecipue ualent, somnum enim conciliant, uerum aciores humores nimium perturbant. Cibus exinde leuis materiae grata spissitudine cum quadam acrimonia, minus quam liberaliter, sed saepius offerendus est. Inter escas cum ouis forbile medium affert: conuenit si recens integrum ex aceto coquatur, inter molle et durum, uel cum mastichis polline sine aceto, uel addito garyophyllo contrito. Post cibum styptica utilissime assumuntur, quale malum cydonium tostum. Aluum interea ducere necesse est. At si cum uomitu uentris fluxus affuerit, cibum stypticis claudere oportet. In uirium uero defectu succo carnis tostae uti opus est, modice tamen, sed saepius oblato cum myrti baccis, uel rhusis granis, uel plantaginis folijs unà seruefactis, alij portulacae manlunt addere, aut semen, semina quae urinam ciunt, si opus est ad materiam auertendam, admiscant, aut quae uentem discutunt, aut papaueris albi semine sopori utile, & summam aut calefacientia, aut refrigerantia pro rei qualitate commiscant. Coriandri itaque semen praeparatum mire prodest, nam cibum tenet, Vinum in potu stypticae potentiae datur opportune, unde somnus conciliatur, profluente sudore. Cibus praeterea stomacho fastidientis gratus ac uariis esse debet: in cholerico praesana hordeacea cum uino mali punici, aut cydoniorum succo ualeat. Valentioribus uero profunt pyra, uel achrades inter syluestria commanducata, uerum manducamentum conspui debet, oliuae ex muria, poma acra, cydonia, strutea, mespila, sorba, corna, pruna syluestria, rosarum obelisci rubentes, mora immatura uel in rubis collecta, castanex, amygdalae cum cortice immaturae, glandes quales in Hispania dulces, secundae mensae aptae, myrti baccae, oleum omphacinum probatur, maturum improbat. Valentissima plebi aut agricolis, quibus haec eadem conscribimus, faba cum cortice cocta ex aceto prodest, lens quoque detracto cortice ex aceto, milium, panicum quoque, cicer item utrumque tostum sub cinere. Nobilitati grata oryza est ex Syria Aegyptoque aetate nostra aduecta: transpadana nunc cultura celebris, triticum exiguo superat pretio, gratior orientalis grano crasso, ac albo coctibili quoque, bene alit, uentri & aluo utilis. Portulaca quoque in esca iuuat ualidiusculis, in condimentis oxys et aceto salatiori folio apte inseritur. Cucurbita cocta succo uiridis acerbae addito uomitus firmat. Auicula in cibis ualeat uel eodem succo condita, uel arantij suauis acrimonia saporis medij: perdice, phasiani, hœdi, & animalium pedes aceto conditi, uel gelu astricti. Ex phlegmatica uero causa panis simillagineus fermentatus sine sale cum mastiche iuuat: turtur, alauda palumbi iuuenis, aut colubacci in turribus reperti, alae anserum, uentres quoque iuuant, capreoli laudantur: omniaque tosta utiliora sunt, panis quoque eo modo torrefactus ex uino Cretico uel Rhetico, aut Punicensi delicatior, infusus, sed uinum resinatū, aut picatum peculiariter ualeat ex rosacea aqua dilutum. Inter herbas mentha, maiorana, silymbrium, tymbrea, ligusticum, pulegium quoque, aut ruta, absinthium quoque prodest, abrotonum item sedat uomitus. Post uomitionem non protinus cibus offerendus est, sed paululum quiescendum, uentri quoque cucurbitula prius imponenda est. Hinc ad communes curationes transeamus.

Oryza ex Syria & Aegypto.

Curationes communes aduersus causam uomitus, Cap. XXVII.

Materia frequentis uomitus, si uires non sunt, frustra digeritur, et in robustis quoque paulatim digerimus, ac sensim perurgamus, ne diutius digerendo, materia ad uomitum praeter opinionem a natura expellatur, uentris enim humorem quemcumque suo ducimus cathartico, aut clystere, aut aliquo uomitorio auxilio per uomitum reijcimus, uel sanguinis, ut dicemus missione. Verum catharticum ex facilioribus esse debet, cui comprimētia, ac astringentia admiscenda sunt, sed cauendum est, ne quid lubricum, quale psillij decoctum, aut pruni admisceatur, nisi alius nimium astricta fuerit, tum enim moliri, ac subduci oportet. In cholerico itaque uomitu citrinis balanis, ac radice pontica subtorrefacta cum rhodosacchari decocto uentrem deijcimus pro uiribus aegroti. Ex phlegmatica causa balani chebuli, emblici & bellirici, cum rhodomelite. Ex melancholia indici, bellirici, cum buglossato saccharo: sed aloē lota pro materiae commixtae ratione in uarijs causis datur, sicuti hiera picra ex acetoso syrupo in cholera cum phlegmate mixta: clysteres pro humoris qualitate infundi iubemus, leuiores ex acuta uel cholericā causa, uehementiores ubi frigida causa infesta fuerit, in mixta

Potio uomito-
ria leuis.

uero materia inter utrumque modum laudamus. At si uomitu querenda medicina sit, leuis esse debet uomitoria potio, id aqua tepens praestat sola, aut cum syrupo acetoso. Ex melle ex phlegmatis uitio, uel cum anethi & raphani decocto. Animaduertendum est, atram bilem per inferna aptius educi. In uomitu saepe numero sanguinis missio non improbat. Nam si corpus morbidum est, ac uenae sanguine turgeant, plurimumque fracta uena ex stomacho reijciatur, uel duum librarum interdum pondere, tum à iecora-ria uena incipiendū est, quae acuto scalpello secanda est, ne latiore uulnere spiritus nocentes subducantur. At foeminae sanguinem euomentes, profluentibus mensibus protinus liberantur, autore Hippocrate. Vtriq; sexui sanguinem euomenti, narium aut haemorrhoidarum profluuium subuenit, si parcius non fuerit. In melancholico quandoque uomitu, in ancone saepe sinistro basilica uulnerata uena auxiliatur, quoniam ad lienem fertur. In cholera ex dextera demendus est, quod in phlegmate quoque fieri utile arbitrantur. Ex ulceribus emanante sanguine inutiliter demitur, nisi eadem corporis plenitudo exposcat. Et eandem sanguinis superabundantiam inedia cohibemus, ni biliosior admodum fuerit, tum enim non uinci fame, sed magis exacui uidemus. Verum si sanguis ex legitima causa detrahi non possit, ac fames ipsa potius obesset, tum cucurbitulas cum scalpello, aut sanguisugas in cruribus imponimus. Auertere enim materiam in omni uomitu summum praesidium est: eisdem & subinde ad scapulas uehementiores concisa cute imponimus. Sunt pedum & tibiarum salutare frictions, aut arcta ligamenta, quod omnem fere uomitum inhibet. Cibum intempestiue euomentibus imo uentri cucurbitulas à cibo protinus imponimus. Si per ea partem profecerimus, ad ex ulceratoria medicamenta confugimus, in istis (quas diximus) partibus. At quod uescas excitat non improbat, uel quod ad cutim sanguinem trahat, nam ea materiam auertunt efficacissime. Si quis denique acetum (ut experimento constat) aut uuae acerbæ succi digitis expresso grano, aut arancij succoso cortice in oculis expresso uisum ei aculatus fuerit, uomitum omnem inhiberi tradunt.

Auxilia contra stomachi uomitiones, Et prin. u. de uomitu bilioso, Cap. XXVIII.

Biliosi uomitus
cura.

Pro uomitus igitur qualitate, proque naturali distemperamento, uarijs auxilijs utimur. Verum si in uentre reperitur quod degrauat, aut quod os stomachi mordeat, istis uomitus cohibendus non est, nisi per purgatis humoribus: immodicus tamen consuetudine nocentior fit, magisque si uites prosternat. Leui tamen uomitorio duntaxat opus est, ut supra dictum est. Quae assumuntur sicuti & cibi nullam graueolentiam habeant, sed agro grata sint, ne deteriores efficiant nauas, si auxilia saepius data non tener ager, pacatis uomitionibus, alia subinde danda sunt, mutato sapore: eodem modo & in cibis obseruandum est, sapores enim uarij appetitum excitant, & eiectiones, alius subinde cibus, per pulillum interuallum offerendus est, atque subinde iteretur. Iuuant praeterea uariae potiones, compositiones, emplastra, cataplasmataque imposita, tum ori stomachi & imo uentri, sed in spina uentris regione, à 13. enim uertebra incipiat, bene agglutinata esse debent cuti, ut haerendo potus perficiant. Iuuant eadem inter utrumque iugulum & ad brachiorum pullus imposita, mire enim congruere traduntur. In bilioso uomitu syrupsus ex mali punici succo, aut menthae, cum frigida prodest, aut cum tamarindorum decocto, aegyptia pruna dicuntur à nonnullis uel memphytica, uel pomo mespili natura & magnitudine bruma maturescente, arbor magnitudine insignis, florere incipit mense Iulio, folia non demittit, lignum in pomo grande, rotundum, sed corpus ipsum copia mensium instar incolis purgatum tundunt, seruantque eius offas. Haec Plin. ac Theophrastus. Efficax est ea compositio, habet mali granati purgati 3. 10. rosae aridae rubentis, rhullis, spodij, corticis exterioris pistaceorum ana 3. 2. s. xyloaloes 3. 1. cum menthae aqua, syrupoque muscato, summo mane dabis coclearij mensura. Foeminis muscus nocet, nam conuersiones uuluae excitat, uel cum succo pomorum quae melimela dicuntur: Praegnantibus uomitum sedant pampinorum uitis cimae uel clauicularum succus in potu. Camphora quoque miro modo sistit uomendi impetum, sed parcius danda est cum alijs commixta, alioquin stomachum subuertit, & uitia auget: iuuat imposita uentri, uel naribus subdita: Sedat mali citrei succus, uuae acerbæ, uel myrti, eorundemque syrupsus, & per se spodij trochi-

trochiscus cum syrupo, Qui hoc modo fieri solet: sandalorum rubeorum & alborum, rosarum rub. spodij, myrti baecarum, acaciae, rhullis ana 3. 2. s. mastichis, hypocystidis ana 3. s. in se sequi aquae coelestis libra feruifacito, plantaginis libra, rosaceae semilibra, donec dimidium super sit, percolato, adde succi uuae acerbæ, mali punici, citrei, mali ac pyri acerbisculi, singulorum 3. 4. sacchari albissimi seculibræ, rursus feruifaciant ad passum ipsitudinem, postremo adijcitur camphorae momentum, linguae mensura datur frequentia potu, efficaciter enim medetur. Alia potio ad idem ualens. Aquae rosaceae, & in quercinis folijs collectae, portulacae, strychni, succimori immaturi, sorbi, mespili, pruni syluestris ana 3. 1. s. succi citri, limonum, aranciorum, uuae immaturae ana 3. 1. in istis succus acaciae, rhullis, hypocystidis ana 3. 3. cynorhodi cimaru 3. 1. feruifacito, & subinde colato, decocto adde sacchari albissimi quantum satis sit, & rursus ebulliat donec unitas fiat. Mixtura haec utilissima habetur: Continet granorum mali punici acerbis, rhullis ana 3. 1. rosarum, spodij, sandali farinae, ligni que aloes, coralli, seminis portulacae, plantaginis que ac hypocystidis ana 3. 1. s. syrupsus myrtini, quantum opus sit, ad omnia cogenda. Per se ualet millefolij succus ex frigida potus. Vinctus ad idem ualens illito uentre. olei cydonij mali, myrtini, & quis portionibus, sed cera, & camphorae paulum additur. Cataplasma utile. habet rosam aridam, balauustia, gallam immaturam, glandium acetabulorum, rhullis, acaciae, tunsa & cribrata cum aceto uel cydoniorum succo feruifaciant, adde plusculum farinae hordeaceae & uentri imponito, subinde spozias imponito eodem succo expressas. Iteratio enim plurimum iuuat. Aliud efficacissimum hoc modo fit: Stupae mellis et munda petrararia in frigida infusa et expressa in ouorum recentium candido iniecta, in quo gallae, balauustiorum farina comixta sit: cum camphorae exiguo momento. Aliud non minus efficax emplastrum, farinae hordeaceae & milij ana 3. 2. rullis, myrti, balauustiorum, glandium acetabulorum ana 3. 2. rubricae armeniacae 3. 3. cum succo plantaginis, aceto, & cydonij mali oleo ignis uapore ad unitatem rediguntur, & stomacho tepens, aut calidum imponitur.

In uomitu phlegmatico remedia, Cap. XXIX.

EX muscoso phlegmate uomitum attenuantia iuuant: Qualis est syrupsus acetosus, additis speciebus calidis aromaticis. Ex crasso quoque & uiscoso humore, qui ualentior est syrupsus acetosus compositus cum aromate efficaciter datur. At simplicior pituita humiditas stypticis exiccantibus syrupsis, addito spodio, facile uincitur. In cibo uero pane nautico, aut buccellis cum aromate bis in furno torrefactis. Sed nihil inter omnia remedia ualentius est absinthino syrupo saepius in die dato: sed à purgatione duntaxat utimur, alioquin inimicum proditur. Mentha per se arida (ut Dioscor. scribit) uomitum phlegmaticum mitigat, siymbrium quoque, & garyophyllum rufum in sorbitiones datum. Compositio ea utilis traditur, habet machir, xyloaloes ana 3. 2. gallae muscatae, mastichis, zedoariae, thuris masculi, doronici, gariophyllorum ana 3. 1. cinnamomi, picri 3. 2. sacchari 3. 3. modus est ad sigulae mensuram. Calamentum in lacte caprino coctum et potum ualet, uomitus enim pituita sit. Cerefolium crudum ex aceto commanducatum uomitum & uentris pariter fluxum sanat à frigida causa. Cyminum in aceto coctum similtaque potum ualet ad uomitum pituita. Potio utilis ad eandem causam, succi calaminthae, uini mali punici expressi cum interiori calo, uini meracis odorati Falerni aut Cretensis ana lb. 1. feruifaciant donec dimidia pars super sit, ita per biduum stare permittas, tum abiectione sedimento, reliquum, quod lymphidum erit, sacchari albissimi lb. lena flamma, fiat syrupsus, qui gallae muscatae aliquanto, gariophyllo & coriandro contusis aromatizetur. Alius aliter fit, habet cinnamomi, anisi, foeniculi, nastureni que seminis, torrefactorum ana 3. s. nepitae, balsamitae, quae siymbrium aliqui uocant, pulegij, menthae, mellissophylli ana M. s. cyperij, calami aromatici, scænoanthi, maioranae ana 3. 1. zedoariae, doronici, cinnamomi ana 3. 2. in libris aquae coelestis 4. feruifaciant, cum saccharo & melle quantum opus sit, adiectis gariophyllo, spica, xyloaloe, ac gallia muscata, omnium minimam coniunctionem. Trochiscus ad idem utilis sic fit: Mastichis, xyloaloes, gariophyllorum, corticis exterioris pistaciorum, pulegij ana p. 1. cum ruta & menthae succo in orbiculos digerantur. Inter mixturas diacydonites cum speciebus aromaticis stypticis duntaxat, uel diamusco addito. Et uinum aromatizatum ex mastiche, balanoque muscato potum ualet.

ualet. At stomachus utiliter inungitur, oleo laureo, uel anethino, aut mentha, admixta theriacae portione, & balani muscati, xyloaloes' q; modico puluere: ualent & oleum nardinum per se, uel lentiscinū, ac abinthinum, adiecta garyophyllorum farina. Inter cataplasmata id utile praedicatur, cymini seminis tosti, mastichis, thuris, cyperi, schanoanthi, calamenthi, mentha, maiorana ana 3. 4. in aceto cocta, & expressa uentri imponuntur. Ac spongia in eodē aceto infusa, & imposita prodest stomacho languenti. Pituita quoque ex lino, aut ex linteolo, in cādido oui recentis madefacito, superiniecto thuris manna, ac cymino tunso, id prodesse uolunt si in pulsibus manuum imponuntur, et ubi iugulatio abrasae, mastichis, thuris, styracis durae, olei lentiscini ana 3. 4. aceti scyllitici 3. 1. feruenti cinere ad unitatem redigantur, & stomacho imponantur, emplastri modo, mire enim uomitus sedat. Sacculus ad idem ualens: Maiorana, mentha, mellissophylli, cinnamomi, mastichis, cyperi, calami aromatici ana 3. 2. garyophyllorū, machir, zedoariae, gallae muscatae, ligni aloes, nardi, balani muscati ana 3. 1. suffitu ligni aloes sacculus suffitu migitur, & stomacho calidus imponatur.

De auxilijs ad sanguinis uomitum, Cap. XXX.

Periculū ex sanguinis uomitu.

Sanguinis uomitus nisi fuerit periodicus cum corporis robore, periculum minatur, cui nisi protinus subueniatur, animi deliquium asfert. Ex uenae scissura diu emanās ulcera minatur & abscessus, ob eam causam (ut Gal. demonstrat) medico opus est scelerati & ingenioso, magnaq; experientia: styptica igitur & conglutinantia post sanguinis missionem quibus & quae torporem inducunt apte admiscentur, ad hunc ferē modū: datur acacia, floris crocini, rosarum rub. baulaustiorum (de floribus loquor in cytrino) terrae lemniae, gummi arabici, seminis hyoscyami, opij ana partes aequales, tunsa cū plantaginis succo, aut cardui syluestris, semidrachmae pōdere ex posca datur in potu. In magno profluuio ex succo plantaginis puro, trochiscus ex succino plurimum ualeat, sanguinem enim mire sistit, per se aqua plantaginis, aut eiusdem cardui, sed succus efficacior habetur, tum terra lemnia, uel rubrica armeniaca, uel eodem modo aqua coelestis, uel adiecto spodio, succus eiusdē cardui cum equisetio arido p. 3. 2. saepe haustus: eum uomitū & cholericum pariter sistit, mori immaturi in umbra arefacti 3. binx in potu. eodē modo mali punici grana acrioris arefacta & pota, sorba quoq; immatura arida tunsa & pota: in summa quicquid sanguinem crassorem reddit, huic malo medetur. Medicamen utile id habetur: Gummi arabici 3. 5. succini, corallij, coriandri, spodij, rosarum rub. seminis portulacae, hypocyfidis, amyli ana 3. 3. cornu ceruini cineris, acacia ana 3. 2. rubricae armeniaca, & lemniae ana 3. 3. opij 3. s. cū succo portulacae uel plantaginis. At si cū febris inflammatione fuerit, id emplastrum imponitur, myrti teneros cauliculos 3. 3. pondere, aquae rosaceae tantundem, foliorum salicis tenerimorum 3. 1. s. succi cydonij mali 3. 1. succi pyri acerbi 3. 1. s. sandali rub. farinae 3. s. rosarū rub. cum suo obelisco 3. 1. xylo aloes 3. 2. s. camphorae 3. s. uel obolos duos, croci 3. tunsa cum uino stomacho imponitur: addunt alij polygonati folia, & lupinorum dulcium frequentī aquae infusione, farina inter emplastra. Syrupus cōstringens sanguinis uomitū hoc modo fit: Aquae rosaceae, plantaginis, succi uuae acerbae, cydonij mali, menthae ana 3. 4. in quibus feruifacito seminis crocini, rosarum, rhussis, gallae immaturae, & acaciae omnium 3. 2. percolato decocto adde sacchari albilissimi, quantum opus sit, huius potionis 3. 2. ex aqua plantaginis datur, aut cum aqua cardui antedicti. At in uomitu odoris, iactio menthae quod uentrem emolliat assumendum est, à cibo uero styptica & odorata sumenda sunt aromatica, bene nutritia: nam & cibus ac potus eiusdem naturae esse debent. At si pinguis humor reijcitur, quo stomachus plurimum infestatur, tum uomere xger cogendus est, ac aromaticis non pinguibus neq; crassis, odoratis alendus est.

Vomitū sanguineo cum febre quae medetur.

Vomitum grauis odoris quae iuueni.

De curatione uomitus, quo atrabilis effunditur, Cap. XXXI.

Si uomitus, nisi immodicus quoq; fuerit non est inhibendus, ex melancholia naturalis, syrupus mentha ex aqua mellyssophylli siue citrariae cum aromate uel uino mali punici ex quo. Medicamentum nobile ad eum uomitum, habet mellyssophylli aridi, zedoariae, rosarum, seminis crocini, doronici ana 3. 2. s. garyophyllorū, cardamomi, nardi, ana

ana 3. 1. serici minutatim concisi 3. s. musci grana. 7. in aqua buglossi liquefacti, sacchari albi pro specierum modo additur, cum uino claro nobili aqua infracto 3. 3. pondere sumitur. Plurimum laudatur diacydonites cum speciebus ad recreandos animo defectos. Verum si uenter inflatus intumuerit, spongia aceto calefacto infusam & expressam imposito, & garyophyllorū, zedoariae, mastichis, sanguinisq; draconis farina superinspargito, idq; iteretur. At et illud cataplasma imponitur, rutae, menthae, maioranae, citraginis, rosarū rubearum, thuris, mastichis, tunsa cum pane tosto, ex aceto & uino odorato mixta stomacho imposita mirifice iuuant. Aliud, cydonia decocta in uino odorato contunde, adde mastichis, coriandri seminis, myrti, garyophyllorum omnium 3. unam. Pro pueris & senibus contra uomitum garyophyllorum sume 3. leuiter tunforum per noctem aqua macerari opus est, percolatae adde mastichis farinam oboli pondere, in potu mire medetur, aut eadem in aqua rosacea si infundantur.

Inflationi uentris quid conueniat.

Si uomitus periodicus moueatur, Cap. XXXII.

Humoralis periodicus quo dictum est modo curandus est. Sed antequam stomachus in uomitum effundatur, ea primum diligenter obseruanda sunt, ut materia in diuersum trahatur, & ut membrum recipiens ualidius fiat, & membrum à quo materia fluit corrigeatur. Ante igitur accessionem dantur stellae orbiculi, aut syrupus ex resigerantibus, acerosus ac stypticus, si materia calida fuerit, ac mordens. Tum die integro dieiectio uentris, ex tamarindis, prunisq; nostratibus, fieri potest modo quo paulo ante diximus: tum etiam clystere molliri potest uenter. Stomacho uero imponitur id emplastrum: sandalorum omnium, rosarum rub. myrti baccarum, cyperi, mastichis, spodij, seminis seris hortensis, & portulacae ana 3. 1. nardi 3. 1. olei lentiscini 3. 2. rosacei 3. 4. cereae albae 3. 2. aceti acerimi minimum conspargito, & iecori imposito. In phlegmatico & melancholico humore qui periodicus effunditur, balani indici, epithimum, & agaricus cōindico sale dantur finita accessione: nam per aluum infunduntur. contra uehementiora sunt: qualia carthami semē, polypodium, epithimum, chamomila, decocto utimur eum sesamino oleo et melle. Lienī uero imponitur emplastrum quod ē meliloto fit, myrto ac ladano, ex uino meraci. In phlegmatico quoq; in integro die humor ipse deiciendus est, ac alio propellendus, & stomachus confortandus est, ac cerebrum, si inde emanat humor, firmandum est.

De his qui cibum frequenter euomunt, Cap. XXXIII.

Ex hoc uitio cataplasmata non solum ori stomachi, sed etiam iugulo imponenda sunt, ex metha & mastiche, à cibo quae astringunt assumenda sunt, de quibus totiens iam dictum est, in fructuū genere, tum quiescendum est, cibus ac potus parcius assumendus est. Inuenit aetas nostra aurum saepius feruens extinctum uino uomitionibus prodesse, uel idem tenuissimū efficaciter assumi, aqua ad dimidiū redacta iuuat, ad potum temperatū. Paupertas, cui fortuna inuidit, chalibe eo modo utatur. Quidā in aqua aurum conterunt & feruifaciunt ad dimidium minoris operae, cui coralliū, & mastichē, & garyophyllum addunt, efficacius proficere tradunt. At si spiritus in imo uentre inclusus cibum attollens rarefit, cucurbitula maiuscula umbilico imposita mire facit antebum impacta, ac subinde laureo oleo stomachus inungi debet, addito rutaceo & lentiscino, cum galagae puluere, cinnamomi, ami, & cymini, si torrefacta fuerint. In cibo praeterea quae uentem discutunt danda sunt. At ex ciborum acrimonia post uomitum quae refrigerant & astringunt, in esca danda sunt, ab ijs & acetosa & styptica pariter dantur. At si stomachi exundatio ex cibo nimium diluto fuerit aut nimio potu, à uomitu stomachus excalefacientibus ac exiccantibus iuuatur, ac post pauisam cibis siccioribus quibus aromata admisceri debet. Et panis crusta tosta cretico uino infusa superiniecto mastiche, garyophylloq; conferre haud dubium est.

Auri in uomitionibus usus.

Quid stomacho fluctuanti ex nausea fieri debeat, Cap. XXXIII.

Hos nausea frequens, & quaedam ueluti sauietas affligit, quae & dissolutioni contingit, cibos respuit, retentrix enim uirtus infirma est, quae neglecta omni exinatione, ut in conualescentibus, contingit, stypticis aromaticis subueniendū est, nisi humiditas lubrica causa fuerit debilitatis retentricis, aut stomachi dolor, tū proprijs curationib. opus

opus est. Huic uitio prodest cortandrum cum ruta arida ex uino si causa fuerit aut figus, aut uenus: si uero caliditas, cute mordente ex aqua pura refrigerata datur. ex causa doloris ad uomitum ualet oui luteum tosti, mellis lingula, mastichis tunsi oboli duo, cinere calido calefacta & permixta mane sorbitioni datur triduo: alij indurato luteo utuntur.

De uomitu quem pharmacum excitat, Cap. XXXV.

Ad uomitu san guinis ex phar maco.

Pharmacum in primis educendum est, uomitu uel per aluum desciendum, nimis enim stomachi tunicas lancinat, aut mordet: huic curatio omnis necessaria est, quae supra de cholero humore posita est. At si sanguinem laxatis uenarum orificijs eiecerit, tum lactis hemina cum uini dimidia uel tertia parte paulatim continuo haustu datur. Virtus enim mitigat medicamenti, eluit, & pariter conglutinat. Subinde syrupus ex mali punici succo, aliqui acetosum praefertunt, niue refrigeratum ut torpescere membrum faciat, & punctiones obtundat. Acetosus nanque conglobatum, si quid intus relictum fuerit, sanguinem discutit. Ad idem facit ellebori albi oboli duo cum fabae farinae tribus drachmis, conglobatum enim languine per aluum educit. Hinc ad iecoris uitia traseamus.

ALEXANDRI BENE

DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMIL

lianum Caesarem Augustum Imperat. inuicissimum, de iecore & eius partibus, Liber XIII.

Prooemium.



* uertitur Sanguis probus et non laudatus quis.

Vena mesenterica.

Quomodo natura in alimento inutile ab uilis seernat.

Iecur principale membrum est, fons & origo naturalis potentiae, habitudine calida ac humida, ex quo sanguis primam diluitoris sanie tincturam recipit, qui subinde in corde uertitur in purpuram liquor, huius rubens color, uel cum demitur a uena nigricate probatur. In ualido tamen iecore refrigerato praesertim purpureus flos ille remittitur, & ungue uenifecis minus fulget. Idem concocto iocinere austerus color, & ater aut nigricans efficitur, aquosus damnatur, uel plurimum in summo spumante, deterior summa cute alba tenaci materia, atque glutinosa, seculentus teterimus nimis nigricans & purulentus, & qui in aqua collectus plurimum fibrosus est. Ex eo membro uirtutis altricis primum rudimentum apparet, quod cordis officina perficitur, uelutante Galeni schola. Ex succosa nanque ueluti prisana mesentericis uenis attrahentibus, succus combibitus in sanie conuertitur. Iecur uelamento suo neruoso, carne, uenisque constat. Mirum est quam mollissima sit eius substantia concreti sanguinis similis, in piscibus lacti coagulato similis, in homine ualidius diffunditur, dextrum cauum complet, uenae magnae annectitur, hinc fellis folliculus pendet felleo porro ad interiora penetrante. Iecur uenas mesentericas ad stomachum quam tenuissimas, plures ad intestina mesenterio siue medio intestino dispersas fundit, suas ueluti manus, instrumentarias partes constituens. Haec enim uenae succum continue attrahunt, & alimentum iecori subministrant, nam & humorem praeparare creduntur, qui huius ministerio sanguinis purpureo uestimento decoratur, is exinde cordis officina ex toto perficitur. Venae itaque mesentericae operaria iecoris uasa dicuntur indefessisq; geruli, ex stomacho intestinisq; promptuario ueluti penu, annonam quotidianam pro communi ciuium utilitate, tanquam in ergastulo perpetuo seruientes, alimoniam ceteris membris subministrant, diuino artificis instrumento, nec in naturali opere diuinius inuenitur: ad iecur enim omnia differuntur, totius corporis diribitorium. Ibi ingens uenarum earum compitum patet, porta iecoris politice appellata, qua nuncupatione ad Hippocratis usque tempora & Galeni haud incite usi sunt ueteres, nec ab re quisquis ille fuerit, diuini artificij indagator nomen primum indidit. Intra portam uarie quoque uenarum uiae ad iecoris fibras diffunduntur. In prima nanque uentris concoctione, & intestinorum pariter succum alimentum utilem ab excrementis natura primo discrimine diducit, ut Galeni exemplo utar, sicuti agricola,

agricola, qui triticum a lapide & terra primo repurgat, & syluestria subinde et mala frugum uitia diducit. Mox pistorio opere fufuris recementa discernit: ita in iecore secundario discrimine sanguinem purum & integrum a ceteris humoribus diuisim seernit, ad lienis fellisq; domicilia. In hoc membro uarij uenarum ductus per fibras hinc inde dispersi, quadam orificiorum communicatione conueniunt, nam & in toto corpore tam uenae quam arteriae orificijs conueniunt. Ob eam causam uulnerata uena non solum totus profluit sanguis, sed & spiritus quoque arterialis profluit, idem & arteriae uulneratae contingit. Memini tonsorem quendam in naribus pilos incaute tondentem, uenulam secuisse, nec continuato sanguinis profluuio sustendi modus fuit, ita ut sequenti die uulneratus expiraret. Conueniunt enim ea inter se minima orificia. Mirari (inquit Galenus) iuuat, quod bina receptacula constituerit natura, hoc est uenas & arterias, quae tamen orificijs copulauit, ubi in tenuitate desinunt, ac mox in carne obliterantur. Quod in cordis uentriculis fieri necesse est, inter utrunq; sinum quicquid carnosum interiacet, eam uenarum & arteriarum communicationem suscipit, hoc est, synastomosis, ut spiritus ex stomacho generetur (ut in anatomicis diximus) aere limpido ac puro commixto, ex utraque spiritus natura producit, & in arterijs sanguis ille tenuissimus continetur, ut facilius in animalem subinde conuertatur. At si in iecore, pulmonibus, liene, ceterisque corporis partibus, ea communicatio oppilatione laesa fuerit, his enim minimis aluntur uenis, uaria ob id uitia oriuntur, peripneumonia, uomica iecoris, aut lienis, synanche, aut pleuritis, uariisque per membra phlegmones innascuntur, unde febres tum putridae, tum ephemerae uexant humana corpora, impedita respirandi & exhalandae fumositatis occasione, ex uenarum & arteriarum oppilatione.

Ex obstructio nibus uenarum & arteriarum mala quae.

De uirtutibus iocineris, Cap. I.

Iocineris uariae sunt potentiae, & tot fere numero, quot actionum species. Alimentum enim hoc est succum, uenis (ut dictum est) mesentericis attrahit, deinde illud amplectitur & tenet. Tum inter omnes actiones, quod principale est, alterat & concoquit. In quo opere in separandis ceteris humoribus discrimen habet, quos postrema uis, quam expultricem uocamus ex materia sanguinis ad propria conceptacula effundit, unde ea quam discretricem potentiam uocant, huic famulari a quibusdam medicorum creditur, quod in ipso sanguine tetrum ac impurum est, quadam naturali differentia diducit. Has eandem uires (ut Galenus demonstrat) in omnibus corporis partibus pro uniuerso uitae usui, uersari uidimus, quibus quod diligitur, attrahitur, quod malignum est, ac uita alienum egeritur, & expellitur, discrimine certo sese repurgante materia. Illud obiter alteratur, & sedulo immutatur, id undique interea complectitur atque tenetur. Ea propterea digestio merito uocatur, quoad materia ad similem membri, quod ali debet, transfiguretur. At cum iam parti adglutinatur & haeret, similis omnino nutrimentum pariter uocatur. Ad interuallum cum primum cibus deuoratur ad stomachi perfectam concoctionem usque ad membrorum alimento certo horarum spacio quidam statutum tempus distinctius constituere ausi sunt, habitudinis, aetatis, temporisq; qualitaris uariae immemores, aliae quoque causae sunt, ut ciborum uarietas, & naturalis corporis interioris dispositio, aut morbus, quibus statuta spacia ad membrorum alimoniam certa lege constare nequeunt. hinc ad iocineris uitia transeundum est.

Naturales partium potentiae.

De iocineris uitij, Cap. II.

Iocineris morbi aut proprii sunt, aut aliorum membrorum communicatione oriuntur, illi aut simplices sunt, aut compositi ex qualitatibus, sicuti calidi humidique, aut calidi siccique. Est & alia morbi compositio, qualis oppilatio dicitur. Accedunt quoque ulcera, hydrops & uulnera, ijs omnibus causis, quam reliqua membra principalia, minus laeditur, quae cerebro & cordi ocysissime mortem inferunt: iecoris uulnus uero non protinus letale est, nisi secundum uenam magnam illatum fuerit. Alij quoque compositi dicuntur morbi, sicuti abscessus uescicae sub tunica uelante iecur. Id patitur praeterea stomachi communicatione, diaphragmatis, fellis folliculi, lienis, intestinorum, ac mesentericarum suarum connexionem. At ingens abscessus (ut inquit Galenus) in gibbo adeo tumet ut in conspectum facile ueniat, in cauo uero minime conspicuum est, sed notis suis dignoscitur.

dignoscitur. Iecur item propinquorum uitia membrorum facile contrahit, frigidam habitudine à stomacho, liene, intestinisque ieiunis præsertim, cum enim ea frigidiora sunt ad iecur frigus noxium per uenas mesentericas importune expuunt, quod ad substantiam quoque membri interiori penetrat. Ex pulmone pariter & diaphragmate, ac re nibus ipsi in gibbam membri partem, ac totam denique materiam disseminatur. Oppilatio præterea in toto membro fieri contingit, tum in gibbo, tum in cauo, quandoqui dem exilium uenarum officia inter se correspondentia obstrusa fuerint, nam & altera duntaxat parte læsa, altera iniuriam quoque sentit. Neesse enim est (ut Galenus docet) ut alimentum per omnes membri partes discurrat, in extremis enim fibris succus perficitur. Ex ea namque oppilatione occurrunt putredo sequitur, si frigida affuerit distemperantia, quæ si calidior fuerit serius contingit. Huius enim membri distemperamentum uniuersum membrum infestat, parenchima ab Erasistrato uocatur, ex uenis arterijsque (ut Gal. inquit) contextis, ex eo uitio, præter quas diximus putredines, phlegmones, erysipela, durities, apostemataque cætera, & ulcera, uescicæ & similia iecoris uitia innascuntur. Ad id facit, nec incongruum est, quod Gal. de terebinthina docuit, abstergit, inquit & expurgat angustos transitus iecoris, reddit enim orificiorum concursus tum uenarum tum arteriarum parentes, si interclusi fuerint. At membri imbecillitas primarum qualitatum distemperantiam significat, ex qua epaticos uocamus, sicuti stomachicos diximus: sub eodem genere ea uitia comprehendimus, ex Paulo & Galeno autoribus.

Oppilato iecore alimentum non perficitur.

Parenchima

Terebinthina.

Epatici.

De signis qualitatum iecoris, Cap. III.

Iecur si sanguineum est supra modum calidam & humidam habitudinem indicat, eam sequitur uenarum amplitudo. Cholericum uero calidam & siccam ostendit. Phlegmaticum pariter huic contrarium, sicuti melancholicum sanguineo adiudicatur. Corpora igitur sanguinea, alba rubicundaque, permixto colore, congruè iecoris ualitudinem præ se ferunt. Cutis enim naturaliter candida est, quam sanguis suffuso rubore sua uerit tinguat. Corrupta tamen uitio iecoris habitudine, facile inde humores geniti corrumpuntur, sicuti in calido, & duro apostemate, tum membra herbaceum colorem suscipiunt plumbeum interdum, aut atrum. Lienis quoque uitio magis atro colore & sordido infuscantur. Membrorum color cereus, aut citreus, & oculi felle suffusi biliosum iudicant iecur, ac calidum distemperamentum. At color liuidus ad plumbi colorem accedens frigidum iecur & pituitæ uitium ostendit, quod in genis, labijs, gingiuis, palpebris, ac unguibus apparet. Color demum corporis fuscus ac turbidus sine roseo rubore, atram bilem, & membri frigiditatem cum siccitate significat. Validum rursus iecur inter cæteras ualidas potentias, perfecte concoquit, urina clara est, ac excrementa in lutum colorem uergunt, dextrum latus sine duritie, asperitate, sine tumore, ac tactu temperate calidum est. At grauitas si qua in ea parte sentitur, sine dolore, ac tumore oppilationem denunciat. At si dolor simul affuerit, cum tumore apostema in gibbo esse ostenditur. Si uero dolor cum distensione sine grauitate fuerit, spirituum interclusum demonstrat. Si tamen membrum cum dolore & grauitate plurimum extenditur, aut ingentem oppilationem, aut apostema significat. Grauis quoque sine sensibili punctione materia ad interiora membri continetur: si uero cum dolore aut punctione sub tunica uelante infedit materia. Dolor præterea cum grauitate membri non distenti, sine punctione, materiam frigidam in ipso membro denunciat, ea enim grauitas percipitur neurolitate qua pendet & alligatur. Sunt & aliæ qualitatis huius membri notæ, corpora calidiora, nisi à cordis feruore fuerint pleniora, uenis turgentibus, ac magnis, iecoris caliditatem ostendunt. Ex breuitate & longitudine digitorum etiam iecoris quantitatem demonstrari uolunt, quod plurimum materiei suggerat in genitura iecur.

Signa sani iecoris.

De notis ægrescentis distemperantia, Cap. IIII.

SI iecur (inquit Paulus) contabescit, uniuersum tabe conficitur corpus: febris exæstus at, cibi tædio elanguescit, bilem euomunt. Si cum stomacho incolumi humida ac liquida recrementa sunt ægre decoquente iocinore, uires eius infirmas esse diiudicari necesse est. Si uero loturæ recentis carnis simile est, quod effunditur, commutatricè uim, ad sanguinis generandi munus inualidam esse haud dubiè est. Verum si calido distemperamento

peramento ægrotauerit, febris adest, molliter erumpit graue olens excrementum, croceo infectum colore. Contra frigida distemperantia initio febris non adest, æger cibum bene appetit, minus graueolet quod egeritur, sed uarium tamè est, in calida uero nullum prope desiderium est, sed sitis urget: siccitas membri humores indurat, & crassos reddit, & sicciora pariter excrementa, purioraque, nec sine sili a gros facit. Humecta, humidiora, liquida, pluraque excrementa effunduntur, nullaque sitis est: humores enim extenuant, & aquosos efficit. Ex nimia quoque caliditate, calidæ feruentesque ægritudines eueniunt, in eo enim humores coaccenduntur, & proprii & ex mesentericis continuo succu haulti.

Signa cuiuscunque potentie in iecore ægrotantis, ex Galeno & Paulo, Cap. V.

CVM id genus uisceris intumescit grauiusque inflammatur, aut saltem plurimum oppilatur, dolor ingens sequitur, qui ad costam posteriorem penetrat, superiores iuguli, ad humerum usque deorsum trahi uidentur, tussicula infestat arida ac sitis, cibi tædium, lingua rubicunda deinde atra fit, uomunt bilem, aluus astringitur, cæterum quæ pleuriticis, ijs quoque eueniunt, anhelitus frequentior, ac intrinsecus redditur dolor in respirando seuior: sub dextro latere degrauat iecur tumidum. Sed si in iecore uis appetendi attrahendi que pariter inualida fuerit, cibo in stomacho iam bene ualideque concocto, humor tenuis bene digestus per aluum fluet quem consumere intra sese iecur non potuit, eo modo uirtutis languentis uitium ostenditur. Nam quicquid ab aliquo oritur, quod eius causa est, indicationem ostendit eiusdem à quo est. Falso præterea (inquit Galenus) arbitrantur eam attractricem iecoris inualidam, uenarum mesentericarum uitium imputantes, unde & mesentericum morbum appellauere, sicuti splenicum nuncupamus, quod per eas uenas succus penetrare non uideatur inualidas, sed uenæ illæ ut idem autor affirmat, iocineris instrumentariæ partes sunt, sicuti manus, & pedes cerebri: errare quippe uidentur qui tremulam manum medicamine aliquo inungunt, cum cerebri uitium fuerit. Verum & si in ipsa mesenterij substantia suppurationem oriri posse non dubitet, si igitur iocineris uitio succus attrahi non potest, id non mesentericis uenis, sed sibi ipsi imputandum est, ita quod iecori non uenis remedia impendimus. Igitur utriusque causæ signa subnectemus, ex mesentericis uenis, quas si phlegmon, aut erysipela infestauerit, excrementa æruginea apparent, ex apostematis resudatione. Membrum enim quodcumque suppurans, præterquam si crassam ambientem possideat tunicam, necesse est in ipso apostematis initio, materiam tenuem primo effluere, maturato subinde abscessu crassiorem materiam, & sanie quam simillimam emitti, sine iecoris suppurationis suspicionem, sed ex mesentericis uenis, quæ per intestina fibras suas spargunt, malum prodire haud dubium est. At si iecur ita deficit ut attrahere succum nequeat, appetendi uis infirma est, at si attrahit, nec tamen tenere possit, contentrix inualida existit. Huius enim affectus initio recrementa æruginea sanguineaque cernuntur & fecis ex uini dolio fluentis erumpunt similia. Sanguinolenta quoque fluunt, ut si pes aut manus amputata fuerit, aut si menses uel hæmorrhoides ante substerint. Cum autem erysipelas constiterit in iecore, tum inflammatio intenditur, & exæstuat, tum corpus macie conficitur, & marasmus consumit ægrum. At qui cauam iecoris partem inflamari sentiunt, nausæis tenentur, ac uomunt, nullus cibi appetitus est, creberque anhelitus ægrum fatigat, hinc hydrops morbus initium capit. Verum si gibbum inflammatur dextra præcordia (ut dictum est) uisui tactuque manifestè turgent, ac intumescunt. At si eadem suppurerint tum febris, ac rigor insurgit uehementior, neque in sinistrum latus se uertere sine ingenti cruciatu potest æger. Aperto abscessu, aut per uescicam, aut per aluum pus ipsum fertur manifestum. Procedente tempore si conualescere non contingit facile in hydropem incidere potest æger.

Appetendi attrahendique lesam uim que symptomata sequuntur.

Mesenterij affectus.

Hydropis initium.

De habitudine iecoris corrupta, Cap. VI.

Iecore, quod membrorum naturalium (ut dictum est) regimè possidet, cuncta anima lia uiuunt: propterea de eius affectibus sollicitissime curatione procurare debet medicus. Sanitas enim magna ex parte (ut Hippocrates docet) ex iecoris bona ualitudine constat. Quod si negligitur facile periclitatur homo: omnibus enim ferè uitijs excruciantur, simplicis, aut compositæ primùm habitudinis distemperamento. Vel materiali sim-

Iecur principale membrum. Hippocrates.

plici uel pariter composito. Morbi materia ad intus generatur, aut altunde ad id membrum deriuat. illa ex potentia expellentis infirmitate, aut obstruſis meatibus, uel ad liem, uel ſimilia circumadiacentia membra, quæ ſuperfluos inde humores non hauriunt, attrahendi uirtutis imbecillitate, aut uenarum tranſitus oppilatione, unde ad alia membra, ut materiam pari ratione regerant modum non poſſident, unde ſuperfluus repleta humoribus facile tumefcunt, nec ſeſe repurgare queunt. Iſ igitur cauſis neque lien, neque bilis folliculus, aut renes quoque iecur (ut par eſt) exonerant. Sed humore repercuſſo, membrum haud immerito afficitur. Nonnunquam & ſanguis officit, ſi quantum opus ſit, ad uenas perpetuo munere non tranſmittitur, quod oppilationibus uenarum, aut nulla tranſpiratione facta in membris, ad originem non ſine iniuria retrocedit, ex quo facile inflammatur, aut computreſcit, unde febres putridæ oriuntur, aut dicitur phlegmones.

Sanguis copia iecur afficit.

De cauſis & ſignis prauæ habitudinis iecoris in communi, Cap. VII.

Cauſe primitiue & annexæ quæ.

Præter quas non naturales cauſas nuncupamus, accedunt ad iecoris malam habitudinem ſtomachi, lienis, renum, fellis, & inteſtinorum, ac circumſtantium membrorum uitia, & ex oppilationibus corporis diſtenta uenarum plenitudo, imminente morbo. Ex primitiue antecedentesque cauſæ dicuntur, ſed quæ in ipſo membro continentur, annexæ uocantur. Qualis ipſe quicumque fuerit malignus humor, qui iecur à naturali habitudine ad præternaturalem indigne immutat. Ex iſs cauſis, ut ad communia ſigna tranſeamus, corporis color permutatur, qualis ictericis conungit ex biliſo ſanguine ex diſtemperamento iecoris orto, urina quoque & excrementa colore, quantitate, qualitate, odore mutantur, quæ nec tempora ſua ſeruant. Nam & in dextero præteritum latere, dolet, aut uritur æger, quod ad totum pariter corpus diſfunditur. Frigus interdum, aut leuitas, aſperitudoque pariter uariant. ex ariditate enim iecoris uniuerſa ſere cutis areſcit. Ex male affecto iecore ægri actiones læduntur, aut quædam, aut uniuerſæ, in habitudinis longa & peruerſa corruptione, quæ ſi diu perſeuerant, omnia membra deſtruit.

De curatione in communi malæ habitudinis iecoris, Cap. VIII.

Styptica conſeruari ſpiritu.

Inter communia auxilia ſunt, ægri puro ac lymphico cælo contineri, temperato ſomno uti, ſine incœre, motuque corporis aut leui iactatione, cimba uehi, aut equo. Eſca liberalis eſſe debet, facilis concoctionis, boni & temperati ſucci, aluo non aſtricta. In omni uictus genere, in portionibus pariter dandis, odorata, leuiterque aſtringentia admixcere debent. Cataplaſmatis præterea, epithematis, unctiõibusque reſoluentibus, aperientibus, aut incidentibus, ſtyptica conueniunt modice admixta, quæ ſpiritu cuſtodire traduntur, alioquin ſi abunde ingeruntur poros aſtringunt, oppilant, inſpiſſantque, ac reſoluentia cohibent. Interea cauendum eſt, ne iecur pluſquam opus ſit refrigeres, excaleſciant, alterum enim hydropem minatur, alterum membrorum conſumptionem præſagit. Abunde quoque humectare, cachexiam, plumbeum corporis colorem, hydropem, hypochondriæ prænunciat. In cauſa uero materiali, materia tum digerenda, tum alteranda eſt. In mixturis & cataplaſmatis bene tuſa ac cribrata in pollinemque tenuiſſimum reducta, ſine ulla dentium offenſa, miſceri debent. Medicamina uentrem trahentia, exinanito ſtomacho, propinanda ſunt, ne indigeſtam materiam in iecur trahant. At ſi ex ſanguine malum ortum fuerit, aut alio commixto humore, uenam iecoraniam ſecare medicatur morbo, alioquin deiectione uentris laudatur. Refert plurimum an in cauo, an in gibbo conſiſtat morbi materia. In altero uomitus aut deiectione prodeſt, in altero urinam citere commodatiſſimum eſt, at ex utroque, utraque pariter remedia ſubueniunt: uerum deiectione antecedere debet. In omni tamen cauſa, aluum molliter ducere, uel clyſtere idoneum eſt, ſic & uomere leuamentum præſtat, quod oppilationibus, ſtomachi, & inteſtino rum grauitati ſuffragatur. Hoc animaduertendum eſt in craſſa ac uiſcoſa materia, quæ

Pharmaca purgantia uentrem quando danda.

Craſſa uiſcoſa materia quo ducenda.

urina diſſiciliter moueri poſſit, ea deiectione clyſtereque ducenda eſt, magiſtque ſi in urina conceptaculis ac uenis ulcera exiterint: hæc in uniuerſali dicta ſunt.

Quæ ioci.

Quæ iocinori uitia ſunt, quæque noceant, Cap. IX.

Colocynthis iecori præcipue nocet, ſcammonium, aloë adulterata, aut uetus ſed ſincera laudatur, damnatur utraque elleborus, tithymali omnia genera, coccognidion, eo naturalis humiditas exhauritur, euphorbium item natura expugnat, draconion, ac ſagapenion, ut dicitur. Inter cibos uua paſſa abiectis nucleis iocinori obelle traditur. Ita & palmula & mala cydonia iuuant, caro aceto condita, gallinaceum ius, & ubera animalium. Fici uero ſiccæ, & ſi plurimum nutriant, iecori tamen & lienis inflammationibus, (ut Galenus tradit) præcipue obſunt, non peculiari uitio, ſed quoniam ita omnia dulcia efficiunt, tam cibo quam potu aſſumpta, mixtæ tamen cum iſs quæ abſtergunt, extenuant, aut incidunt, cum pipere, pulegio ſatureiaque, aut calamentho, origanone, aut hyſſopo aptiſſime medentur in iecoris, aut lienis affectibus, nam & ſanis eo modo mire conueniunt: cum ſale, aceto, & garo commanducatæ, cum cibis uero craſſæ materiæ tantæ centes quam aridæ noxæ habentur. Inter herbas, abſinthium, eupatorium, capnos, grongus, iecur ualentius adiuuant. Acorus, cinnamomum, ammi, apium, ſeſelis, roſmarinum, infirmum iuuant membra. Citrei item mali cortex amygdalæ, amaræ, xyloaloe, maſtiche, roſa, aconyx. Obelſt cucumis erraticus ac elaterium ex eius ſucco, iuuat intubus, uel decoctum ex uino: caucaſis, cænæthe, callitricho, farina hordeacea in poſca aut uino rubicæ radix cum farina hordeacea decocta. Theriſſagum contra omnia eius uitia datur. Quinque folij ſuccus, anagallides, abſinthium cum gallica nardo. Plinius epaticis eupatorium, de qua dictum eſt, unde nomen habet mederi tradit. Succus decoctæ ſcandicis. Raphani item ſatiui ſemen paſtinacæ erraticæ. Ruta cum ficu decocta, mentha ex mulſo tribus obolis. Cuminum ſatiuum toſtum tritum in aceto ſanat. Radix capparidis in aqua decocta, cunilacæ ſuccus potus, ſerpillum ex aqua potum. Lini ſemine cum uua paſſa, hypomara thrum uel aſarum cum mulſo. Nardus gallica ex uino uel aqua. Radicis anchuſæ drachma in uino. Centum capita in aqua mulſa. Colocaſia eodem modo. Anthemis, glycyrrhiæ ſuccus. Lauri radix tribus obolis pota in uino, & baccæ ex aceto illinuntur, bi bitur ſpondylium, & eius radix deſaſa. Picæ folia priuatim ꝑ. 2. pondere in aqua mulſa pota. Chamæpitys impoſita cum palmis, aut cotoneis. Fraxini folia in uino medentur in quibus ſemen ineſt. Et aceris radix contuſa. Sanant & hederæ illiti corymbi, peucedani ſuccus, theueria bibitur priuatim ꝑ. 4. pondere recens in poſcæ hemina. Tripolium in maritimis nata, in farre decocta datur panax, ſcordion, ariſtolochia cum agarico pota. Lac bubulum, herbas uere depaſtæ bouis. Lupi iecur ualere prodicitur aridum ex mulſo. Aſininum item inuenio aridum cum petroſelini duabus partibus, ac nucibus tribus: idem cum melle tritum prodeſt, uel in cibo ſumptum. Sanguis quoque hircinus cibo aptus. Ius ueteris gallinaceo. Vipera, audaci ut ita dixerim experimento ſi uetultati credendum eſt, porcelli modo inaſſata mire prodeſſe dicitur. Hamatites lapis præcipui remedij eſt.

Dulcia iecori nocere.

Herba iecur in uanias.

Iecur animalium uile.

De mixturis ad iecoris mala, Cap. X.

Officinis noſtræ ætatis familiares ſunt, quæ ex eupatorio fiunt, maioris, ut dicunt, compositionis, ſic & quæ ex agarico nominantur, & quæ thempotico fiunt nobiliori: & diarrhodon quoque & his ſimilia habentur. Ex ante dictis tamen ſimplicibus compositiones fieri poſſunt epaticis utiles ad cuiuſcunque habitudinis diſtemperamentum. Nemo inquit Gal. de compositionibus ex amulſim diſiudicabit, niſi qui ſimplicium naturam ſingulorum calluerit.

Quæ ſit iecoris calida diſtemperantia, Cap. XI.

Varijs de cauſis iecur diſtemperamentum id ſuſcipit, quod ſitis infeſta indicat, & nullum ſere cibi deſiderium, ex attractricis porcitæ imbecillitate: ipſius enim membri caliditas oris ſtomachi craſſos humores colliquat, nec obiter eos abſumit, quibus cibi deſiderium extinguitur, corpus ea diſtemperantia calidiori, uniuerſum inflammatur urina ſilua redditur, quæ minori exuſtione, aut uiridis, aut ſuſca emittitur: ſi uero cum ſanguine bilis ſeruet tranſlucida rubet. Pulſus item citatior inuenitur ex putrida, aut ephemerina febre, cum lingue nigrore, ac aſpredine, alius deinde nihil niſi aridum reddit, uel croceum graueolens. Membra ipſa felle diſcolorantur, ac, ut Galenus ſcribit, macie

y 3 confi.

conficiuntur, magis q̄ si calefacientibus utitur. At si uitium protrahitur, fluxum efficit colliquatuum, primum enim humores soluitur, deinde membri, postremo totius corporis substantia. Nam in eo interdum fluore iocinoris apparet materia colliqua, tam a nobis hæc scribenda, quam ab autoribus prodita, uenarū enim poros propinquos in membro tabefacto attenuata materia ingreditur, & a porta iecoris per meentericas uenas ad intestina delabitur, in quibus rursum conglobata in speciem principalis membri inter excrementa effluit. Inter emplastra frustra ad nucis auellanæ magnitudinem neruosa in ipso fluore conspecta sunt, seu nuncio uitæ. Ex ea præterea diuturnitas dysenteria sæpe oritur, in qua ramenta interaneorum apparent. unde corpus ægri tabefit, cū profluuium grauisolentia est, ac felleus uomitus uel porraceus. Ex diuturna iecoris discrasia instar fecis uini profluit. Auget uitium, ætas, regio, uictus, artis conditio, tempus, ac connaturalis ipsa habitudo. In diuturnitatem (ut Galenus tradit) putridæ & ardentes febres sequuntur.

Gal. r. de interioribus.

Curatione, Cap. XII.

Quæ calorem excitant uitanda sunt, ætas & loca æstiuosa, auster uentus, ignis, multa q̄ uestimenta subcutis uulpinis pellibus, aut pantherinis, uel icitidis, aut martis in quo genere quædam cutis nobilitate, ac uilli generositate præferuntur, leuitas enim commendatur, zebelinum ætas uocat, regibus & principibus ex Ponto cum peregrinis cæteris muribus expetitum: pellis aureo nummo uenit ex ijs centū uix uestimentum complent. Venetijs nunc nobiliora scorta contra leges publicas pro ouillis pellibus gestare audent, inextirpabili luxuria. Hæc indumenta non impune quandoq̄ corpora inflammant, sicuti & molliter noctu in oloris plumis non cessante luxu incubere perniciosum est, unde incognita causa facies sæpe pallefcit. Medicamina præterea qualia emplastra, aut fomenta calida iecori perperam imposita periculum afferunt. Nam & frigidiora quam necesse sit noxia & diuerso habentur, quandoquidem exhalaturos uapores prohibent, & calorem in membrum per accidens regerunt. Ob eam causam calidiuscula hyeme, tepentia æstate imponi iubet Gal. Quidam ex alijs medicis frigida tantum probauere. Inter animi perturbationes obest ira, ac furor, mœror q̄. Inter corporis exercitationes lassitudinem improbamus, balnea, ac frictions, somno q̄ longiores, in dextrum latus præsertim: Nimitæ quoq̄ uigiliæ obsunt, sicuti edulia potentia aut actu calida, uiscosa, crassa materix nocet. Qui de iecore bene cõsultit, sollicitissime femina per poros aperiunt. Ob eam rationem, lactaria, mellaria, aromata, damnamus. Inter obsonia hyrcina, bubulataq̄ caro aut ouilla, agnina q̄, aut arietina non probatur: inter pisces quicquid sine squama est, quales anguilla, murenæ, congi q̄ existunt. Iocinora omnia (ut Gal. tradit) iecur humanū bene nutriunt. Oua dura damnantur, tosta præsertim, excalefaciunt enim & oppilant. Pinguia quoque nocent, in eo affectu. Sic uinum multarum uirium, quale Creticum, ac Rheticum, Resinatium, ac Cyprium. Teterrium multum supra modum putredine obnoxij, facile enim ebulliunt. Panis præterea hordeaceus nitidus, aut ex zea, semen enim a Latinis uocatur, equorum pabulum est peculiare, ex ea enim alicam fieri diximus. Sine sale congrue coctus laudatur non plurimum fermento maceratus, nam & pitana laudatissima habetur. Inter obsonia pulli gallinæ, auicula, perdices, atragenes, phasiani, si una cucurbita incocta fuerit, aut lactuca cum hœdina carne aut portulaca, quæ per se commanducata in cibario iuuat, aut caro ipsa uitulina cum melopeponis semine: anserum: alæ salutaris sunt in cibus, capreoli quoq̄ leuè præstant materiam. Si febris adest eadem minus liberaliter damus: Et uberius herbam hortensem serim, nam & erraticam utilissimam prædicauere recentiores medici, oppilationes enim aperit, exiguo aceto addito, nec ob id excalefacere creditur, & unâ febri refragatur. Si febris non est caneros quoq̄ fluuiatiles dari uolunt, pisces q̄ saxatiles. In omni tamen euentu mala punica medijs saporis commendatur, sicut arantia, limones, mala, pyra q̄ acria, mora quoq̄ adhuc rubentia, ex toto matura non cõueniunt. uua præterea bumaltis, & quæ duracina uocatur citra maturitatem, passula quoq̄ eodẽ modo quæ maturefcere

Obsonia iecori egroti salutaria.

Zea, semen. Alica.

turascere incœperit, melopepones item salutaris sunt duracina, non nimum ob nimiam maturitatem succosi. Inter potiones utiles hordeacea mire facit cum tunicis cocta cum syrupo rosaceo, aut uiolaceo puro. Vinum quoque mali punici citra acrimoniam ardori, & sitibundo iocinori subuenit. At si febris non est uinum album nullam uirium, aut nõ ingentium utiliter dari potest, ubi ægri stomachus infirmus sit. Hæc ad uictum pertinent.

De potionibus & reliquis medicaminibus, Cap. XIII.

Potiones quæ refrigerant, aperiunt, abstergunt, ac pariter penetrant, leuiter astringunt, offerri debent. Sed nimum astringentia uitanda sunt, maxime enim oppilant. Hæc omnia in sese continet seris antedicta utriusque generis. Tamarindi quoque plurimum iuuant: sicuti & berberis Aegyptia, aut Syriaca, mire enim iecoris prauam habitudinem corrigunt calidiorum, nam refrigerant, astringunt q̄, nec tamen oppilant. Sed qualis sit berberis siue amyberberis apud barbaros referendum est, oxychanthos à Græcis dicitur, Dioscoride & Galeno testibus, spinosa arbor est, pyro similis, bacca fert myrti similes, sed maiores, rubentes, acris saporis, uentris fluxum sistit, ac muliebria alba menses q̄, uetustiores, succus epotus, uel commanducatus, radix emplastris addita infixæ extrahit, & partum emortuum trahit. Galen. rariores, inquit, fert bacca, quarum succus profluuium unde quaque mananti medetur. Nymphetæ quoq̄ aqua aut decoctum easdem uires habet, rosaceo syrupo addito, trium sandalorum scobe trita, cribrata q̄. Inter compositiones ea potio summopere commendatur: habet pruna 20. offæ tamarindorum prunorum 3. in aqua ʒ. 3. feruefiant donec succi dimidium super sit, tum uiolarum semiuncia aridarum, rursus feruefiant, & percolato succo, addito mali punici uinum & cucurbitæ aquam, omnium ʒ. trium pondere cum saccharialbi puri libra, leui flama fiat syrupus: adde sandali rub. & spodij exiguum, ex eo uncia ex aqua frigida matutinis datur horis. Interea iecur extrinsecus inungitur eo uncto, oleorum nymphetæ, uiolarum succi, strychni, lactucæ, psyllij decocti ana ʒ. 1. cere candidæ ʒ. 2. donec succus euanescat feruefacito, deinde sandalorum, rosæ, spodij, cum exiguo camphoræ paululum addito. Sed & ipsa portulaca trita cum rosaceo tepent per se salubriter imponitur. aut farinæ hordei ʒ. 3. ramentorum cucurbitæ tantundem, sandalorum alb. & rub. rosæ, nymphetæ ana ʒ. 2. succi semperuuii, plantaginis, olei uiolacei ana ʒ. 2. emplastrum ex ijs conficito, quod subinde tepens imponitur iocinori inflammato. Ad idem epithema: Habet succi plantaginis, acetosæ, lactucæ, strychni, semperuuii, aquæ seris, rosæ recentis, aut aridæ ana ʒ. 4. nymphetæ ʒ. 6. aceti unam, singulorum sandalorum, seminis seris satiuæ ana ʒ. 3. spodij ʒ. 2. camphoræ ʒ. 1. linteo imponitur frequenter tepidum, nam & plantaginis succus linteolo imponitur frequenter intincto.

Berberis. Oxychanthos.

Alia curatione, Cap. XIII.

Si sanguinea discrasia fuerit, mixta pariter cholera, ex iecoraria uena sanguis utilis. Ster demitur, aut ab ea quæ uersus minimum, annularem q̄ media porrigitur, sed uires, tempus, ætas, constitutiones quæ seruari debent. Alioquin sanguis fugax, aut cucurbitula maiuscula naribus imposita cum scalpello uicem impleant. Vtrunq̄ humorem post misionem uel si sola bilis infestat deiectione repurgamus, digesta potionibus materia. Pharmacum probatur leue quodq̄ faciliter subducatur aluum. Quale id habetur, uiole ʒ. 2. seminis seris 3. tamarindorum, hordei q̄ semiunciam, pruna sena, omnia pariter in aqua feruefiant, donec dimidium super sit, ex eo decocto ʒ. 3. sumstro, siliquæ Aegyptiæ ʒ. 1. s. aut roris syriaci duas, adde si liber rechomæ ʒ. tuse in priore succo per noctem macerata, aut diarrhodon pharmacum duum ʒ. pondere, uires enim exacuit, aut diamannam, aut aliud eiusdem potetia. Damus & rhecomā per se cum seris satiuæ uel syluestris decocto. Summo mane dantur calidiuscula uel eadem post triduum aut quadriduum, si iteratio necessaria sit. Si quas forte reliquias in gibbo iecoris mansisse cognoueris, ea potio ne humores extrudito, seminis seris, lactucæ ana ʒ. 1. seminis apij, feniculi q̄ ana ʒ. 3. uescariæ seminis ʒ. 1. seminis melopeponis ʒ. 6. tinsa in aqua cum feruerint colato: ex succo ʒ. 1. mane, aut uespere ante coenam dantur. Paulus cichorium commendat uel crudum, coctum uero cum semine coriandri, sed & ipsa herba mulsi stilla aspersa præclare medetur traditur, sicuti sonchos, silicis q̄ succus, in cibo quoq̄ pitana & alica cū hydrosato

Medicamentum leue aluum subducens.

y + laudauit,

laudauit, uino abstinere suadet prater quam in stomachi imbecillitate, tum enim tenuē & aquosum bibendum censuit.

De nouis habitudinis icoris frigida prater naturam, Cap. XV.

At iocinoris frigida habitudo ex uarijs causis tum intrinsecis tum per accidens oriri potest, eo quo supra memorauimus ordine. Sed eius notæ sunt, nam labia, lingua, facies, ac totius corporis membra, pallida ac squallentia ueluti exanguia cernuntur, ac molliora redduntur, pulsus quoque languidior efficitur. Sanguis enim uiscosus à phlegmate glutinoso uitatur atque corrumpitur, unde ad motum ineptior redditur. Qui in naturali habitudine frigida, diluitor est, ac tenuior, & ad membra facile penetrabilis, ac motu aptior habetur. At in mala habitudine sitis minus infestat, quam præcedens distem, perantia calida, aluus raro soluitur, nec nisi per interualla quoda fluore prorumpit, qui minus graueolet, colore dissimili ab eo, qui à putrefacto sanguine, aut corrupta carne oritur. Et si interdum retrimenta ipsa nigro tabo quam simillima sint, quæ si diligentius percunctaueris surculo, nec sanguis ater, nec conglobatus apparebit. Sed ex atrabili quedam sanguinis crassioris sex constabit. Aluus propterea nihil reddit aut raro, quoniam intestina iocinoris communicatione frigidiora sunt, quo affectu expultrix uis retunditur, aut quia exiguum fellis in membro gelido generatur, unde ægre repellitur excrementa. Nihilominus attrahendi potentia ad exugendum succum ualidior permanet. In hypofarcha enim aluus interdum arida est, & ad membra tamē indigesta materia transmittitur, unde digerendi uis inutilis apparet, qua succus in sanguinem minus commutari ualeat, ob eam causam uentris profluuium recentis carnis loturæ simile cernitur: initio tamen morbi materia decolor, interdum canino fimo similis aut liquida, quæ subinde crassior, donec postremo turbida feci adsimilis infuscatur. Ex frigida namque habitudine loturæ cum plurimū similis efficitur, ex frigidiori uero crassior sanguis erumpit. Initio huius morbi sine febre æger est, si diacrasia perseverat, febris sequitur putrida, ex materia in icore putrefacta sanguinea ac tenui. Aeger quoque initio cibum appetit, sed difficulter concoquit: si materialis morbus est, facies protinus tumescit, alioquin squalida attenuatur, ructus acidi sentiuntur, ac semper saliuare os cernitur. Tum icoris sedes, ac totum corpus, quodam torpore languescit. Urina alba, tenuis, aut liuida emittitur, quæ interdum in glaucum uergit, aut lactea cietur.

periculum fueris.

Quibus exiguum fellis ægre exonerant aluum.

Curationes, Cap. XVI.

Superiori distemperamento contraria huic affectui cōueniunt, qualis regio calida, tepus, aer, cubiculus à terra tabulato sublimis, ac in omni uictus genere calidiuscula auxiliantur. Obesse iram, molestiam, metumque, & ocia nouerimus, longiores quoque somnos corporis uires eneruare certum est, sed stomachi in primis cruditas obnoxia est, ac omnis cibus difficilis concoctionis. Pitana cum pipere iuuat, cum melle ac saccharo, Galeno teste improbat. Piscis ac caro bubula, frigidi fructus, ac styptici damnantur. Lac item præter cameli, aqua frigida pota plurimum lædit. Venus pariter inimica est, iuuat gaudium ac risus, si modus est, ac iræ temperatus motus, sicuti & animi sollicitudo, sed indumenta quæ paulo ante damnauimus, profunt, sicuti & mollis pluma, parcusque somnus, qui frequenter in dextrum fiat latus, ad quam partem & frictiones iuuant, ante cibum balnea, exercitationesque mire faciunt. Panis præterea calidus uino madens prodest. Inter obsonia, perdices, merula, turdi, gallinæ, anserumque uentriculi, auiculæ, palumbiumque pulli, uel syluestrium columbacei, cum aromate cibaria commendantur. Seris amara iuuat, mentha, mellissophyllum, apium, foeniculum, absinthium, abrotonum, ac brassica cum ruta, uel cymino. Ciceris præterea atrius, ac auellanæ in secunda mensa tostæ mire profunt, sed modus seruandus est: alunt enim & rheumatismos præcipue cohærent. Passula item recens ac pinguis efficaciter iuuat icur. Pistacia quoque medentur, quæ & stomachum corroborant cum passula eadem, ac saccharo, in prima ac secunda mensa, utiliter enim exiccant, ac excalescunt. Cochlear quoque in cibo cum aromate peculiariter dantur, ouorumque lutea. Vinum quoque meraciusculum uetusque prodesse haud dubium est.

De potio-

De potionibus materiam digerentibus, de uentris deiectione, Cap. XVII.

Syrupus absinthinus plusquam sit uerisimile cum oxymelite prodest, unaque cinamomi, foeniculi, & passularum decocto admixto. Trochisci quoque ex absinthio cum mero poti ualent, modus est ad drachmas duas. Sed ea compositio perutilis habetur, seminis foeniculi & anisi, ana ʒ. 2. corticis radicum apii, foeniculi ana ʒ. 10. schœnoanthi ʒ. 2. eupatorii, absinthij, ana ʒ. 5. calami odorati, cymini ana ʒ. 3. mastichis ʒ. 2. in quaternis aquæ libris seruefacito quo ad medietas euanescat, ex eo decocto ʒ. 3. summo mane dantur, ac redormire iuuat. Medentur & diacostum, diagalanga, diacyminum ac dianisum. Saluia cum mulla icoris frigidi uicia sanat. Quæ extrinsecus imponuntur, & fomenta, & emplastra, aut inunctiones iuuant, calida impone tum actu tum potentia, inter emplastra id laudatissimum est, quod habet folij, nardi, schœnoanthi, cyperi ana ʒ. 1. meliloti, asari, aloës, costi, carpobalsami xylobalsami ana ʒ. 4. croci ʒ. 1. mentha, mastichis ana ʒ. 2. farinæ foenograci, lupinorum ana ʒ. 8. incorporentur cum oleo nardino, & costino, & castoreo excipiuntur. Aliud, habet cyperi, spicæ, schœnoanthi, myrrhæ, costi ana p. æquales cum uino austero meraco, ac odorato tunsa componuntur. Epithema utile, succi puri eupatorii, absinthijque, aut aquæ ana librā unam, nardi, cinamomi, schœnoanthi ana ʒ. 4. cuscute ʒ. 3. ad uaporem ignisposito, & unā seruefiant, succo percolato panno infuso, icur fouebis sapius in die: ex potu frigida distemperamento, chamomila cum rosâ decocta & imposta ualeat, leuiter enim calefacit, & alstringit cum suauis aromate. Digestam subinde materiam medicamento Indico subtrahes, aut medicamine turbitico. Demum si quæ reliquæ in gibbo delituerint ijs quæ urinam ciunt, euocabis, apio, foeniculo, petroselino, & his similibus. Aegineta paucis præceptis huic affectui subuenit, panem admixto cymino dari iubet, panemque nauticum, aut ter coctum, brassicam, castaneas, uuam passam, merum in potu, ac gallinaceos commendat, eupatorium, asarum, aut diapipeion laudat. Sicuti cum materia, ac icoris oppilatione fuerit. At in uiscosis humoribus asparagum syluestrem uel semen prætulit, & lauri radice corticem, uel idem eupatorium cum oxymellite, aut lupinorum decoctum cum ruta & pipere, aut lupini farinam in sorbitionibus aut capparidis radicis p. 2. costi p. 1. cum uino, & diabaccaris compositio meatus aperit, si ex crasis & uiscosis fuerit humoribus oppilatio. Et iris, pistacium in delicijs, ac eius cortex, prasion, amygdalæ amaræ, dracumij ite & ari radix, agaricus, aut scyllæ acerum uel eius oxymel. Lupinum quoque icur linguæ mensura uicij iocineris omnibus datur ex mero dulci. Et Theodericum antidotum inter præcipua remedia habetur. Iocineris enim meatus referat, & duritias discutit. Pitera quoque ex oxymellite datur. Inter cibaria excalescunt & aperiunt porri, cum eodem oxymellite, & cauliculus asparagi, capparidis conditus, uinum uetus, ac tenue. Balnea damnauit in primis & à cibo præterit. Perseuerate morbo uenam secare utile arbutratum est, ac alui trahere iubet. Hinc ad alias icoris distemperantias transeamus.

Extrinsecus imponenda.

Urinam ciuita.

Diabaccaris

Theodericum antidotum.

Distemperamentum iocinoris aridum & humidum & eius nota, Cap. XVIII.

Arida icoris distemperantia ex uarijs oritur causis cum plurimum ex longis prouenit morbis, eam sitis perpetua sequitur, corpus liuidum, asperumque indurefcit, ac arefit, pulsus durior redditur, urina alba emittitur. Ex melancholia uero, aut liuida, aut glauca, spissior, ac spumosa apparet: latus dextrum contrahitur, aluus ipsa arida existit. Contra humida habitudo distemperata ex contrarijs oritur causis humectantibus, facies tum pallet, ac tumet, à somno præsertim, sicut & oculorum genæ: membra tumida, molliaque fiunt, ac incessu grauiâ. Corpus pallet, aluus mollis est, urina clara, ac decolor habetur.

Intemperies icoris arida ex quibus causis.

Humida intermperies.

Curationes communes utriusque uitij, Cap. XIX.

Ea uitia contrarijs curantur qualitatibus, aut humectantibus, aut exiccantibus, cum caliditatis, ac frigiditatis temperamento. Sed in ijs modus seruandus est. In utraque causa initio remedijs properandum est, plurimum enim in ijs negligentia nocet, altera in hypodrem uel hypofarcham, altera in marasmon irremediabile uitium æger ducitur. Verum & si in statu humidæ distemperantiæ uix occurrî possit, in altero uitio nunquam, tanta est siccitatis iniuria. Arefaciens igitur habitudo epithematis, aut em-

Morbi ex siccitate graues.

aut emplastris humectantibus foueri debet potionibusque preparari debet. Verum animaduertendum est, quod humectantia actiue qualitatis locio temperamento medentur, sed nec humectare quidem nimium opus est, ne in contrarium uicium labatur corpus, hoc est cachexia. Nimium enim humectantia concoctionem uel attractricem, uim iecoris ledunt, unde humoris pluriimum indigesti ad membra extrema regeritur. Stypitica ob eam causam, ac aromatica utiliter admiscuntur. At humida distemperantia exiccantibus iuuatur, sed sine oppilationis suspicionem fieri decet, ob id exiccare, ac extenuare opus est, illud ex alto iuuat, tum substantia, tum qualitate. Vtranque uim obtinet spongiæ natura (ut exemplo utar) humorem enim absorbet, & membra tumentia substantia sua discurit atque dissoluit. Ea item uicia focijs passiuus qualitatibus ununtur, quæ pari ratione curari solent.

Humidioris iecoris auxilia.

Spongia uis.

De iecore paruo aut magno, Cap. XX.

Iecur interdum aut maius, aut minus naturaliter homini inest, quam corpori necessarium sit: uerum cura quandoque, aut intemperantia adeo increfcit, ut uentrosus hominem reddat: plurimum enim alitur ficuum pastu, ut Galenus tradit: In asere ita increfcit ut toto corpore maius esse dicatur. Cum idem ægrotat in tantum est diuerso diminuitur, ut fidem excedat. Vtranque uicium consuetas prohibet actiones: gallinaceis saginatis interdum letaliter increfcit, ut sine alia ratione mortui concidant. Inedia diminuitur cunctis animalibus, aut sanguinis profluuium, aut uentris influxu, aut odio uel tristitia, simili que causa. Augetur animi securitate, idoneo alimento, cœli mutatione, aut aquarum qualitate, suffragante stomachi concoctione ualida. Paruum iecur oppilationis obnoxium semper est, meatuum angustijs: amplum rard ea pœna affligitur. Eius quantitas ex digitorum manuum uenarum que magnitudine, aut gracilitate dignoscitur. Ex statura quoque corporis ac præcordiorum magnitudine, iecoris naturalis amplitudo ostenditur. Exilis atque uesica compactum membrum indicat. At nimio interdum stomachi uoracis alimento iecoris exigui ferè omnes potentie opprimuntur exundanti succo, unde oppilationes, dolores, grauitatesque sentiuntur. Paulatim enim succi alimento satius alitur, ita ut à passo non superentur agentis uires. Ex ea causa uarij subinde fluxus oriuntur, corporaque extenuantur. Si uero cura iecur amplius redditur, præcordia præter modum intenduntur, ac uenter indecore prominere, unde & diaphragma pariter frequenti anhelitu supprimitur.

Quibus causis iecur minuitur.

Quibus augetur.

Iecoris magnitudo quibus cognoscatur notis.

Curationes communes utriusque uis, Cap. XXI.

Exiguam iecur temperati succi alimentum iuuat, si parcius, sæpius tamen in die assumuntur. Et si quæ affuerint oppilationes, aperiri debent, ac humores deiciendi ijs quæ urinam ciunt. At ingens iecur cohibent ieiunia, & modici alimenti cibaria, quæ & facilliter concoquantur, sanguinis præterea ex iecoraria uena dimissio, uel uentris frequens delectio.

Quibus minuitur iecur.

De iecoris imbecillitate, Cap. XXII.

Epaticos quoque uocamus, qui iecoris uitio tentantur: ij enim ab actionibus conuersis arcentur, ex abdita cum plurimum qualitatis causa, intercluso ueluti spiritu, uomica, aut sæuo præcedente alio morbo, quo membrum ipsum affectum est. Ea imbecillitas aut singulas uires, aut quasdam, aut omnes pariter affligit, ita quod aut membri quoque parte, aut uniuersa ledit. Totum enim membrum & digerit, & retinet. Sed cauo specialius retinemus, gibbo uero expellimus uerum cum ægre quis digerit epaticus proprie dicitur. Hunc sequitur qui discrimen nullum agit, uel cum demum perperam ad membra succum confusum expellit. Ex causis primo euenit primitiuus, frigida ueluti nimio potu à lassitudine præsertim, uel frigida natura cibo, aut aceti frequenti usu. Quo Paula tamen Auogaria Tarusina nobilis matrona cum etiam auidius acetum biberet, ea auiditate pinguior reddita est. Communicatione item cæterorum membrorum offenditur iecur. Sed frequentius sua simplici habitudine, cum ad summum peruenit gradum, aut composita. Quod & materiali pariter contingit. Humoris namque causa siue simplicis siue compositi euidentior est. Præter ea principia, oppilationes, abscessus, ulceraque & uulnera pariter associantur, sed inter comunicantia membra nihil felle frequentius occurrit, deinde

Iecoris imbecillitas ex quibus causis.

deinde lien, renes & uesica sequitur, liquores pigrè attrahentes, uulnè item sæpe mala occurrunt, mensium ueluti profluuium, aut si eadem intempestiue substituerint. Narium quoque & hæmorrhoidum fluxiones uires iecoris exinanunt. Accedit in primis stomachi indigestio, uel humorum frequens corruptio. Intestinorum quoque uiscositas, qua uiarum transitus per mesentericas uenas obstruitur. Ex lœgis pariter febribus stomachus si afficitur, iecur pariter offenditur. Ex omni nanque affectu iecoris frigiditas cæteris qualitatibus nocentior est quam sequitur humiditas, hanc demum siccitas cruciat quando quidem iecur liquidum humoris fons sit. Frigore namque digerendi, ac attrahendi potentia leditur. Retentiu uero humiditate uitatur, sicco enim gaudet. Refrigeratur namque iecur lienis uitio, qui atram bilem non contrahat, & in iecore intempestiue maneat, unde frigidius reddat. Maximas præterea in iecore extraneus calor, suum naturalem sæpe prostermit, ex quo hydrops & tympanites oriuntur, aut ascytes dicta. Humores præterea ignei (ut Galenus docet) si in stomacho generantur, eos iecur negligit interdum, unde membra maciem, aut foeditatem contrahunt.

Naturalet facultates quibus ledantur.

Gal. Epid.

Nota communes imbecillitatis iecoris, Cap. XXIII.

Facies primum, oculi ac membra liuida, ut croceo pallore suffusa, iecoris improbahabitudinem ostendunt. Grauiam exinde incessu membra. Color quoque iecoris si corpora refecantur herbaceus, aut plumbei coloris cernitur. Epaticis tamen magis quam stomachicis suffusa felle membra apparent, plurimum enim eius humoris, cum sanguine commiscetur, sed aliquibus uariant colores ex humorum mixtura quos iecur affert, ex ijs cutis color inficitur. Plumbeus præterea color etiamnum stomachi uitio contingere potest. Epaticos præterea quidam leuis initio dolor dextra præcordia subit, difficulter enim succus uias iecoris penetrat.

Nota infirmæ cuiusque iocineris potentia, Cap. XXIII.

Si attractricis uis (ut iam transcursum quodam dictum est) imbecillis est, alius liquida sicut aquæ similis, sine odoris graueolentia: si pura fuerit, ac cum humore corrupto mixta grauius olet, liquidum humoris diminutio attractiuam minus læsam demonstrat, urina ruffa digerendi actionem integram atque illæsam, alba uero utriusque uitium indicat, alius igitur de priori potentia, urina de altera significat. Attractiuam enim in cauo, digestio in gibbo sedem habet principalem. Vires iecoris quæcunque fuerint, si imbecilles sunt corpora ad consumptionem inducunt: uerum ex omnibus nihil inualida attractrice perniciosius est. At si inconcoctio languet, sanguis aquosus redditur, ex quo hydrops innascitur: tum enim aut parum digerit, aut nihil prorsus conficit, aut corruptum humorem refert, unde uuliginosus, morbus gallicus, aut elephantia lepraque oritur. Si forte illis sanguis demittitur aquosus uel phlegmaticus, aut corruptus cernitur. Nam & stomachicis aquosus emittitur. In utroque affectu retentiu uis plurimum afficitur. Retrimeta quoque carnis recentis similia lotura infirmam concoctionem significant. Et urina pariter eiusdem coloris emittitur, uel si discretiua uis inualida fuerit, & quod renu uitio contingit. Hic uentris fluxus cum perseverat (ut Galenus tradit) ad terribilimum sæpe permutatur. At si ea digerendi infirmitas ab ardenti causa orta fuerit, biliosus fluxus antecedit, & in uirulentum, uel uini fecem similem, sanguinemque adustum delinit. At si ex frigore initium habuerit à lotura incipit, sed in sanguinem conglobatum hinc. Ex ipsa quoque indigestione humorum diuersitas confluit, sicuti ex infirma stomachi concoctione, ex utraque uero causa iecur exinanitur, ac languescit, unde fluor loturae prioris similis, & urinae sedimentum ptesantè haud dissimile residet. Auerois Arabs ex infirma retentiu sanguinem crudum fluere asseuerat. Alij quoniam succus intempestiue dimittitur ac citius quam opus sit per alium fluat, uel quod ad membra inconcoctus deferatur, sine ullo humorum discrimine, permixti humores membra subeunt, in sedes suas non recepti sicuti consueuerat: unde membra tument uel felle attraue bile suffusa cernuntur. Duo igitur tempora ea uis possidet, alterum quoad succus coniciatur, alterum quod constrictum diuisim singulos humores ad proprias relegat sedes, alioquin altero digestio offenditur, altero discriminis ratio negligitur, unde humores uarij cum sanguine confusi ad membra referuntur.

Attractiuæ uis iecoris læsa significatio.

Attractiuæ uis iecoris læsa significatio.

Nocturna ex-
pultrice facul-
tate laesa.

referuntur, bilis & atra cum aquositate permixta per uenas fluunt, qua confusione urina etiamnum parcius emittitur. At si expultrice potētia inualida est, commixtos humores expellit, propterea sanguis eo modo impurus ad membra delabitur, & habitudine corporis fædo colore immutat. Sed & aliud malum affert Auerris, quod sæpe ex ea oritur causa, nam sanguis rursus per uenas mesentericas ad intestina retrocedit periculo uentris fluxu. Cui assensere omnes si in gibbo oppilaretur, ex quo sanguis ad uenam magnam penetrare prohiberetur. His alia uitia contraria occurrunt, cum iecur auidius attrahit, unde inconcoctiones, oppilationesque oritur, tum litis adeit, ac cibi desiderium frequens, aluus arida est, & urina multa derjctur. Retentrix uero ualidior, dextra præcordia misero præsertim digestionis opera grauiora sunt, & urina parcius emittitur: reliqui quoque humores ad sedes pariter suas serius transmittuntur.

Retentrix potē-
tia ualidior.

Nota ex uicinitate membrorum,

Cap. XXV.

Fellis causam ictericus color, excrementa cinerea. Lienem & lienis affectus, curtis atra indicat, aut maculis atris suffusa facies, quales in foeminis nephelides dicitur. Ex stomachi uitio deprauata concoctio inditio est. Intestinatorum causam astricta aluus, murmura, punctiones, doloresque uentris ostendunt. Renum uero ac uescicæ, urina sua ostendit signa, materia enim humoris mutatur nam & cachexia euenire solet. Si uero mensēs subtrierint, aut impetrose fluxerint, uulnè mala indicant. Ex cōmunicatione tandem totius corporis, narium profluuium, aut hæmorrhoidum, uel si eadē steterint, iecur afficiunt. Ex omnibus actionibus quæ corrumpunt humores tereterrimæ sunt, quibus membra fœditatem contrahunt. Sequuntur quæ penitus auferuntur. Postremo minus improbatum imminuta actio.

Observatio infirmi icteris,

Cap. XXVI.

Auxilia epati-
corum.

pariunt.

Stomachicis
utilia.

Epaticos iuuat coelum serenum, temperati frigoris, & septentrionalis temperata constitutio, domus alta, perflatilis, ioci, ac sales, comitasque ac animi securitas, corporis item exercitatio mediocris, somnus nocturnus, qui stomachi suauiore concoctionem faciat. Cibis boni succi apte suffragatur imbecillitati, tenuis materia. Dulcia pinguefaciunt iecur, uerum oppilationesque parant. Facile enim uel celerius quam opus sit, indigesta, ac impura attrahuntur, in bilemque mutantur: crassa propterea, ac styptica ad mixta materia, deteriora creduntur, quod oppilationes accelerent, cum aromate uero accenduntur. In dulciarijs igitur attenuantia, & aperientia, cum acetosis commode admiscuntur. Stomachicos & epaticos sanat camelii lac, pistacia quoque iuuat. Auelanæ quoque montanæ præsertim, Vicentianæ oblongæ, tenuis corticis, laudatissimæ, & erraticæ laudantur, leuiter enim refrigerant, & astringunt: iecur ob id calidum temperant, & amaritudine abstergunt, & stypticitate corroborant, cum melle urinam ciunt. Seris quoque utraque uitij icteris peculiariter prodest, ex calida ac frigida causa. Inuenio & cucumeris semina in aqua mulsâ ipsidem uitij dari solita, ac intybi succum in uino potum, & callitrichi decoctum, caucalidem, cœnanthon, succum ex flore cotoneorum cum uino dulci. Troximom, ac sonchon, laudat Paulus in omnibus icteris malis. Alij theriassagum cōtra omnia eius uitia. Quinque folij item succum, anagallides, cichoriumque. Absinthium ac eupatoriū stomachicis & epaticis laudatissimum habetur, succus docetæ scandicis ualet. Raphani satiuī semen, seselis diuim, aut trium linguarum mensura, semē item pastinacæ erraticæ. Ruta cum ficu decocta, mentha ex mulsō tribus obolis, pulegium syluestre, cyminum satiuum tostum, tritumque in aceto sanat ea uitia. Serpillum ex aqua potum. Lini semen cum uua passa, Hippomarathrum, asarum, cum mulsō. Nardus gallica ex uino uel aqua. Anchusæ radicis 3. in uino. Centum capita in aqua mulsâ, colocasia eodē modo. Mire iuuat anthemis, & succus glycyrrhizæ, ex animalibus lupi iecur in abdita prodest, ac cochlearum usus, iecur enim tabefactum reficit, bene enim alunt, si uiscosam carnē melius lixiuio lauabis, aut sale & uino, aut fursure, aqua earum distillationibus. collecta ethicis & phisicis efficaciter prodest, & sicæ iocineris distemperatæ bis die ieiunis sumpta tepens medetur. Caro quoque testudinis, quæ in nemoribus degit: destillant & eam alij ad eisdem usus. Ranæ quoque quæ bolo in lymphis aquis

dis aquis capiuntur, pares effectus habent. Cæterum pulli, perdices, phasiani, turtures, merula, & reliquæ auiculæ pinguiusculæ laudatur. Oua quoque sorbilia, ac passula, uel alia passa cum nucleis cōmanducata. Anatum iocinora iuuat, amygdalæ subamaræ proflunt, oppilationes enim aperiunt. Pistacia cum passula cōmanducata medentur epaticis. Malaque cydonia, ex Galeno & Dioscoride. Inter aromata schœnoanthos, cinnamum, calia, xyloaloes, rhaponticum siue rhecoma, ballitrichon & scolopendrium, balsamum, acorus, & crocum, nam terebinthina abstergit & aperit, iecur leporis arefactum, peculiariter iuuat epaticos. Vinum denique uetus non multarum uirium defectis epaticis ac stomachicis subuenit.

Vinum conue-
mens epaticis.

Quæ epaticis uitanda sunt,

Cap. XXVII.

Avstrales prouinciæ & auster pariter uentus, aut nothius, & gelidæ quoque regiones, uenti que frigidiores, metus & irascentia cum animi tristitia epaticos & stomachicos lædunt: lassitudines uel equitando nocent. Frigidæ nationes, balnea aluminosa, & diutius æstate meridiana plurimum obest. Sicuti & multa uigilia, uiscosa omnia in cibis damnantur, nam oppilationesque parant. Farinacea crustula efficaciter lædunt, & parant. Vinum dulce, mustum præsertim perniciosum habetur, si modus non est. Far uero in cibarijs, puls & triticea polenta nocentior est. Alica uero laudatissima est, ac parus & zea, siue hordeo. Legumina mala sunt. Inter fructus, quæ musæ appellantur ab Aegyptijs in delicijs, mucosæ naturæ existunt primo gustu, uel mihi gustanti nauseosæ, cortex demitur, ut ficis, magnitudine parui cucumeris, fici caro est, sine ullo semine, decerpæ per se maturescunt, & flauii fiunt, immature uirides, sapore ficis proximæ, incolis auide expetuntur, nobilibus præsertim: cortex in aceto impositus, uires exacuit, propagine feruntur, in annos durant, hyme folia decidua, ad diuim passuum altitudinem extollitur, trunco foliaceo palmæ naturæ, folijs in modum palmæ cōmantibus, miræ longitudinis inter fata diuim passuum quandoque amplitudine, pedali latitudine. Ex uento de facili disrumpuntur, ex media ceruice, ut in palma conspicitur, terni aut quaterni rami prodeunt, diuim pedum longitudine, ex quibus neruosæ musæ oriuntur, quæ non pariter maturescunt, calidæ & humectæ naturæ, pectoris ob id ardoribus proflunt, & pulmonis & uescicæ malis, uentrem emolliunt, si modus non est, iecur oppilant, augere conceptum traduntur ab Assyrijs medicis, renibus proflunt, & urinam ciunt, & uenerem excitant. Tentaueri reges Neapolim transferre ætate nostra, cælo aduersante. Sed poma quoque armeniaca damnantur, facile enim putredinem cōtrahunt, & dulcedine uiscositate que iecur oppilant. A lassitudine æstate præsertim, frigida multa subito hausta, uel à balneo, aut fessa uenere, exitialis est. Iecori præsertim nocent uenus frequens, missio sanguinis, catharticum uehemens, aut uentris profluuium. Inter pharmaca euphorbium, scammoni-um, coccumgnidium, tithymali genera, colocynthis, cucumis erraticus, dracontion, cyclaminos, & iterque elleborus. Et aloë aut uetus aut adulterata iecur offendit, iuuat eloëta. Amarindi, ac balani kebuli præsertim remedio sunt.

pariunt.

Musa fructus.

Frigida quibus
nocent.

Ad imbecillitatem actionum icteris in communi,

Cap. XXVIII.

Si inconcoctionis imbecillitas affuerit (ut de uictus ratione ac alijs auxilijs aliquid dicamus) cibis boni succi, ac facili concoctionis deligendus est. Sed magnam medicinæ partem in se continet uua passa cum nucleis bene cōmanducata, astringit enim maturatque, ac pariter abstergit frigidæ ac humidæ distemperantia, ac fluxui loturæ simili, ac imminētī subuenit. In calida ac humida dyscrasia, uinum mali punici, cum nucleis uehementer expressum. Hordeacea in calido per se distemperamento, cum melle uero frigido medetur: in illo mala cydonia punica, pyra, præter quæ in perditâ oppilatione. Portiones uero morborum pariter origini respondere debent. Plurimum tamen leuiter excalescimus, attenuamus, aperimus, maturamus, ac parum astringimus, ijs itaque alteramus, ac materiam digerimus, propterea spicam, folium, gladem muscatam, coriadrum, mastichem, calamum aromaticū, cyperum, & similia interponimus. Ea ante cibum, uel cum ipso cibo offerimus. Errant qui à cibo aut merum bibunt, aut aromata assumunt. Indigestum enim succum ad membra properare cogunt. Retentrix ipsidem ferè cibarijs restituitur. Sed ea præferuntur quæ moram sponte naturæ trahunt, qualia sunt gallinæ

Vua passa
ui.

z ceorum

Retentrici potentia mala affecta que profunt. Attractrici laesa praesidia.

Expultrici inuolida que adhibenda.

Medicamentum Galeni ad iecur infirmum.

ceorum iecora, aut hœdiana, anserum alæ, ac uentres, & anatum iuuenum præpinguis, uitulina quoque caro, achœdina laudatur, ouis que luteum tosti indurefcens, in ijs & astringentia, ac leuiter refrigerantia addimus. Calida ob eam cautam acria & mordentia, attenuantia, ac aperientia cauenda sunt. At si ea uis nimium retinet, cõtraria è diuerso medentur. At infirmitati retentricis profunt rosa ac balauitioru folia, pro quibus cytinis utuntur officinæ asperioribus, ualet & hypocythis, acatia, & similia si calidiuscula reputaretur distemperantia. At attractrice ui infirma, leuis inde materia, ac facile penetrabilis, sine ulla astrictione, necessaria est. Si uero aperientia admiscenda sunt, quod sua uiter condiat, imponimus. Calida enim actu esse debent cibaria, uinum album, odoratum, ac tenuè, ac subdulce laudatur. Sed si crassa fuerit materia uiscosa que ea moueri debet, tum aromata subinde placent, exigua stypticitate addita: sed cauendum est ne modum excedat. propterea nonnulli emplastris uti malunt, aut epithematis, aut unctis. & si ea uis potius cauo quam gibbo sedem habere dixerimus, ob eam rationem aperire, et præsentis oppilationes & imminentes opus est. E diuerso immodica attrahedi uis, crassis uiscosis ac stypticis curatur, siue cõdimentis, cui nec liquida conuenit materia, repentia offerimus aut omnino frigida. Expultrix uero inualida ijs quæ facile digeruntur, uel quæ attenuant, uel calefaciunt, addito quod leuiter astringit, qualia acuta sunt & aromata, quibus torpentis potentie uires exacuuntur, ob id crassa materia uiscosa que cauenda est, sic & styptica frigida que, & quæ torporem inducunt, uitanda sunt. At si in contrarium labitur distemperamentum, contraria imperamus remedia, interea membra uicinitate coniuncta, quæ ui sua inualida humorum superfluitates segniter recipiant, calidis aperientibus iuuanda sunt. Fellis igitur meatus, lienis, renum, uescicæ, intestinorumq; aperimus, ac excalefacimus. Extrema que membra quotidianis frictionibus reficimus, poros aperiendo. Sed in omnibus causis distemperamenti qualitas in primis obseruanda est, cui contrariæ remediorum qualitates refragantur. Iecur enim interdum pro digestionis & attractionis munere aliquantisper (ut dicemus) refrigerandum est, in cæteris pariter ipsarum actionum discretis prædominantibus cõtrarijs occurrimus auxilijs. At si exigua affnerit distemperantia, nihilominus iecur actiones suas interdum infirmas habere posse credimus. Cui offensionis id medicamentum ualere prædicant autores, quod Galeno attribuitur. Continet passula 3. ternas, croci sesquidrachmâ, iunci quadrati ternas, bdelli 4. cinnamomi 3. casia 1. spicæ 4. schœnoãthi 3. s. myrthæ 6. gummi cedi totidem, mellis 3. binas, uini odorati quantum opus sit ad omnia cogenda. addunt alij nec temerario ausu opij, ac seminis hyoscyami ana drachmam 1. Aliud ad idem ualens, laccæ elotæ, aristolochiæ, aloës ana 3. 3. succi eupatoriij, succi foeniculi, seminis atriplicis ana 3. 5. absinthij 3. 6. seminis seris fatiuræ, seminis anethi ana 3. 1. seminis apij 3. 3. tunsa & cribrata cõ uino digerantur in orbiculos, uel leuissimum puluerem rediges. Diligentiores nostri calida ultra gradum tertium, frigida citra secundum contineri debent. Peculiarem uim ad omnes iecoris affectus iecori lupino inesse tradidere multi, si ex uino sumatur, si adest febris ex aqua, linguæ mensura. Ea interea euaporatio subuenit, casia, cinnamomi ana 3. s. spicæ, folij ana 3. 1. absinthij, eupatoriij ana 3. 5. seminis seris 3. 6. in uino feruefiant albo odorato, cõ aquæ cichorij tertia parte. Spongiæ decocto infusæ calido & expressæ imponantur iocinori. Emplastrum quoq; huiusmodi placet inpositum, cyperi, mastichis, thuris, spicæ, galliæ muscatæ, conus cupressi ana drachmam unam, schœnoãthi, eupatoriij, seminis apij, foeniculi, anisi, scolopendriæ ana drachmas quatuor, olei nardini, olei schœnanthini, ceræ quantum satis sit, dum ea ad unitatem redigis, aceti unciam superinfundito. Quidam iecur agninum, aut hœdinum calidum discepto animali eximunt, & iecori imponunt, dolores & oppilationes impugnat. amomi decoctum iecori subuenit ex Dioscoride in potu sumptum. Imbecillitati medicatur rheupoticum in potu datum. Chamæpitys oppilationes sanat: Imbecillitati ex aceti acrimonia id medicamentum iuuat. Passæ non demptis nucleis, glycyrrhizæ, radicis eryngij ana pares portiones, cum saccharo syrupus fiat, addes paulum mastichis. Inungitur eo ungueto, quod efficaciter prodest, lentiscinum oleum ac anethinum, cum ceræ exiguo concorporantur.

De qui-

De quibusdam peculiaribus remedijs ad iecoris uitia, Cap. XXXIX.

Terebinthina inquit Galenus, mirifice iecori auxiliatur, aluum soluit, oppilationes aperit, nec putrefieri humores sinit, ora arteriarum & uenarum reclusa patefacit & repurgat. Peculiariter auxiliatur missio sanguinis si pleniussculum corpus est, ex manu dextra inter minimum & sequentem. Si cæteri humores educendi sunt, suis portionibus prius præparabis. In materia phlegmatica agaricum damus utiliter, in cholera succum eupatoriij, aut absinthij addito rheupotico, uel eius infusione. De corruptione digestionis communis medicorum consensus est, de cæteris actionibus corruptis nullam autores curationem afferunt: Comprehendi enim uix potest si separatim contingit. Sed de opiatis aliqua mentio hoc in loco reddenda est, quibus in nimio sanguinis profluuio uti solent, aut cum potentia expulsiua fluxum concitaret periculosum, & in calida præsertim causa, in longis que morbis, uel si cætera remedia non profecerint. Quale Philonij nouum est, iuuat enim iecur infirmum. Fluxui nanque sanguinolento nec subito remedia afferenda sunt. Saepè enim obesse solet intemperata sollicitudo. Tribus enim causis abstinere manus debet medicus, si fluxus ex infirma attractione oriatur, tum enim styptica non sine magna iniuria offeruntur, deinde si à corruptioribus humoribus fuerit malum, eos enim intra iecoris uiscera inutiliter continent, postremo si ex iecoris aut mesentericarum oppilationis fluxus ortus fuerit, tum enim styptica accretione humorum fluxum suspendit exitaliter, ac paulo post uires fluxus ampliat, & oppilationibus multum uirium adijcit. Tum enim aperientia probamus stypticis modice additis. Alioquin quæ fluxum cohibent haud dubio subueniunt.

Terebinthina uirius.

Humores quomodo sint purgandi.

Opiatorum usus.

Quibus causis fluxus cohibendi stypticis non sint.

Quomodo uenarum & membrorum actiones ledantur, Cap. XXX.

Naturales actiones tam uenarum quam membrorum omnium, aut ex magna parte auferuntur, aut leuiter diminuantur, aut plurimum corrumpuntur, addunt alij & quartum uitium, hoc est si immodice superabundant, quod in stomacho & iocinore uberius dictum est. Strictim ea percurremus ne in aliqua parte desit medicina. Accidit enim membris ipsis Auerroë demonstrante, tria incommoda, aut enim nutritrix uirtus magna ex parte desit, ut heceticis contingit, aut diminutione defraudatur ut in antiqua tabe aut macie siue senili atrophia uidemus: aut plurimum corrumpitur, ut leprosis quibusdam, & morbo gallico correptis aliquibus euenit. Quod ex damnata membrorum habitudine, aut communicatione stomachi, & iecoris improbe digerentium: in quibus succi digestio admodum deprauatur. Ex mala interdum contagione id malum euenit, saepe ex damnata cibi materia. Cum plurimum tamen iecoris infirma imputamus concoctioni, aut alieni atram bilem non recipienti, aut mala mesenterici membri habitudine. Cum plures uero huiusmodi causæ conueniunt, ad hominis perniciem, pessimam morborum sceditatem, quæ raro impugnatur, aut nunquam uincitur, inducunt, uenarum plurimum morbi iocinoris uitia sequuntur, nec nisi profluuio suapte natura tentantur, irritata expultrice potentia, aut sanguine turgentibus receptaculis, & membra pariter uenarum uitia affectant, ex malo habitu, singulari, aut composito, uel materiali causa, quæ corrupta est, unde membra uitiantur. Intercedit renum & uescicæ meatuum oppilatio urinae, repercusso ad membra humore, quod saepe renum imbecillitati attribuimus, urinae enim salislagine inficitur sanguis, si que præterea cutis poros interclusos habent, quibus perniciosus saepe uapor distillat. Peruerse propterea habitudines si superuacuae reperiantur, actiones ipsas destruunt, calida nanque siue simplex uel materialis, uenarum & membrorum digestionem corrumpit: retentricem quoque ac expultricem offendit, uerum attractricis uires excitat. Frigiditas quoque ipsam digerendi ac attrahedi potentiam, aut comminuit, aut maxime destruit, uerum temperata frigiditas quæ modum non excedit, expultricem, ac retentricem corroborat. At siccitas uehementis digestionem conterit atque comminuit, attractionem quoque atque expellendi uires retundit: retentricem uero conseruat, & auget. Humiditas denique uehementior, attractricem, ac digestiuam uirtutem languescentem interdum reficit, ac nisi modum excefferit, neq; expultricem offendit. Harum offensionum notæ iam supra denarratæ sunt ubi de iecoris qualitatibus egimus. Carolus Brochonus Bassianensis legum sectator noster, olim

Incommoda quomodo accidunt membris.

Caliditas quid noceat.

Medicamentum ad multa efficienda.

manuum quadam foeditate excruciabatur, quem absinthio recenti & aloë, addita mastiche confectis pilulis, quotidiano usu sanauimus. Sed aliud medicamentum obiter ad eas ferre omnes causas idoneum afferam, quo digestionem stomachi, iecoris, uenarum, membrorumque procuramus, uultum iuniorem, corporisque decorem & suauolentiam praestat, poros aperit, sanguinemque repurgat. Habet spicæ cinnamomi, ligni aloës, rosarum rubentium ana ʒ. 2. lacæ eloræ, garyophyllorum, sandalorum caryinorum & rubentium, scobis, thecomæ, maioranæ ana ʒ. 1. anisi, fœniculi, mastichis, asari, carpobalsami ana ʒ. 3. schœnoanthi, chamæpytis, spodij, phu, ami, cymini, grongi, cunilæ ana ʒ. s. mellis aut sacchari quantum satis sit, ad omnia cogenda, quæ prius tincta ad leuissimum puluerem, ex uino tenui ad drachmas ternas sumi debet.

De ieco i: oppilatione,

Cap. XXXI.

Mala ex oppilatione pronentia.

Iocinoris oppilatio emphraxia à Græcis dicitur, cum uenæ intus oppilantur, propter ea officialis dicitur morbus, malorum certa origo, materia enim crassa aut uiscosa meatus obstruit, unde sanguis libero transitu impeditur: uel in ipsi iecoris uenis, aut in ipsa membri substantia, sed in cauo plurimum, in gibbo raro euenit. Ibi namque ubi illa iam appellata porta succi excrementum relinquitur. Ceterum omnes pariter meatus obturari posse haud dubium est, ex ipso exundanti sanguine si corpus turgidum fuerit, ex frequenti bus conuiujs, multa que crapula, aut si naturale hæmorrhoidum profluuium, aut mensium foeminarum substituerit, meatus obturantur. Ex abscessu interdum euenit, aut dure scente materia in lapidem: uel si uenarum conceptacula naturaliter angustiora sint, aut confusa & inuoluta, ex inconcoctione quoque stomachi ac iecoris, & ex inualida expultrice, accedente attractrice nimium rapaci, oppilari uenas sæpe contingit. Plurimum facit ad oppilationem, si sine discrimine iecur inualidum humores in sese continet, felle, lie ne, renibus que non recipientibus. Crassos & glutinosos humores generat mustum atrum, & dulce condimenta, gelu piscis, inter cibaria pestilentes boleti sunt, crassum enim humorem faciunt, palustris aqua quotidiano usu: inter fructus mespila, corna, sorba, pruna syluestria, achrades, & castanæ. Pueri carbone assumpto sæpe infestantur. grauidæ nonnunquam figuli terra deuorata. Balnea quoque aluminosa altringunt uenas. post cibum lassitudo, ac exercitatio uehemens, cucurbitulæ ijs partibus impostæ: aut epithimata frigida astringentia, non repurgato corpore. Corpora denique præpinguia facile oppilationibus tentantur.

Nota oppilationis communet,

Cap. XXXII.

Note ex urina. Oppilata gibbe partis signa.

Si facies & corpus reliquum liuore discoloratur, aut aureo, uiridi que ac atro colore infuscat, quod ictericis cacœsticis que contingit, iecoris oppilationem demonstrant. Ex pituita pallore squalent membra, ac tumescunt genæ, labia, & pedes: urina clara albaque cernitur: ex bile citrea, aut glauca herbacea uel demittitur. oppilato gibbo urina modice redditur, ac aquosa perlucida que in qua nihil ferè substatur: tum anhelitus difficilis est, ac tussis arida infestat, tument enim in dextris præcordia, iecore tumido supprimuntur, aluus præterea nihil reddit, aut tantum aridum. Si in cauo uitium fuerit, aluus si quida abunde fluit, pituita haud dissimilis, sanguinolenta interdum conspicitur: ex utraque causa eadem signa permixta apparêt. ex apostemate grauissimus dolor ac febris adest, ex cauo præsertim intolerabilior, ex uento minor grauitas pendente iecore excruciat, nec id perpetuum est, resoluta interdum spiritu leuatur æger. In oppilationem si frigida bitur, ab ambulatione præsertim dolor ingens iugulum subit dextrum, ac pulsus plurimum agitur: tempora continuo uenarum pulsus percipiuntur: crura mira imbecillitate lassescunt, cibus in uentre difficulter conficitur sanguinis inopia.

Signa diuersarum oppilationum iecoris,

Cap. XXXIII.

Si meatus iocinoris interiores oppilantur, uenæ tument, ac rubicunda cutis remanet: Si præterea membra amputata fuerint, aut profluua intempestiue substituerint, aut si fequens crapula antecesserit, facile sanguis augetur, et membra turgida fiunt, unde humores putrefiunt, & febris accenditur, aut abscessus innascuntur, ex quibus certa hydrops oriri solet, si uitium ex felle, aut atra bile contigerit ex quibus cutis felle, aut atro colore suffunditur, suo dicitur loco. Cui iecoris & portæ oppilatio ex retinimentorum natura digno.

dignoscitur, gibbi uero uitio tumor in dextris conspicuus est, ac urina copiosior effunditur. bilem indicat sitis uehemens, pruritus corporis, urinae ardore, punctiones que, febris ardentior, pulsus que si fequens. Ex glutinosa pituita uespere pedes tument, & præmenti digito uestigium remanet, mane discutitur omnis tumor, pulsus mollis est, ac languidus, sine ulla siti, ac cibi appetentia æger est, salua os madet. Humorè magna ex parte consumit febris, si aderit. Ex uento distenditur membrum, ac dolor perpetuus non est, ut diximus, uerum ingens sæpe excruciat, nec facies discoloratur, nec aluus, nec urina ullum indicium affert.

Indicia bilis.

Oppilatio iecoris oppilati,

Cap. XXXIII.

Hvic palustre solum frigidum uitandum est, uel si austro perflatur, balnea ieiuni duntaxat intrent, à prandio & cœna non protinus ambulent, ne lassitudinem sentiant, sic nec perfrictiones iuuant, non meridiari licet, nec à cœna protinus capiant: ac in dextrum latus accumbere inimicum est. in potu frigida nocet, magis que si tallugine tentatur, uel quoquo modo impura sit, fontana laudatur, aut celestis, qua ubique Venetijs utitur, maxima plebis interdum inopia, ex subgrundijs per tubos in cisternas demittitur, sed arena dulci prius purgatur salutaris potu, aluminosa sulphurata que damnatur, aut nitrosa. Fons est Rhetymna uersus in litore, Almirum uocant, sapore salis, bibentibus perniciosis, bestijs que ingratus. Vinum si opus est, non nisi lyrapidum, & clarum probatur, non multarum uirium, præsertim si febris adest. Panis marina aqua lubricus, nocet, nam & utilissima præstat materiam in cibis: nec alia de causa opportunitate morbis (ut tradit Plinius) corpora existunt, si fermento oppilat. In summa, cuncta cibaria glutinosa ac crassa materix nocentiora sunt, caro ueluti bubula, uaccina, agnina, ac hircina, inter pisces que molia dicunt, selache item à Græcis dicta, pestiferam materiam præstant, murenæ, anguilla, congre, perniciosissima habentur, lac, calceus, pedes quadrupedum, & uiscera damnata materix existimantur. Inter frumenta, oryza, ac far, ac id genus quod gallicum dicitur, nos sandalocem nitidissimi grani, id scandelam ager Veronensis uocare creditur, sed alicam semper laudatissimam excipimus. Dulciaria ac lactaria in primis damnantur. Lac quo crassius est, eo nocentius, à quo serum exiguum secer nitur, nam plurimum casei continet, cameli laudatur muliebri proximum, illud epaticis, calculosis, ac lumborum uitijs nocet. Palmarum natura præpinguam oppilat, si extoto non maturæ sint, siligo cum lacte in puluem parata, eadem uitia facit. Ea in uniuersum pro epaticis dicta sint. At à calida causa, intibum, eichoriū, sonchos, feris utraque lactuca, beta que ad mensam ueniunt, inter oblectamenta, lupus ac asparagus, oxys & acetosa herba. Inter obsonia, hædus, pullus gallinaceus, uitulus que laudantur. In cœna pissina hordeacea prodest, si fœniculi radix, aut apij prius incocta sit: efficacius oxyaccharo addito. Pro rusticis & plebe fabam non improbant, uim enim abstergendi possidet, materiam tantum crassam continet, ac uentum generat. In esca cucurbita datur, alica que, prima que mensa melopepones albi dantur inuocui, ac eorum semina in cibarijs præparata dempto cortice. In secunda mensa, uua passa, siue passula dicta, cum auellanis bene in ore confectis, iuuant epaticos, sitis interdum hordeacea frequenti potu leuatur, sed parcius bibenda est. In frigido uero affectu iecoris sereno celo, ac calidiori habitandum est, corpus exercitatione aliquantisper uegetandum est, ante cibum uigilare utique necesse est, nimio enim somno torpescunt senius. Panis in ea causa cum fermento, sale, cymino, fœniculo, aniso, uel similibus bene subactus laudatur. Vtiliter additur pro plebe lupinorum farina, aut erui: cunctis ciceris decoctum medetur. Porrum in cibis salutarem facimus, ac allium per se fœniculum item herbam, & apium, uel petroselinum, uel hipposelinum, organum, & mentham siue calamintham. Inter acetariam thanum, quod alij thammum inanem uocant, amarum subrubrum que selij hederæ simili, in magno nunc usu, inter lupulum & asparagum similitudinem gerit, conuoluendo se arbusta scandit, radice foris nigra intus alba & lactescens, crassa, tenera, qua Veneti ad frictilla utuntur iucundo sapore, cum farina & aqua tincta distemperatur, tamarum uulgo uocant, à bacca rum forte frequentia, taminia aliqui uocauerunt uuam, quam ferè uberrime, uindemia tertiore rubentem, in apricis enim nascitur: mirum est radicem ad obsonia expeti, acinos

Gallicum far Scandela.

Calidiori iecoris conuenientia.

Vua taminia.

Ampelofagra.

os & fauces, ut ignis inurere, pituitam enim præter modum extrahit. Si succus acinorum in guttur forte exciderit (ut interdum euenit) protinus strangulat, tanta est ardoris uis. Hanc esse crediderint nonnulli quam uiam taminiam uocant (ut Plinius tradit) à Græcis ampelofagra uocatur, spissis & cādicantibus folijs, geniculata, rimoso cortice, fert uuas rubentes, cocci modo. Sed ad aliam causam reuertamur, quæ frigida est, quam ob rem calidiori cælo, ac sereno habitandum est, ubi mediocri exercitatione ante cibum opus est, ac uigilijs, panis quoque cum fermento, sale, cymino, fœniculo, aniso, aut rosmarini flore bene subactus esse debet. Pro plebe cum lupinorum farina, aut erui utilis est, sed in omni fortuna ciceris decoctum quotidiano probatur usu. Porrum in cibis addimus siue capitatum, siue sectile, apium, fœniculum, organum, petroselinum, hipposelinum, mentham, & calamintham. Asparagi & cappares cum oxymelite dantur ante cœnam: nam lienis & iecoris meatus aperiunt. In secunda mensa auellanæ bene tustæ, ac pistacia per se, uel cum saccharo mirè ualent. Plebs alio iuuatur cocto, uel ficu arida cum iuglande. Amygdalæ amaræ (ut Galenus scribit) efficaciter aperiunt, & humores crassos dissoluunt, uinum uetus potum prodest, si tenue est. At sanguinis copiam abstinentia uincit, in qua re tosta damnantur, & succulenta iuuant: imponuntur utiliter quæ aperiunt. In membri ariditate ac consumptione quæ emolliunt medicantur, cætera ex superioribus quaerenda sunt, ubi de paruo iecore egimus.

De curatione oppilationis iecoris, Cap. XXXV.

Lini podagra.

Quæcunq; aperiunt, summam huic uitio medentur. Potiones ad id efficaces ex utralibet seri conficimus è saccharo, addimus ad diluendum aquas siue succos, cichorij, sonchi, inrybi, plantaginis, cuius semen utile esse perhibetur. Strychnè mire medetur, & quæ uescaria in eo genere dicitur, magno folliculo, intus ut cerasum, rubente acino. Laudantur & conuoluuli folia cocta ex aceto commanducata, lupusque salictarius, ac asparagus, & quam lini podagram uocitant, necar enim circumligando se, aliqui linodesimon appellant. Luuat & capni herbæ aqua uel succus ori ingratus, quem sero caprino simul hausto mitigant. Valet beta & epatica dicta, siue sion, herba apio latior, ac pinguior, in aqua nascens, nigra, copioso semine, sapore nasturtij, prodest in cibo sumpta, aut eius decoctum, aut semen è uino drachmis duabus & atriplex quoque mederi creditur: nam iecoris, ut Galenus demonstrat, obseptos aperit meatus, siue eius semen. Succus glycyrrhizæ sanat. Cucurbita in cibo, ac melopeponis semina, & cucumeris quoque & eius generis qui ingens est ac rotundus, molliori carne, semine nigro, aut rubente, a quo fortior omnibus est, mirum in modum refrigerat, æstibus idoneus, siciam uocari uideo, batecam uero barbaris appellari haud dubito. Profunt et cucumeris anguini semina, ex

Hordeum nudum.

integro hordeo, uel ex eo quod glabrum dicunt. Cretenses nudum uocitant. Aqua mane summo pota iuuat ad iecoris oppilationes. sed lacte cameli nihil utilius creditur cum caprini seris parte, uere præsertim, cum medicantur ubera pascuis. Aestate in oriente caprinum lac perniciosum est, ac graueolens, quandoquidem capræ anagyro uescantur. His accedunt ex simplicibus quædam temperatiora, qualia sunt callitrichon, asplenon, scolopendria, adianton, schœnoanthos, betonica, acorus & agni semen. Pistacia aperiunt & abstergunt, ut Galenus scribit. nuces auellanæ non improbantur, & si capitis dolorem faciant, pinguedini tamen corporis conferunt plus quam sit uerisimile, ut tradit Plinius. Excalefacientia uero sunt asarum, aristolochia, pollium, iris, centaurium, erygeron, chamædris, daucis, semen pastinacæ, gentiana, scylla, aloë succus, siue lachryma, iuxta, iuniperi baccæ, organum, aromoracia, nardus & rosmarinum. Ex compositis potionem afferam exempli gratia, in calida causa, seris utriusque cichorij, sonchi ana M. 2. sij, lupulorum, lactucæ, capni ana M. 1. hordei integri, uescariæ ana ʒ. 1. glycyrrhizæ, callitrichi, grogij ana ʒ. 6. radicū fœniculi, apij, asparagi ana ʒ. 2. in aqua fontana ebulliant & percolato succo, adde sacchari quantum satis sit, in eius decocti pondore rheomæ drachmas quatuor conijcito, & spicæ obolos sex, linteolo raro cum decocto imponatur, ut sine colatura abijciatur. Aliud medicaminis genus, quod Asclepiadi Galenus ascribit, habet radicis cichorij, ac eius quæ chamæpytis dicitur, drachmas 8. cum melle cocto conficito, drachmæ binæ ex aqua dantur, silicis item succi sesquidrachma, mellis ternæ, mire enim

Potio idonea in calida causa.

aperit,

aperit, nec ob id excalfacit, diarrhodon tragema interea, aut tria sandalina, rhodosaccharum que recens ex aqua lupuli iuuat: aut cichorij, tamaricis flosculi cum ciceris nigri decocto meatus aperiunt, & urinam cient, sambuci que flores è caprino sero nam si im sedant, & iecoris & mesentericarum uenas aperiunt, & urinam mouent: phthysicos & hæcticos sanant. Quæ sequuntur, potiones temperamentum magis excedunt. Qualis acetosa composita è calamentho, & eupatorius syrupus, oxymel scyllite. Accedit & gentianæ compositio, continet gentianæ, piperis ana ʒ. 1. folij, spicæ, aristolochiæ rotundæ, asari ana ʒ. 4. apij ʒ. 2. mellis libram, huius semiuncia, cum radicū decocto sumatur. Lac cum hyssopo, pipere, zingibere que efficaciter sanat iecoris oppilationem. At in ueterato uitio ex crassa materia, cholericæ, ea mixtura utilis est, succi puri eupatorij, prassij, centaurij, artemisiz, amaraci que ana ʒ. 4. ubi agarici, epithimi, asari, aristolochiæ rotundæ ana ʒ. 2. unâ feruefiant, & percolato addito mellis quantum satis sit, & cum radicū decocto propinandum maturinis dabis.

Epithemata ad iecur oppilatum, Cap. XXXVI.

Si ex calida fuerit causa id epithema ualet, aquarum seris amaræ, cichorij, scolopendriæ, lupulorum aquas portiones habet, in quibus absinthium, grongos, schœnoanthos, melilotum que infundantur, ferueant unâ, exinde succum exprimito, spongiæ aqua tepenti infusæ ter aut quater ante cibum imponuntur, & emotis spongijs, ex unguento subinde inungatur locus dolens, in quo olei uiolacæ ʒ. 1. & semis, amygdalini amari, uiolacæ item ex lutea uiola ana ʒ. s. acetum tantundem, cum albæ ceræ drachmis duabus, tum schœnoanthi, spodij, gongri ana ʒ. s. tusa induntur. Alia temperantior euaporatio, continet aquarum fœniculi, apij, chelidoniæ, cichorij, lupulorum pares portiones, superinijcitur, ut simul feruefiant, meliloti, cyperi, calami odorati, grongi, seris seminis ac schœnoanthi, omnium plusculum conijcito, & euaporatione facta, eo quo diximus modo oleo nardino, aut irino inunges. Sed ista calidiora sunt, quibus membra fouebis, habet apium, fœniculum, asarum, gentianam, hyssopum, calamintham, apij semina, & petroselini, eo modo feruefacito, inungito subinde rutaceo, irino que oleo. Inter emplastra iuuat quod è meliloto fieri solet, aut simile: habet enim seminis anisi, fœniculi, petroselini, asparagi, dauci, ligustici ana ʒ. 4. polij ʒ. 3. farinæ lupinorum unciam cum uino amineo, & aceto, & melle concorporantur, uel fœnugraci decocto, demum oleo nardino inungito.

Communes obseruationes in curatione iecoris oppilati, Cap. XXXVII.

Si sanguinis copia uitium id contigerit, ex iecoraria uena sanguinem mittere expedissimum est, deinde quæ inter digitum minimum & sequentem sita est, minus enim uires exhaurit, alij quæ ad pollicem & indicem media fertur, præsertim, ex talo uero si fœminis menses diu hærent, aut hæmorrhoidum profluuia consueta, aut si uenus frequens derelicta fuerit, aut exercitatio intermissa. Cæterum ægri uires considerandæ sunt. In deiectione uero uentris leui omnino cathartico in eo affectu opus est, uehementiori enim offenduntur, nisi natura parum obsequens fuerit, quæ interdum difficulter mouetur. suauiter enim deijcit hiera picra, agaricus, polypodium, absinthium. Vehementiora sunt, theodoricum, hieralogodion, catapotia aggregatiua, rhecoma, ac medicamentum Indum. In quocumque præterea medicamine spicæ admiscebis, qua peculiariter uires membri reficiuntur. Cum aperiētibus quoque quod leuiter astringat, ut dictum est, aliquantum admiscemus. In omni autem medicamine à temperatis semper inchoandum est. Animum aduertendum est, in omni huius membri refrigeratione, nequid intemperanter fiat, nimium enim refrigerare periculosum est. In omni oppilatione uiscositas humoris si qua est recidenda, uel crassitudo attenuanda, deinde abstergenda est sollicitissime. In caui oppilatione, uentris deiectione opus est, in gibbi uero urinam ciere necesse est: in utroque affectu ex utraque uia remedium quaerendum est. Si uero contumax materia fuerit, ea prius digerenda est ac præparanda, optime enim acetosis potionibus digestio procuratur,

ex Galeno

Oppilatio ex causa calida.

Oppilatio ex sanguinis copia quibus conuertitur.

Sine molestia aluum soluentis. Cathartica uehementiora.

Catapotia ad iecur oppilatum, hiera picra ʒ. 2. agarici, epithymi ana ʒ. 3. zingiberis, spica, zedoaria, asari, calix, cinnamomi, croci, succi eupatori, succi absinthij ana ʒ. s. aloes ʒ. 4. cum apij succo in pilulas digerantur tinsa, modus est ad drachmas duas: addunt alij sagapeni drachmam. Inter simplicia peculiare effectus habet, nardus, grongus, callitrichon, in aperiendis meatibus: & urina cienda, nardus romana eisdem prestat effectus. Agaricus uero tam caui quam gibbi uias aperit, simili modo & eupatoriū, ea tamen remedia mutua esse solent, nam si urinam ciere difficile est, uentrem subducimus, ac e diuerso: at si ambo difficilia pariter existunt, uomitū utiliter excitamus. Iuuat & clysteris infusio, ijs quæ emolliunt, aut uehementer trahunt: a cauo enim membri facile materiam auertunt: pari ratione & cucurbitæ umbilico impositæ materiam inde auertunt. In toto serē curationis tempore membrum ipsum perseueranter aromate & stypticis rescimus: cum aperimus, auertimus que uentrem, urinam que ciemus. At si ex apostemate fuerit, in sequenti libro dicemus. At si in uijs innata intus caruncula fuerit, aut uerruca irremediabile malum est. Syrupus in causa frigida & crassa materia, habet poly-podij, raphani ana M. 1. radicis feniculi, apij, petroselini macedonici, eryngij, urticæ ana M. 4. calamintha, hyssopi, origani ana M. 2. glycyrrhiza ʒ. 2. in aqua feruefacito, & linteolo percolato succo, adde mellis et sacchari quantum opus sit, adde schœnoanthi, nardi, cinnamomi, ac calix paulum. At si febris affuerit, aperiencia temperantiora esse debent, calida enim lædunt: si uero cum oppilatione uentris affuerit fluxus, stypticis uti periculosum est, aperire enim omnistudio summum praesidium habetur. Hinc ad iocinoris alia uicia transeamus.

Verruca in iecore nata.

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMILIANUM CÆSAREM AUGUSTUM IMPERATOREM INUITIS. DE IOCINORIS UULNERIBUS & ABSCISSIBUS, LIBER XV.

De iocinore percusso & de signis,

Cap. I.



I quando iecur uulneratur, plurimum refert, an discissum sit, an acuto recuso ue telo apertū peius est quod collisum uel aliqua ex fibris præcisa sit, uel si aliqua abscissa parte sit, alia dependeat. Quinetiam refert aliquid anni tempus, ætas, & corporis habitus, uel uitæ propositū: uer enim omnium saluberrimum est, adoleſcentia senectute facilius sanescit: infirmi habitus periculosissimus est, parum tutus est, tenuis atque imbecillus, nimis que plenas: corrupti habitus, integro inualidior est, exercitatus que robustior: iners uino, ueneri que deditus, obnoxium reddit corpus. In iecore aut uulnus uicinum est & in aperto, aut penitus penetrauit, aut uenas quoque magnas aperuit, aut minimas percussit: uulneratis fibris uentris duntaxat cauum cruore cõpletur. Gibbo percusso cruenta eijcitur urina: cauo uero excrementa sanguine concreto mixta emittuntur: si in ambas penetrauit partes, utrinque cruor apparet. Amplas uenas apertas profluua uerberiora ostendunt, quibus nec minus uenter completur. Ea uulnera letalia habentur. Fibræ icte quandoque sanantur, uel si præciduntur, non irremediabiles interdū creduuntur. Collisum iecur, aut laceratum letale, quod tormentis nunc sæpe contingit. Celſus iocinoris percussi ea signa demonstrat, multus sub dextra præcordiorum parte profusus sanguis, ad spinam reducta præcordia, in uentrem cubandi dulcedo, punctiões, dolores que usque ad iugulum, utrunque elidia Græci uocant, iunctum que ei latus scapularum os intentum, quibus nonnunquam etiam biliosus uomitus accedit.

Vulnere in iecore differentia.

Iocinoris uulnerati nota.

Curationes,

Cap. II.

Percusso iocinore styptica & glutinãtia damus: qualia in sanguinis reiectionibus dicta sunt, sed peculiariter arida rosæ binæ drachmæ ex frigida medetur, uel ipsa balauſtia, hoc est purpurei in cythno flores. Emplastra quoque ex istis iuuant imposita, sed quæ in po-

in potu dantur, bene trita esse debent, penetratu facilia: quibus & aromata, & quæ urinam mouent, commiscenda sunt, pro membri refectione, & ut ad urinam medicamentata referantur, cætera manum desiderant.

De iecoris icu & de notis,

Cap. III.

Contuso & sugillato iecore narium sæpe profluuium sequitur, aut cruentus uomitus, aut urina aluus ue sanguinolenta cernitur: unde abscessus sæpe oritur, lapsis ex alto fibrarum maxima ex ingenti concussione interdum loco dimouetur, quo fit ut alia propinqua uiscera uehementi dolore comprimentur.

Maxima fibra ex loco dimouetur.

Curationes,

Cap. IIII.

In sanguinis profluuiio uena protinus secoraria in cubito uulneranda est, exiguo icu aut sanguinem sensim extrahamus. exinde potiones dari debent astringentis potentie: ac emplastra eiusdem uirtutis exiguo aromate adiecto, frigidiuscula imponimus. Cum profluuium substitit, quæ conglobatum sanguinem leuiter dissipant, damus, sed a uehementioribus cauendum est, ne abscessum irriterent. Id præstat rhecoma, lacca, melilotum que cum rosa. Nunc magno usui est mumia, ita Aegyptij uocant corpora bitumine asseruata in sepulchris, myrrha & aloë condi arbitrantur uel addito bitumine. eo modo regum corpora etiamnum in Saïeto urbe, nobilium que cum quibus canes, equi, aues, uel similia quæ principibus chara ante uidebantur, in sepulchris eo modo condebantur. Nostri uarijs medicaminibus usui habent, & in Italiã deferunt Venetias præcipue, quæ uniuersa Italiæ & Germaniæ emporiū est. Mirum est corpora sepulchris priuata in corporibus nostris sepulturã inuenire prodigioso inuenio. Ex hac mixtura oboli quatuor dantur uel per se, uel cū rubricæ armeniace binis: ad uulsa contusa, intus rupta, percussu uezata, & lapsu quoque ex alto, ad reiectiones item sanguinis mire prodest. Bitumini quoque per se eadem sermẽ uis habetur, sistit nanque, discutit, attrahit, & pariter glutinat. nam & oculorum suffusiones, et albugines babylonium sanat. Dysentericis cum uino datur, aluum sistit. Cum aceto uero potum concretum sanguinem discutit, & detrahit. Cum farina hordeacea ad erraticum sanguinem impositū emplastrum peculiare facit sui nominis. Sanguinem sistit, & uulnera colligat, neruos glutinat. Hæc Plinius hominum summus in omni doctrina. His propterea casibus uexatis, & imminentib. abscessibus sanguinis subita missio efficaciter prodest. Frictiones quoque, cucurbitula, ligaturæ que & ijs similia auxilia profunt. In potu subuenit rubicæ drachma cū rhecomæ pari pondere, ex uino, aut oboli duo, aristolochiæ longæ radicis, ex aqua calefacta. Attamen seruescente iocinore, balauſtia cum rubrica armeniaca cum plantaginis aqua aut strychni profunt. Sed medicamentum subiungemus, quod suppurationes discutit, & impetus prohibet, ac profluuium sistit. Continet balauſtiorum, rubricæ armeniace, myrti, uiclarum, amyli ana ʒ. 3. sanguinis draconis, rhecomæ, laccæ, bituminis ex cadauere ana ʒ. 1. s. ex hoc polline drachmam dabis cum plantaginis, rosarum & mastichis decocto, sed dolenti parti aliud imponimus, in quo plantago, coriandrū, & bitumen cum uino styptico, austero subigitur. At subinde ea inunctione utimur, mali cydonij oleo, ac rosaceo addito bitumine. Cum a suppuratione tuti sumus, discutientia sine ullo metu damus, qualis nardus est, schœnoanthos, absinthiū, crocus, & bitumen. In cõcreti uero sanguinis sugillatione id illinitur, in quo bdellij, mastichis, calami odorati ana ʒ. 2. imponitur, croci, xyloaloes ana ʒ. 1. bituminis ʒ. sandarachæ flauæ dimidia ex oleo chamamelino bene subiguntur: si per hæc parum profecerimus, & suppurari materiam in uomicam cognoueris, praesidijs uti opus est, quæ in sequenti mox dicemus. At cum fibrarum denique maxima, ueluti ex alto lapsis dimota fuerit, eo remedio uti conuenit, in scamno æger locandus est, ubi crura uenter que attollendus est, plantæ que pedum ualidius concutiantur, eo enim praesidio in locum suum redit fibra, unde dolor protinus sedatur.

In sanguinis profluuiio uena secanda.

Bituminis uis.

* præterea.

Si cui iecur tumeat,

Cap. V.

Inflatur iecur, quum sub tunica spiritus ex crassis humoribus genitus inclinatur: qui difficulter interdū discutitur: tumet quãdoque et mesenterion (ut tradit) adenis referit. Cum plurimū enim ex stomacho uentus id membrū subit, aut ex uniuerso corpore, ut in febri-

Quibus causis inflatur iecur.

in febris contingit, ad id impellitur: ex imbecillitate pariter iecoris male concoquentis id uitium prouenit, à uehementi enim frigore nodum uentus excitatur. Cibi quoque genera sunt, quæ uentosa dicuntur cruda, phlegmatica, aut melancholica dicta. Membrum enim ambiens membrana sæuo dolore interdum extenditur, quæ magis excruciat, cum materia ipsa digeritur. sine grauitate ea poena est, ac sine febris. In amphimerinis febris hominem uexat, quoniam calore extraneo phlegma exagitat uentum excitat, sed in pestilenti febris id frequentissimum uitium est. At cum gibbus extenditur, ad pectus dorsum que extenditur. Ex cauo uero ad uentrem & intestina trahitur, mutabilis dolor est nec perseveranter excruciat, nec ob eam causam corporis & faciei color mutatur, & digitis comprimentibus uentus cedit, uerum præcordia si comprimuntur non murmurant, unde quidam uomicam subesse arbitrantur, ijs urina alba spumans que redditur, uerum si febris adest, colorator eiicitur.

De curatione tumoris iocinoris, Cap. VI.

Parum tumenti iocinori fascia circumligata per se sæpe subuenit ad interiora redacto calore. In omni uictus genere, quicquid frigidum, crassum, ac uentosum est, damnatur: paludes ob eam causam uitandæ sunt, ac niuosa loca: post cibum exercitationes nocent, & potiones quoquo modo frigida, sicuti uinum multa frigida infractum, propterea meracius bibendum est. iuuat thermarum usus, ex matutinis potionibus ex in summa subueniunt, quæ in causa frigida oppilationis dictæ sunt, attenuantes, dissipantes que stomachi inflationes: nam & emplastra fomenta que quæ imponuntur, haud dissimilia esse debent. Verum in omni mixtura aliquid alstringentis admiscemus, qualis est nardus celtica & absinthium, syrupus namque eupatorii peculiariter datur. Diacyminum, diagalanga, pilula que dictæ aromatica, milium quoque foru iuuat. Lentiscinum subinde illinitur oleum, aut nardinum, rutaceum pariter iuuat. At ubi materia phlegmatica, aut nigra pituita, digerenda, ac præparanda prius est quam per purganda, sic demum quæ discutunt, euaporationes medentur. Cum uero de materia ambigitur, uaporationis temperamento paulatim tentandum est, calidiori enim fomento secur aut frigidum facile læditur, ut facile sine magno errore desistamus, alioquin materia ingentem dolorem protinus mouet, quæ si deprehenditur, audacius ad uehementiora confugimus. Ex Hippocratis sententia, de loco pariter dolentis iecoris animaduertendum est: nam si ad uentrem & intestina comunicatus dolor pertingit, aluus protinus ducenda est, uentum que subinde discutit opus est. Contra, si sursum uersus sublatus sentitur, diuretica urinam mouentia prius offeremus, mox quæ spiritum discutunt. Propterea in commentarijs reliquit Galenus ex uento crasso in dolore iecoris si febris superuenerit, facileque poenam discutit tradit.

De iocinoris phlegmone ex Galeno, Cap. VII.

Iecur, inquit Galenus, ex ingentibus causis inflamatur, percussione, cucurbita frequentati, ueneno, humore putrefacto, oppilatione, ictu que quorundam uenenatorum animalium, quibus sanguis in bilem uertitur. Meminit Galenus idem uisera olim quandoque ictum, herbaceo colore suffusum, qui theriacæ quotidiano potu sanatus fuerat. Neque impossibile est, inquit, naturalem iecoris habitudinem adeo corrumpi aut uisari, ut sine ullo alio abscessu humores exinde corrumpantur. Oppilatio uero ipsa ex crassis humoribus aut uiscosis generatur: quod genus morbi in composito esse dicitur, uel habitudine naturali corrupta, ex qua corporis color mutatur, ut in icterico conspicitur. At in eo sæpe phlegmon, aut erysipela, aut durum innascitur apostema in extrema fibrarum parte, hoc est exilibus uenis, quæ à porta initium habet, unde sub dextro latere summa grauitas pendente à præcordijs iecore graui cruciatu percipitur, si gibbus plurimum tumescit, ac musculi exteriores sub cute extenuati fuerint, tumor ingens facile in conspectum ueniet, si uero cauum intumuerit, inflammatum signis suis tantum dignoscitur, hæc Galenus. In summa ex ijs apostemata alia sanguinea sunt, alia cholericæ, quæ interdum erodentia sunt, alia melancholica, nam & phlegmaticum fieri multi cum Galeno autumant. alij duo tantum genera ascribunt phlegmonem & erysipelam, utraque ex feruente materia sanguine & cholera. Melancholicum uero ex humoris adustione ortum habet carcinomatosis dira natura. Naturalis in iecore pituita nondum suppurare creditur,

Quid faciendum est de causa ambigitur.

Causæ inflammationum iecoris.

Apostematum epatis discrimina.

creditur, utreum phlegma, aut lentam materiam iecoris non subeunt, quod acetosum, uel aquosum, aut lalugineum est, iecoris substantiam penetrare possunt. Rursum alia apostemata superiorem partem, hoc est cauum, aggrediuntur, aliqua neruofas partes quibus membrum alligatur, quædam membranam ambientem penetrant, & si perquam raro, nam ipsa neruofitas difficulter suppurat, quod sæpissime in sui substantia contingit quæ ueluti carnea apparet. Gibbus item à sanguineo abscessu frequentius affligitur, & caro membri uniuersa, cauum à cholericæ & melancholicæ uexatur. Bilis sui tenuitate annexiones & membranam facilius penetrat: phlegmaticum & melancholicum apostema carnis substantiam corrumpit, sed uentus (ut dictum est) membranam ipsam subit. In cæteris abscessibus coniuncta causa est, ipse humor uenas egressus capillamentares in iecoris poros, in quibus ad suppurationem sensim disponuntur, phlegmon in cauo quam in gibbo periculosior est, uomitum enim excitat periculosum, & si uis, & colicos dolores, & nauasæ mouet. Alij gibbi uomicæ magis exitialem putant ex loci nobilitate, ac actionis dignitate, quoniam uis concoquendi, ac distinguendi dispensandi que in ea parte à natura sita est, nam & principalibus membris annectitur, unde eorum communicatione cauo præfertur. Sed iecoris duricia omnibus affectibus deterior habetur: si malum præfertim uetus est. quicumque abscessus qui in uomicam transit, ferè nunquam sanatur.

Gibba partium præstantia.

Note apostematis iocinoris,

Cap. VIII.

Communia signa sunt, dolor sub præcordijs dextris, cum continuato pondere, pulchus mollis, pallor faciei, inflatio extremorum genarum, & faciei, cæteris contabescens membris, quandoquidem iecoris magna ex parte obstruantur uenæ: qua parte aquositas sanguinis uix penetrare potest. Nec id membrum pulsare percipitur, quoniam ex Aristotelis sententia in eo arteriæ non sunt, & qui earum ortum uiderit, in refectionibus nondum meminit ætas, ex arteria enim ad membra conspicui uenarum ductus sunt, qui bini miro quodam ex interuallis ordine annexa irrigant membra, qui eam inesse arbitrantur, exilem tamen farentur inueniri. In calido abscessu, aut duro, ad iugulum dolor pertinet, & annexas scapulis costas, ingenti uomica præcordia maxime contrahuntur, unde æger supinus, aut in dextro latere duntaxat quiescit, in sinistra uero grauitas cum summo dolore inquietat, febris adest importuna ac sitis, urina liuida redditur, ac crassa. At suppurato gibbo difficulter anhelat, præcipuus dolor adest, tussis arida perpetuo infestatur, uterque iugulum deorsum, hypochondrion uero sursum uersus contrahitur: tumor & lingua nigrescit, præfertim cum in summo statu uomica fuerit, tumor apparet tumor ingens, magis que, ut Galenus docet, si exteriores musculi uentris extenuantur, ac consumpti fuerint: nam & urina sistitur. At si in cauo uomica oborta fuerit, cibi nullum adest desiderium, biliosus uomitus, oui luteo similis: qui subinde erugineus redditus sæpe apparet, alius nihil reddit, dolor que ad uentris intima & umbilicum fertur, singultus non finitur, cibus difficulter concoquitur, alterutra parte suppurante uniuersum membrum afficitur, utraque uero parte apostemata eadem ferè signa omnia apparent: at si in membranis quibus id membrum annectitur, abscessus ortus sit, uehementer excruciat æger, febris ardentior adest.

Suppurati gibbi symptomata.

In cauo uomica qui cognoscatur.

Signa abscessuum ex humoribus uarijs,

Cap. IX.

Ex calido abscessu oculi aut sanguine, aut flaua bili semper suffusi sunt, lingua protinus rubescit, quæ crescente morbo nigrescit: tumor & facies decolor apparet, alius uario colore turbatur, frigore sæpe membra corripuntur, interdum animus deficit, & singultus infiniti interueniunt, diro, ut Hippocrates tradit, augurio, aut enim amplum, aut durum significat apostema, uel extenuatas uires & exhaustas demonstrat. pulsus præterea undosus & frequens uehementer attollitur, urina purpurea emittitur, aut subrubra, spissior, interdum cum quodam liuore, in summo obscurior, nec minus sitibundus est æger. At frigidi abscessus nota sunt, grauitas sub præcordijs dextris adest, arida que tussis, non sine febris, ac sitis, faciei que quodam pallore, si phlegmon, inquit Aegineta, ægrum fatigat, dextra dolent præcordia, sursum que ad Clidia usque trahuntur, nos iugulum utrunque uocamus: & ad una hypochondria deorsum protenditur dolor,

Calidi abscessuum accidentia.

Frigidi abscessuum signa.

Iecoris erysipelata laborantis nota.

Abscessus pleuræ gmatici.

Que membra facile duriciæ contrahant.

Tumoris in iecore & pleuræ et doloris descriptionem.

tum febris acuta est, arida que tussis, ac permolesta urget sitis. Cibi triduum, ac dispnoea, anhelatio, lingua initio rubicunda, quæ mox nigrescit, tellex subinde uomitiones sequitur, ac aluus altringitur. Cæterum magna ex parte pleuritidis notas respondet, ex autoribus alij alias superingerunt notas, turgentium uenarum, oris que quandam dulcedinem. At si ex erysipelate cholerae fluxu causa, membrum id infestabitur, ingens inflammatio ægrum excruciat, unde tabe membra facile consumuntur. Si increfcit phlegmon ac suppurare sentiatur, dolor increfcit, & hypochondria magis protenduntur, enormiter frigore corripitur æger: cui in sinistrum latus recumbere grauissimum est, aperto pure per uescam subita putris materia prorumpit. Phlegmatici abscessus has notas comprehendimus, plumbeum corporis colorem, genas, & faciem inflatam, pulsum molliorem febriculam sine siti leuem, ex qua urina crassior, alba excernitur, cum cibi triduo, naulea, ac singultu: notæ melancholici abscessus ex duritia, pondere graui, cibo protinus assumpto apparet: in quo nulla ferme febris est, nullum que cibi desiderium, urina tenuis, diluta, mix emittitur: pulsus tenuis est, ac corporis color infuscatur: qui si carcinomate uitiat, terrentia aderit signa: ex apostemate namque calido discusso subtili humore, quod crassum est, interdum lapidescit: tum priora signa mutantur, nec nisi quædam remanet ponderosa grauitas quæ tactu durior est, ac tumor ipse facile cernitur, extenuatur enim supra modum præcordia, ij abscessus hydropem minantur, ascytem, & hypofarcæ: nam & uentris profluuium multi interiére.

De iudiciali exitu abscessuum iecoris, Cap. X.

Gibbi feruens abscessus sæpe narium profluuium finitur, aut sudore, aut urina, ex cauo uero uentris fluxu, aut uomitionibus liberatur. Raro ad alia propinqua membra transit uitium, quod si contigerit, tumor sponte residet: & membrum ad quod malum transit, male afficitur, rupto unde quæque pure, febris cessare cernitur, ac tremor quidam prior motum tanti operis fateretur, tum uomitus purulentus, aut cruentus, nel excrementa ipsa similia apparent, suppuranti dolores febres que uehementiores sentiuntur, ex iecoris fibris pus rubescit, & exinde conglobatus exit cruor, album est quod ex membranis gignitur. Mirum est (ut autores ferunt) quam ocyssime iecur oppilatur, aut duriciem sentiat, ex humore nimio, obstructione uenarum, frigidis que humoribus, aut remedijs importune discrucientibus, facile enim (clamat Galenus) lienem, iecur, ac renes perniciosam duritiam contrahunt: quam anhelandi difficultas, & sine febris grauitas arguit. Finis uomicæ est aut corpus ad tabem trahere, aut ægrum suffocare, aut uires ex toto dissoluere, aut membrum ipsum corrumpere. Quæ ex cholera sit ocyus uires absumit, ex atrabile facile duriciam contrahit, & membrum corripit, at phlegma hydropem parit, sanguinea materia ocyus suppurat. Musculi quoque uentris si tument uomicæ initium sentiuntur, sed eorum tumor longior apparet, sed qui sub ijs latent, per transversum procedentes peritonæi membranæ hærentes, si intumescunt, sæpe medicos fallunt iecoris abscessus arbitantes, uerum in ijs cutis color mutatur, & tumoris figura uitium patefacit. Nam iecoris tumor increfcens, sitis laxe modum apparet. Hic cum pleuretico præterea dolore haud dissimilis uideri potest, sed eos distinguit, doloris qualitas, ponderosa grauitas, pulsus mollis, lingue color, ac faciei tumor, aluus loturæ carnis recentis similis: ex lateris uero dolore, acies clauis infixi percipitur, pulsus aridior est, & corporis color perseuerat. Si iecoris abscessus ad lienem transitum fecerit non improbat, quod e diuerso perniciosum est, uomica iecoris nunquam ferme sanatur. Huic morbo si uentris fluxus superuenerit nisi iudicialis fuerit, letalis est. Sanguis uomitionibus redditus salutem interdum denunciat, sicuti & purulenta reiectio.

Curaciones ex uicij genere, Cap. XI.

In phlegmonante iecore (inquit Galen.) maxima diligentia opus est, sicuti in stomachi inflammatione, quæ in primis refrigerant membrum, & corroborant dari suadet. Aegine: a, qualis est feris, ac cichorium, siue cruda, siue cocta cum coriandro, uel succus earum, præclare tamen mederi docet herbam ipsam adiecta mulsi stilla, in calido & frigido abscessu intyba prodesse prædicat, sicut Sonchon, quam scariolam quidam uocant, & troxymon, quam serim erraticam esse uolunt, facit & cucumeris succi cyathus in mulso, aut si.

aut filicis. In calidi incremento roseum cõprobauit syrupum, aut melinum. In cibo ptisanam, & alicam cum mulla rosacea & panem aqua maceratum, à uino quoque abstinere suadet, nisi stomachi occurrat imbecillitas, tum tenue & aquosum utile adiudicauit. Cæterum quæ facile concoquuntur assumi debent, glutinosa uitanda, abstergentia & aperientia medentur: etiamnum in culpa cholerae, ut tradit Galenus, si far in cibarijs dederis peccabis, nam gutinolo succo poros unde quæque circumstantes oppilat: eum præsertim qui à felle ad intestina ducitur, unde ali corpus prohibetur. At uehementer mordentia, & aperientia damnantur, quibus facile inflammationes eius membri irritantur. Conueniunt propterea quæ leuiter membro aperiendo, & abstergendo sunt, qualis ex hordeo decorticato decocto, uel mulla ex saccharo præstat, reliqua uero dulcia iecur & lienem inflant. Damnantur in primis quæ astringendo sunt, quoniam meatus oppilant: uel in calido abscessu, qualia cydonia mala sunt, ac pyra. Galenus mala punica & quæ specialius mala dicuntur improbauit: præsertim si in cauo membri uitium fuerit. pari ratione & mordentia sustulit, quæ omnia minus obesse creduntur, si in gibbo malum est, quod prius quam ad locum doloris perueniant mitigentur. Caricæ ob eam rationem lienis & iecoris obsunt, cæteris que intestinorum inflammationibus. Aluus neque astricta, neque soluta esse debet. Pinguia in calido abscessu nocent, sic oua, caro, uinum, dulcia que omnia damnantur. Panis similigineus, puls, polenta, laganum, similia que farinacea obsunt. Inter edulia cucurbitæ ius prodest sumptum. Mutandum cœlum esse censuerim, si per uires liceret uel saltem in domo cubiculus, qui frigidiusculus quærendus est, ætate præsertim uersus orientem. At in sanguinea complexione, minus quam cum cholera causa est solliciti esse debent, in qua aqua niue refrigeranda est, aut puteo. sic aqua coriandri pota iuuat. sic ex molle panis intrita elota prius aqua frigida conuenit. sic item ptisana hordeacea, alicæ quoque succus prodest eo modo sumptus. Lactucæ item damus ex uua immatura, aut mali punici non acerbi succo. Finiente febris hædus dandus est, aut pullus ex iisdem succis. in uitali defectu uinum nullarum uirium, aut multa aqua infractum offerri potest. Frigida omnium consensu damnatur pota, syrupus iuuat ex feri succo fatiua, addita aceti stilla, aut uiolaceus ubi aluus astricta sit: ex potiones frigidæ conueniunt. Galenus in gibbi tumore ex calida materia, carthami semen, aut urtica, aut epithymum, aut polypodium, in cibarijs adijci suadet, quæ cætera medicorum nostrorum scholæ redarguit, haud immerito, sed pruna magis suaserim & uiolas, ac siliquam alexandrinam. Interea aluum clystere solutam facies betæ succo, & uiolæ, addito sacchari impuri duabus linguis, sale unâ: At in altero ex frigido distemperamento abscessu frigida, & agglutinantia damnantur, cum genæ primo pendulæ apparent, uentre tumido, inflatis que pedibus hydropicis certa signa, cum pectus, humeri que circa utrumque iugulum extenuata membra cernuntur: fricari extrema necesse est, & somno temperato uti. In potu ius ciceris & brassicæ potum ualeat, uuaque passia, arida ficus, ac in potu mulla, & in cibis foeniculum, prodest eadem hædina caro, ac pulli: & quicquid facile concoquitur datur.

De sanguinis missione in iecoris abscessu, Cap. XII.

Phlegmonis initio ex iecoraria uena protinus sanguis dimittendus est, differre malum est: citra enim septimum diem neglecto remedio materia intus facile computrescit, aut eadem exulcerationem facit, aut duriciem inducit. Si quis igitur intempestiue prius pharmacum dederit, uires corporis inutiliter prosternit, & corpora obnoxia eo uitio reddit. Missione enim sanguinis cuiusuis apostematis impetus cohibetur, si materia cum sanguine exundanti fluit. Ea uena delitescente, à mediâ, inquit Galen. demito, si ea rursus non responderet, à cephalica demendus est, ex quacunque enim parte uenam grandiusculam differueris, ex omnibus exhaurit membris. Si item menses uel hæmorrhoides suppressæ fuerint intempestiue, in talis uenam secabis, uel si in cauo iecoris exiguum apostema ortum esset: uel si corporis uenæ parumper tumidæ cernerentur, eo enim modo auertere cursum speramus: uel ubi incusso forte iecore, phlegmonis uitium obortum sit. Verum corpora athletica pleniora à talis primum exinanienda sunt, uel à sinistra iecoraria, deinde ex dextra. Verum in omnibus, ætas, habitus corporis, uires, aut si.

Farris natura.

Calimutatio.

Matura sanguinis missio necessaria.

In secunda uena quid obferendum.

Annus

anni tempora, constitutiones, consideranda sunt: ad id uictus ratio, consuetudo, uel uiuendi dispositio, ut si studiosus, an miles uel nauta sit, rusticus an ciuilis. Nam si ex naribus profluuium steterit, cephalicam efficaciter secabis, aut quæ incontinuo si: a est, nigram aperies. Modus extrahendi certus non est, sed coniecturam sequi mur, imbecillioribus quibus per interualla aufertur uires custodimus, nonnulli magnam sanguinis missionem sustinent, alij uix exiguam: ad animi usque defectum detrahunt sanguineis. Paulus a dextro cubito statuit, ac iterare suadet, si uires consentiunt. In erysipelate eadem ferme obseruanda sunt, uerum uenter solutior esse debet, ac urina concitior, sed uena parcius quam in phlegmone secanda est, de qua in phlegmatico & melancholico abscessu silent auctores: missionis tamen uicem subit mitigata curatio, de naribus dextris euocatus sanguis, uel sinistris, si lien in causa fuerit, id præstat graminis semen, noto pueris remedio, aut seris suillis, Græci ære ductili secula, qua argentarij aurata uasa abstergunt, utuntur, asperitate uenam scalpunt quæ in propinquo est. Cucurbitis præterea in scapulis si gibbus afficitur, si cauum naribus cum scalpello materiã auerunt. Quidam sanguisugas naribus admouent iisdem in propinquo uenis. Aliqui hæmorrhoidas, aut menses citant, irrito interdum auxilio si non turgent. Ea sanguinis missio adeo (ut tradit Galenus) opportuna est, ut si quis ea neglecta, stypticis, aut discutientibus usus fuerit facile ægrum in perniciem trahi nõ dubitaret. At si ceteri humores dominantur, a deiectione incipiendum est, atque is humor perurgandus est, qui plurimũ peccat, quoniam sanguinis salubritas infrenat aliorum impetum, & cholerae furorẽ compescit. At si sanguis dominantior est, uena prius soluenda est, mox tuto aluũ soluimus, aut uomitum prouocamus, aut urinam ciemus.

Quibus sanguis
è narib. extra
haur.

A deiectione
quando incipit
dum sit.

De uentris deiectione in iecoris tumoribus, Cap. XIII.

SI caua (inquit Galenus) iocinoris conuexitas præter naturam intumescit, deicere uentrem oportet, si gibbus leuiter primum cientibus urinam auxiliatur, quod sæpe dictum a nobis est, sed concocta prius materia, in his loci propinquitas plurimũ facit, sicut in sanguinis missione longinquitas præfertur: Verum si gibbi pars supra modum intumescit, mollire uentrem prius opus est: quandoquidem ad cauam pariter partem pertingit malum. Nam & inclinante quoque caui eiusdem tumore, quæ urinã quoque incitant exhibemus. In primis morbi deiectionibus leuia cathartica conueniunt, nam uehementioribus exasperatur abscessus, & materia irritata a longinquis ad locum dolentem contrahitur, unde tumor facile increfcit, quæ inclinante morbo offerri possunt, in quibus carthamum, urticae semen, additur. Galenus cum hordeaceo farre poly-podium, & atrum elleborum unã decoqui iussit, atque ita propinandum dedit. Clysteres quoque initio leues facio, ex mulla addito salis cochleari, subinde mentastrum, centaury, & colocynthidis interiore per partes adijcies. In calido abscessu hoc modo uentrem soluto, mannae roridae syriacæ, interiorisq; siliquæ Aegyptiæ, omnium ana ʒ. i. in uiolæ, buglossi flore, rosarum rub. ordeo, zyzypis, glycyrrhizæq; decocto dissoluto, & in quæ seris, capniq; drachmam rhecomæ per noctem macerata succũ. At in sequenti deiectione, adde cathartici ex succo rosarum recentium ʒ. ʒ. sed prius materiam portionibus matutinis quas dicemus, digerito. Aliud habet mannae gumosæ ʒ. 2. sacchari uiolati conditi mediã, cum pruni Damasceni decocto, additis tamarindis, uiola, seris semine, lactuca ac strychnæ, in eo succo adde rhecomæ infusæ per noctem ʒ. i. ac cathartici, succi rosarum quãtum opus sit, mane dabis. In phlegmone itaque aluum mollire conuenit, ac sanguinem purum reddere pariter debemus: in erysipelate bilem repurgare opus est, in phlegmatico id specialius prodesse traditur, quod habet interioris siliquæ, atramenti ʒ. 10. in anisi, foeniculi, adiantiq; decocto dissoluta cum agarici præparati ʒ. 2. alij turpethum addunt, sequenti deiectione & digesta materia catharticum Indum laudamus, quo materiam glutinosam a nutrientibus membris radicibus conuellit. Præparat enim materiam syrupus ex duabus radicibus, dein compositus acetosus ex quinque radicibus. Ex atra bili ea prodest deiectione, in qua eadem siliqua, ac cathartici catholici dictum ana ʒ. i. s. cum superiori decocto adde passulam, ac herbam capnon. Procedente digestionem cum epithymi decocto aluum sollicitabis cum superiori cathartico. Initio quoque

Clysteres leues.
In calido abscessu
quibus aluum
soluenda sit.

quoque eo clystere uentri exoneramus, beta, althæa, uiola, & hordeo, cũ siliqua & melle molato, aut condito saccharo: aut impuri sacchari ʒ. adde olei uiolacei ʒ. ʒ. salis duas. Ex phlegmate, beta succus cum mercuriali, peristereo, aniso, foeniculo, & fursure, adde mellis puri, olei ana ʒ. ʒ. salis ʒ. ʒ. procedete morbo adde carthamũ, polydodiũ, cetaurẽ, hyssopum, origanum, & his similia. Ex atra bili adde epithymũ, ac fenæ folliculos ex cathartico, Indum iam dictum, aut hierã. De ijs uero que urinam ciunt, initio phlegmonis seris cichoriq; aqua pota prodest, ac cucumeris rotundi, ac oblogi, melopeponisq; sed incremento morbi, callitrichi aqua prodest, demũ foeniculi, apij, ac uellicariæ: quæ initio uitanda sunt ne euanescentibus subtilibus, quod crassum est nimium indurecat, & in lapidem uertatur. At in phlegmatico ac melancholico foeniculi, seris, callitrichi, ac linode lini, prodest aqua. Deinde petroselini, & apij, digesta materia trochiscus nardinus, cũ apij aqua, aut chamædryd, & his similia. Interea trictionibus & ligaturis aut cucurbitulis materiam auertere excogitabimus.

De malagmsis iecori imponendis, quæ tumores dissipant, Cap. XIII.

QUæ iocinori imponuntur malagmata, aut fomenta discutientia, refrigerantia uel alstringentia, prius quã sanguis dimittatur plurimum obesse tradunt experientia: uel si eadem in potu sumeretur, periculose enim membrũ indurefcit. Iubet Gal. ut a sanguinis missione seruata membri natura nihil actu frigidum imponatur, nec nisi ad mixto calidi temperamento: nam materiã ad intima regerit, & meatus constipat telis: per poros enim cutis uirulenta materia reludare nequit: unde quã mirũ est facile indurefcere: ea nanq; inspissant, & dissipari prohibent. Aperiencia igitur leuiter & attenuantia nõ ab re admiscenda sunt, hoc est resolutoria cum repercutientibus. Verum si lapsus aut lapide incussum fuerit iecur ante ipsam sanguinis collectionem, sed imminere, tum eadem quæ dicta sunt discutientia ac refrigerantia, superimponi possunt: qualis portulacæ succus, aut cucurbitæ, semperuiui, aut rosacea cum sandalorum farina, ac camphora, & his si nihil. At si post percussione membrũ, post aliquot dies æger remedia neglexerit, iisdem quæ dicta sunt, auxilijs utendum. Ob eam causam Gal. simplicium quorundam uires eas, mixturis prætulit, ex ijs quædam uim aromaticam possidet & stypticam pariter habent. At in erysipelate ex inflamata bile eadem discutientia, actu refrigerantia sine periculo imponi possunt, astate uel niue refrigerata, ac subinde mutata, tanta est ebullientis humoris subtilitas. Ad id facit seris satiuæ aqua, & strychnes: & in potu ex syrupo acetoso, uel aqua hordeacea, plantaginis, cucurbitæ, & cardui qui diptacos dicitur, cucumeris item, melopeponis, ac portulacæ, maliq; punici acerbi ac medijs saporis succus, ac mali citrei, ac eius quod arancium ac limonium uocamus, succum item aut uinum oxychanti, ex ijs saluberrimæ potiones fiunt. Errant qui cum melle conficiunt, sed trochisci salutare ad id hoc modo componuntur, habet berberis ʒ. rosarum damascenorum, spodi ana ʒ. ʒ. sem. cucurbitæ decorticati, ac cucumeris, portulacæ, seris ana ʒ. ʒ. foeniculi ʒ. i. s. dantur tritũ cũ matutinis potionibus. Interea epithemata iecori imponuntur gelida, nec cessandum est donec frigoris admonitio ad uisceris partes perueniat: & ex alto frigus sentiatur, linteo madefacto ac sæpe intincto utimur, qui cũ intepuerit, alter frigidior superimponendus est, sed remedia ipsa aceto admixto exacuntur, ut facilius penetrare possunt. Syrupus in abscessu sanguineo, quo materiam dissoluimus, habet callitrichi, buglossi, crocini floris, rosæ, corticis exterioris pistaciorũ, seminis uellicariæ ana ʒ. ʒ. glycyrrhizæ, passæ ana ʒ. i. calami odorati, schœnoanthi, meliloti, absinthij ana ʒ. 2. seminis anisi, foeniculi ana ʒ. ʒ. s. ex aqua decocta, & percolata, cum saccharo potionem facito, cuius binæ ʒ. cum seris aqua mane bibantur. Alia portio hoc modo fieri solet, habet folani, seris satiuæ, foeniculi, apij, meliloti ana M. unum. seminis uellicariæ, cuscuta siue gurgu, calami odorati ana ʒ. s. eupatorij ʒ. 2. ex decocto fiat syrupus. Galenus nardum cum absinthij sicco laudauit, inclinante tamen morbo. Diosc. uero schœnoanthi laudauit, inclinante tamen morbo. Dioscorides uero schœnoanthon laudatissimã prædicauit.

De remedijs ad frigidum iecoris abscessum, & de uomica curanda, Cap. XV.

INITIO apostematis frigidi ante collectionem leuiter frigida styptica, discutientiaq; iurant, ne materis impetus ad membrum fluat, & colligatur in eo, qualis est aqua seris fatiur,

A sanguinis
missione incipit
endum.

A 2 fatiur,

fatūre, ac erraticæ cum plantaginis aqua, admixto aliquanto aromate. At inchoata collectione antedicta styptica refrigerantia damnantur, cum ipsa iam materia crassa sit & frigida: tum quia membri natura, ut facile indurescat, habilis est: propterea addenda sunt quæ aperiunt, abstergunt, & attenuant: Oppilationum proxima curatione: quæ nec sine aromate commisceri debent, ad membri recreationem, nec eadem eodem modo, sed pro humoris crassi uarietate, ac pro morbi longinquitate commiscuntur. Syrupus propterea pro morbi principio hoc modo fieri solet, cichorii, seris erraticæ, methæ ana M. i. rosarum rub. calami odorati, schænoãthi, linodesmi, lacæ ana ʒ. s. in aquæ libris duabus decocta ad dimidium, & cum senis sacchari uncis potionem facito, adde aceti stillam, & corticis pistaciorū exterioris & nardi paulum. Syrupus alius hoc modo fit, radices fœniculi, apij, hyssopi, origani, calaminthæ, polij, flosculorum rosarum qui crocini sunt, saluæ syluestris, eupatorij, absinthij ana M. unum, linodesmi hoc est culcitræ, corticis uiridis pistaciorum, & corticis radices capparis, iunci odorati ana ʒ. s. percolato decocto, adde sacchari uel despumati mellis, cum nardi & cinnamomi paulo, à quibus & aceti stillam ingerito. Ex eo dabis uncias binas cum hyssopi aqua. Per se ualet gētiana, quæ frigidus iecoris abscessus discutit. Prodest & mastiche assumppta, antequam pus erumpat. Iis utiliter aluum ducimus: Manna, interiore siliquæ antedictæ, saccharo impuro rubro, cum seris fatiuræ aquæ aut lupulorum, uel decocto eupatorij, uel si quando aloë & absinthium succum admiscemus. Rupta uomica leuia medicamenta, & quæ modice urinam mouent danda sunt, quorum austeritas damnatur, si pus per urinam fertur, eadē obseruauimus. Ad id sumitur cucumeris & melopeponis decorticatum semen cum glycyrrhizæ succo, & tragacantho, amylo & penidijs, cum ouo sorbili, uel cum malux horrentis decocto, spodio, & aqua hordei, aluum enim suauiter emolliunt. si eadem putris materia per aluum fertur, eadem emollientia iuuat. Si nulla affuerit febris, aquam dabis, prassij, apij, & hyssopi cum rhodomellite. Increfcente febris, quæ excalefaciunt caueto, sed cucumeris semen purgat, & melopeponis, & cucurbitæ ana ʒ. s. amyli, succi glycyrrhizæ, tragacanthi, gummi arabici ana ʒ. i. contrita commisceantur: ex ijs ʒ. ʒ. mane dabis cum syrupo papauerino, aut uolaceo, uespera tantundem quæ dabis. Sed uirosam humorem à renibus & uesica arcent trochisci papauerini cum syrupo papauerino, uel ex ea quæ nymphaea dicitur palustris herba. Quacunque parte erumpit sanies, si uirulenta est, ardorem potionibus mitigabis, ulcus præterea abstergit, frigidis remedijs & temperatis pro puris ipsius qualitate: mox quæ perlanant danda sunt, aquam hordeaceam ad id cum syrupo acetoso non acri dare cõsueuerunt, nam eluit & abstergit. Sed ea compositio carnē exercere facit, ac ulcus replet, habet thuris, sanguinis draconis ana ʒ. i. s. seminis seris fatiuræ, apij, masticis ana ʒ. 2. cum mulla componantur. Interea mel decoctum ac despumatum in cibo datur, fici aridæ cum hyssopo & calamintha, & in cibo prisanam cum melle dabis saluberrime, si pus per aluum erumpit maluam dabis, aut betam, uel spinachium, ex amygdalino oleo dulci, cum penidijs, si cum urina fertur iuuat hordeacea aqua, cucurbita, cucumis fatiuus et seris pariter horrentis. Cum ulcus quoque impletur, amyllum dabis cum melle, ac lac in quo lapides extincti sunt. Tum & sorbilia oua iuuant, perdices, ac saxatiles pisces, & hæc caro. Si exulcerationes pertimescis intestinorum puris acuitate, syrupum cydonij mali, cum melle factum dabis: nam pus eluit, & interanea recreat. Lac quoque ex ubere tepens dari suadent: succus quoque carnis tostæ in craticula, iocinora quoque hæcina commandantur: caro ueruecis iuuenis, auicularum, oua sorbilia, uinum non multarum uinum. Imminentibus suppurationibus ueteres cataplasmata quæ reprimerent imponebant, deinde si hæc uicta forent, per ea malagmata quæ digerere, & dissipare insisterent: uerum & si id consecuti non fuissent, quæ materiam ad summum euocarent, imponebant deinde ut maturarent. Omnis tamen uomicæ finis est ut rumpatur. Indicium quoque habebant, ut si pus, ore, aut alio redderetur, omnis cura erat ut pus omnino efferretur, sorbitiones ex aqua calida dabant, ubi pus ferri desisset, ad ualidiores & frigidos sed faciles cibos transirent, frigidam quæ aquam, sic ut ab egelidis tamen initium fieret, primo quæ cum melle quædam ederentur, ut nuclei pinei, uel græcæ nuce, id est amygdalæ dulces, uel auel-

Quibus aluum purganda.

Renet & uesicæ purganda.

Cataplasmata.

uel auellanæ, submouebat quæ id omnino, quo maturius induci cicatrix posset, sed succo porri uel marubij utebantur & omni cibo per eum ipsum adhibebant: uitabant quicquid sanescencia ulcera exasperaret, cursu, aut lucta. Ex ueteribus uomicam aperire quidam ausi sunt, aut ipsam adurere. Quidam ætate nostra Mediolani uomicam aperuit. Paulus erumpente pure nullum dari iubet, imponi quæ trispermon cum rhesina, manna, pice, althæa radice, columbino fimo & caprino. Interea polij decoctum in potu, & capni, & thlaspe cum ad tertias decoquitur.

Quæ duricias iecoris dissunt,

Cap. XVI.

Si inscitia aut negligentia tumor iecoris non discutitur, neque in uomicam mutatus fuerit, sed iam membrum induruit, difficulter (inquit Galen.) sanatur in lapideam ferme duriciem mutatur, ut sine sensu sæpe fiat, irremediabile id malum est, quod euincere nunquam, inquit, potuimus: quando quidem iecoris imbecillitas medicaminis uillâ uehementiam sustineat. Id si peruersè curatur, exhaustis uiribus, facile consumitur: unde discretiua potentia inualida efficitur, quia superflui humores non separantur, sed confusi ad mēbra feruntur & hydropem insanabilem efficiunt, aut citata uētris proluuie mortem festinam inferunt. Ante quæ igitur indurescat prope subueniendum est, tū potionibus tū emplastris, qualia ea sunt, gentiana, petrolelinum, anethū, sem. fœnogræci, decocta ex aqua & cocta ualent, si febris adest, alias ex oxymellite: eo decocto nephreticos iuuari nouerimus, nam & calculos & arenas comminuit & expellit. Inter ea dulcia in cibis ac frigida cauenda sunt. Quæ facile cõcoquantur utilia esse non dubitamus. Qui iecoris (inquit Gal. duricias timet phlegmone intumescente, cum dolor ad dextrum iugulum ad sinistram scapulam peruenerit grauissimus, initio sine moram sanguinem statim deinas, ac fœnogræci decoctum in potu dabis, adiectis amygdalis amaris, ad tertias usque percocta materia, pluribus propinandū diebus dabis. Inflammatione sedata, id epithema impositum ualet, absinthium cum oleo & mastiche, ac nardino oleo, caue, inquit, simplicia calastica quoniam aliquid astringētis uis addere oportet: & si oppilatione extimueris, amygdalas amaras dabis ʒ. s. cymini unam, apij seminis ʒ. ex uino tenui si febris non est: si digesta interea fuerit materia, eam per uices educere oportet. Calida, ac uehementiora medicamenta uitanda sunt, quoniam exiccant, in eo enim affectu mollire attenuare, diffundere, aperire, ac modice excalefacere necesse est. Verum & ipsum membrum aromate styptico confortamus exiguo, ut uiuidius a se materiam repellat: inter has potentias in discutiendo, ac aperiendo elaborandū est: imperite faciunt, qui plurimum astringunt. Inter potiones laudatur ea in qua gentianæ, absinthij, meliloti, pastulæ, fici aridæ, pares portiones ex aqua decoquitur, aut ex uino tenui, albo, cõtinuis diebus datis portionibus. Costum per se ʒ. p. ex eodem uino potum ualet, aut: mulla mane datur: amoniacum ex aceto liquefactū impetit duricias emollit. Ex Diosc. duricias emollit: ouillū simū ex aceto subactum & impetitum, aut caprinum ex urina liquefactum: aut centaurij & radices asphodeli ex uino decoctum, & lana succina impositum. Vnguentum quod emollit & discutit, habet bdellij, hyssopi recentis masticis, ana ʒ. quas portiones cum lentiscino oleo, & cere exiguo. Emplastrum id utile traditur, continet carycas ʒ. 2. in lixiuio & aceto maceratas, centaurij minoris, absinthij, nitri, si napisi seminis ana ʒ. 2. cere libram, adipis anserini, gallinacei quæ ana ʒ. 3. Aliud emplastrum inter malactica laudatissimum, absinthij flores, myrobalanorum nucum enucleatorum, de odoratis loquor, aut oleum spicæ indicæ, celticæ quæ, croci, cenanthes, masticis, lentiscini olei, melini, cenanthini, partes æquales, adde amoniaci pinguis, bdellij, uitulinx ceruina quæ medullæ, gallinacei, anserini quæ adipis pro arbitrio tuo cõficiet, eo duricias emolli hauri dicit Galenus promittit.

De pustulis iocinoris,

Cap. XVII.

Sybextima iecoris cute quædam aquosæ pustulæ oriuntur, ex cibi cruditate, oleribus structibus quæ inconcoctis, stomachi & iecoris imbecillitate: quandoquidē superflua aquositate sine ullo discriminis officio renibus non transmittit. Ex pustulæ interdum aquosæ, interdum sanguinosæ existunt deteriores, illæ innocuæ, ut in pluribus discretis apparet animalibus, quæ cum dirumpuntur, & in uentris cauo aqua colligitur, cer-

A 3 tum fa-

Potio nephretica idonea.

Duricias quibus utiliter emolliantur.

Hydropis generatio. tum facit hydropem, Hipp. & Galen autoribus: & quum copiosior colligitur, ascytem letiferam minatur. Huic malo cathartici auxiliamur, & ijs quæ urinam mouent, aut cataplasmatibus, quæ ei humori discutiendo sunt.

De varijs iecoris doloribus ac signis, Cap. XVIII.

Augurium in iecoris morbo dicitur. **T**unica tantum uelante dolore iecur autumant: aut neruositate qua pendet, cū oppilatione tumet membrum, aut si spiritus intus interclusus sit, aut abicessu duro cit obcaluerit, aut phlegmone, aut frigido cum plurimū foras euocatur: nam & lapsu ex alto uel incussu quandoque plurimum dolet, ex quacunque igitur causa fuerit, dolor ad iugulum usque scapulas pertingit, unde dispnoea, tussis, & cruenta interdum excrementa apparent. At si iecoris igitur dolore occipitium, pollexque pedis pruritus sentiant, ac in collo pustula pariter apparuerit, ægri interitum die quinto ante solis ortum minatur: quod augurium dirum urinæ difficultas confirmat.

De curatione doloris iecoris, Cap. XIX.

Galen somnium. **F**ebri intercedens sæpe iecoris dolores, inquit Hippocrates, facit si à uento, tradit Gal. interpres, uitium fuerit. Iecoris item dolore liberari sese admonitū fuisse in somnijs tradidit, si uenam quæ inter pollicem & indicem sita est, secaret, uisus paruit, & experimento comprobauit. Dioscorides absinthium ex rosaceo & cera dolori mederi scribit. Satiuum quoque cyminum iecoris imbecillitati, oppilationi & dolori subuenire inuenimus, & nardum inter emplastra, iuncum odoratum, acorum, lupinumque iecur peculiariter auxiliari, ijs causis & agarici sesquidrachma utiliter in potu datur. Profunt lauri baccæ, zedoaria. Dolorem sedari ex inflatione lutei oui quod exprimitur oleo, cum adipe aserino, ocyssimo remedio: nam ex frigida pariter causa mitigatur dolor si puluere ex triticea farina subegeris ex anethi & absinthij decocto, atque ita membro doletu imponeris. Serpillum tritum ex uino albo potum subuenit doloribus. Dant aliqui mali perfici foliorum succi 3. binas, syrupo acetoso mixto. Id cataplasma mire prodesse tradunt, habet anisi, eupatorii, schœnoanthi, absinthij, acori que decoctum, in quo spongia infusa expressa que subinde imponantur, quo sapius dictum est modo. Aut id emplastrum quod ex absinthio, melliloto, anethoque fieri solet adiecta hordeacea farina, ac oleo chamæmilino: Vel id quod habet mastichis 3. 2. aloës fenas, meliloti, chamomilæ ana 3. 12. seminis anethi binas, ex irino oleo, aut lilino commiscetur.

De mesentericarum uenarum afflictibus, Cap. XX.

Mala ex oppilationibus. **M**esentericæ quæ in mesenterio tanquam radices sitæ sunt uenæ, abicessu & oppilationibus uexantur: quales iecoris conuexitate eueniunt. Sed oppilationibus nihil periculosius est, tæbe enim membra uel paruo tempore consumuntur, quandoquidem nihil ferè à alimenti ad iecur perducatur: ex quibus interdum cruetus fluxus euenit, ac aquosus: qui contra iecoris caui oppilationibus semper cruetus exit. Sed si in mesentericis abicessus est in medio interaneorum dolor sentitur, & in iecore maior inest grauitas. Communia tamen cum iecoris conuexitatis uitij auxiliâ habentur, & uictus eadem ratio est. Sed strychno uis peculiaris est intestinos tumores discutere, sicuti & chelidonis si cum uiscariæ, & strychni succo admisceatur: mesentericarum enim iecoris, & stomachi apostemata sanat, & colorem ualidum perficit: strychni item succi 3. 4. cum aqua linodesimi, seris fatiuræ, & apij cum saccharo mire proficit. Absinthij conizæque succus oppilationibus medetur: ea mixtura ad hos affectus peculiaris est, plu. nardus. gentiana, linodesimon, schœnoanthos, apij, petroselinique semen, seris fatiuræ ana 3. strychni aridorum foliorum 3. 8. tunsa & cribrata ad unum rediguntur: ex eo polline 3. 2. ex aqua scabiosæ matutinis dantur.

De cachexia morbo & de signis communibus ac proprijs, Cap. XXI.

Aegina. **I**s morbus cachexia & cachexia uocari solet, malus enim corporis habitus est, qui hydropem, inquit Aegineta, antecedit, cachexica enim macie corpus afficitur, & initio male decoquetis stomachi uitium refert, unde à quibusdâ stomachici putatur. Est enim ægrotatio frigida materialis, ac humida ex iecoris infirma digestionem sanguinæ aquosam generat, quæ membrum legitime agglutinari non potest, unde membra præ natura intumescunt, ac præmollia efficiuntur. Si cachexia à stomacho & intestinis ortu habere uideatur, tympanitè imminere

imminere demonstrat, si à felle & à liene aut renibus, ascytè portenderet: si à uenis demit ac alijs membris inique nutrientibus hypofarcam corpore tumoribus inæquali, denunciat affectus initium. Hydropicorum more facies decoloratur, modo liuens, modo fellei, plumbei que coloris. Corpora inflantur, quæ prementi digito cedunt: tumet facies, genæ, pedum, manuum que digiti. Cuius rei causam in questionibus Arist. percontatus est, ex naturalis caloris imbecillitate, aut alimento impuro, ita quod facile corrumpuntur, unde à membris uitiatum abominabile reijcitur, neque ob eam causam unitur, sed tanquam uirosum respuitur, & ad inferiora repellitur. Addunt alij humoris grauitate id effici, aut quod motibus pedes magis defatigantur, & à caloris fonte semotiores sint. Facies namque & genas, quod rarioris materiæ sint, ob id facilius inflari, & humoris glutinosi materiam non facile ab exiguo calore consumi. Scrotum interdum & inguina tumet, urina uix demittitur, ac sudor ferme nullus apparet, uenter deinde inflatur, & ulcera si quæ innascuntur uix coalescunt, lente & grauius ambulant, nimium dormiunt, aut interdum nimium uigilant. Alius interdum sitca, est & manuum palmarum, pedumque plantæ calidæ sunt: cibi interdum nullum adest desiderium, & lingua alperitudo.

Cacheticorum curatio, Cap. XXII.

Is frigido, humecto, aut nebuloso celo habitandum non est, eadem de causa frigida humidæque tempestates obesse creduntur, mœror & ocium uitanda sunt, neque a cibo statim ambulandum, nisi lente, ac suauiter: neque somno uti longiori conuenit: uenus dannatur, ac cibuspotusque difficilis concoctionis, qui oppilant, qui que prauis sunt alimentis. Iuuat exinanito corpore subirasci interdum. Marina præterea narationes iuuant, nitro læ, sulphurata, ac aluminosa, ut Aegineta alijque autores scripsere. conuenit & theriacum uisus, sed caueant à balneis egressi statim frigidam suspectam hauriendo. Nec non harena littorum maris, præcipue tenuis, & solibus candens, in medicina est siccandis corporibus cooperitis, hydropicorum, aut rheumatismos sentientium: sed uelare caput solibus necesse est, egressi pariter ab harena frigidam non bibant, neque cum cibum capiunt. Inter obsonia perdicæ, auiculæ, inter quas alaudæ, lusciniæ, & similes ijs laudantur, sicuti turture, fasinij, columbacei syluestres, & palumbes pulli: quibus cinnamomum, garyophyllum, apre inferimus, aut crocum exiguo addito mastichis. Inter hortensia pro plebe porrum, sinapi, allium, prodest commanducatum: & quicquid summam attenuat, aperit, & deglutinat ex causa frigida, in ijs omnibus temperamentum querendum est. Inter tragemata id utile esse prædicant, pistaciorum semiuncia, passulæ una, anisi mundi sesquiuncia, machir sesquidrachma, cinnamomi binis, sacchari candidi semilibra. Si à causa calida uitium oriatur, calida frigidis permixta, cum ijs quæ aperiunt, & iecoris uires confortant, ob eam causam species diarhodon, cum nouicia rosacea, ac dialacca, pro commisti humoris coniectura, temperabis: & cum saccharo tragemata conficies, cum eupatorii aqua, ac seris erraticæ portione mane & uespere dabis. Ex frigida causa diaspermum medicamen, cum dialacca mane, & sero cum apij aqua et eupatorii. Ante cibum frictio nes iuuat, uel sub præcordijs dextris leues. Inter corporis exercitationes Aegineta præcipue laudauit, quæ iæralippa uocatur. sed subinde oleo nardino illinatur locus. chamomelino ex uino albo tenui, admixtis & pariter feruefactis. Exinde milio, rosa, meliloto, cum gummi, salis tepenti fotu euaporetur. Ex frigida causa costino, nardino, cucumerino erratico siue scinio, cum meraci uino tenui unâ efferuefactis. Mox ligno aloës, iride, meliloto, cinnamomoque euaporabis. In potu Bisantinum syrupum dabis cum seris & eupatorii aquis, si feruens causa fuerit, alioquin eupatorii syrupum ex apij & petroselini aquis. At quibus hæmorrhoidum, aut mensium, ex aliqua corporis parte profluuia substrere, unde morbus initium habuerit, sanguinis missione leuandi sunt, tribus aut quatuor diebus sensim exhauriendus est. Quod Aeginetæ & alijs autoribus comprobatur est, si non est quod prohibeat: nam modus seruandus est, ne in diuersum natura prolatur. Iuuat ante missionem ac post eandem hiera picra assumere: si crassior ac glutinosior fuerit materia diacolythide purgabimus, ex Aegineta. Quidam aloën, colocynthidem, polypodium, &

agaricum cum scammonio admiscet, pro commixtorum humorum qualitate & ægri uiribus, ea enim frequens deiectio iuuat. Sed uehemens catharticum nitandum est, quo stomachus læditur, admiscetur propterea aromatis exiguum utiliter. Ante cibum ad uomitum multi coguntur maximo præsidio raphano in syrupo acetoso infuso, uel elleboro in raphano macerato, et expresso succo. Demum aperientibus, & urinam mouentibus opus est, ac uehementibus clysteribus, Aegineta elleboro perpurgarî docet, sed in primis sæpe absinthij decocto uti.

De hydrope & eius generibus tympanite, ascyte, & hydrope anasarca, aut anasarca, Cap. XXIII.

Tria hydropi genera.

HYdrops aqua intercus à nostris uocatur, in tria genera distinguitur, si uenter spirititu inflatur, tympanites appellatur, percussu sonus eliditur uentris, unde tympanitici uocantur: ascyte alterum genus est, siue hyderus ab utre nomen habet, aqua turget uenter in cauo collecta: leucophlegmatia siue hypofarca, postremum genus dicitur duro membrorum tumore ac inæquali: alij anasarcam uocant, uel hydropem anasarcidem, ex Aegineta, ac Galeno. Ex imbecillitate iocinoris succum non mutantis in purum sanguinem ea eueniunt: unde materia frigida exuberante ad alia transmittitur membra quæ monstruose increfcunt, unde mala habitudinis uitium autumant. Alij inter apostemata annumerant, quando præter naturam membra tument. Galenus ex infortunata, inquit, sanguinis generatione fieri tradit: nimia habitudinis frigiditate euenit: sed in hypofarcha præsertim haud dubio in iecore phlegmaticus sanguis ortu habet, nec tamen ob eam causam sanguis per aluum profluit: neque in ascyte, inquit, neque in tympania: sub peritonæo enim circa intestina aquosus humor omnia complet, nec mirum si cibi succus in sanguinem non mutatur, quoniam iecur frigidius redditum sit. Qua de causa corporis uenæ frigidiores quam par sit redduntur, unde hydrofici sunt sine iecoris insecto abscessu, sed oppilatione membrorum quæ in propinquo sunt, aut sanguinis profusio, aut si fluxus suppressus fuerit, aut uulux malis, inquit Aegineta, frigiditas enim propinquorum membrorum per uenas iecur subijt, ac sensim afficit, ex duricie quoque aut alio abscessu id uitium oritur: multa quoque frigida hausta intemperanter membra refrigerant, subito à balneo aut uenere uel lassitudine, unde iecoris substantiam subito affectu lædunt. Ex causa calida diuersa ratione calor congenitus sensim dissoluitur subito exhaustus: aut paulatim membra principalia exhaurit, utraque enim qualitate aut subito extinguitur, aut sensim diffunditur, & ab humido nimio suffocari calorem arbitrantur, aut licitate ut post ardentis febres languidi caloris relicto fomite. Nimio interdum sudore, aut uentris longo & diuturno fluxu sanguinis præsertim, aut ex uulnere, aut naribus profusio, quæ cæteris causis euidentior est, uenarum mesentericarum duricia uel oppilatione sæpe euenit, & stomachicis qui male cibum concoquunt, quem euincere non possunt iecoris potentia, unde hydrops generatur. Sed lien diuersa ratione offendit, oppilationæ uitæ, aut duricie, aut nimio suctu sanguinem demit, aut atrabili quandoque quodam ueluti terrestri gelu iecur torpescere facit. Renes uero frigidi aquosum liquorem destituunt, nec attrahunt. Aut nimio seruore sanguinæ & humorem absumunt. Ex intestinis uero aut dysenteria, aut alijs abscessibus uitatur, si uici uulux communicatione menstruo uectigali destituta, aut apostemata, aut dolore, aut mala ipsius habitudine pulmonis, ut dictum est, uicio, aut præcordiorum, quod cum plurimum ex calida causa euenit: qua sita incredibili cruciantur ægri, unde frigidam supra modum bibunt. Addit Aegineta & peritonæi duriciam, ueteres interaneorū theumatismos dispnoeam, & immoderatas denique uigilias.

Frigida immodice & intemperanter hausta.

Quo pacto à lien iecur offendatur.

Hydropicorum nota Cap. XXIII.

HYdropici primum decorem amittunt coloris, & ad talos imosque pedes tumor deuoluitur, quoniam in ijs sanguis aquosus in uaporem conuertitur ex caloris exiguitate, qui demum in aquam mutatus membra tumentia reddit. Ex Galeno, de ascyte tantum referente. Nam in tympania non semper intumescunt pedes, manus autem

autem raro inflantur cordis caloris uicinitate, inflantur præterea genæ, ac sitis in tanta aquarum mole, Tantalum more, ægrum excruciat, magisque si morbi initium à calida causa inciperit: corruptus enim uapor os stomachi petit, ac exiccat, uel forte quod compresso diaphragmate cor difficilius inspirat, unde facile accenditur cum ore stomachi, unde sitis oboritur. Membra præterea substantiæ consumuntur, & si in hypofarca per accidens humecta uideantur, unde nec humidum naturale quod consumptum est, reficitur. Nec potiones ipsæ denique obstruunt meatibus ad iecur penetrant. Nulla subinde adest cibi appetentia, nisi causa fuerit frigida, qua appetitus excitatur. Iis uirina minus fluit, in ascyte præsertim, mox in hypofarca, in tympanite uero plusculum quam in alijs demittitur. Omnibus fere flaua urina cernitur: pauci à febris liberi sunt, & si qua pustula enata fuerit, colore qualitatem morbi indicat: prurigine præterea membra sæpe tentantur. Reliquæ notæ in cachectica dicitur sunt ualitudine. Ulcera quæ in hydrope proueniunt, difficulter sanescunt. Hydropis ea prognostica sunt. Vitium inueteratum non sine magna molestia curatur, & nisi primis diebus discutiat longam minatur ualitudinem. Sæpe inquit Celsus per se incipit, sæpe alteri uetusto morbo, maxime quæ quartanæ superuenit. Facilius item in seruis quam in liberis tollitur, quia cum desideret famem, si im, aliaque similia tradita, longamque patientiam, promptius ijs succurritur, qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas est. Sed ne ijs quidem qui sub alio sunt imperio, si ex toto sibi temperare non possunt, ad salutem perducuntur: Ideo non ignobilis medicus Chryssippi discipulus apud Antigonum regem, amicum quendam eius, non temperantem, mediocriter eo morbo implicatum, negauit posse sanari. Cumque alter medicus Epirotus Philippus se sanaturum polliceretur, respondit illum ad morbum ægri respicere, se ad animum. Neque eum res sefellit. Ille enim cum summa diligentia non medici tantummodo, sed etiam regis custodiretur, tamen malagmata sua deuorando, bibendoque suam urinam in exitium se præcipitauit. hæc Celsus.

Sitis edusa in hydrope.

Urina hydropicorum.

Prognostica in hydrope.

Absinentia in hydrope.

Curatio hydropicorum in communi & primum de secis sudationibus, Cap. XXV.

Loci salubritas in primis querenda est, montana loca, marina, aprica, ac sicca regio inhabitanda est, in quibus sine febre æger est, multum ambulandum uel currendum interdum, & superiora membra mouenda, perfricandaque, & ut spiritum ipse contineat: uel subfrascatur interdum: modiceque dormiat, & interdum nunquam: euocandus est sudor, non exercitatione tantummodo, sed prius corpus perpurgabitis, nam & in littore in arena calida, uel laconico uel clibano: non eo modo quo Cydone quæda è plebe muliercula cachecticum filium temerario ausu dempro pane subiectaque tabula in furnum coniecerat, inuitum atque reclamantem, uicinis ad eam medelam opem ferentibus, nam in caput puerum intulerant: qui uaporem ocluso spiritu protinus suffocatus est: remedium conferre indicio matri fuit, quod protinus conticuisse. Stabat ante fumum læta sudoris desiderio, paulo post puerum percunctari coepit: nūquid calor prodesset uideretur. Cum ille nihil responderet, suadentibus uicinis ut puerum quiescere pateretur, ad dicitatem redijt, paulo post cum puerum extraxisset exanimatum uidit, furni remedium, suamque & uicinarum temeritatem execrando. At nos tunc has siccas sudationes in lectulo humili clibani modo, latericij lapidibus modice accensis, uino albo extinctis, panisque inuolutis, ne forte lintea succenderetur, ordine ab humeris ad pedum plantas eos circumponimus, leuiter candentes, exerto ac immuni à uapore capite, recto tamen syndone: tum sudores ter aut quater interdum miro modo euocamus. Pares sudationes utiles duximus quas in specu in Mylo insula sæpe salutare nouimus: ut uapor tantum queritur, sicuti super Baias inueniri tradit Celsus. Iuxta Aponifontes, ac in pluribus Italix locis Bononiensi agro, ac Stratiensi. pares sudationes facile constitui possunt, raptim corpora uapore. Quoniam balnea, & humores omnes damnare. Victus uero ratio ex superiori curatione habenda est.

Habitatio hydropicorum commoda.

Exemplum imprudens audaces mulieris.

De intollerabili siti in hydrope, de sanguinis missione atque deiectione, Cap. XXVI.

Inter in hydrope facilius fertur: sitis uero difficillima est, nec sustineri potest, prope. Irea Metrodorum ferunt Epicurei discipulum cum hoc morbo tentaretur, neque æquo animo ferret intollerabile situm, ubi diu abstinuisset, bibere solitum, ac deinde euomere, quod si red

In hydropse sanguinis missio.

si redditur quicquid receptum est, multum tædio demit, alioquin morbū auget, ideoq; in quolibet tentandum non est id remedij genus. Vinum cum cibo austerū dari præparce debet quam tenuissimū, nec ultra dandū est, quam ut uitam sustineat. Cæterum portiones dandæ sunt, quæ urinam tantum moueant. Comodum est uentrē quotidie lino metiri, & qua comprehendit aluum notam imponere, postero die, uidere si plenius corpus sit, an extenuatur, id enim quod tenuatur, remedia sentit: nec alienum purant, & portionem, & urinam metiri: nam si plus humoris excernitur quam assumitur, ita demum secūda ualeudinis spes est. Sed de sanguine hæc pauca subiiciemus: si uirū (inquit Paulus) ex suppresso sanguinis profluuio fuerit, a dimissione incipiendū est, morbi præsertim initio: per interualla enim dimittendus est: sed ex alijs quoq; causis demitur, ut si frequenti crapula tur gida uenæ fuerint, uel si diu in ocio uixerint, marcescentes: tum enim in latere sinistro præsertim pulsare uenas sentiunt, nam inter omnia genera anasaræ hydropi magis conuenit, si ex sanguinis uitio cōtingit: mox in ea quæ hydrops ascytes uocatur: raro uel nunquam in ea specie requiritur, quæ tympanites uocatur. In his omnibus ætas, habitudo, anni tempora, constitutiones q; ac regionis ratio consideranda est. Suppressis hæmorrhoidum profluuijs, aut fœminarum menses a talo utiliter demitur. At in deiectione uentris, materia prius præparanda est, ac meatus prius aperiendi sunt, mox aluus emollienda est. Cathartica damnantur uehementiora, præter quam in hypofaracha, quæ uehementiores sustinet portiones. Ex causa pariter calida quæ uentrē acrius perturbant iecori inimica sunt. Ob eam causam aloës lachryma, summopere damnatur, quæ in præpinguibus additaq; mastiche non improbat. Qui eam deuorant, nihil assumere debent nisi perfecto opere. Quidam uenenata cathartica in portionibus dare aut si sunt, quale est euphorbium, ac coccognidium, a quorum portione, quæ iecur confortat, ac mediocriter astringunt in cibo offerunt, in longis namq; morbis ex materia typicorum continuus usus inutilis est, quandoquidem meatus oppilat: uerum si uenter suffus fuerit eadem percommode data profunt, uel in deiectionibus ipsis: in hoc modo iuuat aluum quotidie molliter soluere. Veteres catapotia ieiunis dabat facta ex absinthij duabus & myrrhæ tertia parte.

De uomitu, quæ hydropicis urinam ciunt, Cap. XXVII.

Urina mouita

Utilis quotidianus, aut alterno quoq; die, ante cibum & post, uomitus est, morbi initio in omni hydropis specie, præsertim in ascyte, sed ab imbecilliori inchoandū est, uel in tympanite, quandoquidem in ijs pituita utiliter conuellit: si uires non sunt, id remedij genus uires plurimum proterit. Quæ uero per aluum infunduntur, cæteris præterquam anasaræ hydropi speciebus prodesse traduntur, præsertim cum cathartica, aut uomitiones minus iuuant. In tympanite, inquit Paulus, cathartica quæ corpora colliquant uitanda sunt, et quæ urinam uehementer ciunt: ea melius mouetur cibus quæ medicamentis: uerum si res cogit ex ijs aliquid quod id præstat cibo aut potui admiscendum est, qualis iris, nardus, crocum, cinnamomum, amomum, casia, balsamum, cenanthe, cardamomum, abrotonum, acorum, costum, iunci quadrati, & rotundi semē, ac cyprium: hæc Celsus ex præclaris autoribus. Paulus eadem fermē commemorat, sed et cyminum addit, daucum, asarum, myrrham, petroselinum, calamum odoratum, piper, selim, spondyliū, per se singula aut mixta, quæ posteriores plurimū laudauere. Nā initio morbi cū uires sunt, dari debet quæ uehementer urinā euocant: uerū deiectionē præponunt, sed primo (ut tradunt) quæ leuissima sunt, qualis rosa, ac nardi spica, tentanda sunt, ac uaria subinde remedia iuuat, consuetudine enim facile contemuntur, quod in omnibus curationibus obseruandū est. Ab ijs iure pingui hydropicus potionandus est. Ad urine poros leniendos, id præstat gallinacū ius, fomenta præterea sicca præter quæ supra dicta sunt, calefacta harena ex marino littore membrīs imponitur et in ea sepeliri iubet Paulus, aut calidis aquis naturalibus immergi, cæteris uero balneis abstineret tradit. At si lauari placuerit, nitrum, salem, sinapin, calcem ac similia subinde inspergito. Nam & arida sine lauacro per se imponuntur, uel ex oleo uetusto confricata. Quin etiam quotidie ter, quater uel, frictione uehementi uti opus est cum oleo & quibusdam excaleficientibus, imponendum est sinapi, donec cutem erodat. Alij ferramentis canden-

Varianda remedia.

Balnea hydro-picis conuenientia

candentibus pluribus locis uentrem exulcerant: alij, ut uidimus, cutim cultello passim concidunt, aut nouacula, paulatim enim humor effluit, nonnulli paracentesi utuntur, aquamq; singulis diebus sensim demunt, uires ægri custodientes. Hactenus communiter de omni specie dictum sit: hinc ad speciales curationes transeundum.

De hydropse siue ascyte hydrope, Cap. XXVIII.

Cum igitur in sanguinem succum mutare non potest, nec humorum ullum discrimen habet iecur, aut eius expultrix potentia, renūq; attrahendi uis imbecilles sunt, aut alterutra duntaxat, ascytes haud dubio efficitur: euenit abscessus, aut oppilatio nis utriusq; causa. Euenitq; & ascyitis altera species purulenta, aut excrementaria improprie dicta, cū rupto intestino apostemate idem uentris caui copiosum pus cōpleat, aut iecoris abscessus: aut si uulnere, aut abscessu, quod uix credibile habetur, disrupta sint ulcera, excrementis intumescere uenter solet. Cæterum ascytes frequens uitium ex digendi infirma contigit potentia, qua citreus salisq; humor membrīs omnib; formidolosus generatur: qui ad membrum ipsum per portam reiectus in uapore soluitur, et sub peritonæo frigido membro in aquam facile conuertitur, in furnibuli modo, unde a quis utris modo sensim compleri uidetur, nec uitium sentitur nisi copiosior intus restagnauerit materia, quam exilis caliditas euincere non potest: uirosam enim et iniquā materiam ad quamcunq; potest partē natura omni nixu expellit: nam & ad ossa sæpe apertis poris transmittitur uirulenta & pestifera gallici noui morbi materia, qua remollita & extumescencia uisuntur. Refert Hippocrates pituitā inter phrenas et uentrē quandoq; infedisse, quæ per aluū nō deiecta uenas urinæ & uesicæ ureteras dictas ingressa miro quodāmodo expultrice uirtute irritata educta est. Nec minus mirum est, quod in pleuriticis quādoq; uisum est a Galeno, pus ipsum uenam magnā per poros subisse & per urinæ meatū exitum habuisse: nā & per aluū nos uidimus subductū uirus. Ex mesentericis quoq; aliqua uenarū proscinditur uulnere, aut sponte nature tunicarū imbecillitate, unde effusus sanguis caui uentris implet. Et renū quoq; amplissimi meatus si oppilat uel iecoris (quod sæpius dictū est) aut eorundem expultrix inualida ad naturales exitus non expellit, tum aquositas ipsa, teste Galeno, ad luminis interdum uenas expellitur, quæ olim in utrisq; ijs constituta puerperio amplissimæ ad iecur ducebantur, umbilicales appellatae, ex uenarū uulua orificijs iam effœta, quibus in utero conceptus urinæ liquorem in secundarū sinu pro tempore exonerat, propterea ab obstetrice diligenter colligantur. Et obessum transitum humoris ad renes & uesicā sentiens sagax natura, uenas illas iam emeritas ac induratas emollit & aperit, & humore replet, qui cum per umbilicalem clausum exire non possit, per exiles tunicarū poros refundat, atq; eo modo uentrem implet. Sæpius tamen euenit, ut nimio aquæ pondere tunica iecoris ambiens sublati quibusdam uesicis, rumpatur, quæ ascytem efficit. Aut ulcera pariter in ea parte erumpunt, quæ ascytem purulentam, aut uomicam efficiunt priori similem.

Ascyitis hydropis nota, Cap. XXIX.

Uenter paulatim intumescit, qui percussu utris plenis sonum elidit, et premente manu, aqua cum quodam murmure cedit, uel æger cum in latus se uergit idem sentit. Tū uenter grauis est ac tumidus, crura inflantur, postrema, caput, ceruix, ac brachia gracilescunt tabefacta. Et scrotum interdum cum pene hydrocelarum modo aqua intumescit. Urina tamē, ut dictū est, exigua demittitur. Pulsus uenarum riget, si febris adest, alioquin mollis, tenuis, ac frequens cernitur: Tussis item importuna ægrū excruciat, & a somno excitat, facies decoloratur. At subito quandoq; id malum oritur, in renibus calculorum uitio, qui tunicas meatuum urinæ quandoq; misere dirumpunt, quo fit ut urina subito malo uenter impleatur. Hydropici sæpe profluuiū uentris cum dolore torquentur, cholericō aut cruetō, fluxus enim continuus est, si stomachi, aut graciliū intestinorum, aut mesentericarū uenarū uitio cōtingit, ex quo nihilominus uenter detumescit. Si uero lienis affectu hydrops euenit, facies nigrescit, aut plumbea redditur, & cibum tamen appetunt. Renū causas sæpe ostendit dolores, & ulcerum signa, constansq; appetitus. Vidimus puerum quinquennem in Codelmaria patricia familia suppurante peritonæo hydropem perpeffum, cui spina cum lūbis & pedes intumere, cū cibi

Ascyitis causa.

Venarū pulsus

cibi tædio, & erupto per umbilicum pure, protinus conualuit. Ascytis enim similitudinem is morbus ex toto referebat.

Note quibus causa dignoscantur, & prognostica, Cap. XXX.

Calida materia signa.

Stitis, faciei pallor, oris amaritudo, febris, apostema calidum, uictus ratio, cibi tædium, ardens urina, suppressa, & aluus calidam materiam arguunt. Ex oppilatione cibi fastidium, ac aluus cruenta, apostematis duriciem indicant. Frigiditatem uero ostendunt signa superioribus contraria, exigua sitis, os saliuum humes, faciei pallor, cutis mollior, aluus fluens, & pituita interdum uomitus, aqua largius pota, aut precedens frigidus morbus, qualis amphimerina febris est. Urinæ iudicium certum non est, nam interdum alba, interdum ruffa emittitur: ijs subscribunt, ætas, regio, anni tæpus, cõsuetudo, ac uiuendi modus, ut si ociosus sit, an militaris. Sed de augurijs hæc pauca subiiciemus: hydrops tempestiue melancholicos sanat. Aluus fusa in ea deterior est sicca, eadẽ salutis est, si sponte sua legitimum humore quacumq; parte exonerat. Si extenuatur uentris sumẽ, catharticoꝝ uim nõ sustinent. Si obesus est, aut carnosus deiectiones ualenter ferre promittit. Si hypofarchæ fluxus superuenerit uehementẽ morbu sanat. Acuto morbo intercedens hydrops malo est. In eo uitio excreationũ graueolentia, nisi ex alia euenierit causa, letalis est. In hydrope anheladĩ difficultas pernitiẽ minatur, uel si cita pariter aluus superuenerit, qua nec uenter obiter * residerat. Hydropicis morituris os & gingiuarũ exulcerantur, iisdẽq; si urina bicolor apparet. Ex duro apostemate insanabilis est hydrops. In pestilentia, & in cæteris acutis febribus sublatus subito uenter exitium portendit.

Alia residerat Augurium in peste.

Ad ascytem hydropa curationes, Cap. XXXI.

Zeta Heliocaminũ.

Communia remedia sunt, quæ de cœli, regionis, lociq; salubritate dicta sunt, sub sole tecto capite & a uento, ante cibũ cõuenit mēbra cõfricari, aut harena tegi, aut cinere quercino. Antiquitas ut in alijs pluribus ætate nostra diligentior, in ædibus suis in ipsa Zeta heliocaminũ constituebat, solare uaporariũ, ubi solẽ accipiebant, & uelis obductis quantum uoluissent auferebant, sed Zetam odoribus prius uaporabant, fricabatur, ungebanturq; oleo, aut unguento in delicijs. Eo modo Venetus mercator ad reũ gratiam similia luminaria constituit, colorem ita excitat, aut nitorem, bonitatem ita augendo se præstaturum putat. Sed id inter adulteria annueramus. In heliocamino de quo mentio habetur, caput auertere necesse est, sed tantũ uentrẽ exponat, & in anasarca reliqua mēbra, ne sitim nimius excitet uapor. Pro diæta uero a fluminibus, ac fontibus procul fiet, neq; cũ potioribus cõuersetur, ne auiditate bibedi augeant, nete aer humidus noceat, nocet ob eã causam euronotus, & ex tæpstatibus pluuiosus aer. Sicca æstas, aquilones, siccaq; regio quærenda est, ac cubiculus qui in aquilonẽ uergat, ubi et sicca fõmẽta impetrada sunt. Singulis diebus fontes adeat calidos, quales Patauinos et Bononien ses diximus. Bibat aqua calidã quotõ quoq; mane, ut in libro fontiu calidorũ diximus. cœno eriamnũ cõduuntur obducti calido ad corpora eo modo siccanda, naturale enim fomentum est. Qui ex longinquis regionibus cadis aquas, aut cœnũ ad id remediũ cadis comportant, & igni excalescentes sæpe numero decipiuntur, euanescente illa natui caloris potentia. Cœnum subinde calido lauant fonte, terguntur membra linteis sole calefactis, mox in lectulũ collocantur, tectisq; quiescere patiuntur. Hyeme in thermis lectulos locant, ubi continuus sit nidor, ubi frictiones maxime iuuat. Quidã temporariũ constituit clibanũ ad id maxime utile, in quo qui hypofarcha hydropa patiuntur, membra præter caput locant. Inclinate morbo, marinæ natationes ubi fluctibus littora nõ qua tiuntur, sed in portu recessuq; maris aliquo, ubi silẽt undæ profunt miro modo. Sulphurati fontes ac bituminati omnibus hydropicis cõferunt. Quibus ea non sunt in pelui aquam cõijciunt calidã, in qua sulphur, nitrũ, cinerem quercinũ, lauri baccas, methastrũ, calamintham, pulegium, asarum, serpillum, baccar & similia his seruefaciunt, imposito linteo tentoriũ modo caput exerunt, & reliqua membra fouent & cõfricant, alternisq; diebus id faciunt, & membra quo dictum est modo exiccant, sed per ea interualla, membra oleo siccatione inungunt, & nitro saleq; tosto & trito pariter superinspergunt. Distẽdi corpora pluribus certum est, qui a cibo sæpe balneo utuntur.

Quæ

Quæ a frigida causa fieri debeant, Cap. XXXII.

Quum a frigida causa ortum habet ascytes, calidiuscula esse debent, quam si a calida fuerit, tum ad temperamētum uergere curationem debent ex media materia. Omnibus tamen secundarius panis, quam simlagineus utilior est, caro hædina, uitulina, capreoli, & saxatiles pisces, inter aues, turtures, perdices, & quæ rostro pedibusq; rubris foeniceis alis frequenti in Creta, & Cypri insula sobole, domestica etiam num mansuetis foetura, perdices ab incolis uocantur, turdi has sequuntur, luiciniæ, & cæteræ auiculæ. Peculiares sunt huic morbo alaudæ, galeritæ dictæ, ab insigni galero, si sine pane tostæ singulis diebus commanducantur: eo tantum cibo pasti quidam hydropici sanati sunt. Laudant alij herinaceos. Galenus eo uictu iusculenia damnando, cum pane ex polline hordei plures sanitati restituit. Aliqui camelinum, caprinum, asinumq; lac dare soliti sunt exeunte uere. Quod si in stomacho coierit opopanacum in pillulas dari iubent, quo caleatio illa dissoluitur, ieiunium tantum datur, nec cibus lubinde datur, nisi concocto lacte. In potu prodest parum uini pucini, aut græculi assumpti, sed efficacius est ex toto abstinere. Sed sitim etiam uincimus abstinere uino, aut simili de quibus Dioscorides exquisitissimus autor multa commemorat. Interdum acetum leuis acrimoniæ gargariandum damus. Inter olera daucum laudamus, apium, petroselinum, raphanum, rapum, porrum, betam, asparagum, lupum salictarium, thamum, absinthium, mentham, mellisophillum, sinapi, allium & cappares. Inter fructus amygdalas amaras, pistacia, auellanas, ficus siccas, & oblectamenti gratia passulas interdum & palmulas. Inter condimenta, piperatum uel piper cum aceto tunsum. Damnatur quicquid tarde concoquitur, pisces, caseus, butyrum, legumen omne, præter lentem, & panicum, et alicam: mellaria item, & sacchara omnia, farinacea ac lactaria et panificia. Ad arcendam sitim punica mala dulcia, ac arantia, persica, & cydonia mala interdum damus: Olera omnia damnantur in cibis, brassica, & atriplex in primis, Plinio teste, a Pythagora, inquit, accusatur tanquam faceret hydropicos, morbosq; regios & pallorem, difficillime (ut tradit) concoquitur. Iuscula enim eo modo damnantur, & pulses, ius ciceris atritum tantum experitur. Meridiani hydropicis nocet, nec nocte plurimo uti somno licet. Longa ieiunia obsunt, diuturnæq; uigilie. Iuuat irascentia mediocris, omnibus uero mœror obest.

Cib. idoneus.

Perdices in Creta.

Panis hordeaceus.

Potiones ad ascytem hydropa ex Aegineta & alijs autoribus, Cap. XXXIII.

Si cum febris (inquit Paulus) hydrops fuerit, cibis calidioris naturæ, medicamentisq; sacrioribus abstinendum est. Cæteris hydropicis quæ uehementer urinam ciunt danda sunt, nam & scylla tosta cum melle cocta in eclegmate datur, in aqua item quam bibunt decocta prodest. Id quoq; probatur quod habet interioris scylla: lb. 2. quæ in uini austeri sextarijs tribus decoquantur ad tertias, urinam mirifice ciunt. Subueniunt ex oxymellice piera, aut theodoriton, aut ex amaris amygdalis trochisci. Quæ aquas trahunt plurima quidem inueniuntur. At ea præcipue probatur: Coccognidij grana 40. aut 50. uel lathyridis ceratia 20. aut 30. uel euphorbij ceratia 5. uel 7. uel squamæ æris 3. 2. uel 3. cũ refrigerantibus in catapotia sumuntur. Aut sambuci radices corticis succus cum condito potus, uel inter iniã chamælex folia, & æris combusti, & anisi æquis portionibus ex aqua drachma datur, exinde dux, uel plures interposito tempore. Ea quoq; mira catapotia sunt, Aloës, euphorbij, coccognidij ana uncia, iridis dimidiam, cum brassicæ succo in pilulas coguntur. Dabis ceratia 7. aut 9. Et diagaryophylon antidotus aquas mire trahit. Sunt uina quæ eisdem sunt effectus. Est optimũ scyllite, id habet apij, sceminis caparis, radices corticis, piperis ana 3. 4. coccognidij purgati 3. 1. folij 3. malobathri duas, uini optimi acerabula 12. mellis crudi libras 6. trita & cribrata uino commiscuntur, ac scyllam quoq; liquatam adijcitur: modus est linguis tribus. Exinanita aluo theriaca danda est, ac simi bubali cinis cochlearij mensura ex uino quotidie dabis potum, præcipue epiferum. Hæc Paulus. his digestionem procurat, habitudinem alterat, uias aperit, & materiam trahit. Nostri recentiores qui eos secuti sunt, uentrem exinanendum initio morbi tradiderunt omni cura pro corporis uiribus. Ex causa igitur frigida auxilia tum actutum potentia calida deligenda sunt, quæ attenuant, & pariter aperiunt. In calida uero

Hydrope cũ febr.

Aquat trahētia.

B tempera.

Si hydrope
apostemate
febris fuerit, quid
agendum.

Simplicium ui-
tes in curanda
hydrope.

temperatiora conueniunt, utriusque enim morbi scilicet & causæ ratio habenda est, sed morbus nos magis sollicitos reddit. Si uero apostema affuerit, in primis id curandum erit. Magno errore trahuntur, qui hydropem omnem calidioribus medicatur auxilijs, mixto enim temperamento opus est, sed uincenti parti magis occurrendum est. Tribus sæpe hostibus aduersamur, apostemati, febrili, ac hydropi, de primis intentiori cura agimur, in postremum quem non negligimus temperamento ferè omnium rerum auxilia ducimus. Nam si febris plurimum uexat, frigidiuscula dari debent, quandoquidem sedato febris uapore naturalis calor ad sanguinem generandum habilior, ac ualidior redditur, ob eam causam hydropis uitium non cessat, nisi calor aduenticius penitus extinguitur. Præteritas igitur causas, ac præfentes nouisse oportet. In frigida ac calida causa miro & ualentissimo remedio iuuat dialacca cõpositio. Sed ea quoque laudatur, quæ habet cinnamomi, zingiberis, cardamomi, galagæ ana ʒ. s. garyophyllorū, schœnoanthi, cymini, acori obolos duos, calami odorati, cyperi, selesis ana obolum, sacchari puri sili- bram, aquæ apij, scœniculi ana ʒ. 2. tragemata conficito, ieiunis dantur drachmæ binæ, sin- gulis diebus. Quidam urinam pueri matutinis collectam cum rutæ succo exhibent. Ut simplicium facultates percurramus: Sanat sinapis semen, raphanus, ceparum succus, in- cipiente hydrope cum succo scœniculi, portum cum centaurea, aut in ficu duplici. Semē cucumeris syluestris uel elaterium. Radix pastinacæ erraticæ ex aqua. Lactucæ caprinæ, lac expissatum, mox in aceto pondere obolorum dulim adiecto aquæ uno cyatho da- tur. Alij lactucæ syluestris succum duobus obolis, in aceto, scylla condita in aceto uel ro- sta purgatur, mediumque eius coquitur in aqua tribus obolis cum melle & aceto pota. Ocimum prodest. Ruta cum ficu decocta ad dimidiās partes, ex uino bibitur, uel cru- da uel decocta, uel condita medetur. Anisum tritum. Radix hypomarathri, ex uino de- cocta. Radix cyperi. Asarum ʒ. pondere ex hemina mullæ. Hydropicis incipientibus polium datur in uino coctū & potum. Candidæ chamæleonis radicis succus decoctæ drachma in passo bibitur. Chamædaphne auxiliatur arida tusa in aqua cochlearij men- sura, qui celeriter reddunt aquam. Amaracum maxime prodest. Et laser potum. Calitri- chon, radix ampelofagrix alui humorem cit, in aqua datur & in uini Coi cyathis duob. decocta. Centumcapita auxiliatur. Hemerocallis radix cum melle imposta uentris a- quam pellit. Radix asphodeli in uino cocta datur. Absinthium cum ficis siccis, uel cū fa- rina hordeacea nitro addito imposta. Vua in cœlesti aqua seruata hydropicis dari po- test, & ardore febrium ægrotantibus. Ciceris utriusque ius. Et thus terræ si sunt pilulæ est ficu, aluū trahit. Hydropicos exinanit, radicis corticis succus sambuci in uino decoctū ad duos cyathos poti. His perquam utilia sunt uiticis semina pota, harundo syriaca, uel iudaica, duobus obolis pota. Hederæ bacæ aurei coloris, per urinam educit aquam ʒo. in sextario trita, ita ut terni cyathi potentur. Incipienti huic malo trixago efficax manua- libus scopis eius in tribus heminis aquæ decoct. usque ad tertias. Apioscyllæ succus in a- qua mullæ acetabuli mensura datur. Imponitur elleborum nigrum cum farina hordea- cea & uino: purgat per inferna hyssopum cum ficu sumptum, cum melle, uomitionib. panax, plantago in cibo, cum primum panem siccum comederint sine potu. Betonica drachmis duabus in duobus uini cyathis, aut mullæ, agaricus, psyllium ex uino. Anagal- lidum succus. Coryledonis radix ex mullæ. Ebuli recentis radix excussa ratum nec col- luta, quantum duo digiti comprehendant ex uini ueteris calidi hemina si febris absit, uel semen ex uino nigro. Tripolium ʒ. duabus. Tithymallus, palaryphyllon, cognomi- ne. Semen hyperici, quod charos appellatur. Item uerbenaca fasciculo manus plenæ de- cocta in aqua ad dimidiās. Iridis succū ʒ. 3. pondere dedere multū exiguo nardo admix- to. Androsace duabus drachmis tusa, aut decocta, in aqua uel uino. Succus hypesti tri- bus obolis, latyridis grani sanant in cœna in aqua pura, aut mullæ pota. Datur & suc- cus pancreatij cum melle. Semen smyrnij peculiariter datur in potu, quibus & succus il- linitur. Fimum uituli masculi illinitur, & eiusdem cinis, de quo Aegineta paulo ante re- tulit cum semine staphylini, æqua portione ex uino. Sanguis caprinus cum medulla: ef- ficaciorum putant hyrcorum, utiq; si lentisco pascantur: alij leporino fimo utuntur. Oe- sippum ex uino addita myrrha modice potui dant, nucis auellanæ magnitudine. aliquid addunt

addunt & anserinum adipem & oleum myrteum, sordes ab uberibus ouium eundem effectum habent. Item carnes inueteratæ herinacæ sumptæ, uomitus quoque canum illi- tus aquam trahere promittitur. Sphagni succus cum uino potus primum cum iunipe- ro tritus. Nitrum datur cum ficu tulum, illiniturque. Adeps delphini liquatus, & cum ui- no potus. Alij squamam aris tritam & ex aqua pluuiæ lotam ʒ. 2. in mullæ hemina dede- re, quam illinunt cum polline, hæc in simplicium facultate inuenies, ex quibus quædam etiamnum ex materia & causa calida inueniri possunt, uel si febris adsit qualis plantago dicta, & coryledonis radix, psyllion, strychnæ, uescaria dicta. Ex posterioribus succum berberis, ubi uenter præsertim solutus esset. Prodest & seris syluestris cum apij succo. Ex compositionibus diarrhodon prodest, uel ea mixtura quæ hæc continet, seris sylue- stris & sonchi succi ʒ. 5. coocognidij ʒ. 1. agarici, & succi eupatorij ana ʒ. 2. tamarindorū, rosarum seminis cucumeris satui ana ʒ. 2. s. 10. trochisci fiant, ex quibus unus quotidie sumi debet, cum syrupo acetofo. In causa frigida aquæ prassij ʒ. 4. ieiunis datæ quotidie hydropicos sanant, & ante cœnam binæ duabus horis, et quadrui interuallo iridis suc- co aqua trahi debet, id sæpe fieri debet, donec uenter resideat. Dedere alij hederæ gum- mi cum mullæ in potu miro auxilio.

De potionibus aperientibus & materiam præparantibus. Cap. XXXIII.

SI ex calida fuerit causa, eam potionem hoc modo facies, seris utriusque satiuæ & sylue- stris cichorij, sonchi, eupatorij, scolopendriæ, adianthi, callitrichi, capni, plantaginis, uescariæ, lupi salictarij ana quantum manum implet. Seminis cucumeris satui abiecto cortice, melopeponis, cucurbitæ, passulæ, hordei, buglossæ ana ʒ. 2. grongi, chamæpitidis ana ʒ. s. schœnoanthi, iūci quadrati ana ʒ. 2. ex aqua decocta, adde sacchari quantum satis sit: & sandali & cinnamomi paulo aromatizentur. At si febris affuerit ardens non sine uehementi siti, uiolæ addes, ac nympheam, strychnæ, semen lactucæ, ac syriacam berbe- rim. Inclinate febrili addunt apij & scœniculū, cicer atrum, ac buglossum. Si causa præ- cessit frigida, syrampus medetur cum apij succo puro, iniecto saccharo uel melle, ex aqua hyssopi diluitur & matutinis datur. Sed efficacius id habetur, radicis apij, petroselinū, alparagi, rusci, iridis, acori, ari recentium ana ʒ. 1. seminis calaminthæ, betonicæ, organij, silymbrij, prassij, hyssopi, chamædidis, chamæpitidis, scolopendriæ, thymi, eupatorij ana quantum manu cõprehendatur, asari, phu, schœnoanthi, calami odorati, aristolochiæ ro- tunde, centaury minoris, grongi, absinthij aridorum ana ʒ. 2. cyperi, gentianæ, glycyrrhi- zæ, corticis radicis capparis, seminis anisi, ligustici ana ʒ. 3. ex aqua melle addito potio- nem facito, cui acetum scyllite adijcies & cinnamomi & spicæ exiguum. Prodest & eu- patorij syrupus per se, aut bisantinus dictus. Inclinate febrili syrupū constitues tempe- ratorem ex ijs quæ dicta sunt simplicibus: Callitricho, lupo, grongo, seris utraq; scolo- pendrio, cichorio, eupatorio, absinthio, hyssopo, omnium uncia, apio petroselino, bu- glosso, schœnoantho, ex uerbena, cum aqua & saccharo quo dictū est modo conficies, & cinnamomum, & sandalum commendationis gratia adijcies. Maiorana decoctum miro modo hydropicos per se iuuat, nam urinam cit. Linodesmon capillamætaris her- ba: epithymo quàm simillima salutaris est. Methastri medicamentum, Galeni sententiæ; aquas per urinam mire trahit, sed iam ad cathartica transeamus.

De uentris deiectione in alyte. Cap. XXXV.

SI ex causa fuerit calida & bilem & aquam pariter purgabis, si exuperantes fuerint, si cholera aquæ mediocriter admixta fuerit, potionibus leuiter mitiganda est, sed aqua duntaxat trahenda. In initio tamen morbi antequam uenter distendatur bilis apte perpur- gatur, ut quidam uolunt. Paulatim enim uenter si deijcitur, ægrum non turbat. Ex cali- da materia uehementius medicamentum facilius ferunt, quàm ex frigida, robustiores enim calidæ habitudinis sunt, quàm frigidæ. Tutius enim est, si sensim id fiat. Ex phar- macis quædam uehementissima sunt, quædam imbecillia, alia mediocria. Primi ordinis sunt tithymalli lac, coocognidium, ac euphorbium, elaterium, scammonium, tripolium gummosum, colocynthis, ea robustis dantur, lacertosisque agricolis, duræ habitudinis. Mediocria sunt serapinum, in materia præsertim frigida: iris, ebuli succus, aut corticis ra-

Compositio
ad hydropem.

In calida causa
potio.

Cholera aqua
mixta quomodo
purganda.

Pharmacorum
differentia.

dicis sambuci, urticae succus, aqua foliorum raphani, opopanax & radice succus humanae palmae, à multitudinē ueluti digitorum nomen habet: ea syluestris est, qua corpora augetur, lagia ab alijs appellata, in pulve datur & faciei hilaritatem facit, ex Africa defertur, nam & apud nos inuenta mihi demonstrata est. Modus seruandus est, nam sanguinem exacuit, ignem sacrum inducit: sed ephimeron uentrem turbare potius crediderim siue pericarpō, flore caeruleo semine superuacuo folijs lilij, radice una digitali crassitudine in bulborum genere, colchichon à quibusdam nominari tradit Gal. in simplici um libris, alterum genus iridem agrestem uocant, quem hermodactylū alij uocant, duorum generum, alterum cortice rubro, alterum nigro, in hoc uis innocentior crassam pituitam per inferna educit: folia inquit Dioscorid. habet similia lilio radice foris nigra intus alba Emollit uero aluum, tertij meriti absinthium, herba quae quam soldanelam uulgo uocat, in litoribus colligitur, folio oblongo, hydropicis aquas trahit. Radix anemones cruda commanducata pituitam trahit. Cedrosi pota 3. pondere in aqua mulla. aut ex passo decoctae pituitam excoquant & extrahunt. Pityula pituitam trahit & bilem & aluum. pituitas & aquam trahit priuatim aceris corticis denarij pondus, potu in hemina aquae frigidae. Et aquam quae subijt cutem extrahunt fraxini folia. Ad pituitam bilem quae detrahendam sambuci foliorum mollissima, ex oleo & sale eduntur. Pituitae uero eruptionibus extra corpus medetur elleborum cum axungia salsa illitū. Succus marubij bibitur cum melle, nam bilem minuit, extrahit efficaciter duabus drachmis hiacynthus syluestris: Hippophia obolo ponderis saluberrime cum mulso. Trahit bilem olei aleomeli, quod in Syria ex ipsius oleis manat sapore melleo, non sine nausea, duob. cyathis in hemina datis. Chamalea in duabus partibus absinthij decocta, succo quae eo cum melle denarij pondere, ceratix radix purgat in aqua mulla potere denarij pondus, semen eius potum lymphatica somnia facit. Bilem detrahunt peucedani radix, & polypodium, & tithymalli succus cum afro nitro. Apioscylla succus de qua paulo ante dictum est acetabuli mensura in aqua mulla. aiunt quae, inquit Plinius, superiore partem eius uomitōne bilem extrahere inferiorem per aluum. Androsomon tusa bilem trahit cum semine pota, maturino, uel in coena 2. drachmis in aqua mulla, uel uino uel aqua pura rotius potionis sextario. Ascyroidis semine pota 3. 2. cum hydromelitis sextario. Bilem & pituitam trahit peplos pota acetabuli mensura: eosdem humores thlaspe dum generū, angustis folijs digitali longitudine in terram uersis in cacumine diuisis, cauliculo semipedali non sine ramis, petarum specie, semine incluso, lenticulae effigie, nisi quod infringitur, unde nomen, flos albicat, nascitur in semitis & sepibus. Semen asperi gustus, bilem & pituitam utrinque extrahit, modus assumendi acetabuli mensura est. Alterum thlaspen aliqui persicum sinapi uocat, latis folijs radicibus magnis, & ipsum utile ischiadicorum infusioni. Eadem fere Dioscorides, bilem detrahunt sesamoides in aqua pota à similitudine nomen accepit, grano amaro, folio minore in glareosis nascens. Addunt alij scamoneam minorem siue conuoluolum minus cum tritico nascens, serpit & facta amplectitur. Fimum columbinum aluum & aquam detrahunt. Soluit uentrem & aquam demittit lactis serum largius potū, uenarū enim orificia. Ius quoque gallinacei ueterati aluū soluit, aut galeritae superioris, ut tradit.

Quae potiones aquam detrahunt in ascyte, Cap. XXXVI.

Succus iridis EAE pilulae quae rhapsontico adscribuntur hoc modo fiunt: Rhapsontici, succi eupatorij, seris seminis ana 3. 3. agarici semidrachmam, coccignidij 3. 10. in pilulas digeruntur, modus est ad drachmas duas, septeno dierum intervallo dantur. Datur syrupus quoque ex iridis nostrae succo, ex melle uel saccharo, alij purum succum dari tantum iudicant seminiunciae pondere, nec ullam fere uim habet si decoquitur: purus esse debet abiecto sedimento ex saccharo uel syrupo uiolato, aut ouo sorbili delicatius sumitur, praestantissimum id remedium habetur. sextaria quandoque tria per aluum detrahunt. Parem uim habet succus palmae humanae, qui cum bibitur nec fauces nec gula urit, sicuti prior succus, inuenitur in Campania frequens herba, in petrosis nascens, uulgo petrascindula dicitur, aut uerius saxifraga uocari potest, cretamo odore et gustu perquam similis, nisi quod tenuior, ac longior exit, in apricis collibus colligitur: incolae petrascindulam uocant, nā

& Ro.

& Romae inuenitur, cuius radix aquam mire trahit & crassam pituitam, hydropi ascyti & hyposarcae perquam utilis, à granis quinque ad dena modus est. Chamalea aluū purgat. Detrahunt pituitam bilēque, folijs in duabus partibus absinthij decoctis, succo quoque eo cum melle pota, laureolam nunc uulgo uocant. Hanc esse crediderim, quam uulgo Cretes, ut mihi demonstrarunt, pordouatanum appellant, trahit aquam infinito crepitu unde nomen. Chamalea arida folia semiunciae pondere tusa mali cydonij succo insula, biduo, addito aceto cum syrupo rosaceo in massam tunditur, semiobolus datur, addimus & cinnamomum. Tuto delicatis & regibus dantur prestanti auxilio rhecoma 5. 2. cum oxymellitis compositis binis uncis ex lactuce, sonchi, id est, scariolae, ac feniculi decocto, quatruiduani id intervallo datur: infirmis aegris singulae drachmae dantur ascyti & hyposarcae hydropi. Nouimus. Hispanum quendam empiricum, qui pilulam ex succo cucumeris syluestris, ciceris magnitudine cum uini cretici, aut rheici uncis quatuor datur purgare uolentibus, semicongius aqua detrahebatur. Delicatiores cum uino datur in quo rheubarbarū prius infusum fuerit, totā quādoque aquam una die extrahit: alij herba utuntur. Radicis quoque ebuli succus 3. pondere aquam trahit. Radicis uero sambuci corticis succus ana 3. 2. ad quaternas dari solet. Alij radicis ebuli succum acetabuli mensura quotidie nouem diebus dedere decrecente luna, atque ita sanari hydropicos: quidam in uino dari suadent. Quidam succum ex sambuci cortice medio, cum oxymellite, aquam & difficiles humores detrahunt, si sursum uersus ligno abradunt, uomitiones concitari, si deorsum uersus, per inferna deduci tradunt. Et radicis cucumeris erratici semidrachmae pondere si bibitur, sine uexatione aquas detrahi uideo ac ex uino decoctū prodesse. Inter compositiones à causa calida ea mixtura facillime aquam deiecit, habet succi eupatorij 3. 1. s. lactuce 3. 2. aristolochiae rot. 3. 2. s. schœnoanthi 3. 1. costi 3. 1. s. seminis grongi 3. 2. seminis cucumeris, lactuce omnium 3. 1. scammonij 3. s. tunsa miscetur, ex eo polline 3. 3. opportunitate deiectionem faciunt. At causa frigida pilulae quae sagapenij dicuntur, & quae ab euphorbio nomen habent, mire aquam extrahunt. Sed euphorbium hoc modo praeparandum est: Eius farinae hordei & tragacanthi glutinis ana 3. 2. cum succo cydonij mali pistillo ad unum redigantur, mox pane inuoluta massa in furnum inditur quoad decoquatur, nec torreatur, abiecto pane, eius medicamenti semisrupulus datur cum sorbili, aut mulso, robustioribus scrupuli pondere. Aliud euphorbij, cymini, mastichis ana 3. 1. sagapenij 3. 2. cum tragacanthi glutino in pilulas digeruntur, modus est ad drachmam.

Deijs quae urinam ciunt, & quae in aluum infunduntur, Cap. XXXVII.

ASparagus (ut tradit Paulus) laudatissime estur, Gigidiō, porrus, sinapi, caucalis et si nilia syluestris. Vinum uetulum tenue bibendum est. Decoctum calamintha, aut succus prodest, nam urinam ciunt. Aut seri caprini, quaternae unciae, nardi 3. 2. feruefiant ad tertias, & bibatur. Rubiae quoque decoctū, seminis apij, feniculi, absinthij, et plari raginis decocti succus. Betonicae farina, cyperi, chamædrydis quoque cum uino meraco renuit. Et cantharides abiecto capite & alis, cetera tunsa ex mulla dantur grana 4. in balneo et exinde panis deuoratur ex Hippocrate: addunt alij ne uix urinae exulcerentur aut uescica, mali cydonij succum, aut uiolas, aut semen cucumeris, aut melopeponis, cum saccharo uiolaceo, sed genitalia & peccen prius inungito anethino oleo, uel in aqua tepente sede at, & panē uino madentem deuoret. Quidam ex desperata hydrope uino cretico epoto, & in quo cibaria decocta sunt sanitati restitutus est. In aluū uero infunditur ebuli radicis decoctum aut sambuci, aut iridis, cetaurij quoque minoris. Hoc modo, chamælex foliorū drachmae binae, agarici, polypodij ana 3. 1. s. grongi 3. 3. unā cum beta decoquantur, & colentur, decocto adde hierae picrae 3. 1. s. agarici 3. 1. s. mellis 3. 2. salis tosti 3. 2. olei cucumeris erratici 3. 1. s. ea omnia calida infundito. Aliud in alcyte & hyposarcae, habet agarici, colocynthidis, cyclaminis, tripolij, chamælex, betae, mercurialis, ex aqua decoquito, et percolato, adde oleum, hieram. Indum antidotū cum melle & sale. Collyria siue glandes clysteris uicem sibi eunt, habet specierum benedictae antidoti, chamælex, colocynthidis, elaterij ana 3. 1. salis tosti 3. 1. s. seminis rutae, castorei, cymini ana 3. 1. cum melle glandes conficito, quibus filum adhibito. Sternutamenta quoque de quibus in praecedenti-

B 3 bus

Ad pituita eruptiones medicamen.

Thlaspe.

Scamonea minor.

Succus iridis

Succus palmae humanae.

Saxifraga.

Chamalea.

Ebuli usue.

* sanauerunt.

Parinaru hy-
dropicarū cura
tio.

bus libris satis dictum est huic affectui medentur, in nares enim indita & concitatis stenturamentis meatus urinæ & alui aperiunt, commouent enim miro modo corpus, & in primis diaphragma ipsum, unde inferiora intestina ad id munus excitantur. Fœminis hydropicis, ut Aegineta scribit, is pessus salutaris est. Anisi, cardamomi, cymini, nitri, aristolochiæ, fœnogræci, pulegij, cū carycarū interiore parte cōgesta cōduntur in aluum.

De emplastris & fomentis in ascyte. Cap. XXXVIII.

Ascyti hydropi salutaria sunt emplastra, ac fomenta, si quæ styptica sunt non plurimum admisceantur, ne poros & meatus incommode oppilent. Et in causa frigida toti uentri imponantur: in causa uero calida cauendum est ne iecori iniuria fiat. Paulus bubulum fimum arefactum sole tritum ex aceto coctū, aut oxymellite & sulphuris quarta parte addita, uentri imponi iubet, aut caprinum fimum ex urina pueri, aut capræ, fermento, ite aridis q̄ ficis, calce, nitro, iride, cardamomo, sulphure uiuio, et ammoniaco, baccis lauri, astaphisagria, & syluestrium columbarum fimio, aut cum omnibus aut quibusdam ex ijs cum oxymellite emplastrum conficiunt. Præterea epithema appellatum spongiō ex caprino fimio, mire enim humorem trahit per meatus incertos, & uentri. Aliud emplastrum, habet lapidis pyritis ʒ. 12. sulphuris uiui ʒ. 14. ammoniaci ʒ. 12. cymini ʒ. 12. nitri ʒ. 12. exiguo ceræ addito, & terebinthina resina. Corio emplastrum superimponitur uentri. Verum prius (inquit idem autor) cucumeris erratici, radices ex uino decocti cyathum propinandum dabis adiecto singulis diebus cyatho, ad ternos. Tritæ cochleæ cum conchis suis & uentri imponitur (ut tradit Galenus) aquam suctu exinanit. Alij conchulas marinas cum carne tritas & impositas ualere scribunt, quæ non amouentur donec per se cadant. Galenus ex Asclepiade emplastrum commemorat miri effectus, habet zex farinæ sextarios duos, floris lapidis alij unum, mumia ʒ. 1. tunsa cū suilla axungiacogantur ueteri, sed axungiam uino austero per noctem macerari necesse est. Aliud quod ex alto aquas absumit, cōtinet ceræ, picis natalis ana ʒ. 2. aluminis liquida, sulphuris uiui, bituminis, nitri ruffi ana ʒ. 5. terebinthina ʒ. 1. s. olei ueteris ʒ. 4. Aceti quantum satis sit ad omnia cogenda. Aliud simile quo sedimen ipsum exhauritur, habet ceræ, resinæ pini, picis aridæ, baccarum lauri aridarum, nitri ruffi, ammoniaci, seui uitulini, omnium pares portiones, tusa arida, & reliqua liquefacito, cuncta admiscebis. Aliud, fimum uaccæ gregalis aridum tundito, cum sulphuris quarta parte ex aceto commixtū imponitur, ex Archigene huic alij addunt succi brassicæ ʒ. 4. oua cruda 4. Quidam uaccinum fimum ex urina capræ imponunt, efficacissimum q̄ id prædicant. Damnant ex nouellis herbis. Aliud, fimi uaccini aridi, cyperi, rubricæ armeniacæ, ex aqua & aceto diluito. Aliud, fimi caprini, ex aceto diluti ʒ. 4. cyperi, thuris, balaustrorum ana ʒ. 5. rubricæ armeniacæ unciam unam cum uino styptico ueteri ad unitatem rediguntur. Ad idem, zex farinæ, erui, cum succo ebuli, ac sapa imponitur, uel lapidis pyritis ʒ. 1. calchanthi ʒ. 4. resinæ picæ ʒ. 16. medullæ uitulina, omnium dimidiato pondere, in maximo usu est in omni hydropisi, uentrem enim & pedes inflatos & reliqua membra tumentia sanat. Inter epithemata discutientia imponitur rubrica armeniacæ cum uino aut lixiuio temperata. Haud dubio experimento est radices ebuli, urticæ, ex aceto decoctæ si membra foueantur, addunt & cucumeris erratici radices, & baccas lauri, ac iuniperi, & hederæ corymbos, a causa præsertim frigida. Supplet uicem harenæ, inquit Gal. si quis fouea excelsa ueluti elibano, inclusus contineatur, hypofaræa. Nam & in febris cōducit. Imponere alij iubent sinapi tulum cum columbino fimio: aliqui catharides imponi maluerunt, quibus cutis exulceratur, nam uesticæ excitant.

De hydropi quæ lienis uitio, & aliorum membrorum contingit. Cap. XXXIX.

Si lienis uitio id malum contingit, peculiare remedium facit decoctū tamaricæ ex uino singulis diebus potum. Ex mixturis ea mire confert, habet seris syluestris, eupatoriij, scolopendriæ ana quantum plena manu capitur. Mellisophylli, betonicæ, radices fœniculi, petroselinij, glycyrrhizæ, corticis radices ebuli ana ʒ. 1. radices capparis & tamaricæ ana ʒ. 5. grongi, schœnoanthi, absinthij, seminis seris, sandalorū farinæ ana ʒ. 5. seminis anisi, cinnamomi, mastichis ana ʒ. 2. sacchari quantum satis sit, matucino datur. Quidam in eo uitio radices ebuli, ac sambuci corticis ex uino decocto uti malunt. At in renum uitio

uitio hydrops ascytes a calida causa strychnæ hortensis, ac syluestris quæ uescicaria dicitur uehementior est. Dioscorides peculiarem uim strychno dedit syluestri quæ florē rubrum fert, semina 12. dari iubet, aquam mire per urinam trahit: Caprago a quibusdam dicitur herba, alij lactucam caprinam uocitant, huius succus potus uel aqua. Aqua item prassij, chelidonix cum cymino, zingibere albo, ac chalybis limatura præparata. Aliud medicamen ad ascytem hydropem quo urina mirifice euocatur, habet ami, sabinæ seminis, cymini, salis albi ana partes æquales, tunsa dantur drachmarum duarū pondere, cum meraco uino tenui. Sternutamenta forte materiam per urinam ad scrotum demittunt hydrocelarum similitudine, unde acu perforata cuti exitus aquæ datur. Si uero cum hydropi una uentris fluxum ægrum male habuerint, cum ijs quæ aluum trahunt styptica admiscenda sunt, quale est rheumpticum cum plantaginis succo, aut syrupo myrteo, in causa frigida idem rheumpticum tostum cum syrupo myrteo uel cum decocto balnearum citrinorum, si fluxus perseverat, trochisci ex terra quæ aster dicitur dadi sunt.

Quæ hydropi ascyti manu fieri possunt, & de paracentesi. Cap. XL.

Hydricos omnes cauteria sanant, tum in uentre, tum ipsis extremis membrorum partibus. Meminimus Cassandram Tronæ Principis filiam in crurum monstrico tumore, cum cauterium respuisset, excitatis spōte naturæ in pedibus uesticis supra digitos, aqua miro modo fluenti sanitati restituta est. In omni enim morbi tempore fieri possunt, uerum cum humores uiscosiores sunt, ea ulcera minus afferunt humoris. In ascyte uero nisi digesta materia, ac post aliquas uentris deiectiones. Neque enim sanat emissus humor, inquit Erasistratus, sed medicinæ locus facit. Cum supra modum uenter plurimum intumuerit perpetuo subeunte humore sub umbilico paracentesis fieri debet, nec nisi ægri uires de punctione suadent, Galeno autore, sedenti in lectulo id fiat in necessarium complexu, ut aqua ad imum uentrem deuoluta facili punctione præster. Imbecilles extenuata cuti id auxiliij genus, eodem autore, nulli sustinent: unum q̄ tantum uiderat, cui salutaris ea cura fuerit. Senes neque pueri eam punctiōnem patiuntur. Sub umbilico enim trium digitorum directo spacio atrameto locus signatur, Celsus quatuor probat a sinistra parte, si intestinorum uitio id malum ortum fuerit, si uero lienis affectu uersus ilium dextrum, si uero iocinoris causa contigerit, uersus sinistram signandum locus est. Dum scalpello chirurgus uentrem scindit peritonæum membranâ interiorem non tangat, sed eas partes sensim deducat, ut peritonæum digiti spacio leuiter perforet, foramina enim peruia esse non debent, nisi deducta digiti suprema pars in teriori foramini respondeat: admouenda fistula est leuiter retusa, ne ægrum excruciet, aut sine fistula sponte erumpat aqua, tantum q̄ demi debet, ne anima defectum sentiat, singulis enim diebus heminam extrahi satis est, quod & Celsus probare uidetur: & si materia uincitur, seprenis uicibus facile conspicitur, si filo uentrem initio metieris. Foramina aut aperta maneant curandum est, facile enim natura cicatricem inducit. Spongia filo obligata & immissa facile occasionem adimit. Clamat Hippocrates aduersus temerarios ausus, ne qui urunt, aut incidunt aquam subito effluere permittant, facile enim cum ea subducto spiritu commoriantur: & pulsus dum extrahitur aqua, modum indicat, quidam quadridui uel tridui interuallo id tentat, & aquam tandem uniuersam eo modo exhauriri negant, imo coalescere uulnus patiendum est, reliquias enim humoris deiectione facile uincunt. In alia tympanite hydropi id fieri multi negant. Vicem huius paracentesis subijisse uidimus in Græcia felici experimento, nouacula concisa undequaque cuti apte resudante humore. Si in scrotum aqua pariter descenderit, cutis compungitur, tuto q̄ aqua demitur. Si eas punctiōnes dolor subsequitur, olei anethinum, & chamæmelinum apte inungitur. Alij cauterio uti malunt, sex locis cutim inurunt, supra umbilicū ad femur usque tribus, ad utraque illa totidem. Alij cantharide trita cum butyro utuntur iisdem uentris locis, aliqui imo tantum uentre imponunt. Quidam stomachi lienem & iecur inurunt exiguis inuisionibus, & quacunque parte adurendum sit, ad peritonæum non penetrant. Hinc ad reliquas species transeamus.

Caprago.

Hydricos per
cauteria sanari.

Paracentesis

Lienis uitio tympanitē fieri.

Ascites generatio.

SEd causas huius hydropis breuiter percurramus. Aqua frigida, uinum multa aqua infractum potum, & inflantia quæ comeduntur, tympanitem hydropem faciunt, ex quibus inconcoctio stomachi sequitur, aut iocinoris, sed stomachi tamen peculiare malum est, sicut ascytis secundæ digestionis, & hypofarce tertie uitium est. Ex ea enim indigestione uapor, ac uentus ab inualido calido excitatur stomachi, aut intestinorū, in quibus generatur. Ex capite item, ac alijs membris defluit materia, quæ in fumum facile conuertitur ab infirma caliditate iecoris. Incoctus à stomacho succus ab imbecillitate iecoris in summum uertitur. Euenit interdum in acutis febribus ex innaturali seruire, ut humorem, anteq̃ digeratur à naturali calore, naturali opere, in uentum cōuerti necesse sit. Tympanites cum plurimum inflato liene euenit, quoniam membrū rarum, est fungosum humoris inconcocti receptaculum. In uentre eo modo uentus continetur, ut in ascyte humor, nec sine aqua is spiritus inuenitur, sub peritonæo enim fumus ille par tim in aquam cogitur, partim sub forma fumi remanet derelictus. Et Galeni sententia est, ut à remissiori caliditate iecoris ascytes generatur hydrops, exigua enim caliditate in infurnibulo colligitur aqua, quæ exiccata maiori flamma, consumitur, & in uaporem tenuiorem euanescit. In tympanite uenter magis extuberat, minus aggrauat ægrum ad motiones habiliorem, cutis arida est quæ plurimum intenditur, tympani modo sonat pulsus, unde nomen. Cætera mēbra arefacta extenuataq̃ squalent, ægrum ructus crebri crepitusq̃ uentris iuuant, pulsus uenæ uehementius, urina ruffa est, cruenta excrementa cernuntur, minus tamen quàm in ascyte, decolorq̃ facies apparet.

IN ea curatione cathartica uitanda sunt, quibus uentus augetur, aqua tamen per aluū educenda est, qui spiritus inde generatur. Medentur igitur pilulæ ex sagapeno, uel quæ hoc modo sunt, habet seminis anisi, seminis apij, gētianæ, aristolochiæ rotundæ, cinnamomi, galangæ, zedoariæ, salis Indici ana ʒ. s. maltichis ʒ. i. sagapenij, rhecomæ ana ʒ. ʒ. aloës ʒ. . cum rutæ succo excipiuntur, modus est ab una ad drachmas duas. Inter cætera hoc medicamen laudatissimum est: Continet maltichis, spicæ, rosarum rub. rhecomæ, laccæ ana p. i. chamaeleæ in aceto maceratæ p. 2. Agarici, tripolij ana p. s. cum malo cydonio aceto & melle ad unitatem rediguntur. Aes ustum cum columbino fimo, cum succo strichni diluantur, & in pilulas formentur, cum anethi & absinthij decocto aslumuntur. Alij cū rutæ succo & sale dari uolunt. Aliter, æris usti, fimi columbini, rutæ aridæ ana ʒ. i. euphorbij ʒ. i. cū succo apij pilulas cōficito, ab una ad drach. duas dabis. Galli præterea ueteris ius cum beta coctum, uel cum minori conuoluolo, aquam trahit. Miri effectus traditur prassij succus solibus defecatus cum uino albo & saccharo, uel melle, si datur ieiunis & aluo soluta, si cum ictericia uitium fuerit, nam discolorum hominem exhibet. Si infirmus imbecillus est, nec pharmaca sustinet, eo emplastro utiliter uenter illinitur, habet interioris colocynthidis, chamaeleæ, carthami, scāmōnij, tripolij, fellis taurini, uel uaccini, cucumeris erratici, iridis, euphorbij, cū cera & oleo temperetur & imponatur emplastri modo, uentrē enim trahit. Eo in quadā uirgine usi sumus, quinquies & uigies aluū deiecit, atq̃ ab hydrope conualuit. Aliud æris usti, fimi columbini, succi cucumeris erratici, carnis colocynthidis, chamaeleæ, iridis, absinthij, cum urina caprina miscentur, & in furno arefiant. Ex eo medicamine cū oleo lilino ueter illinitur, unde aluus & aqua soluitur. Galen. quoq̃ huiusmodi medicamen demonstrauit ualentissimū, quo aqua traheretur. Continet radicis cucumeris erratici, minā unam, quā in uini decocto feruescens, in quo fici aridæ incoctæ fuerint, eam contrita admiscebis cum althææ radice æquo pondere, atq̃ ita pariter trita uentri impones. Aliud fellis taurini, nitri ana p. ʒ. quales, piperis p. s. cū melle permisceto, & uetri imposito & horæ spacio cōrineatur. Si per hæc parum profeceris clysterē eum infundito, anisi, foeniculi, cymini, ami, carthami, semen leuistici, polypodij ana ʒ. i. baccarum lauri mediā, chamaelea, rutæ aridæ, salis natiui ana ʒ. 2. olei anethini ʒ. 3. antidoti Indi, & quæ de baccis fit lauri ana ʒ. i. adde interdū oleum rutaceum. Vicem præstat id collyrium, habet antidoti benedictæ ʒ. 3. chamaeleæ, colocyn-

Emplastrū uentri apponendū.

Gal. medicamē sum ad aquam extrahendam.

colocynthidis, elaterij ana ʒ. i. salis fossilis ʒ. i. s. rutæ aridæ, castorei, cymini ana ʒ. i. cum melle glandes conficito, quas filo adalligabis, ut extrahi possint. Autores fuere, qui in flatibus uescis pulsandos uentres censuere. Fomenta præterea sicca calefacientia iuuant, necessariae sunt sine ferro cucurbitulæ, quæ si parum profecerint, cum ijs madenda cutis est, ac per aluum infundere calefacientia: quin etiam quotidie ter quater ue opus est uti frictione uehementi, cum oleo ueteri & quibusdam calefacientibus. Sinapi præterea imponunt crebro donec cutem erodat, ferramentisq̃ candentibus pluribus locis, ut dictū est, uenter exulcerandus est, & seruanda ulcera diutius. Placuit Erasistrato, ut quibus stomachus correptus est, aut iecur, aut splen, quiq̃ ex atra bile hæc deciderunt, qui ue malum corporis habitum habent, idoneos huic curationi non esse. In potu tamen prodest aqua foeniculi, chamomilæ, apij, meliloti q̃. A causa frigida calidiora discutientia dari debent, cyminum ueluti, anisum, castoreū, ami, & his similia. Sed iam de tertia specie, leucophlegmatia dicta, dicendum restat.

CVm uniuersa membra turgent ex frigidiore phlegmaticoq̃ sanguine iecoris uitio, & uniuerso corporis malo habitu, carne in aquam ueluti eliquata ut tradit Aegineta, album & phlegmaticum corpus mortuū persimile gignitur, appellaturq̃ leucophlegmatica hypofarcolis hydrops, aut anafarca: quæ fit ex longis febribus stomachiq̃ malo habitu, uel hæmorrhoidum causa, mēsumq̃ profusio, diſpnœa, uigilijsq̃ immo dicis similibusq̃ de causis. Quibus crassum phlegma corruptumq̃ gignitur, tertie tamen digestionis (ut dictum est) uitium esse creditur. aquolus enim sanguis redditur, nec illum naturalis calor restituit, unde membris male coheret crudus & inconcoctus humor, ex indigestione secunda, ac prima interdum inualida. Sæpe enim aliquid intumescit membrum ex indigestione tertia, sed hydropis nomen hypofarce non habet, nisi secunda saltem iecoris inconcoctio intercedat: nec nisi sanguifica uirtute patiente, oritur, hypofarca, quod ex longis quoque solis æstibus, ex oppilationibus, & obstructis renum meatibus, contingit. Cum enim succus apte in iecore non cōcoquitur, cum pariter reliqua membra non excoquantur, nec ualenter uniant, ex quo phlegmaticus & crudus sanguis, ab altrice potentia derelictus, iners inter porositates sedet, & innat torpescientia membra. Sed & alia propior causa est, cum ex ipsius membris à calido uehementi subito liquefacti humores in aliquod deriuantes membrum, illud turgidum reddunt repletis poris. Cæterum uentositas, ac ipsa pariter aquositas quæ per omnia membra corporis facilliter diffunduntur, hypofarcam nihilominus nō generant, quod ocyssime à colore membrorum uictæ, diffunduntur, ac euanescent. Ascytes namque, ut Galenus scribit, ex proprio iocinoris affectu plurimum euenit. Tympanites autem & hypofarca ex membrorum communione accidit, qua læditur membri digestio. Sed proprium uitium magis reformidamus quàm extrarium, & aduenticiū. Nam & si uentositas tympanitis sit magis præter naturam abominabile uitium quàm ascytes, uentositas tamen citius aquositate discutitur. Nam ad generationem aquositate, maior frigiditas, maiorq̃ imbecillitas requiritur, quàm ad generationem uentositatis atq̃ phlegmatis. Materia præterea ascytis in caui uentris tota restagnat, at hypofarca per mēbra separatim distribuitur, ex qua causa minus corpus degraat. In curatione à causa præsertim calida difficilior ascytes q̃ hypofarca habetur. ex calefacere aut frigefacere periculo sum est utrunq̃, facile enim, aut causam antecedentē, aut coniunctā auget, quapropter in tãta ægritudine maxima obtuia est difficultas, nec qui mediū tenet satis tuto medicantur. In hypofarce primum uniuersa mēbra tumida fiunt pinguius similia & facies præsertim ac genæ, quæ in cæteris extenuantur, cōprimēti enim digito cedit cutis, ac nota remanet. Contra in ea non tumet ut in alijs uenter, nec sonus aquæ mouentis, aut inclusi uenti sonus est, eam leuitas intestinorum alba, aut cruentus sequitur fluxus, aut interdum mixtus, in qua & pulsus fluctuantem percipimus. Urina alba cernitur, uel lactei coloris, ruffa quandoque emittitur si causa calida fuerit, alioquin lomenti sabbatum cum decoquantur, similis est. Notæ affectuū membrorum sunt hæc: Iecoris uitio tulsicula inanis, siccaq̃ sæpe ægrum fatigat, intumescunt protinus pedes, aluusq̃ sicca est, quod intestinorum

Leucophlegmatia.

Curatio in hydrope diffici-

Alui arida cau
sa.

intestinarum & mesentericarum uenarum similitudinē indicat. Cholera præterea quæ ad intestina ex folliculo demitti solet obstrusa retinetur, unde aluus pariter arida redditur quoniam diutius remanet, eo modo ex iocinoris abcessu cōtingit calido, in gibbopraesertim. Postremum uero signum est, ut Hippocrates scribit, cum circa uentrem apostematata non permanent, sed fugientibus similia uideantur, ac redeunt. Nam & in pedibus tumor mane ipso remissior apparet, qui uespere subinde plurimum tument.

De curatione propriæ hydrops phlegmaticæ hypofaricidæ, Cap. XLVIII.

Pilula in causa
frigida.

In ea phlegma ipsum per aluum trahendum est, inquit Galenus, & qua curatione gargarismatis opus est, leuant enim caput pituita. At cum uniuersa membra supra modū turgent medicamenta quæ incidunt, calefaciunt, & quæ humori, si imponuntur, diffundendo sunt, iuuant, uel quæ urinam uehementer educunt, addunt aliq̄ & quæ sudorē eliciunt, hæc in communi dicta sint. At pilulæ quæ ex agarico fiunt peculiariter huic monstro subueniunt, delicationibus cum manna datur, hoc est rore syriaco. Iuuat antidotus Indus si sæpe sumitur. Sed hæc pilulæ utiliter sumuntur in causa frigida, habet cinnamomi, schœnoanthi, grongi, croci, iunci odorati, sem. apij, phu. praslij, nardi, asari, mastichis, myrrhæ ana ʒ. mediā, lagapenij, agarici ana ʒ. ʒ. euphorbij, tripoliij radicis siue turbiti, colocynthidis ana ʒ. ʒ. & rheomæ reu. ʒ. ʒ. 4. aloës ad pōdus omniū cū absinthij & eupato

Discutiencia.

riij succo in catapotia digerantur. Interea mēbris tumentibus ea imponuntur quæ discutiant. Nam sambucus, ebulus, urtica, elleborus albus, si in aqua lixiuia decoquatur, & ex primantur, decoctū ualet si sæpe abluantur, ac ipsa emplastri modo imponantur. Foliaq̄ sambuci per se in tegula candente aspersa uiuo impōita & alligata, ualent. Prodest & lixiuūm ex cerri ac uitis cinere, in quo lauri ac iuniperi baccæ esserbuerint, addito nitro. Sed & id emplastrum iuuat, rubricæ armeniæ, cyperi, schœnoanthi, acori, iridis, sulphuris, farinæ hordeacæ, lupinorum ana ʒ. ʒ. 1. cum lixiuio & amygdalarum amararum oleo superillinitur. Aliud ex calidi humoris causa, myrti rosarum, balaustiarū rub. armeniacæ, cyperi, iridis ana ʒ. ʒ. 1. farinæ hordeacæ ʒ. ʒ. 3. cum oleo liliaceo, ac lixiuio ad unitatē tusa redigito. Caro herinacæ, de quo dictum est, arefacta peculiariter huic uitio subuenit, si tusa bibitur cum uiuo ueteri dūm ʒ. pondere, id quotidie assūmi debet. Seminis quoque iuniperi decoctum ex uiuo. Si hydrops hypofarica a quæ frigida potu contigerit, nimia uenere, natione frigida, & dolor sub costis affuerit, uiuo meraco iuuatur, ac iecoris fomenta profunt, ualent iuniperi baccæ cum mero potæ, aut aqua ardens frequenter potu ieiunis. Vitium id si fuerit post uentris fluxum, aut sanguinis profluuium, tum iecur continue reficere & leuiter excalefacere opus est, uiuo aromatate, moderatoq̄ somno iuuatur. Si membra exulcerantur uel cauterio inurantur miro interdum auxilio sanantur. Ex causa humoris calidi in omni iecinoris affectu ex Antonio Musa cichorij succi cyathus, aquæ calidæ cyathi tres cum atici mellis cochleario, aut iridis seris ut succi renellæ cum tribus mulsi cyathis, refrigerant subamara, modiceq̄ alstringunt, inquit Galenus. Sed ad iecoris uitia mira est, inquit idem autor, silicis uis temperata, nam aperit obstruos membri meatus. Et anethum quoque iecur induratū, ac refrigeratum sanat.

Ad iecoris calidi
dioris affectus
medicamentū.

Atque chamæpytis tusa quæ omnia eius uitia emēdat. Vnde ea confectio utilis est, habet chamæpytis ʒ. ʒ. 8. radicis cichorij ʒ. ʒ. 4. tusa cum melle cocta dantur auellanz magnitudine, cyathos ternos subinde aquæ bibere necesse est. Aliud simile, nardi celticæ p. 2. absinthij p. 1. tusa cochlearis mensura dabis.

ALEXAN.

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMILIANUM Cæsarem Augustum Imperatorem inuictissimum, de felle Liber XVI.

Proœmium.



Fellis flauus folliculus geminos meatus possidet, alterum ut recipiat, alterum ut transmittat. Affinitatem cum diuino igne (ut Plato docet) color ostendit. Verum si eadem bilis incenditur, aut inflammatur inuriturq̄, corporis tum partes intumescere dicuntur, atque uexantur. Quæ cum exuperat extrinsecus uarios æstu suo tumores effert. Intrinsicus uero cohibita urēs, edacesq̄ morbos plurimū procreat. Tunc autem pessima est cum pura sanguini admixta fibrarum semina suo ex ordine dimouet. Compressa uero extinctaq̄ uiolenter procellam intus, tremoremq̄ citet. Fadem si uberior fuerit, & fibras exuperans, præterq̄ modum æstuans, aut per superiora uomitus excitat felleos, quas choleras uocant, aut per intestina, quam diarrhœam appellant, & dysenterias, effluit tanquam transfuga ex seditiosa ciuitate. Hæc Plato. Is igitur folliculus leuem & flauam recipit materiam, iocinoris cauo apte inhærens. Quæ si intempestiue retinetur, aluus pariter suppressa inflatur, aut si exuperans fuerit in sanguine mixta membra, oculos præsertim, fellis suffusione inficit, aut sacros ignes, quos erysipelas uocant, & qui *scorbutus* à Græcis uocatur, excitat, quem sæpe mortiferum uidimus, medium enim hominem ab utrisque illis serpendo amplectitur dira corporis inflammatione. Bilis à natura (ut Galenus tradit) constituta est, ut mordicus excitata in testina excrementorum onus deponant. Certa enim humoris qualitate, & modo constat, ne acrior quàm par sit mordeat, aut nimium increseat, in ualido enim corpore, atq̄ bene instituto eius humoris temperantia inuenitur. Alioquin infinita pene morborum origo innascitur. Nec naturam ob id ueluti nouercam criminari debemus, quæ perniciosum humorem constituerit, unde tot mala, totq̄ sæua uitæ pericula cum tantillo bono ad aleam extulerit. Ob eam causam uiuendi ratio fere tota mortalitati præscripta est: magnam enim medicinæ partem sibi uendicat, alioquin benignus, ac peropportunus liquor, uiscosam enim superabundantiam ab intestinis opportune abstergit, aut per uomitum expellit salutaris mordacitate. Quæ si irritatur indigesta quandoque cibaria utrinq̄ enormiter extrudit. Meatuū quoque, in eo folliculo, reperimento opus est, ne nimium aperti, aut nimium obstructi uideantur, quibus de causis corporis ualitudo morborum periculis facile exponitur. Neque idem meatus perpetui sunt in quocūque corpore, nam in Eudimio philosopho (ut tradit Galenus) quando quidem per aluum cholera magna ex parte deflueret.

De ictero & de causis eius, Cap. I.

Icteros ab aue nomen habet, quem arcuatum, uel arcuatum, aut aquatorum, à Latinis dicitur, arcus enim cœlestis aquarius à Seneca uocatur. Auriginē Apuleius appellauit. Communi uocabulo regius morbus uocatur, quoniam regali indigent uita, ex Sereno. Ex eo oculi primum croci colore tincti cernuntur, densitatem tunicarū felle subeunte, unde & felle suffusos quandoq̄ dicimus. Exinde uniuersum corpus aureo colore inficitur, ex quo auriginosum hominē uocabant antiqui. Interdū herbaceo, interdū nigricante colore, q̄ lienis uitium ostēdit. Causas & notas easdē uideri tradit Paulus. Is morbus si à septimo die febricitatibus superuenerit tutum esse tradit Hippocrates, mollibus tamē præcordijs substantibus. Ex toto Diocles si post febrem oriatur, etiā prodesse, si post hæc febris occidere tradit. Damnatur ubi iocinoris esset duricies. A uitaligine morbus regius distinguitur, quādo quidē illa tertiz, aut postremæ digestionis, hic secundæ uitio contingit. Rursum in illa quædam partes corporis cum pilis decolorantur. In hoc uniuersum corpus pilis non mutatis coloris decore amittit. A sacro quoq̄ igne & elephātia, quibus cutis, aut exasperatur, aut inæqualis redditur. Ictericia præterea flaua cor

Affectus ex bile

Bilis funditio
que fit.

Hic parū quid
dam desiderari
uideatur.

Regius morbus
est.

ua corpora protinus inficit, atra uero sensim colorem mutant. Quæ rarò eandem ob causam cruce euenit, expellitur enim, aut superfluum humor, aut noxia qualitas. Regius morbus aut extrinsecus accedit, lassitudine, aere calido, quod epaticis frequentissimè est, aut nocentium animalium ictu, aut iecoris nimia caliditate, aut oppilatione, abscessu, uel uehementi cathartico, unde corpus inflammatur, aut ex acutis febribus, in quibus, aut symptomatice uel, aut crasso euentu educitur. Ferunt in folliculo inter resectiones calculum innatum uidisse, eiusdem cum felle coloris, quod in boue frequentissimum est. Ex uarijsq; morbis, ut ex colicis doloribus, accidere solet. At Auerrois Arabs duas tantum causas uniuersales affert. Cum fel scilicet ex toto, actione, aut magna ex parte prohibetur, tum flauus & amarulentus redditur sanguis, quo ad cutem expellitur sæpe salutaris. Damnatur qui ex caliditate iecore generatur, aut ex cholericis abscessu, aut ueneno uenenatis uel animalibus. Spleneticos quoque icteros ex iecoris, aut stomachi oppilatione contingit, cum interiacentes uenæ coæ sunt, ac constipatae, aut eorundem membrorum nimio attrahendi desiderio, crassos enim humores eadem de causa sine defectu attrahunt, aut uel eadem cum expultrice, si inualide fuerint. Ex abscessu itè ac duritie lienis aut iocineris ardenti natura, qua sanguis adurit, aut frigore congelantis. Porracea denique ictericia ex commixtione utriusque humoris oriri creditur, quæ crasso die euenit quæcumque fuerit in febris, bono est, quandoquidem bilis salutariter ad cutem transmittitur.

Spleneticus icterici causa.

Generatio porracea ictericia.

Icteri nota. Cap. II.

Ferunt in iecore phlegmone.

Ictero (inquit Aegineta) superueniente febris sanatur, ex alto enim materia ad extremitates fertur, nec ullo alio medicamento eget. Sed balneo duntaxat, frictionibusq;. Si uero cum febris pariter oriatur icterus, ac excrementa biliosa sint, in dextrisq; præcordijs grauitas sentiat, feruentis phlegmonis in iocinore indicium est, quandoquidem in bilem sanguis conuerti sentiat, ac per uniuersum corpus diffundatur. Si uero sine ulla grauitate feruor extiterit, ex sola caloris distemperantia malum oriri constat. Si uero sine febris argillæ similia albescunt excrementa, folliculi fellei uitio datur, ubi meatum constipatio fuerit, lateris dexteri grauiora præcordia sentiuntur. Si uero sine grauitate contigerit, attractrice uel ex iecore imbecilla, aut eius meatus, quo ad intestina bilis expellitur, tum biliosus & impurus sanguis per totum dilabitur corpus, qualem in atro diximus icterico morbo, tum urina abunde demittitur lutea. Is quoque morbus ex calido foliorum corporum distemperamento contingit, quo in bilem quicquid eius alimenti gratia datur, transmutatur, quemadmodum in anasarca hydropse in phlegmaticum humorem nutrimentum commutatur. Deprehenditur autem huiusmodi regius morbus, quod non uno impetu, sed paulatim suffunditur, cum nihil eorum quæ dicta sunt, affuerit. Nam & ueneno potionatis, uel ictu uenenati animalis subito euenit, hæcenus Paulus. Tradunt alij coloris qualitatem peccantis humoris indicium facere, quod & de urina esse dicitur, præterquam ex infirma iecoris expultrice, unde aquæ feras illa ad renes non regeritur. Et quanto magis urina ruffior est, ac uberius, eo breuior adiudicatur morbus, expultricem enim ualidiorem significat, insulsum enim linteolum croceo inficit colore. Nullum præterea cibi desiderium est: sitis ingens agrum excruciat, contabescit corpus. Sed ex calido corporis distemperamento ex nota sunt, membra namq; feruere sentiuntur, ab interiori membrorum præsertim parte, non sine quandoq; pruritu: tum & acrimoniam appetunt. Si quæ tamen assumunt commodè digerunt, ijs urina & aluus luteo colore tingitur. At id facit uictus ratio ex cibarijs aromate conditis. Et calidorum fontium usus, aut perfusio frequens, uel si sanguinis missio annua, aut uentris deiectio omissa fuerit. Nam ex ijs causis icterus sensim apparet, minusq; uel quam ex cæteris causis ostendit. Ex stomachi uero uitio ardore, punctiones, sumidiq; ructus atolluntur, os amarum cum siti, auriumq; incerti sonitus audiuntur. Frons cum tempore dextro pulsatur, ac dolet, exhalante uapore, nausæ aderunt. Subscribit cibi qualitas biliosa antecedens, qualis & croci usus, sinapis, ac armoracia. At si folliculus tumet humoremq; contineat, nec remittat, aluus & urina decolor est, iecur enim sine bile remanet, ac intestina nulla humoris mordacitate excitantur. Sin uero bilis exundat sine mea-

Ictericus ex stomachi uitio.

sine meatum constipatione, ea uomitu, urina, aluoque demittitur, ac cutis nihilominus croci tingitur colore, ac æger sine febris existit. Ex oppilationibus nota sunt, sub dextris præcordijs grauitas sentitur, si a iecore ad folliculum portus constipatus fuerit, argillæ colore excrementa similia uidentur, atque indies magis albescunt, donec caninis cum ossa duntaxat erodunt, haud dissimilia demittunt. Tum urina supra modum croci colore inficitur, tum uenter cum cuti inteditur, nocte inquietatur æger, nulla tamen siti, aut amaritudine oris, aut uomitu tentatur. At si meatus ad stomachum obstrusus fuerit, neque os quoque amarum redditur, nec uomitus infestat, uerum urina, ac aluus ruffior erit: is uero qui ad intestina fertur, excrementa argillæ similia sunt dura, cutisq; que croco obscurior redditur, cum siti uomituque & oris amaritudine: intercedit interdum haud ab re colicus dolor, ex pituita in ipsis intestinis exundatione, quam bilis abstergere consueuerat. A frigida uero causa, aut calida uel ex humore pariter crasso, ex præterito uictu facile dignoscitur. Verum si uerruca aut caro intercreuerit, id solum indicium est, quod aperientia nihil iuuat. Si uero expultrice uis, aut iecoris discretrix potentia infirma fuerit, tum aluus, tum urina uix flaua cernitur, quandoquidem bilis quora portio utrinque demittitur, ob eam causam in iocinore nulla grauitas obnoxia est, quæ in oppilatis perquam importuna est: eam sequuntur & alij per communicationem affectus, quoniam & digerendi & retinendi uis infirma redditur: ea de causa aluus procedente morbo cruenta effluit. Si uero attractrix, aut expultrice folliculi uis imbecilla est, os amarum sentitur, ac nausæ plurimum fluctuat stomachus, nec tamen aluus inficitur: urina uero supra modum flauescit. Icteros febris iudicialiter superueniens, suis peculiariter diebus euenit, in febris acuta cholericæ, in qua stomachi subuersio, ac uomitus cholericus, sitis importuna, molestæq; nigilix, cibi tridum, aluus arida, os amarum, anhelandi difficultas intercedunt: nam & croci color membro subito inficit, unde sudor croceus chlamydes & lintea tingit.

Ex potentissima coris naturalibus infirmis.

De ictericia spleneticæ,

Cap. III.

Spleneticus regius morbus membra atro colore comaculat, ac lien durus est, ac tumet, qui interdum dolet, urina, & si rarò, interdum tamen atra emittitur. Et aluus feci sanguinis haud dissimilis deijcitur. Tum stomachus peruerse digerit, quem ater humor lædit, uenter præterea exterior cum cuti distenditur, non sine dolore, & anhelus difficultate. Nam & nigro quandoque sudore, & si rarò inficiuntur chlamydes. Sed inter stomachum & lienem oppilationis nota, ac apostematis spleneticis sequenti dicitur uolumine. At si nigra ictericia fuerit ex iecore uitiato, incolumis lienis signa aderunt, cutisq; que totius corporis minus atra redditur, uerum pro humoris diuersitate, uarij subeunt colores, a calido siccoque humore in flauum uergitur color. Si uero a sanguine torrefacto luteus cum quodam rubore cernitur: a frigido & sicco herbaceus apparet: uel frigido duntaxat. A frigido uero humidoque humore cum liuore tumet facies. In omni iecoris affectu (ut summam dicam) diluor apparet suffusa nigricies. In quo & excrementa minus atra deijciuntur, quæ in lienis uitio nigra & obscura cernuntur. Signa uero compositæ ictericæ uiridis ex iecoris & lienis affectu habentur, ex quibus flaua & nigra pariter componuntur. Si uero aliorum membrorum communicatione contigerit, ex ipsorum affectu facile dignoscitur: nam locorum sæpe uitio in feminis icterus oritur.

Nigra ictericia ex iecore morbo.

Prognostica in regio morbo,

Cap. IIII.

Regius morbus qui remedijs non discutitur, letalis est, ex iecore præsertim duro, aut tore Hippocrate. Et in febribus eodem astipulante ante septimum diem icterus superueniens, mortifer est. Die quarto calidioribus prouincijs astate in iuvene, salutari intercedit quandoque motu. Galeni unico exemplo. Archigenes bis id annotauit. Auerrois quintam diem iudicalem incolumem uidit. In regio morbo turgidus uenter malo est: magna enim ex parte tumescitibus exitialis. Urina uero quæ colore fuscatur croceo, si cutis diluor indies fiat, cum cibi desiderio, unde corpus ualidior fiat, salutem denunciat certam.

Bonum in regio morbo augurium.

Curationes

Obsessis itaq; folliculi fellei poris ambobus uel alterutro ab ancone dextro, uenam secandam ducimus. Sunt etiamnum qui ob iccoris inflammationem in ea causa iuxta minimum dextre manus digitum sanguinem demant, & inflammatis cataplasmata imponant, ac ex hiera uentrem deiciant, & cauteria idonea esse ducant. Potionandi tamen icterici sunt apij, adianthi, lapathi, serpilli que decocto ad tertiam partem, absinthij addito plusculo. Sed lapathi succus cyathis binis, aut ternis efficac est, uini cyatho adiecto in potu, uel cichorij succi tantundem ex uino peculiariter datur. Galenus qui uolumen unum de ictericis curatione composuit, duo maxime auxilia comprobauit, sanguinis scilicet missionem, & alui deiectionem, sed hanc magis necessariam pretertulit, quandoquidem (ut inquit) flaua bilis & non sanguis exundat. Missio tamen interdum sanguinis utilis est preteritum, si icterus & lien inflammabitur, & dolet: nihil enim ea tempestiuus est. In uiscerum dolore, inter purgationes idem autor cum euphorbio, epithymu, aloen, petroselinu, & datci semen, piper albu miscebat, & ictericis dabat peculiari remedio. Per se purgat scammonium cum aloē. Laudat & uomitiones, uel post coenam raphanitide. Hypochondria uero emolliunt ea cataplasmata: Ex hordei farina, rore marino, artemisia, absinthio, abrotano, gramine, ruta, cardamomo, chamaepyride, allio & centauro. Eadem per uices urinam mouent. Bibere que calamintham peristerion, hierobotanum, oxylapathum que, cuius radices decoctū & potum iuuat efficaciter, uel hortense lapathum. Preclare facit Anchusa, et silphion, erythrodanon, eruiouium, aristolochia, adianthum, serpillum, hypericon, & struthion: singula cum aqua uel uino uel mulla utilia sunt. Purgat ictericos sulphur cum sorbili potum: allium item tostum crudum que commanducatum: ius ciceris, cichorij cum uino, staphylini radix. Ceruinum cornu uitro abrasum cum uino potum, & amygdala amara in prisana cocta, smyrnij tenelle radices, anisum, meu, radix pontici, asarum, nardus, strychni, chamaemila, mercurialis, & tamarica: Ea omnia ictericos purgant. Iuuat mane membra conficere inunctis oleo manibus, uel amaracino, uel laureo, uel chamamelino, uel irino, uel nardino, uel ex casti, uel costino. Colorem enim exhilarant, & sudorem mouent. Deinde ambulare, & balneum ingredi prodest, & aqua calida perfundi, & eo modo sudare mire congruit. Inter cibaria panis secundarius cum sale bene fermentatus iuuat, cappares cum oxymelle, pisces saxatiles, & qui mollis est carnis, tosti cum gigidio, & coriandro, aniso, cenchry & mullso, nam & urinam mouent. In potu uinum album suauis odoris, mouent & urinam pastinaca, carthamum que, & struthion, uel molles caules, & orminum, scandix, cymina, selamum, carduus tener, foeniculum, iringion, asparagus, smyrnion: utile est & origanum uiride, inter satua olera brassica, beta, rapum, & cepe: Sinapis cima, inter obsonia iyluestria domesticis preferuntur, & ex iure magis quam tosta: imponunt autem apium, uel anethum: ex domesticis tosta & mollia conueniunt. Paludosa damnauit & aquarilia. Inter fructus palmulas laudat, quibus urina uel interdum cruenta demittitur. Nimia preterea abstinentiam, ac crapulam pariter damnat, altera indigestiones & oppilationes gignit, altera bilem excitat, & uires diminuit. Si ijs non cedit morbus, peregrinationes iuuant, uehacula, nauigationes, equitationes, frigida que natationes, uel insolationes. Conualescentes uenerem ferunt iuuare temperata. Galenus ad faciem selle suffulam, in nares conijci docet elaterium, cyclamini succum ex lacte aqua repleto ore: ijs imbecilliores sunt anagallides, beta ac melanthion, non tamen inutilia habentur. Hec Galenus. Ex phlegmone uero iocinoris, ut Paulus exposuit, mullsum commodatissime datur in potu, aut tenuis aristolochiae decoctum, aut hyperici, aut adianthi, aut struthij, aut erythrodani, ceruini que cornus ramenta, pondere ex uino aut staphylini, ex uino cocti ad tertias, aut sulphuris uiui drachma ex ouo sorbili, ea plurimum meatu aperiuunt. Seminis uero atriplicis grammata octo cum chysatico, aut aliquo alio dulci. Bene quoque erit, si picra dabitur uel per se, uel cum oxymelle & similia. Si uero ex calida membrorum distemperantia morbus ortum habuerit, mollibus frictionibus, exercitationibus non uehementibus, inunctionibus, lauacris que fouendi sunt icterici, quibus & refrigeratis potentia cibi conueniunt, qualis prisana est, intyba, seris, & cichorium, pisces, uini que tenuis potus.

Cataplasmata emollientia.

Ictericos purgantia.

Cibus ictericis conueniens.

Idonea ictero ex phlegmone epatii.

potus. Qui uero uenenis, aut uenenatis animalibus ictu infecti fuerint, in secundo, ut dicit, pertractabitur libro.

Galeni uerba subsignabimus: ipsius sententia de ambulationibus uti opus est, frictio nibus ac unctio nibus, ac fomentis pariter siccis. Ex aliorum autoritate id peculiare remedium tradit, mora rubi comanducata regium morbum sanare dicunt, qui febricitantibus superuenerit. Aliud, chelidonia succus cum uino uel mulla potus, uel adianthum, aut rubia oboli terni in mullso, uel fellis urfi cyathus in potu. Aut hyperici drachma cum mullso, aut mulla, & alia his similia que piget subiungere. Ictericia ex nimio mellis usu, aut sacchari haud difficulter sanantur, corporis enim caliditas facile discutitur. Ex phlegmone uero calido, nullum, ut tradunt, remedium succurrit, nisi uitium principale discutatur. Si uero ex caruncula excrescentia contigerit, auxilia nihil conferre tradunt. Quidam id utile esse tradunt, in quo portulacae succum, raphani, acetosae, cum erui farina feruifacito, & dato lingulam. Alij meliloti semen addunt, costum & myrrham. Si calidus quoque innatus fuerit, curationem non recipit. Aliqui limonum succum prodesse dicunt. Si uero ex pori exiccatione contigerit, que attenuant emolliunt que iuuare creduntur, que ex myxis fiunt, amygdalino oleo. Ceterum in omni ictericia a calida habitudine, etas sicca, auster, sublimis cubiculus, calida que regio obsunt: uigilia, irascentia, multa deambulatio, thermarum usus, calidi que fontes nocent: obest & carnis nimius usus, uinum que damnatur, nisi multa aqua instructum, ac reliqua calida potiones. Tradunt electrum, gemmas flauas cerinas que, & icterum auem, similes que colores si conspexerint, iuuari ab eo morbo. De nigra uiridi que ictericia consimili colore leuari pariter aiunt. Prostant frictiones, exercitationes que leues, & calida lauari, uel tepente. In cibus prisana iuuat, olera que frigida, ac humecta, que non solum ei distemperantia medentur, sed in febris uel abscessu iccoris calido siue phlegmoni auxiliatur. Aqua propter ea hordeacea prodest in potu, nam aperit, refrigerat, & abstergit, quidam aceti pauli admiscent. Mire prodest aqua cucurbitae tosta cum erratici feri. Alij & blitum laudant, alij qui & lentem ablato cortice. Caro uaccina (ut quidam tradunt) cum aceto cocta, peculiariter subuenit regio morbo, per inferna flauam bilem extrudit. Inter enim omnia obsonia acetum commode adhibetur, uel in piscibus. Cessante febre, per dices, phasiani, puli que gallinacei ex aceto sumpti iuuant, uel cucurbita in cibus, & cucumeris satui medium ex iure coctum. Summo mane uel ieiunis mali punici uinum prodest: panis fermento bene coactis, & sale conditus in cibo conuenit, nauticus uero damnatur. Quidam si ne fermento probatur, cum feri utraque, aperiuunt enim & abstergunt. Cibaria uero omnia crassa materia uitari debent. Vina alba, tenuia laudantur, uetustiora damnantur et auster. Fames improbat, sicuti & crapula contrarium uitium. Ictericia ex calidis cibus, frigidis sanantur. Ex uenenatis causis, suis remedijs occurrimus. Ex iocinoris imbecillitate, aut fellis, iuuat que pro uarietate causarum dici solent, fel enim ex iccoris auxilijs iuuatur. Lienaria uero ictericia ijs que imbecillitati et oppilationi lienis medentur, iuuari solet. Pisces saxatiles, ac pingues pulli gallinacei ualent: sicuti seris & apium, ac capparis ex aceto. In epatica causa que plurimum humectant, & refrigerant profunt, adde subtiliantia & aperientia, medetur in cibus cucurbitae, & cucumeris interior pars in cibo cocta. Ex ictericia uiridi prassina uictus consimilis esse debet. Et ex uiridi composita, ex compositis fieri oportet: damus radices foeniculi, apij, oxymel, ius ciceris atrij, & pistacia, amygdalas dulces, & amaras, betam, uuam acerbam, mala punica acra, & similia. Ex iocinoris oppilatione, asphodeli cauliculos renellos coctos ex oleo & aceto dare soliti sunt. In omni demum morbo regio originem considerare necesse est, & membra unde fluat, confortare opus est. Et si a toto corpore ortum habuerit, iccori prius subuenies, ac cordi pariter, mox tepida balnea laudantur, sicuti & epithimata cordis, sed iocinoris refrigerata nitue medentur calida distemperantia, ita ut alius frigus penetrare sentiat, tum enim urina paucis diebus albecere cernitur. Id tamen remedijs genus uetat aut abscessus, aut oppilatio.

Ictericus ex nimio dulcium usu.

Ictericia calida habitudine qua profunt.

Aqua hordeacea.

Lienaria ictericia auxilia.

Potio in flaua
bili utilis.

Oxis herba.

officina.

MORBUM ipsum deiectionibus, aut syrupis digerentibus, ac aperientibus sanamus. In flaua bili ea potio laudatur. Habet seris, sonchi, lactuca, ltrychni, acetosa, oxis quam alimoniam nostri uocant, folia terna habet parua, saporis acris: Stomachum dissolutum iuuat, cichorii praeterea, politrichi, adianthi, plaraginis, pimpinellae ana M. ca uulgo nota est, in maritimis nascitur fabulosis, ac moribus aridis, acetarijs grata ob id & in hortis nunc feritur, folio arescenti, simili chamædrydi tenui ac exiguo, semine pappi modo florecente purpurea ueluti lanugine, radice fibrosa, ex ea in septentrionali plaga semen gignitur diri odoris: duorum generum alterum minutum, nigrum, gustu acidum, uuae pallae minutae haud dissimile: alterum crassius, nucleo inutuli, utriusque ad preciosissimum colorem purpureum preciosa merce expetitur, insectorum officina grauius olet, sericum nunc tantum tingitur, libra semiauro permutatur quod gracilius est, quod crassum est, minori comparatur precio, chremes nunc uocant, & colorem chremesinum in roseo nigricantem ubi sericum pilosum est, in rasis flamma quadam cocci colore rubet: hanc herbam Hetruria strellam uocat, thriallim alij appellant. Admiscent praeterea alij semen portulacae unciam unam, ac melopeponis, cucumeris, ac sicie feminum purgatorum omnium unciam, seminis papaueris albi drachmam, rosarum, uiolearum, florum nymphæ, spodij, sandalorum omnium farinam ana drach. 2. pruna damascena dena, zyzypha 15. In aquae semicongio decocta ad duas tertias, percolato decocto adde saccharum quantum uelis, & aceti stillam, unciam duas dato, febris flammam extinguit, & bilis pariter incendia. Alius in cholera notha, si febris adest, habet radices apij, foeniculi, cichorii, buglossi ana ʒ. 2. Politrichi, adianthi, seris, sonchi, scolopendriae, hyperici ana M. 1. radices acori, cyperi, asparagi, rusci ana semuncia, ex aqua decoquuntur, & decocto succu lupuli addito purum saccharum selibrae pondere, & cum saccharo potionem idoneam facito. Alius in crassiore bili, si febris non est, meatus enim aperit: Continet foliorum marubij, raphani ana M. 1. asparagi radicem ʒ. 3. cicoris atri ʒ. 2. uel cum saccharo, aut melle potionem facito. Syrupus in ictero lienario uel si febris affuerit, habet grongi selibrae, quam ex aqua feruefacies, percolato succo, addes succi chamædridis puri ʒ. 3. addes saccharum quantum lubet. Si materia crassior fuerit, ac sine febre, habet scolopendriae, chamæpytidis, chamædridis ana M. 2. foliorum armoraciae, absinthij, mellissophylli ana M. 1. radices caparis, acori, polypodij ana unciam unam, foliorum tamaricis ana M. 2. cum melle aut saccharo eodem componito modo. Alius in epatici ictericia nigra, in eo imponuntur cichorii, callitrichi, scolopendriae, seris, sonchi, chamæpytidis, mellissophylli ana manipulum unum, capni, grongi ana M. 2. aromatizabis fantali polline, ac rosa arida, uel aqua rosacea. Alius in uiridi ictericia composita. In eo raphani & marubij foliorum, scolopendriae, seris, cichorii, acetosae, politrichi, pimpinellae ana M. 1. radices asparagi, apij, buglossi ana ʒ. 2. grongi, florum buglossi, epithymi ana ʒ. 2. uerum grongum, & buglossi flores, cum epithymo postremo adijcitur. Alius qui plurimum aperit: Constat ex ijs apij radices, foeniculi, petroselini, asparagi, rusci, acori, cyperi, aristolochiae rotundae ana ʒ. 3. seminis anisi, carui, dauci, ligustici ana ʒ. 3. scolopendriae, callitrichi, eupatorij, cichorii, seris, raphani foliorum ana manipulum unum, chamædridis, chamæpytidis, marubij, hyperici ana M. s. rubiae, gentianae, grongij ana unciam mediam ex aqua pariter decoquitur, & percolato succo, adde sacchari quantum satis sit. Digestione iam manifesta, ad directiones transeundum est.

De sanguinis missione & purgatione.

Cap. VIII.

Que uena secunda
da sit in splenice
ca ictericia.

MULTIFARIAM (inquit Galenus) morbum regium repurgamus. uomitionibus, deiectionibus, urina, sternutamentis, gargarisinate que materia renscimus. Raro sanguinis missio necessaria est, quandoquidem bilis in causa existit magna ex parte, uerum & in sanguine bilis quandoque feruor inest. Nam & iecur, aut lien interdum inflammantur, unde uenam aperire necesse est, ex iecoraria enim medijs cubiti demitur, aut ex ea quae inter digitum minimum & sequentem finit: suadent uenae turgentes, ac eius remedijs longa intermissio, aetas, habitudo, ac temporis qualitas. In splenico uero morbo regio atro, cum uenarum plenitudine surgentium, in cubito sinistro mediam uenam soluito, ac subinde ma-

de manus inter minimum & sequentem positam. Si morbus compositus fuerit, & utriusque membri uitium apparuerit, ex ambabus manibus sanguis demendus est, & a dextra incipiendum, mox interpositis aliquibus diebus sinistram terunt. Ad uentris uero deiectiones in potu serum dare soliti sunt plerique, continuis diebus, alij scammonium addunt & balanos citrinos. Alij in lactis caprini libris tribus carthami seminis quantum manu capi potest, triti coniicitur, digitis que una miscentur horae spacio, nocte ipsa lac cogitur, mane serum emoto caseo sumitur ex melle uel saccharo addito salis Indici drachmis duabus. Si uehementius id fieri exoptas, diagridij farinam semioboli pondere coniicias, aut minus pro aegroti uiribus. Alij roris assyrii mannam, aut liliquae Aegyptiae atramentum: ea enim initio fieri possunt. At cum digestio urinae apparuerit, aloem dabis ex eupatorij decocto, aut capni succo, aliqui diagridium addunt, & seris aquam uel grongi, quae peculiarem ad regium morbum uim habet omnium consensu. Medicamen utile etiam num in iecoris abscessu, siliquae ater succus uel mannae assyriae cum decocto grongi, callitrichi, cichorii, seris, dissoluitur addita rheum pontici tertia, et agarici semi, spicae, ac salis cappadoci, omnium obolo. Si cathartica parum profecerint, uomitorij opus est, & cathartici subinde uehementioribus. In lienteria cum epithymi decocto, scolopendriae, ac ellebori nigro uenter trahendus est, pilulae praeterea Indicae dictae, & quae eupatorij dicuntur, mire subueniunt. Vel id medicamen probatur: Florum buglossi, callitrichi, scolopendriae, grongi, epithymi, passulae, zyzyphorum, sene, balanorum Indorum, & chebulorum ana quantum satis tibi uidebitur ad decocti rationem, leui enim flama decoquitur, tum catholicum medicamentum, aut Ruffini hieram pro uiribus aegri admiscebis. In uiridi ictericia a iocinoris seruore: Habet uiolearum, callitrichi, zyzyphorum, myxorum, passulae minutae, florum buglossi omnium pares portiones: Prunorum, hordei pares portiones, in sero caprino feruefacito, et percolato succo, adde catholicum, aut diasenum, ad iecore paulo medicamenti ex succo rosarum. In uiridi uero ex utriusque compositione, absinthij & epithymi decocto opus est, adiecto cathartico ad utranque causam. Ad idem habetur aqua foliorum raphani, tamaricis, salicis, seris que, in ea catholicon, cum antidoto de succo rosarum potionem facito. Si quid est praeterea quod cathartica prohibeat, distere opus est, si meatus ad intestina occlusus fuerit, aut pituita lenticia occlusa orificia in testinorum fuerint. Vomitiones quoque acres meatus aperiunt uel tantummodo concitatae. At quae urinam mouent, pro humorum ratione remedia assumenda sunt, nam & calida & frigida a natura constituta sunt. Si febris non est, aqua raphani mire urinam trahit, ac eupatorium ex aceto ieiunij comanducatum. Vtrinque centauryum prodest, ac chelidoniae succus, modus est ad drachmas duas. Asparagi radicis decoctus succus cum nigro cicere, uel cum uino tenui. Et uescariae rubentes cocci modo fructus. Marubium item, si cum uino decoquatur, & mane sumatur, uel addito mellis cochleario, Cyclaminis que decoctum potum. Mentha stri aqua ictericiae melancholicae et cholericæ ex crasso humore, nam & iecoris oppilationes, ut scribit Dioscorides, aperit. Agaricus quoque sumptus & chamæpytis. Galenus hierobotanum laudat, & lapacium. Sulphur, ut inquit in sorbili ouo potum, armoracia item, allium que aut crudum, aut coctum. Alij atriplicem peculiarem praeferrunt, si uitium ex oppilatione ortum fuerit. Profunt & amomum & polium. In regio morbo flauo iecur herinaceum arefactum iuuat, si cum uino albo tenui sumatur. Fimi ouilli drachmae duae, cum oxymelle, uel cum asparagi decocto. Valer & gentiana, ac aristolochia in potu trita cum uino, & si amara sint. Parui animi est (inquit Galenus) ac uilis ingenij propter salubritatem amaritudinem auxiliorum extimescere. Et asarum iuuat ex uino decoctum. Et roris marini semen addito pipere, cum uino salubriter sumitur, ut Galenus docet. At ueteres morbum regium sanabant, cichorio & mulso & si cum febre esset. Atriplicis semen uel syluestris subuenit, & ipsa herba cum mulso. Lapacij syluestris radices decoctae aceto, succus si colatur & bibatur, uel id genus quod oxylapathum uocant. Succum marubij cum melle dabant. Polium Andulsa drachmae pondere in uino. Semen hyacinthi cum abrotano. Anthemis, laser & in uetere felis suffusione, callitrichi decoctum. Asarum cum mulso, asphodeli radix in uino decocta,

Vrima morbo
uentia.

In flauo regio
morbo inuaria.

data est à Sophocle. Hic morbus curatur mulso, ob id aquatorum appellatur à Varro-
ne. Prodest ocymum: Menihastri succus, cyminum utriusque prodest. Ciceris utrunque
genus, uel ius maxime. Noces græcæ cum absinthij semine. Semen myrti, uel eius cauli-
culi tenerrimi asparagi modo in cibo sumpti, & in cinere tosti profunt. Thus terræ de-
coctum cum farina hordeacea. Rubia pota, succus rosamarinii sanat. Sabina cum melle et
uino pota. Theriifago cum uino pariter pota. Quinquifolij decoctum ad tertias. Aloë
lachryma tribus obolis ex aqua, absinthium crudum bibitur cum apio. Centaurium ma-
ius: Bertonica: Agarici obolis 3. in uini ueteris cyatho, uerbenacæ folia obolis tribus ex ui-
ni calidi hemina quatruido, sed celerrime quinquifolij succus medetur tribus cyathis
potus cū sale & melle. Cyclaminis radix tribus drachmis bibitur in loco calido, & à per-
frictionibus. Sudores enim felleos mouet. Semen linozostis inspersum potioni, uel cum
absinthio, aut ciceris decocto. Hyssopi ramus cum aqua potus. Polytrix in uino datur, stru-
thion in mulso, cornus ceruini cinis. Fimum asinini pulli, quod primum ædidit à partu da-
rum fabæ magnitudine, è uino intra diem tertium, eadē & ex equino pullo similis usus
est. Blattæ detractis pedibus & pennis, in cinerem crematæ referuntur ad hos usus in
cornea pyxide. Canini capitis cinis in mulso, uermes terreni in aceto mulso cū myrrha,
recētiore eosdem celebrare aridos, terunt & in potu uini tenuis assumi debent, nam
per urinam felleum humorem ciunt, aliqui cum caprino sero dari malunt, alij cum cheli
doniæ succo. Passerum cinis sarmentis crematarum cochlearibus duobus in aqua mul-
sa. Auis icterus uocatur à colore, quæ si spectatur, sanari id malum tradit, & auem mo-
ri existimat, hanc Latini galgulā uocant. Nitrum in uino potum extenuat morbū. Lyn-
curium occurrit ex uino potū, aut si portetur. Hæc inter simplicium facultates obseruare.

Quibus accidentia emendari solent,

Cap. IX.

IN eo morbo adest iecoris calida distemperantia cum stomachi frigiditate, quæ mor-
bum difficilem reddunt, tum enim utilia sunt malagmata uentri & iecori extrinsecus
imposita, calefacientia, ac refrigerantia: & interea mixtura partim calidæ, partim frigidæ
assumi debent, cibi que dantur eiusdem naturæ. Morbo regio ex uenenatorum ictu ex
natura uenenati alijs occurrimus mithridatico medicamento, aut theriacæ antidoto, ex in-
de uinum mali punici potum prodest, aut berberorum, ut externo uerbo utar, seris dein-
de, ac portulaca ualet. Sed lactis potus assiduus cum oleo amygdalino inuat dulci. Iudi-
ciali uero ictericæ subueniunt balinea, & perfrictiones, flauum colorem emendat semen
atriplidis potu, e facie tollit muliebri lac cum elaterio naribus tactis, acetum quoque a-
cerimum calefactum olfactu prodest, aqua item rosacea utiliter instillatur. Fouere quo-
que faciem uino in quo nepeta incocta sit. Felle suffusos oculos poma cinere tosta, stu-
pa madefacta aqua inuoluta, imposita fotu emendant, fabarum cortices decocti ex ace-
to, si totum corpus foueatur eo decocto, colorem adimit uriginosum. Alij in thermis su-
dorem eliciunt. Methonæ didimus græcum medicum quiescente ægro in lectulo sudo-
rem euocantem. Linteo peluim iuxta lectulum collocatam tegebant, & summam lin-
teæ ueluti facti ore adaperito uapor ad corpus ægri deuolutus, sub culcitra excipiebatur.
Fabarum itaque priori suffragio eo modo uti possumus: tum à frigore & uento æger
tutus est: ac in eo dormire utiliter potest, ut uiuacius sudor euocetur felleus. Dât ob eam
causam cyclaminis sesquidrachmā cum mulso in potu. Flauos uero oculos purgant ster-
nutamēta, succus cucumeris erratici, tactis naribus, aut nasturtij, aut marubij, aut rapha-
ni, aut radicis betæ: elleborus quoque albus qui sternutamenta moueat, ea enim fieri tu-
to possunt, si ex toto (ut inquit Galenus) æger conualuerit. Acetum per se fotu oculos
claros reddit, si facies aceto albo lauetur, in quo eupatorium ac hordeum efferbuerit, co-
lorem foedum corrigit. Quidam singulis diebus seris erraticæ succum uncijis tribus ieiui-
nis dedere continuis diebus, mire enim curam iucundiorē præstat, certo experimento:
Valet & citri mali acrimonia mane sumpta, ubi flaua bilis infecta fuerit. Epaticæ succus
decem diebus mane potus, ex caliditate si fuerit uitium, plurimum ualere creditur, sed suc-
co grongi nihil præstantius inuenitur, si coruinis diebus sumatur ieiunus: uel si ex lienis
causâ foeditas illa orta fuerit, nam uultu iuniorē præstat. Alij lentē ritam cortice libera-
sam

Suffusos oculos
felle que curit.

al. summi.

Flauos oculos
purgantia.

tam datum drachmarum pondere cum sceniculi aqua, ac pueri impubis uirina pari por-
tione in potu dedere pluribus diebus certo experimento. Hinc ad lienis uitia transeamus.

ALEXANDRI BENE- DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXI- milianum Cæsarem Augustum Imperatorem inuicissim- mum, De liene Liber XVII. Proœmium.



NEc lien à natura sine ingenti causa constitutus est in sinistra corporis
parte aduersus iocinoris sedē, frigidæ ac siccæ naturæ, pro cordis, ieco-
ris & fellis temperamento, nam & partē ipsam in qua positus est frigi-
diorem, ac inertiorē reddit, in qua uidelicet dextra pars mobilior, ac
agilior, motum ueluti in re fixa uersaret: motus enim super re immota
fertur. Vnde quando propter corporis morbum (ut inquit Plato) sor-
dibus iecur abundat, lienis raritas id purgans, eas combibit, cum membrum hoc conco-
uum sit, & exangue, unde purgamentis impletū sæpe excrescit, tumetq; lutofo sangui-
ne, ac rursus cum mundatum fuerit corpus, compunctū in sese residet. Hic atra bilis se-
dem habet, quæ cū pituita permixta diuissimos capitis motus, si huc illabitur, dissipat
atq; cōturbat. Hæc Plato. Galenus uero de lienis situ hæc refert, ubi de partib. corporis
agit, cauo uersum uentrē & iecur positū habet, gibbo autē costas nothas contingit, anne-
ctitur peritonæo, ac omento, qua sensum habet. Inter uiscera tanquā inutile ab Erasistra-
to immerito dānatur, quandoquidē humoris melancholici crassi ac tetri in iecore gene-
rati repurgatoriū sit mebrum, uenis plurib. spongiosum in quibus diu elaborat (inquit
idem Gal.) in transmutando, qui nec protinus lutosum illum sanguinē ad sui alimentū,
aut ad uentrē transmittit, sed uenarū officio perpetuo humorē præparat, atq; cōcitat, pro-
priū enim humoris eius est, cū os stomachi subit, inspissare ac refrigerare. Aliter enim ie-
cur sanguine crassiori, sed haud impuro, lien uero tenuiori mixto lutofo sanguine, qui per
tunicarū raritatem facile ad membrū penetrat. Vnde iecur decoctū indurescit, lien uero
mollior redditur: hic sanguis sex feruatur, ueluti totius humoris atrū sedimentū non inu-
tile, nam naturalis ac præter naturā atra bilis hic reconditur, ac attrahitur, & è iecore ex-
pellitur, unde eius actio uniuerso cōducit corpori, sic cordi, & iecori, fellis q; seruari tem-
peramentū asserit, & sinistram corporis partē ea ratione frigidiorē, inertiorēq; (ut dixi-
mus) efficit. Lienis præterea caro tanto iocinore laxior est, quāto eo mollior est pulmo,
qui cordis flauo sanguine superfluente coalitur. Nā & si sanguis quo lien gaudet, natu-
ra crassior sit, à uenis cogitur, atq; cōcitur, unde paulatim in lienis substantiā admisce-
tur, quā ob causam iocinore lien leuior, ac fungosior habetur, sic nec purpureus est, aut
flauus cernitur, sed obscurus, atro alimento infectus, iecur uero crasso sanguine, sed pur-
pureo alitur, & pulmo pariter ex concocto, tenui, flauo, ac spumoso sanguine alimentū
habet, eorum enim substantiā ex proprijs cibus colorem & naturam contrahunt.

Atra bilis uaria genera, ac natura,

Cap. I.

Sicuti pituita pura aquosa est, nullius ferme saporis, quæ & naturalis appellatur, & a-
lia quæ uitrea ab Anaxagora dicitur, alia aspera, sanguinea est, alia acetosa, aut ama-
ra est. Pari et atra bilis ratione, sex sanguinis alia uocatur naturalis, alia feci uini haud dil-
similis, alia acetosa gustu, & odore manifesto, qui in terram proiectus, ueluti acerrimum
acetum spumat, atque ebullit, ij communiter melancholici uocantur humores, aut me-
lancholicus uocatur sanguis, ex ijs commixtus: ij aut naturali habitudine facilius in hu-
mano corpore generatur, aut ex damnato uictu intempestiue oritur, aut continuato fie-
tu, aut mœrore, uel diuturno morbo, uel ueneno: unde si quis sine causa expauescit, aut
mœret, ita ut in eo uitio perseueret, tum melancholiā pati dicimus, unde et in maledictū
nunc transit, cum mente cōmotos quosdam, aut insanientes per iocum melancholicos
uocamus. Furentib. enim melancholicus & dirus uapor ad cerebrū deuoluitur, siue sub

Lienis situs

Atra bilis
sedes.

Splenis munus

Pituita species.

Melancholicus
humor.

Melancholicus
sanguis.

tilis, siue crassior (ut Galeno placet) melancholica inducit accidentia, pro uarietate enim humoris, ac hominum habitudine uniuersa, uarij ac pene infiniti producuntur affectus, ut prior libro demonstrauius. Nam & pro magnitudine lienis ioci intemperantia homini attribuitur.

De lienis affectibus,

Cap. II.

Lien de facili indurefcit, a quarum præsertim uitio, miro enim impetu inflatur in cluso uento, aut sensim atro sanguine & crasso intus constipato, qui dissolutorijs emplastris difficulter discutitur. Lien sæpe inefficax efficitur, quem *ἀβρυσ* Græci uocant, cum lutosum à se sanguinè nequit expellere, tum turget supra modum, unde lienici, siue splenici dicuntur, aut cum attrahere non possit, tum cachexia uniuerso euenit corpori: natu ralem igitur uigorem illum custodire necesse est, ut atram bilem in sese contrahat. Eius præterea meatus obstruuntur cibo non idoneo, membri peculiari malo autumni præfer tim articulo: unde hominem sæpe ueluti zona cingit turgidus continua accretione hu moris, ita ut manu quandoque comprehendatur, sed & dolore interdum afficit. Peculia re cursus impedimentū quandoque ex eo est, quamobrem cursorum laborantib. quon dam inurebatur. Omnes demum qualitates tam simplices quàm cõpositæ uel cum ma teria, lienem afficiunt, & qui abscessum sæpe patitur, & ex eius oppilatione (ut Aegine ta scribit) phlegmon oritur, ubi feruor, dolor, ac tumor apparet, qui si durior factus fue rit, dolor, ac ardor finire solet, manente tumore, ac duricia: lienis paruitas congruum hu morem indicat, ex Galeno, contra magnitudo superfluitatem demonstrat.

Notæ diuersæ qualitatis lienis,

Cap. III.

Cursoribus lie nem impedimē to esse.

Lien calidior.

Splen frigidior

Splen humidior

Lienis caliditatem significant, sitis, lingua arida, aspera inflammatio sub sinistro late re, cibi fastidium, flauus corporis color, tum id membrū, aut impurum, aut nimium attrahit, aut digestionis tempus in iecore præoccupat in attrahendo. Frigiditatem uero ostendunt, cibi tædium, intestinorum murmura, quæ in ructus acetosos commouentur, tum lien aut ægre, aut segniter humorè atrum suscipit. Ariditatem uero præferunt, du riciès lateis, & asperitas, fortasse sitis ac tenuis urina, ex ea corpus uix alitur inspissato sanguine, hunc sequitur ictericia nigra. Cõtra humidum splenem demonstrant, lateris mollitudo ac læuitas, superfluens saliuā, ac pallidum corpus. At sequuntur materialis ha bitudinis notæ ex humore melancholico, tenuis urina, alba, clara, ac perspicua. At cum ijs humor melancholicus ad iecur rursus retroagitur, tum urina crassior emittitur, ac for didior lien extenditur, grauiā membra sentiuntur, atro colore suffusa, & acida eructant, ex innaturali melancholia, à cibo maior grauitas sentitur, & incoctæ ructuationes, uen tris que torsiones, excrementa spumosa, cum crepitu multo prorumpunt, grauius am bulant, & contra scalas fessis cruribus lassitudine fatigantur, difficulter que anhelant.

* Ex

* Et pituita uero, alba, uerum crassior, ac turbidior emittitur, dolet cum tumore & duri cie lien: ructus cum multa saliuā adest, quæ & aquosa est, uolæ manus, ac pedum plantæ feruent: in uentre uentus inclusus murmurat, aluus ipsa liquida est, spumosa, & ex pitui ta crassa fluit, facies decolor cernitur, & mēbra ueluti lassitudine defatigata, à cibo præ fertim sentiuntur. Bilem rufam, urina rutila indicat, ac tenuis diluta colore, lien grauis est, ac durus, facies auriginosa, os amarum, & cum siti nauseam infestat, aluus pariter biliosa est, ac membra contabescunt. In communi ex mala lienis habitudine uires quædam, aut omnes uitiantur, unde & lienicus quis fieri dicitur, sicuti stomachici & epatici uocari so lent communi nuncupatione: proprie tamē quibus uitio durus lien est, lienicos dicimus Galeni uerbis. Alij uero cum ex membri imbecillitate atra bilis ex iecore non attrahi tur, lienicos appellari arbitrantur. Iis facies obscurior redditur, uerum ad dominantis hu moris colorè accedit, croceum, uiridē, pallescentem, aut nigricantē uergit color. Galen. & lentigine faciē obduci tradit ex lienis imbecillitate, superflua atra bili sanguine permi xta. Cū plurimū lienis fusco colore eodē autore uisitur, quib. sicca aluus existit, cibi q̄ ap petentia, nullis q̄ nauseis infestatur. Verū splenicis, ex præternaturali melancholia sæpe uomitus, cibi tædiū, uentris fluxus, ac dissenteria infesta est. Cū atra bilis sine febre fertur, retentis imbecillitatem, aut expultricis indicat potentia irritari. E diuerso, cum impor tune

tune retinetur, uehementiam retentis ostendit: cum uero superfluit, expultricis igna uiam significat, aut per oppilationem aliquam intercedere. Cum uero attractrix male affecta est, aut ægre attrahit, coloris decorem amittit, album que oculi languide fulget. At si facies rubore aliquo suffusa decolor facta fuerit, cū cibi tædio, ac in liene calor len tiatur, ac urina spissior, ac rutila reddatur, caliditatis notæ sunt. Contra, ex frigiditate fa cies oculi que obfuscantur, & plumbina facies cernitur, parum appetunt, lien ipse frigi dior sentitur, urina que in summo clara est, imò turbulenta sedat.

De augurijs lie uicorum,

Cap. IIII.

Lienicus si dolet (ut tradit Hippocrates) adhuc spes est, nam à parte ægra non senti tur dolor, sed à sana, ut scribit Auerrois. Lienicis si superuenit dyssenteria, in bo num cedere iudicauit Hippocrates, si iudici aliter uenisse constat, tum enim paulatim lien rescidet, atque spõte discutitur. Alioquin hydrops sequitur perniciosa, nimio frigore cor pus occupante, plurimum enim refert, an dysentericus ille fluor melancholicus fuerit. Clamat idem autor perniciosiorem fieri, si post diarrhœam diuturnam dysenteria longa sequita fuerit, & hydrops subinde intercedat, aut lienteria, tum letiferum haberi, si sple neticis quoque profuuium accesserit sanguinis, ac sine dolore, albescentes uescicas extu lerant, cum cibi tædio, secundo die interitum augurari.

Quæ liei obstant,

Cap. V.

Obesse dicitur, uentus septentrionalis, aer frigidus, auster que, paludes, aer crassus, ac pluuiofus, cœnosi que fontes, non lympidi, ac non perspicui, nocent meror, ac continuata mœstitia. A cibo exercitationes ludij que, pila, aut saltationes, ac post balnea perfrictiones: somnus super sinistro latere lienem turgidū reddit. Cibarius præterea pa nis ex legumine, milio, panico, milio Indico, ac omni tritico impuro nocet, ac male ter mentatus. In cibarijs triticum damnatur, oryza, pasilia quæcūque farinacea, lens, cicer, faba, ac cicercula, pisum q̄: inter obsonia bubula uetus caro, ceruina que, ac suilla, hyrci na que, nec utiliter estur uetulus lepus: inter aues anates, anseres q̄ ac columbi, palum bes q̄ uetusti, turtures quoq̄ ueteres, ac gallinacii: lac omne ferè, caseus q̄ uetus salus, qualis ex Creta aduehitur, & ex ijs condimenta quæcūq̄ damnatur: oua præterea du ra, ac oleo fricta, albamentū præsertim. Inter pisces palustres, mollis curis, sine squamis, dura q̄ carnis lienicis nocent, sicuti elibano uel craticula inassata. Inter fructus styptici, acerbi, ac pontici, castanearū usus, cydoniorū q̄ offendit. Musta instant lienem, & quæ cūq̄ crassa sunt, ac dulcia, turbulenta q̄ nō defecata, si quod nimium austerū sit: aqua po tus nocet, maxime uero à balneo, labore, uenere que, uel quo magis gelida sit, qualis iu xta Cydonē ad Volicū in colle saxū scaturit tactu imparibilis: sed multos frigoris suauit as illa alioquin innocua ad uarios morbos inuitat: nō minus damnatur iniecta niue per urbē ardere syrio inter paleas uenalis circūfertur. Officit præterea ebrietas omnis, ac cra pula uenus q̄, à cibo præsertim in senib. ac omnib. inualidis. Improbatur mellita omnia, dulciaria ac sacchara, uel in cõdimentis, ijs causis lienis ima pars prius afficitur.

Curaciones in communi ad lienem,

Cap. VI.

Quæ iocinori subueniunt, eadem ferme lieni medentur, uerum uehementiora con ueniunt, ac asperiora. Inter medicamina aromata adsumus odorata, & quæ ui res reliquorum exacuat. Sicuti enim membrum sine metu manu comprehendimus, ita & remedia rāquam seruili membro & abiecto imponimus: sine ulla que existimatione omniū experimentis expositus est lien: iecur uero medicamentorū uires reformidat acu tas, sicuti aceri acrimoniam, spleni uero conducit oxyporis additum. Cauendum est ne ab alienis remedijs obuiio iocinori iniuria non parua fiat. Lien initio facile sanatur, ue rum si negligitur, ita ut obstruatur, aut indurefcatur, curationem difficilem facit. Opus igitur est (ut inquit Galenus) attenuandis humoribus, nec tamen nimium excalescentibus, ne cras sior intus humor fiat, ac inextirpabilis, nam & styptica admixta iuuant, qualis est cappa ris radix, & scolopendri on quam Galenus asplenion uocat. Tale absinthiū & eupato rium iecori existit: eadem cum oxymelle sumpta, tumorē lienis discutit, miro modo ua let et acetum in quo decocta sunt: bibitur eadem quoque ex uino cocta & impo sita, ita & absinthiū. Porulacæ seminis 3. 2. ex aceto sumptæ, & plātaginis quoque. Acetū item scyllite

Volicum saxū

Negligentia ma iore medici fert lien quam epata

scyllite summum habetur remediū, semen pastinacæ erraticæ lienem extenuat, ius brassicæ per quadraginta dies potū, scylla tosta purgata tribus obolis cum melle & aceto cocta, mentha per se, pulegiū syluestre cum sale. Cappares uel radix in uino pota, nam lienem totum emittit per urinam & aluum, heraclij folia cum melle & sale trita dantur. sagapenion lienes sanat, serpilli folia obolis quatuor ex aceto. Cyperus medetur, nam suffitu lienem consumit, exceptus que ore iris ruffa ex aceto pota. Polium recens decoctū & potum, uel aridum illitum ex aceto: succus mellisophylli auxiliatur, radicis anchusæ drachma in uino in posca datur centum capita. Semen urticæ illinitur, radix decocta imponitur. Gallitrichon trium digitorum mensura datur, asphodeli semen impetus sedat, ut Hippocrates censet: succus caucalis potus lienem extenuat: samentorum cinis auxiliatur, & uinaceorum aceto conspersus, & ita uino potus, & qui biberit, in liene iaceat. Hederæ folia bibuntur, trixago cum aceto sumitur, ea quoque chamædris dicitur. Spleneticoꝝ lienes extenuant raphani impositi, ut uidiuus, tumori cinis uitium & uinaceorum aceto conspersus cum rosaceo et ruta subuenit. Cedrosi 30. diebus pota, ternis obolis consumit, & semen asparagi in cibo sumptum. Succus crudorum cotoneorū leni prodest, eruum absūmitur, si ieiuni quotidie edant, smegma quod fit ex succo lupinorum aqua cœlesti decoctorum, ad lienem expedit: crudi item ex ficu sicca triti ex aceto impositi medentur, gallæ immaturæ ex aceto imponuntur, ammoniacū sumitur, & cum aceto uel rosaceo efficacissime imponitur: utraq; uitex utilis est. Præcipue laudatur myrice, si succus eius expressus in uino bibitur, adeo que mirabilem eius antipathiam contra hoc solum uiscerum facit, ut affirmant, si ex ea alueis factis bibat sues, sine liene inueniri, hanc & tamaricem uocant, & ideo homini splenetico cibum, potumq; dant in uasis ex ea factis. Hederæ corymbi poti & illiti lienē sanant, & hederæ succus, efficacior est alba, ferro calefactus, satis que est acinos sex in uini cyathis duobus sumi. Quantū cyathus pondere capiat, nūc referam, nam drachmas decem continet, duabus igitur unctis uini damus hederæ senos acinos: Ne putet quis nos cyathos uulgarī uocabulo quo utitur alij, dixisse. Et spleneticoꝝ etiamnum sanari tradunt, ligni hederæ uase bibentes. Medetur & chamædris hederæ non se attollens à terra, contusa in uino, acetabuli mensura, inter panē utilis est quoque rubiæ radix pota. Cynobatī tyris tenerrimus conditus ex aceto manditur. Foenugræ cum decoctum addito nitro, & impositū medetur ex aceto, & farina illinitur decocto ex aceto & melle tantum. Omnium laudatissima est asplenion quā uulgus scolopendriū uocat, ab alijs teucrion, bibitur & imponitur mitro auxilio. Hanc Galenus & ceteri autores omnibus præferunt. Agaricum bibunt obolis tribus in uini ueteris cyatho, & panacis radicem in mulso, sed eadem trixago, siue teucra siue chamædris arida & decocta quantū manus capiat in aceti heminis tribus. Argemone in cibo sumpta 7. diebus, lienem consumit: nymphææ radix heraclie in uino pota medetur: cyllanthemos 3. pōdere bis die sumpta in uini albi cyathis duobus, per dies 40. lienem paulatim emittit per urinam. Prodest & hyssopum cum ficu decoctū, lonchitidis radix decocta priusquam semen emittat, acorum epotum consumit, alchineæ aridæ farina in uino bibitur, lienem enim cursorum extinguit, hippuris decocta fictili nouo ad tertias quātum uas capiat, & per triduum heminis pota. unctis esculentis ante diem unum interdicitur. Alum leni utilissimū, bibitur radix trita in uino decocta, & aliquādo superillinitur. Absinthiū bibitur cum aceto, aut pulte, aut ficu. crocodilon consumere dicitur, de qua in narium profluuio diximus. pancreatij succus cum melle medetur. Periclemini semen in umbra siccatū tunditur, & in pastillos digeritur, ij resoluti datur in uini albi cyathis 3. ternis diebus, lienēq; absūmit, smyrnææ radix uel semē, & asplenij foliorū succus, in aceto decoctus per 30. dies epotus & illitus spleneticoꝝ liberat. Caprinum lac ualet post bidui inedia. tertia die hederæ pastis capris, per triduum potum sine alio cibo. Lac quoque bubulū, & lien bubulus in melle editur, & imponitur, ceruini cornu cinis in aceto potus. Lien asininus inueteratus efficacissime auxiliatur, ita ut in triduo sentiat utilitas.

Pol. ca. asini pulli simū, quod primū edidit, poleam uocāt Syri, dāt in aceto mulso, datur & equi lingua inueterata ex uino præsentaneo remedio, ut didicisse se ex barbaris Cicilius & Bion tradiderūt, & lien bubulus simū modo: recens aut assus & elixus in cibo prodest, & pul.

& pulmo uulpiū cinere siccatus, atque in aqua potus. Item hoc dorum lien impositus. Qua fricta ex oleo terna pridie macerata in aceto & illita. Herinacei lien imponitur. Itē cochlearū cinis cum semine lini & urticæ addito melle donec persanet, mel in quo apes sint emortuæ, probatur, spongiæ imponuntur è posca: Corallium absūmit lienem, in puluerem igne redactum si læpius potatur, & carnes testudinum terrestrium splenis uitij profunt myes. Medetur & solea piscis impositus, torpedo item imponitur & squama ferri. Rubrica uero bibitur, quis crederet, si alumen pilulis sumatur, contra eius uitia ualere creditur, tradunt & hominis urinā præcipue pueri impubis lienem absūmere. & uinum in quo decocta sit betonica, aut chamæpytis uel comāducata ex Dioscoride. Hæc in simpliciū curis inuenimus, sed de catharticoꝝ comunibus hæc pauca subiungemus.

De catharticoꝝ communibus,

Cap. VII.

A Splene trahunt Agaricus, de quo dictum, senna, epithimum, lapis armeniacus, & qui cæruleus dicitur, elleborus niger, succus radicis ebuli, euphorbiū. Inter compositiones est Ruffini hiera, pilulæ Indicæ, ea cum ammoniaco gummi dari debet, uirus enim medicamentorū compescit. Reliqua remedia tam simplicia quàm compescita efficacissime ferè omnia cum aceto sumuntur ex humoris naturæ similitudine, Auertois id credidit. Emplastra quoque eodem modo componuntur.

Indica pilulæ,

Quæ aduersam lienis habitudinem emendant uel cum materia,

Cap. VIII.

Si sine materia uitium fuerit, quæ sumuntur, & quæ imponuntur, alterantia duntaxat contraria auxiliantur. Alioquin materialis causa in omni ferè curatione, inunctionibus, emplastris, fomentis, digerentibus potionibus, deiectionibus, sanguinis missione, frictionibus, cucurbitulis, aut cauterijs opus est, ut Galenus summam comemorat, sed in primis aëris serenitas quærenda est, ac temperies: & curas iuuat ex animo expellere, deambulationes item suauis ante cibum, & somnus in dextrum latus temperatus. Ceterum uitium ex nobili materia quærendus est, agricolarum uita damnatur. Vinum probatur tenue clarum, nec multarum uirium: cœna ac prandium sit sine uentris distentione, si uero uitium materia fuerit calida, ex cubito sinistro uenam secabis imam: aut quæ inter minimum & sequentem finit, Galeni præcepto, in ea dimissione iteratio laudatur, satius enim est paulatim demere. Aliqui & a talo sinistro demunt: sed tumescens hæmorrhoides in se scalpellum, aut sanguisugam auocat, fœminis menses soluti iuuant. Aliquibus è nare sinistra profluuit excitant, at ex materia frigida digesto humore alui deiectione opus est. At ubi aduictio fuerit, is syrupus conducere potest, qui ex epithymo uel capno fieri solet, cum buglossi, scolopendrij, & strychni aqua. Ad deiectionem uero ea potio utilis est, in qua catholicon & diasene singulorum 3. 3. cum diarhodo 3. 1. s. additis leris & scolopendrij aquis ana 3. 2. matutinis datur, prodest & epithymi per se decoctū, uel cum syrupo acetoso & aqua capni: si uero materia fuerit biliosa nondum inusta: syrupus acetosus uel oxyfaccharum datur ex aqua scolopendrij, tamaricis, ac strychni. Subinde cum uideris in uina sedimentum, hoc medicamentum dabis, agarici 3. 2. salis cappadoci 3. 2. cū aquis antedictis dissolutis, additur catholicon 3. s. diarhodon 3. 1. s. sequentibus diebus, strychni, fœniculi, & tamaricæ cum pastillo eupatorij & saccharo albo dāt succum uel oxyfaccharo Ex frigida uero materia, eo modo digestio sollicitanda est, habetur chamædris, eupatorium, calamintha, stœchadis, hyssopi, iridis quantum manu comprehendunt, radicis capparis, anisi, fœniculi, & petroselini, foliorū betonicæ ana 3. 1. corticis fraxini interioris, foliorum tamaricis ana drachmas quatuor, cum saccharo uel melle syrupum facito, addito aceti paulum, oxymel idem præstat cum scolopendrij, mentha, apij que aquis uel tamaricis. Subinde da ad deiectionem eam potionem. In qua balani Indici drachmas 10. polypodij 4. corticis radicis capparis dimidia, absinthij tres, eupatorij duæ, capni, senæ ana 3. s. epithymi septem, ex ijs decoctum facito, de quo assumat æger pro arbitrio, at ubi materia mixta fuerit, ex utraque causa potiones facito, atque cathartica. Vbi uis attrahendi infirma sit lienis, emplastris opus est ex calefacientibus, ac excicantibus. Ad id ualere dicuntur cucurbitulæ sine ferro ei parti impositæ, uel frictiones, si imbecillitas ex caliditate fuerit, tum oleum rosaceum iuuat frequenti illitu: cum quo-

Lienis morbi materialis causa quibus conuertitur.

Potio utilis ad deiectionem

Vntio lieni idonea. cū quo capparīs radicis farina additur, cyperus, acorus, seris uel cichorij succus, & eupatorij cum aceti stilla. Ea uero imbecillitas à frigido orta, exercitamentis, equo, curru, frictioibus que excitetur. Tum ammoniacum lieni apte imponitur emplastrū uice. uel eo uncto qui hoc modo conficitur, succi absinthij ꝑ. 3. aceti 2. ammoniaci una, bdellij, opopanax, sagapenij ana ꝑ. s. olei duæ, in aceto gummi omne resolutum pluribus horis facto cum succo, mox oleum lenta pruna superingerito, demum ceræ ꝑ. s. addito, resoluta omnia pāno stamineo percolabis, & lienem emplastrabis ieiunis, ac exinanita aluo. De imbecillitate expultricis sequenti capite dicitur.

De lienis meatibus obfessis & causis,

Cap. IX.

Causa oppilationum. Saepe à iocinore ad lienē uena quæ interiacet, magna ex parte oppilatur, uel quæ ad os stomachi fertur exilior: crassior enim humor id facit. Nam & à uento crasso fieri posse non dubitamus, in qua sententia & Galenum uideo. Cum plurimum enim sanguis est crassus & fibrosus: qui diutius continetur retentrice robusta, aut expultrice infirma, cum enim eo sanguine alatur, & in membri substantiam cōuertatur, quandoque ita inspissatur intus, ut in miram increseat magnitudinem. Oppilationis uero causa est, aut uiarum angustias, aut humoris crassitudine, aut uiscositate, aut sui exuberantia, uel si plura, aut omnia eadem affuerint, oppilant autem aut sanguis melancholicus naturalis, uel innaturalis, aut flaua bilis notha dicta: aut phlegma crassum, spissum, ac lentum: ex castaneis, ficis, fungis, palmis, melle, multo, pisce, aqua que palustri, & ijs similibus cibis: qualia sunt legumina, brassica, & pastilia farinacea, omnia que lactaria, intercedit aer palustris, aut uentus septentrionalis frigidior, de quibus paulo ante dictum est. Exercitationes uehementes statim à cibo, ac in latus sinistrum continuatus somnus. Aluminosa præterea, aut ferrosa balnea & ipsa astringunt, accedunt menstrua muliebria, si importune suppressa fuerint, aut hæmorrhides in uiris uel profluuium, ex sinistra præsertim parte: quibus sæpe exonerari fuerit assuetus æger. Actionum imbecillitas oppilationem sequitur: sed attractricem offendit, si iecoris uena ad lienem constipata fuerit, si uero superior uena ad os stomachi oclusa fuerit, expultricem lædit. Vis digerendi si læditur, in omnibus partibus oppilatio contingit: ex ea enim composita: febres, epatici morbi, tussis & alij affectus eueniunt. Lienicis, ut Aegineta docet, os graue olet, gingiua que putrescunt: nec in cruribus ulcera persanantur. Ex iecore pariter affecto, hydro ps haud dubio oboritur.

Functionum offensio.

Note in communi, & particulares siue speciales,

Cap. X.

Mala ex magnitudine lienis. Nulla hic inflatio, nulla que febris adest, nullus que tumor, sed totius corporis grauitas, ac magis in sinistro percipitur latere, non sine aliquo dolore, oppilatio quæ ex febris orta est, uel si diuturna fuerit, sub sinistris præcordijs apparet durior, tument pedes, ac cuius exulceratur, ac post cibum intenduntur præcordia, sequitur anhelitus difficultas, ac tussicula: & ex lienis magnitudine corpus macie conficitur: quod in collo euidenti apparet: ex ea iocinoris habitus corrumpitur, & digestiua præsertim uirtus, oppilata uena ad iecur corporis totius hilaritas & splendor uitatur, & alia symptomata praua sequuntur. Quæ uero ad os stomachi pertinet, si obstruatur, nullum adest cibi desiderium, uomunt atram bilem acetosam, summa tellure ebullientem ac spumantē aceti modo acerrimi, urina sæpe sanis similis emittitur, qui si aliquantisper fatigetur æger, obscurā reddit. At notæ ex calidis humoribus frigidis uel iam supra descriptæ sunt: sed ea raro eueniunt: plurimum enim melancholia in causa est, quam tenuis urina decolor que ostendit: uirgula tamē quo tenuior, eo deterior. Ab humore calido crocea existit spleneticis quibus in sinistro latere dolor insedit, à cibo præsertim: etiamnum in sinistro tempore pulsat dolor: qui que sine manifesta causa mœrent, ac tristes sunt, raro que ridet, sed microplici omnia timent, fusca facie, oculorum albo liuescente: contra scelas grauior incessus, & genua quasi defatigati sunt. Aliqui cibum appetunt, nonnulli nunquam desiderant, oppilatione, aut materia humoris corrumpete. Alius nihil reddit, aut difficulter: interdum è sinistra nare fluit sanguis: plurimum que eructant. Spleneticorum duricies lienis quo durior, eo periculosior habetur, nam digitis comprimentibus non cedit: sed inueterata duricies insanabilis habetur.

Curationes

Curationes communes in splenicorum oppilatione,

Cap. XI.

Quod genus cibi fugiendum. Quæ de aere, motu, somno que præsertim diurno, balneo, ambulationibus, frictioibus que dicta sunt, hac quoque curatione cōueniunt. Cibaria præterea cauenda sunt, quæ difficulter digeruntur, & melita, saccharacea, pinguia, lactaria, farinacea que, uitanda sunt, non fermentatus panis, uerum lac camelarum non improbat, duriciem enim euincit, & oppilationem aperit: damnantur aperientia, nisi uentre uacuo & exinanito, alioqui indigesta ad iecur celerius rapiunt & oppilant. Spleneticos iuuant post detectiones, fontes calidi Patatini, Aponenses dicti, uel Bononienfes, & quicumque sunt ferrosi, nitrosi, aluminosi, sulphurati que: qui si fortunæ inuidia non sunt, fomenta huiusmodi conueniunt, & uicem suppleunt, in aqua fabrorum uel uino, addito aceti modico, melilotum, artemisiam maioranam, chamomilam que unà decoquunt, & spongijs duabus impositis latus sinistrum fouent calido decocto. Pro uictu auiculæ esui medentur, aceto & garyophyllo conditæ, aut cinnamomo. Cappares quoque conueniunt uel conditi (ut nunc fit) saccharo: ad mensas ueniant uitulina caro, ueruecina, hædina, aprina, ac capreolina, turtures, gallinacæ que pulli, oua item forbilis, pisces quoque mediæ materiæ aceto acerrimo, pipere, ruta, apio, ligustico, calamintha, & croco: panis bene fermentatus, bene que coactus sit cum foeniculo & aniso: in cibo beta cum sinapi & oleo, ex horto alium, cepe, porrum, raphanum, ruta, mentha, absinthium, abrotanum, & quæ paulo ante diximus inter remedia. Iuuant fici sicæ cum amygdalis ac pistacijs, uua pasta cum nucibus, oliua ex muria, ciceris ius: brassicæ que lupini siue amari, siue præparati iuuant. Acetum ad spleneticos hoc modo fieri solet, in acerrimi aceti sextarijs duobus tamaricis tenerimæ cimæ, calamintha, foeniculus, apij semen, grongos arida, omnium quæcum manu apprehendi potest, biduo macerentur, & percolatū acetum usui seruamus. Inter oblectamenta item capparīs, lupus salictarius, nostri lupulū uocant, asparagus, buglossum, petroselinum, apium, citrigo, & cichorium annuerantur: brassica cruda (ut Dioscorides tradit) ex aceto estur. Vtiliter uinum iuuat quale punicum est iuxta Timauum fontem, celeberrimum tenue est, album, odoratum, nec sine uiribus, adde si uelis, aquam ferrosi fontis, aut fabrilis, uel in qua ferrum uel aurum extinctū sit, aut chalybs in ea quoque aqua & cibaria cocta sunt, uel in qua decocta sit tamarix. Laudant si tamaricis gutto lienici uterentur plurimum iuari: factitare etiamnum cœpere cados ex eo ligno ad seruanda uina, alij in dolijs ligni surculos imponunt. Frigida uina etiamnum medicata nocent: uel cibaria omnia, tantus est calor amor huius uisceris, ut statim epotam frigidam sentiat. Quæ plurimum alunt, & corpora facile implent, & sanguinē augent, neque oppilent, summopere laudantur: In coena parcius quam in prandio sumendū est: inter aromata id maxime placet: Habet cinnamomi, cardamomi, piperis ana seminiam, garyophyllorum, balani muscati, galangæ, piperis longi ana drachmā unam, croci dimidiam. De potionibus iam dicemus.

Vaporationes & potiones ad lienem oppilatum,

Cap. XII.

Vaporationes quæ lienis duricias emolliunt, antequam materia dissoluatur, aut discruciat, per uices enim emollienda materia est, ad deinde dissoluenda, donec ex toto materia penitus discruciat: in emollientia quæ leuiter astringunt, commiscenda sunt, ad membri conseruationem: in communi quæcumque amara ac styptica sunt, admiscemus, propterea alumen, ac acetum, addunt que alij & aperientia, cum ijs quæ diffundunt & dissipant, sed à leuioribus inchoandū. Interea potionem ex cortice radicis capparīs frequenter damus, quæ per aluum & per urinam sanguinolentam trahit materiā, si cum syrupo acetoso bibitur acri que. Dant alij scolopendrium, cum tamaricis succo, uel radicis decocto, quod cum uino (ut dictum est) lienem attenuat siue sicca, siue uiridis radix fuerit: aut semen agni, id est, uiticis, pro quo salicem ponunt nonnulli errore manifesto. In causa enim calida plurimum conferre uidetur. Acorus item prodest tansa cum melle sumpta linguæ mensura. Aut centaureæ minoris succum bibunt trium drachmarum pondere: chamædris quoque in magno est experimento, ac chamædris, uel lupulorum decoctū cum syrupo acri antedicto. Marubij item succus cum aqua ferrosa in magna laude habetur. Sed emplastrū fieri solet efficacissimū ex uiticis semine, & cauliculis

D tenerimis,

Tamaricis genera.

tenerimis, si quotidie imponatur. Nostri tamaricis gallam omnibus praeferunt remedijs, attamen uulgius infelicem eam arborem appellat, quoniam nihil ferat, nec feratur unquam: & si Corinthus, & quae circa regio est, duo genera facit: sylvestrem plane sterilem, alteram mitiorem, haec fert in Aegypto Syria, quae etiam abundanter lignosum fructum gallae modo, asperum gustu, quo medici utuntur uice gallae, & in compositionibus, quas antheras uocant, lignum autem & flos, & folia, & cortex, ad eisdem usus adhibentur: quamquam remissiora, inquit Plinius. Quidam dant hederæ baccas cum oxymelle. Valet decoctum corticis raphani in potu. Ocyntum lienem attenuat, ut scribit Dioscorides. Oxymel scyllite in primis commendatur ad digerendum: in confesso sunt gith, nasturtium, & oxylapathon in causa calida, & atriplicis succus ac decoctum, ut supra denarrauimus, in simplici cura. Sed polypodio maxima laus est, quoquo modo sumpto. At inter compositiones laudantur trochisci, qui à capparibus nomen habent, in hoc modo fiunt, corticis capparis è radice, seminis urticis ana ʒ. ʒ. scolopendrij ʒ. ʒ. aristolochiae rotundae, rutae, seminis nasturtij, acorigith, capni ana ʒ. ʒ. s. ammoniaci ʒ. s. in aceto resoluti cum ea caetera tusa in pastillos redigatur duum ʒ. pondere, qui cum oxymelle dantur ieiunis. Alius trochiscus qui à scolopendrio nomen accepit, scolopendrij, hyssopi, prassij, tamaricis fructus, corticis è radice capparis ana ʒ. ʒ. seminis agni, rutae, gentianae, aristolochiae rotundae, florum genistae ana ʒ. ʒ. s. ammoniaci in aceto distemperati sesquidrachma: digerantur tusa & cribrata in pastillos, eo quo diximus modo. Valet diacostum, dialacca, diarheum poticum, diacardamomum, quae. In oppilatione à causa calida pastilli eo modo fiunt, uel cum febrili, habet seminis portulacae, seris, fructus tamaricis, adianthi, scolopendrij, corallij albi & rubri ana ʒ. ʒ. corticis è radice capparis, agni seminis ana ʒ. ʒ. s. cum aqua tamaricis in qua gummi aliquod dissolutum fuerit trochiscos informato. Valet & triafandalon, theriaca cum buglossi decocto mane sumpta medetur, nam & uescas quae in summa tunica oriuntur, sanant. Sed fomenta & emplastra alia annotabimus, lana non elota in aceto & lixiuio madefacta, lienem utiliter imponitur: aliquando apij folia scolopendrij, quae cum altheae semine imponimus, ut discutiant & pariter emolliant, sed aqua tamaricis, scolopendrij apij, quae ana pondo, aceti, lixiuij ana ʒ. ʒ. lana aut spongia lien fouendus est: eo uehementius fomentum est, prassij, absinthij, rutae, chamædrydis, chamæpytidis, corticis è radice capparis, tamaricis, florum sabinae, corticis interioris fraxini, lauri baccarum, chamomila, meliloti pares portiones in aqua decocta, cum lixiuio, & aceto lienem fouebis efficacissime. Inunctiones uero peractis uaporationibus singulis diebus fiunt. Habet hyssopi recentis, quidam oesypum ouium malunt, nominis propinquitate, errore: adipis, anethini uisci, dialtheae ana unciam, commisceantur, conficiunt. Alij tamaricinum oleum spleneticis utilissimum, uehementior est foenugraeci lentor, ac seminis lini, ac seminis althae, anserini adipis, gallinacei quae ana ʒ. ʒ. olei anethini, uolarum lutearum, amygdalini amari ana ʒ. ʒ. ʒ. celsi una, ad unitatem rediguntur. Laudatur & cyclaminis inunctio, est id efficacissimum, olei lauri, irini, cyprini, butyri, aceti, scyllitis ana ʒ. ʒ. s. emplastri meliloti ʒ. ʒ. succi cyclaminis, & prassij ana ʒ. ʒ. feruefacito donec succus absumatur, si febris adest, beta per se cum aceto decocta imponitur. Addunt alij maluam, aristaltheae radicem, ac periclymeni folia: ex causa calida imponitur, rubrica armeniaca, aceto distemperata. Alij ebulli radices cõcisas meraco uino decoquunt, & terunt cum aceto & gallinaceo adipe, emplastrum conficiunt salutare cum eodem uino: aliqui absinthium addunt. Extenuat miro modo (inquit Hippocrates) ammoniacum aceto liquefactum & illicum. Quidam emplastrum per triduum utitur, quod paulo ante cum meliloto & cyclaminis succo fieri diximus, deinde aqua tamaricis, scolopendrij, & aceto fouere, mox ammoniacum imponunt, atque ita uicissim emolliendo discutunt, alij cum eo gummi caprinum, aut ouillum finum addunt: per se lienem durum emolliunt uiole luteae radix imposita. Cicuta cum semine coctam & impositam mire prodesse uolunt. Sed iam de alio deicienda dicamus.

Trochisci ad lienem affectus.

nigella

Oesypum non hyssopum.

Quae aluum deiciunt in spleneticis oppilatis, Cap. XIII.

Lien per aluum recte repurgatur, comode autem trahunt uentrem pilulae, quae à caeruleo lapide nomen habent, commixtis alijs quae aggregatiuae ab efficiis uocantur: rursus materia digeratur, antedictis portionibus, & dialena repurgeretur: catharticum si febris

si febris affuerit, habet buglossi folia, capni, grongi, passulae, epithymi, glycyrrhizae, ac seris feminis pares portiones in eo decocto diacatholicon pondere ʒ. ʒ. ʒ. ʒ. succi rosarum medicamenti, & dialenae ana ʒ. ʒ. s. matutinis datur. Agaricus quoque trium drachmarum pondere bene aluum ducit. Commendatur epithimum duum drachmarum pondere ex syrupo aceto, si saepius sumatur, extenuat enim membrum. Infunditur per aluum quae materiam trahunt, glandes item ex melle & hiera piera consciuntur. Quae autem urinam euocant, paulo ante diximus: sudorem quadoque utiliter elicimus, cyclaminis succi triti ʒ. cum mulla calida pota: dein uestimentis aegrum bene cooperies, sudabit bene. Alij materiam auertunt, & sub genu exteriori inurunt, aliqui in praecordijs sinistris pro magnitudine lienis pluribus inurunt locis, si alia auxilia non profecerint.

Dosis agarici.

De lienis abscessibus, Cap. XIII.

EX lienis oppilationibus phlegmon primus oritur, ut Aegineta scribit, ex calidis namque humoribus prouenit, in quo feruor, dolor ac tumor apparet, deinde si in duriciem (facile enim est) mutatus fuerit, dolor ardor, quae finire solent, ex sanguine igitur ac bili fit, uel utriusque humoribus, & si raro. At frigidum apostema, ex phlegmate, aut ex atra sit bili, aut utriusque, magna enim ex parte apostemata ea dura sunt, ut Galenus demonstrat, quod ex crassis innascuntur humoribus: raro enim mollia inueniuntur, quae sani guinea sunt, aut phlegmatica quae rarerent eueniunt. Nec mirum si ex sanguine, quandoquidem uenarum multitudo in eo intercurrat membro. Dura namque apostemata raro eueniunt pueris, foeminis, tortis & inexplicatae uocis, & qui destillationibus fatigantur. Extrinsecus etiamnum suppuratur lien lapsus ex alto, aut incussus: uictu prauo & damnato. Intrinsecus uero, iecoris uitio, aut proprii membri imbecillitate digerendi, aut expellendi, aut attrahendi subscribant hamorrhoides, foeminarum menses, alia quae profluua si steterint. Omnis igitur abscessus aut diffunditur, & discutitur, aut alio transfertur, aut in pus uertitur, & si raro, uel in duriciem mutatur: interdum narium profluuium finitur, aut urina.

Phlegmones in liene generatio.

Lesio lienis ab extrinsecis.

Note abscessuum in liene communes, Cap. XV.

Signa iam denarrata sunt, si ex oppilatione fiunt, pro situ apostematis figurae uarietas apparet, quia aut in summo lienis aut in imo abscedit, quod frequentius euenit, & diuersitas tumoris apparet: in duobus interdum tribus exuberat locis, interdum medium cingit hominem, & praecordia incommode supprimit, & dolor ad iugulum quadoque sinistrum pertinet & humerum: non sui substantia id euenit, sed tunicarum gratia, quibus alligatur & ambitur. Ex phlegmone febris adest continuata, ex alijs humoribus periodica, cum plurimum quartana est. Nam & anhelandi sequitur difficultas, si apostema ingens fuerit: nam & pedes interdum, ac genua rubicunda apparent, nares autem, ac aures exangues flaccescunt.

Note inter se distinctae, ac prognosticae, Cap. XVI.

Abscessuum calidorum naturam sitis, inflammatio, febris sine intermissione sequuntur, lien ipse rubet, ex cholera sitis uehementior, ac inflammatio cum acuto dolore: Frigidorum nota sunt aut contrariae, aut remissiores, lien tamen degrauiat sine dolore. Ex melancholia duricies summa apparet, cum grauitate: nam & color loci liuidus existit sine inflammatione, & dolore. Si lien sine alia tumet causa, moeret sine ratione aeger: nam & mens interdum commota uidetur, aut humoris uitio, aut diaphragmatis offensione, qua cerebrum (ut iam dictum est) laeditur, phreneticos enim uocari diximus ex Galeni uerbis. Lingua praeterea nigrescit, quando in imo liene abscessus affuerit, atra enim bilis ad os stomachi effunditur, cuius tunica cum lingua cohaeret. Ex apostemate melancholico saepe crura exulcerantur, si laboriosi homines fuerint, ea tamen quandoque spleneticos sanant. Cum plurimum gingiuae corroduntur, ac dentes exteruntur. At nota apostematis duri, quae ex calido fiunt, per subtilium partium dissolutionem ex eo tantum signo percipiuntur, quoniam (ut dictum est) Pauli sententia, phlegmon prius accessit, deinde dolor ac feruor quiescit: si quando igitur ex phlegmate cotigerit. tum lien mollior est, albicante colore, aut liuescente. Oppilationem ab apostemate ita distinguimus, quoniam in illa meatus omnes obstruuntur, nec lienem uiolenter distenditur, sine dolore.

Signa abscessuum calidorum.

Apostematis melancholici nota.

Quid oppilatio ab apostemate differat.

lore ac febrī: in hoc uero materia in unum congregatur locum, tūi uolenter & acriter distenditur, ita ut continens materia soluat, uel scindatur. Si uero lien inflatur, spiritus tactu murmure quodam dignoscitur, ac sine pondere tumet, eam sepe inflationem deambulationes sedant. Collectionis notæ sunt quas de iecore supra memorauimus. Euenit interdum ut iecoris abscessus in splenicum conuertatur quod in bonum cedit, materia enim ex nobiliori membro ad ignobilius conuertitur. At si e contrario contigerit, perniciosissimum est. Apostema quod totum lienem complet, malo est, & sanguine minus periculosum: durum deterius, uel si membri summam partem compleuerit. Ex nare sinistra profuuium, ac uentris, bonum pronunciant, si in die iudiciali euenierit, ac signa digestionis materiae antecesserint. Ceterum uentris fluxus breuis ex alijs pariter humoribus bonum augurium præstat: urina uero feci similis uiscosa, dubium præfagium denunciat.

Curaciones apostematis lienis.

Cap. XVII.

Quando melancholia potissimum feratur cum sanguine.

Distemperantias lienis iisdem auxilijs, quæ in iecoris uitjs dicta sunt, sanari tradit Aegineta. In phlegmone à cubito sinistro uena secanda est, aut in extrema manu: ut longiori interuallo medicetur dempta materia, uicem subit hæmorrhoidarum profuuium, uel in foeminis menses euocari. Sanguis recte dimittitur ante lunæ coitura quo tempore melancholicus humor cum sanguine confunditur: in ea sententia sunt, qui astro rum disciplinæ fauent, nam & in quartanis febribus coitum ipsam obseruamus. Subinde alium molliter soluimus, epithymi decocto, addita siliqua ægyptia, uel manna cum diarrhodo cathartico: si fuerit phlegmatica materia agaricum eodem decocto dissolutum damus cum cathartico quod Indicum uocant. Si uero melancholica fuerit, diafenam & diacatholicon admiscemus. Præterea digerentibus materiam opus est, in quibus quæ uehementer urinam ciunt, cauenda sunt, nec à deiectione largior potus dandus est, ne ad iecoris gibbum materia trahatur: tum enim sitire conuenit, aut saltem parcius bibere. Aliter syrupus in materia calida fieri solet, succi capni, seris, sonchi, tenerrimorum foliorum salicis, tamaricis, fraxini interioris corticis, scolopendrij ana M. i. seminis portulacæ, corticis ramentorum cucurbitæ aridæ, cum saccharo, addito aceti momento, potionem facito. Ex frigido uero apostemate, salicis eiusdem & tamaricis tenerrimæ, fraxini, scolopendrij, marubij ana manipulum unum, radicis capparidis, feniculi, apij, buglossi, cichorii, seris ana unciam unam, capni manipulos duos, grongi, seminis anisi, chamædrydis unciam unam, syrupum acetosum facito.

De cataplasmate pro lienis apostemate.

Cap. XVIII.

Cataplasma ad lienis apostema.

Laudat Aegineta cataplasmata extenuantia, quæ nec plurimum tamen excalesciant, in quibus astringentium modicum addimus. Id præstat per se salis flos. Est & id mirabile cataplasma, quod habet scænuæ part. 4. hordeæ farina, cardamomi ana part. 1. carycarū pinguiū librā, peristerij aridi part. 1. caricæ quàm acerrimo aceto macerandæ, & cæteris contulis unā decoquantur, iuuat fimum caprinum imponere, cum farina hordeacea ex aceto coctum & impositum, habeant & aliquid salis floris. Aliud, ceræ libra seui taurini tantundem, nitri 3. 3. resina terebinthinæ, agni seminis, corticis radicis capparidis ana 3. 3. liquidis arida admisceatur. At initio nostri sæpe lienem fouent chamaemileo oleo, & rosaceo, subinde eo emplastro utitur, hordei farina, rosa, absinthio, meliloto, scolopendrio, cum rosaceo, & nardino oleo. Verum si multa adesset inflammatio cum succo portulacæ, & plātaginis, uel cum cucurbitæ ramentis, uel strychni succo conficies. Cauendum tamen ne frigidioribus quàm opus sit, materia intus cogeletur, in frigidioribus primo fotu iuuat oleum nardinum, lentiscinum, uel absinthinum, subinde cataplasmata impones ex hordei farina, ciceris que, cum lixiuio temperata, additis chamæmila, meliloto, anetho & absinthio, in crescente morbo, tam ex calida quàm ex frigida causâ, extenuantia admiscenda sunt, sed cum iam tempus fuerit, ut materia discutienda sit, cum extenuantibus emollientia admiscenda sunt, ne resolutis subtilibus crassior materia subinde lapidescat, modicum que astringentis admiscebis. Phlegmonis item initio sandalorum p. 2. rosacæ nouitiæ p. 1. cum coralliorum farina, & semine portulacæ, tamaricis fructu, omnium p. s. singulis diebus id utiliter datur drachmæ pōdere. initio frigidi aposte.

apostematis diarrhodon dari debet cum capparidis corticis farina, ac tamaricis baccis tunsis. Id cataplasma, inquit Aegineta, à nobis probatū est, arsenici p. 2. sandarachæ tantundem, terebinthinæ p. 6. picis aridæ p. 1. galbani p. 1. opopanax p. 1. corticis radicis capparidis, myrobalani, ammoniaci, thymiamatis ana p. 4. cum castorei momento imponitur. Epi thema Galeni ex facile parabilibus remedijs, myrobalanum quod in usū nunc non est, ad unguenta à priscis expetebatur, puto nūc à barbaris nux been uocari: cum aceto lie ni imponitur farina modo prius tusum. Brassica syluestris imposita sanat spleneticos.

Ad lienis duriciam, ex Paulo Aegineta.

Cap. XIX.

Cyclaminis 3. 20. bryonix 3. 3. dictami 2. scyllæ tostæ 8. struthij 6. capparidis radicis corticis 3. 6. trochiscos cum oxymelle conficies obolorum 3. pondere, dabis quotidie unum ieiunis. Cibi laudantur extenuantes acris potentia, ac exiccates, cum exiguo potu. Interea exercitationes, frictions que conueniunt, & ex sinapi condimenta: utiles sunt, inquit, interdum & cucurbitulæ scalpello concisæ. Malagma ad lienem glandis, quam balanum Græci uocant, cortex, nitrum, paribus portionibus contunduntur, resperguntur que acerrimo aceto, ad cerati crassitudinem, linteo antea in aqua frigida madefacto, illinitur, & sic imponitur, supra que farina hordeacea iniicitur, sed manere ibi non amplius sex horas debet, autore Celso, ne lienem consumat: satius que est id bis aut ter imponi. A febre duricie imponitur raphani radicis fructu soleæ modo incisum aceto conspersum. Laudant alij papyrum lunæ modo coctum melle illitam, & sinapi puluere consperso, si imponitur, lienem duriciam leuare: uino tepenti eluendus est locus. Aliqui rutam & calamentum cum aceto coctum impositum, duriciam discuti à febre tradunt. His remedijs si non cedit duricies quatuor, aut quinque locis una exultione urendus est lien: ferramentum enim ad id munus comparandum est, ulcera que ad aperta seruanda sunt.

Malagma ad duriciam lienis.

De lienis inflationibus.

Cap. XX.

Spiritus sæpe lienem intenditur, sicuti stomachus, ac iecur, intenditur enim & cum dolore sine ulla grauitate eminet, & cum manu premitur, murmurat intus uentus. Facile id malū uincitur, ac leui pariter causa excitatur. Huic uitio frigida pota nocet, ac hyems gelida, & somnus à cibo damnatur, uel à crapula magis: iuuat uinum uetus, uel cum aqua in qua cyminum incoctum sit, uel anisum. Datur cum uino Cretico aut Rhetico, diacyminon, uentū enim discutit. Medetur abstinentia, ac sobrietas. Frictions iuuant, ac paulo calefacto fomenta. Deinde fasciâ circumligato uentre. Cætera remedia ubi de stomachi inflationibus dictum est, demonstrata sunt. Quædoquidem abstergentia extenuantia, discutientia que adiectionis stypticis huic uitio medentur. In ijs tamen astringentium uis uberior addi debet, quæ in apostemate misceri docuimus. Mire obiter alumē cum cinere & aceto distemperata subueniunt, si illinuntur, ex Galeni uerbis: eodem modo sulphur (ut alij tradunt) cum alumine & aceto idem præstat, aut ruta per se cum aceto. Illinunt subinde absinthino oleo, nardino costino que pariter mixtis, inter inunctiones laudatur ea in qua ani, cymini, rutæ, baccarum lauri, aristolochiæ rotundæ, gentiane, iridis, absinthij, meliloti, tamaricæ, origani ana pares portiones, runsa et decocta cum oleo costino, & anethino ana p. 1. uini Cretici aut Rhetici p. 2. in uasē duplici decoquantur, ad uini consumptionem, & percolato succo, ex summa parte inungatur lien: ex sedimento emplastrum conficito utile. Aliud, alio modo conficies: rutæ foliorum 3. 10. nitri, menthastri ana 3. 3. floris salis 3. 2. ammoniaci 3. 7. in aceto acerrimo dissoluti, leui pruna in unum corpus tusa redigantur, corio superinductum emplastrum lienem imponitur. Fomentum uitæ, habet corticis capparidis radicis, tamaricis, agni seminis, rutæ foliorum, cymini, anisi, baccæ, lauri, meliloti, chamomilæ, apij que pares portiones in aqua feructa cta percolantur & aceto, addito spongijs duabus tabulis expressis subinde imponuntur lienis tormentis. Cucurbitulæ uehementius impactæ plurimum iuuant, ex alto enim spiritum extrahunt. Aslumuntur interea efficacissime semina agni, cymini, rutæ, ani, tusa & cum uino pota. Acori radix per se, inflationes lienis discuti, simili modo gith, et nasturtium, & ruta per se, ex ijs etiamnum trochisci fiunt salutare. Alij trochisci hoc modo fiunt, seminis agni, seminis rutæ, ani, amomi, seminis apij, aristolochiæ rotundæ, centaury minoris, cymini, corticis radicis capparidis, scolopendrij, tamaricis, anisi, feniculi

Cucurbitularū usus in lienis affectionibus.

D 3 ana par-

ana partes æquales tusa separatim cum uino ueteri in trochiscos informentur: uel cum aceto in quo ammoniaci pars altera infusa fuerit per noctem. Modus est ad 3, pondus in iure gallinaceo ieiunis.

De lienis dolore & lapsu, uel iclu, Cap. XXI.

Lienis dolor ex calida causa, salicis folijs tritis addito sale sedatur protinus. Ex frigida causa scolopendrio eo modo imposito: aut iris cum aceto. Dolor ex lapsu uel iclu missio primum sanguinis opportuna est ex sinistro cubito, uel talo sinistro, uel extrema manu sinistra, & subinde cataplasmata discutientia imponenda sunt percusso lienis, qualia iecori incusso supra docuimus: tum uictu tenui utendum est, uino abstinentum, aliqua iuuat in cibo, aut panis iure pulli gallinacei maderis. Euitet quicquid plurimum alit, qualis caro est, ac ouis forbibile. Dulcia uitanda sunt, & quæ ex lacte uel caseo fiunt: Portulaca summam in omni re medendi continet, in cibis imposita, uel cum iure comman-ducata. Vinum dolori medetur in quo decocta fuerit lapacij radix. Interea balneum uitandum, nihil aut lente ambulandum, semper que caena exigua prodesse consueuit. Signa uero uulnerati lienis sunt, cum sanguis niger à sinistra parte prorumpit, præcordia cum uentriculo ab eadem parte indurecunt, sitis ingens oritur, dolor ad iugulum, sicut iocinore uulnerato euenit. Hæc de liene dicta sint. Hinc ad intestinorum mala trãseamus.

Portulaca in medicina usus

ALEXANDRI BENE

DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXI

milianum Cæsarem Augustum Imperatorem inuictissimi-

um, De præcordijs & de mesenterio,

omnino & peritonæo Li-

ber XVIII.

Proœmium.



Alenus nullam humani corporis partem sine munere, ac naturali utilitate esse probauit, quapropter ea pars recte custodienda est, ne ullo modo afficiatur, alioquin omni cura sanari debet sic præcordia ipsa, quod septum trãuersum in anatomica appellari diximus, ab omni sordicie, affectu que illæsa custodiri opus est. Plato eam partem Phrenas appellauit, ijs membranis inferiora uiscera à superioribus extis dirimuntur, ea præcordia uocantur, quod cordi prætenduntur, ut animæ (inquit Aristoteles) sentientis origo inoffensa seruetur, nec facile occupetur cibi exhalatione, et caloris sæpe aduentitij offensione. Partem nobiliorē ab ignobiliore ueluti quodam parietis interuentu distinxit. In quibus superioris, inferiorisq; ratio haberi posset, superius enim est cuius gratia reliqua sint. Annectitur hoc septum costis parte sui carnosiore, ualidioreq; media autem constat membrana exiliori, quæ robustior est, & facile prætenditur contra uaporis iniurias, claro ex ijs quæ accidunt argumento: ubi enim propter uiciniam humorem calidum, extrarium, noxiumq; attraxerit, mentem continuo, sensumq; planè perturbat, phreneticosq; fieri, quamobrem phrenas uocitari, quasi participes prudẽtiæ sint. Atqui nullatenus participes sunt, sed quia propinquæ sunt ijs quæ uim obtinent illam, cordi enim prætenduntur, hinc mentis mutationem aperiunt: quamobrem tenues parte sui media sunt, nõ modo de necessitate, quod cum carnosæ sint, parte sui costis admota, carnosiores esse necesse sit, uerumetiã ut minus uaporis excipiant, nam si carne pleniorē constarent, copiam uaporis & haberent, & traherent. Partem hanc calefactam celeriter sensum aperire indicat, uel id quod titillatu euenit, rident enim celeriter qui titillantur, quia motus celeriter ad eum locum perueniat, qui quanquã leuiter calefaciat, tamẽ aperit, & mentem mouet, inuitis. Causæ aut cur homo animalium unus titilletur, & cutis tenuitas est, & quod solus omnium animantium rideat: est enim titillatio risus per eiusmodi motum partis quæ alam subit. Ictu etiam traiecta præcordia in prelijs risum attulisse proditum est: scilicet calore, quẽ moueat uulnus. Sed cur nemo seipsum ualeat titillare, querit idem autor, quoniã nemo (ut inquit) seipsum fraudat, risus uero lapsus quidã & fraudatio est, qua cum

Phrenetici quomodo fiant.

Risus ex uitiolatu.

Traiecta præcordia risum attulisse.

qua cum in sede præcordiorum quis uerberatur ridet, haud enim locus quilibet est, quo ridemus: clandestinum autem omne fraudulentum est, qua de causa fit, ut illa eadem res, & moueat risum, & non moueat. Cur in alis pedum que uestigijs, ac labris item maxime titillamur, illa inconfuetudo tangendi facit, hoc quod ex toto carne constat, additis pluribus neruulis, multi titillantur tactis ex improuiso ilibus, ac sceminibus uel genu: foror mea titillatum in alis nullum habebat.

De ortu præcordiorum, deq; eorum officio ad sensum motumq; Cap. I.

Aristoteles item de præcordijs, inquit, nondum docuimus, quæ pars uiscerum rationi ac iuncta est. Inter cetera septi trãuersi percussi signa sunt, spiritus rarus, ac subitum mentis delirium. Motu enim huius membri pulmo mouetur, pulmo aut non mouetur ex se, cum in se neruum nõ habeat. Alligatur aut diaphragma pectori anteriori parte, & posteriori spinæ, uenisq; maioribus, ac uenæ sanguinis ingenti, & circumquaq; costis. Per musculos aut habet motum circulem. Cum aut motus dilatationis in circulo à medio puncto incipiat, atque in extremum finiatur ambitum, motus uero cõstrictio nis quo reuocatur anhelitus & exspiratio, ab extremis inchoat finibus diaphragmatis & in mediũ desinat, necesse fuit, ut principium motus in medio eius collocaretur. Descendit igitur à sexta neruorum syzygia directus neruus, & ad mediã usq; membranã tanquã ad medium centrũ fertur, sensum motumq; præstat, in qua obliteratur, uerum & alij gemini nerui à quarta & quinta neruorum syzygia, ab eadẽ spinæ medulla oriuntur, qui huc quoq; deferuntur, at intus in ipsa membrana obliterantur, & delitescunt. Ex eo septo è medio alia tunica sursum fertur pulmones geminos, & pectus ipsum in duas partes diducit, quod & diaphragma dicitur, ea namq; præcordiorum nomine magis digna sunt, ueriusq; phrenes uocantur: per has enim partes ille deducitur neruus carne quodãmodo indutus. Verum si quãdo id septum abscessu uel uulnere afficiatur, ita ut motu prohiberetur, à musculis circum adiacentibus adiuuatur: qui sunt, ut rectoribus credatur &c. Galeno teste: Qui aliter eorum neruorum ortum describit, ex quarta enim syzygia neruulũ quendam arachnoideum dictum à septo trãuerso excipi tradit, & ex quinta alterũ euidentiorẽ, & ex sexta pariter eo minorẽ, sed primo maiorem recipit, id excogitante, inquit, opifice natura ut altero læso, ex alijs munus facile exolueretur. omnes tamen præcordijs ipsis unã famulantur, ex collo enim ueluti ex longinquis partibus robustiores proueniunt, siccioreq; & actionibus magis idonei. Nulli animalium cui oblongum collum est, ullus ex quarta quinta uel syzygia ad præcordia defertur neruus. Quæ uero ex animantibus inter utrunq; medium tenent, ex quinta syzygia defertur illa sentiendi, & mouendi in diaphragmate origo. Miro igitur modo neruus ex uertebis deduxit natura per collum, & mesopleuros musculos. Phrenes igitur ijs partibus à ceteris corporis musculis, & figura & officio distinguuntur, in orbem enim tympani ueluti membrana extenditur non recta, sed ad spinam declinat supra tertiam decimã uertebam, circumquaq; lumbis costis que, & malo punice alligatur, unguis equinæ modo, similem formam & pulmo possidet. Tradit alij syzygiam illam à sexta uertebra ortum, & à prima & secunda pectoris costarum que uertebra, cum thoracis costis misceri, et musculos efficere, quibus pectus ad anhelandum attollitur. Verum diaphragmatis munus est, ut pectus & pulmones deprimat. Verum sunt & alij musculi (ut dictum est) inter costas collocati, qui pectus conducunt, ac alij qui pariter reuocant. Ea demum membrana duobus peruiã est locis, altero foramento maiori gula atque uena ahorta, altero minori, quo uena iecoris ad cordis sinum mediũ fertur. Sed de præcordiorum affectibus dicendum est.

De præcordiorum dolore & tremore, Cap. II.

Ex spiritu incluso inflante, aut mordente intus materia, contremiscunt, aut dolent præcordia: sed & abscessus circa carnosas partes oritur, de quo mox dicemus. Ex ijs quandoque comitialis morbus, aut insania oriri solet, quæ hypochondriaca furia dicitur, de qua latius suo dictum est loco, uirus enim ad cerebrum & mentis sedem fertur: his causis cor supra modum palpitat: inflantur enim eadem partes, nec facile remedijs discutuntur. Nam si præcordia sursum uersus trahuntur, uomitiones inflare, & in acutis febribus capitis dolores imminere creduntur, aut fluxum sanguinis ex naribus,

Vulnerati septi trãuersi nota.

Diaphragmatis motus.

Musculi circa præcordia.

Bina per diaphragma foramina.

Hypochondriacæ furor.

Symptomata eorum præcordijs sursum trahentibus.

D 4 aut ab.

Melancholia af-
fectiones.

aut abscessus, uel materiam aliud distrahi, quod in febrī pestilente sauo augurio euenit. Si uero deorsum uersus trahuntur ad suminis usque partes, materiam ad inferna propelli indicium sumitur: aut uentris fluxum denunciat, quem punctiones antecedunt. Interdū ex nimia gelida hyeme aut ardente cane is affectus prouenit: interdum ex lienis uel ioci noris morbis, uel acutis febribus cum consistunt. De symptomate & morbo Galenus: sunt quidam, inquit, qui mortem diligunt, nec mirum est, quando quidem atra bilis rationalis animæ partem & fundamentum possidet, unde moestitiam formidinemq; melancholici patiuntur, qui semper mortem instare arbitratur, nihil enim exiis quæ extrinsecus accidunt, maiorem formidinem incutiat, quam tenebrarum solet uolentia: quando quidem rationalis animæ partem miro modo operiatur, necesse est ut formidine nimia meticulosi corripantur, unde pavor dirus innascitur, propterea cum aer tenebrosus efficitur, eo modo hominem afficit, ut melancholicis intrinsecus euenire solet. Cum atra bilis cerebrū petit, aut ater eius fumus, qualiter in illa euenit passione quæ hypochondriaca inflatiua dicitur.

De phrenum abscessu & signis.

Cap. III.

SI præcordia ipsa in ea parte, quæ carnosā, suppurant, pleuriticos referunt dolores, de quibus suo dictum est loco: nam & isdem remedijs occurrimus, quonia tussis & febris acuta, anheladī que difficultas hominem excruciat. Si uero uersus membranā mediam inflammatio orta fuerit, phreneticos furentes facit, quoniam plurimū feruens materia locum occupat. Ex iecoraria tum uena sanguinem demere summum remedium est, ante furoris aduentum, tum enim anhelitus, inquit Galenus, tenuis est, uerum frequens. Cum uero insanīa consistit, diuersus, inordinatus que efficitur anhelitus. Nam alienatio quæ fit, propter diaphragma phrenitidi ueræ proxima efficitur, quæ ex calido cerebri apostemate generatur, uel in suis (inquit) uelaminibus. Ex crudis humoribus fieri solet, unde circa præcordia, uentosa murmura audiuntur, acidæ eructationes sentiuntur: tum aluus sicca est, turbulenta que somnia nocte excruciant ægrum, incertus aurium sonus auditur, & hypochondriacæ insanīæ notæ in oculis maxime conspicui sunt, nam & sanguinis guttæ de naribus fluunt. Verum caput ac facies minus quam in uera phrenitide feruet, sed perturbationes circa præcordia maxime sentiuntur, & ex ardente sepe stomacho fumidæ efferuntur exhalationes, ex crassis quidem uaporibus, unde caligant oculi, & melancholicæ apparent uisiones: is itaque furor hypochondriacus dicitur: signa percussis sepi sunt, præcordia sursum contrahuntur, spina dolet, spiritus rarus est, sanguis spumans fertur.

Curationes ad præcordiorum affectus.

Cap. IIII.

Vomitiones.

DE sanguinis missione diximus, à qua uomitiones, quæ per interualla ieiunis fiunt, laudantur, quæ lenes, aut mediocres existunt, in quibus organum, uel epithymū incoctum si illud que in primis cauendum est, ne uehementioribus catharticis uentrem trahentibus fatigetur corpus: ne ue importune lassescat. Sed induciæ tam ægro quāna morbo dandæ sunt, nam remissioribus natura gaudet, & uehementioribus terretur. Prodest igitur ros assyrius cum diasenæ medicamento, uel quod diacatholicon dicitur, cum rheumponici drachma, uel selquidrachma, in epithymi decocto infusa. At per interualla materiam digestionibus præparamus syrupo buglossato, uel qui ex petroselinis & apij radicibus fieri solet ana ʒ. i. cum aquis foeniculi, scolopendrij, buglossi que æquis partibus, aliqui & aquam asparagi laudant. Aluus interdum clysteribus mollienda est, quales in curatione insanīæ demonstrauimus. In uictu laudantur auicula montanæ, phasiani, perdices, ac pulli gallinacii, ouum que sorbibile, uinum lymphidum non ingenium uirū modice potum iuuat, plurimum uero cibum in uentre innatare facit. Digesta ex toto materia, hieram Ruffi uel Archigenis damus drachmarum .i. pondere ex mulsō. Aliquando epithymum & aluon damus, quæ aluum molliter emolliunt. prodest & lactis serum hemina mensura, ex caseo (ut dictum est) improbat, uentrem enim tūdo subducit: ualet et pulegij decoctum ante purgationes, ac post minoris centaurei succus, nam stomachū iuuat, & inflammationes tollunt, & urinam pariter ciunt. Eo præcipue remedio plurimos ab insanīa liberatos se uidisse tradit Aetius.

Quib. materia
preparanda.

Cataplasmata

Cataplasmata quæ præcordijs imponuntur.

Cap. V.

INTEREA præcordia oleo rutaceo fouemus, anethino, chamæmileo, absinthino, uel agni seminis decocto cum lauri baccis, uel folijs quamtenerrimis, ea enim dolores inflationes que discutunt, si uero in stomacho inflationes moriones que pariter sentiuntur, acetum in quo cymium, & pulegium incoctum sit, fomentum præstaridoneum expressis in succo spongijs: interdum anisum, & apium, uel cymium in oleo decoquant, uel cyperum & iridem, rorem ue marinum, cataplasmata cōficiunt, quibus summoris, præcordia subinde oleo nardino perungunt, & mollem lanam succidam imponunt. Prostant et cucurbitula, quibus inflationes leuantur sequentibus diebus sinapi contritum cum aridis ficis utiliter imponitur. Nam stomachum excitant, & digestionem procurant, & languores detrahunt, ab hypochondrijs. At ubi conuulsiones & spasmodica in his partibus sentiuntur, in potu castoreum si datur, efficacissime subuenit: uel si ex oleo castorino eadem perungantur: ualet & siccionium per se. Leuat id malum frequens ante cibum lauacrum ac exercitationes. Paulus in melancholicis stomachis, ubi atra bilis sit, ac multæ inflationes, spongijs aceto acerrimo infusas imponi utiliter demonstrat: & si malum, inquit, non leuatur, alumen cum are diluto melle illinitur, bibat que seris succum, & potio nibus mentham ingerant, inflato uentri ac tumido, calaminthæ decoctum addito melle, ac pipere momento datur.

De mesenterio ex Galeno.

Cap. VI.

SENTIT et mala sua mesenterion etiamnū perniciofa, de quib. parū apud autores constat, nam glandule quas *adē vas* uocant Græci, & inflantur & exulcerantur, cor rumpuntur, et uulnerantur interdū uenæ in eo dispersæ, quæ si maiores icte fuerint, mortem asserunt. Membrum ipsum neruolum est, glandulis refertum pluribus, circiter crispum, cui intestina gracilia præferunt, quæ lactes dicuntur, longis anfractibus hærent: per id membrum, ut in anatomicis à nobis iam dictum est, uenarum fibre ab intestinis ad iecur tendunt, quæ mesentericæ dicuntur, in ipsis intestinis delitescentes, à quibus alimentum suscipiunt, ueluti arborum radices, quæ humorem à terra trahunt, unde stipitem, ramus, fructus que alunt. Animalibus enim (ut Aristoteles tradit) intestina, & uenter pro terra habentur. Mesenterion enim natura sagax uenarum & arteriarum amminiculum ueluti constituit, quæ ad iecur numerosæ perducuntur, sine quo temere læderentur, tam longo tramite deductæ, nec eam partem inanem esse statuit, sed glandulis eam complet, ac membranis ualidissimis, ut uarijs casibus firmiores essent. Hinc illa uena ingens iecoris porta nuncupata ex omnibus his uenis ueluti quoddam compitum omnium uenarum efficitur. Originem mesenterion à peritonæo membrana habere traditur à Galeno: ex qua & uenarum conceptacula indumentum quoddam habent. Cæterum ubi uenis glandulis que uacua est, duplici membrana firmiori materia constat. Mesenterion ipsum pingue est, carthilaginosum, glandulis humectum, quibus & alui siccitas interdū humectatur. Latiore cōstat membrana & pinguescit (inquit Aristoteles) pendet ex uena maiore atque ahorta, uenas que multas frequenti concursu deserit.

Mesenterij affectus.

Mesenterica fibra.

Vena porta iecoris.

De omento.

Cap. VII.

RESTAT ut de omento *ἐπιπλοον* Græci uocant, à quo epiploecæ dicuntur, differamus, & peritonæo priuſquam ad intestina descendamus, cum quibus cōtinentur. Id membrum in homine adiposum est, oritur id (inquit Aristoteles) de medio uentre, qua ueluti sutura describitur, mediam igitur uentris partem & cuncta intestina completur, cum hoc arefit, aut humescit, simplicis membranæ speciem refert, cæterū pingue est, ac alimentum plenum, cum per membranæ densitatē sanguineum alimentum transmissum colatumque fuerit, id pingue necesse est fieri, tenuissimum enim hoc est, & calore loci intus concoctū, pro carnosā & sanguinea coagmentatione, in adipem euadere necesse est, aut in seum in aliquibus animalibus, ut in oue & boue. Omentum præterea hac ratione dignitur ad cibi meliorem concoctionem, ut facilius celerius que cōcoquatur, calor enim uim habet cōcoquendi, pingue autem calidum est, & omentum pingue est: itaque de medio uentre oritur, quoniam reliquam uentris partem iecur insidens fouet. hæc de omento Aristot. Galenus omentum ipsum densum, leue ac pingue facit, ut grauitate, aut asperitate

Omenti utilitas in animali.

titate intestina non laedat, ut quae eadem & ventrem calefaciat, ex duabus tenuissimis membranis constat, arterijs & uenis dispersum multo intus adipe pingue, uulneratos enim quibus dempta est omenti pars difficiliter cibos conficere, unde pluribus cooperimentis egent. Nam cutis per se mollis est, & nuda pilis, ob id omento pingui indiget.

De peritoneo, Cap. VIII.

VT anatomice nihil deesse uideatur, haec pauca de peritoneo subiungemus. Id membrum, inquit Galenus, partem uentris inferiorem sub praecordijs intrinsecus ambit, & intus cuncta colligit intestina. Diaphragma & uentris exteriores musculos ad expellenda uiscera alui que excrementa coadiuuat, & contra frigoris iniuriam uentrem & intestina cum alijs munit, in foeminis quae sola ferè ea membrana partus onera gestat, quo plurimum in partu uisione nituntur: nam & in longa oratione circa ista plurimum defatigatur, ob eam causam declamatores uentralibus iuuantur, quibus ista defatigantur. Intestinatorum cruciatus peritoneo leuantur, uentru inclusum saepe alterutrinque propellunt. Quo uulnerato facile uires percipiuntur: transuerso enim septo, & hac eadem membrana duabus ueluti manibus, ad excrementa exoneranda premuntur. Ceterum continue continet & allungit, & regesto ad intestina calore concoctionem iuuat. Vario stamine contextum est: unde attrahit, continet, & excludit: id frequentius per inferiora diaphragmatis officio, sine quo ructus & uomitus mouet, cōstringente inferiore peritonaei parte. Ea membrana circa umbilicum robustior est, quae ad utraque ista minus firma est: & ad inguina, demum ad spinam finitur. Viscera eo modo cuncta, arterias, uenas uniuersas circumligat, cum septo transuerso unitatem facit: ima sui parte pubis & inguinum ossibus, uescicæ, aluo, ac mulierum locis adalligatur. Iuxta inguina saepe rumpitur, & bubonocœlas efficit, aut imo seroto descendente omento, epiploocœlas uocant, aut intestinis labentibus enterocœlas facit, & hydrocœlas cum humor serotum implet, de quibus summam in Anatomicorum libris diximus. de quarum curationibus suo dicturi sumus loco, si Deus uoluerit. Sed iam ad intestinatorum fatua tormenta transeamus.

Peritonaei officium.

Peritonaei ruptura.

ALEXANDRI BENE

dicti veronensis physici, ad Maximilianum Cæsarem Augustum Imperatorem inuictissimum, De intestinatorum natura, Liber XIX.

Proœmium.



Membra enim hactenus superiora, quae ob excellentiam muneris cognoscendi, cum coeli societate, diuinam mentem & animalem habere explicauimus, dicta sunt: uitalia praeterea, ac spiritalia, & inferiorum quoque uiscerum magnam quidem partem profecuti sumus. Restat eiusdem partis intestinatorum naturam & proprietatem, quae facile uisu comprehenduntur, demonstrare nam & nobis ueluti propiora sunt, & familiariora dicuntur: ideo de horum uiribus & comodis, malique explicabimus, nihil pro uiribus omittentes, & si uilia ac ignobilia esse uideatur: nam & in ijs, ut summam perstrinxit Aristoteles, quae in hoc genere minus grata nostro occurrunt sensui, natura parens, & Deus omnium conditor, miras excitat hominibus uoluptates, ijs qui causas intelligunt, atque ingenue philosophantur. Absurdum enim nulla que ratione probandum est, si imagines quidem rerum naturalium non sine delectatione propterea inspectamus, quod ingenium unam contemplantur, quod illas condiderit, id est artem pingendi fingendiue: rerum autem ipsarum naturae ingenio, mira que solertia constitutarum, contemplationem non magis persequamur, atque exosculemur, modo causas perspicere ualeamus, cum nulla res sit naturae in qua non mirandum aliquid inditum habeatur. Cum illo Heracliti scite dicto, Deum immortalem ubique adesse: hoc idem in indaganda quoque interaneorum natura inueniemus. Aggredi enim quaeque sine ullo pudore uel pudenda membra debemus. Cum in omnibus naturae numen, & honestum pulchrumque insit ingenium.

Vere philosophantium uoluptates.

Naturae opus nullum temere refacimus.

Quippe

Quippe cum naturae operibus iunctum illud praecipue sit, ut nihil temere, uice que fortuita committatur, sed alicuius gratia omnia agantur, finis autem cuius gratia quicquam uel constat, uel conditum est, boni honestique obtinet rationem. Haec Aristoteles.

De intestinatorum officio, ex Aristotele, Cap. I.

Prima, inquit Aristoteles, administratio perspicua est, cum per os, partesque ore contentas perficiatur animalibus, quorum cibus sectionem desideret, sed haec nullius causa est concoctionis, sed facilitate concoquendi potius praestat. cibi enim illa minutatim diuisio, facit ut calor facilius concipiendi expediat, & os animali cibi incocti meatus est, atque esset pars ei annexa, quam gulam appellant, cibumque usque ad uentriculum deducit: stirpes enim siue plantae suis radicibus, alimentum iam confectum ex terra hauriunt, quo circa ne excrementum quidem contrahi in stirpibus solet, terra enim caloreque eius perinde ac uentre utuntur: sed animalia quae incedunt, terram in se continent sinum uentris ex quo, ut illae radicibus, ita haec alioquo intercedente cibum assumere debent, donec finem sequentis concoctionis faciant, cibus enim ab oris officio ad uentrem transmittitur, hinc membrum aliud capiat necesse est, & quidem ita natura constituit, uenae enim per totum mesenterion frequenter (de quibus superiori libro abunde dictum est) ad iecur tendunt, quae in intestinis & uentre mesenterice dictae radices habent, quibus succum cocti cibi exhaurit natura, qui in sanguinem uel sanie mutatus, in uenis continetur, ultimum inquit Aristoteles alimentum. Quamobrem quoties cibus non ingeritur, sanguis deficit, quoties ingeritur, augetur, & si alimenta bona assumuntur, sanguis integer est, si praua uiciosus: sanguinis enim pars diluta, uel aquosa, aut nondum concocta, aut corrupta, sanies uocatur, quae in uenis mesentericis inuenitur, in iecore uero magis concocta materia sanguis efficitur, qui nec quidem purus est, nisi cordis officina perficiatur.

Dentium usus.

Sanguinis bonitas pro qualitate cibi.

Quibus de causis multis infestationibus intestina inuoluta sint, ex Galeno, Cap. II.

Digerendi uim in intestinis inueniri demonstrare non est necessarium, quandoquidem, ut in anatomicis dictum est, mesentericarum uenarum ferè omnis multitudo ab intestinis ad iecur deduci uideatur: sicut enim (inquit Galenus) in uenis sanguinem concoqui constat, ita in intestinis manifestam cernimus concoctionem, neque uilum in animali membrum est, quod ab alterandi potentia ociosum uideatur. Prima tamē concoctio in uentriculo cernitur, sed intestinatorum officium est, quod a uentre transmittitur, diutius continere, & uoluptate Graeci uocant: ob eam causam non simplicia esse, sed multis spiritibus implicata ad aluum usque cernuntur, quoniam in uentre digestionis, in his uoluptate officium a natura constitutum sit, nec a uentre protinus recto ueluti intestino per aluum excrementa mittuntur, ut quibusdam animalibus contingit, quae insatiabilia sunt, ut lupi ceruarij, & inter aues mergi, ea enim cibum semper quaerunt, ac ueluti plantae alimentum desiderant, longiora propterea intestina facta sunt, ne cibus (ut tradit Plato) cito per aluum labatur, & rursus alio corpus indigere possit alui repetentis assidua importunitate, talem ingluuiem musis & philosophiae inimicam reddi mortalitati. Ob eam rationem inter sacras constitutiones peram gestari dominus noster Iesus Christus uetuit. Tantis igitur insinuatibus giris natura multitudini uenarum mesentericarum occasionem praebuit, unde succus longiori mora ad absolutam cibi concoctionem magis atque magis conficitur: succus namque qui primis mesentericis uenis absumi non potest, quae a primis intestinis ortum habet, a secundis hauritur, & qui superest, ab alijs ordine quodam a uenis attrahitur, postremas que euitare fibras non potest, quin totus absumatur succus, donec ad ultimam aluum sola inania excrementa labantur: suam enim quaeque intestinatorum pars succi portionem transeunte alimento recipit, dum propterea lege naturae ex promptuario ueluti penu, ea singulis horis depromuntur, homo suis interea incumbit officijs, nec fame importuna lassescit, atque intra se alimentum suum, ueluti terram cum alimento suo plantis attributam, onerarium uentrem gerit. Constant intestina duplici tunica, ex cretricis uirtutis ratione, ac instrumenti robore, obliquo praeterea stamine, ac directo, hoc attrahente, illo aluum pariter soluente, ex longa namque uentris dyenteria cum intestina putrescunt, uniuersa interior tunica corrupta effluit: aegri tamen euaserunt, quando exterior

Prima concoctio ubi peragatur.

Animalia insatiabilia.

Intestinatorum officium.

exterior incorrupta manserit, quam ex peritonæo oriri dictum est ex quo & cætera sub præcordijs exta, tunicas quibus teguntur, possident.

De intestinis gracilibus, deq; eorum officio ex Galeno, Cap. III.

Ordo intesti-
norum.

Inter intestina annumeratur, Pyloron, ieiunum, tenue, cæcum, colon, & postrema aluum, hoc ordine Galenus utitur, de quibus plura in Anatomicorum libris diximus, nunc eorum comoda ac munera recensenda sunt. Pyloron itaque ab Herophylo à duo decimo digitorum numero nomen habere traditur, id exiguum pedalis longitudinis intestinum est, arctius que quam cætera, uentriculo annexum non sinuosum, *εφσπυ* appellauit Galenus, in dextrâ partem inclinât spinam uersus, membranâ adalligatur, per hanc portam exiguam protinus à uentre elabitur cibus: hinc excipit ieiunum semper uacuum orbibus non implicitum, quod ex uentre cibum cōfectum reficit, iuxta iecur positum: ex quo pluribus mesentericis uenis miro quodam rapido suctu digestam materiam ex magna quidē parte à iecore contrahi uidemus: propterea diutius contineri intus alimentum non debet, ob eam causam Pyloron & intestinum hoc meatu felleo irrigantur, & superfluitate stimulantis humoris ad propellendum ocys excitantur: nisi enim id munus subito lapsu perficeretur ad inferiora intestina, duriora subinde excrementa tardam uentris stypticatam intempēstiuē redderent: liquidiora igitur ad inferiora transmittuntur: ea tamen uenarum multitudo, subita suctione, plurimum ac uehementer exugunt: ob eam causam plurimâ potius quam paucâ à natura constitutæ sunt uenæ: ad id facit uenarum exugentium breue spacium, & bene coactus succus, qui uacuo iecori subuenit in fame: in eo ueloci transitu felleus excitatus liquor, quo inficitur ad exitum reliquum alimenti, ne ulla mora intercedat, stimulat. Contingit tamen interdum, ut non semper bene cōcoctus sit: alimenti succus, nec semper iecur attrahit, nec semper paratus est felleus humor, qui oppilatione semper intercipitur, quantitate interdum exiguus, aut qualitate ineptior, redditus interiora intestina efficit: hys de causis * intestinum ipsum uel quædam partes repletæ inueniuntur. Tertium ab hys tenue siue gracile uocatur, in deteriore partem conuertitur in sinus tortuosos uehementer implicitum, cuius orbis singuli mesenterio cōnectuntur pluribus uenarum orificijs, à quibus longiori mora & succus decoquitur, & interea attrahitur: suctu quoque parere cogit intestini gracilitas, ac per orbis singulos mora, unde sicciora excrementa minus que siccosâ ad inferiora propelluntur. Sed de crassioribus agendum.

* ieiunum.

Felleus in intesti-
na meatus.

De crassioribus intestinis,

Cap. IIII.

Crassiora pariter intestina, nō repente alimenta repellunt, sed sua mora diutius continent. Sub gracili intestino protinus quod cæcum uocatur, adalligatur intestino, & in dextra quoque parte cum eodem collocatur: ueluti quidam uenter, crassioris substantiæ, excrementorum & alimenti capax: hic cibus conficitur, & sæpe fracto peritonæo urinam facit indecoram. Hoc colum excipit sub rene dextro altiori positum, ubi sedem uacantem compleuit natura, quod orbibus inuolutum est, ac cellulis plurimis insinuatum quinto ordine statutum, in hys excrementa diutius immorantur, quæ pinguitudine omenti fouentur: & inde quandam recipiunt effigiem, & longis interuallis non statim homo cōtinua deponendi oneris necessitate ad sellam compellitur, ob eam rationē quidam semel, alij biduo, triduo uel aluum exonerant, quibusdam octauo tantum die aluus soluitur, & alius quodammodo uenter in superiori parte uentris, & uesicæ pari ratione grandis constituta est, ne cōtinua urinae fustione, ab officijs homo importune distrahat, ob eam rationem id inter exta catocœliam quidam uocauerit, inquit Galenus, sinistra parti inuolutus collocatur, reni sinistro propinquum. Hoc intestinum sequitur aluum postrema, rectum appellant, sine spyris interaneti, superioris pars, sursum uersus extenditur, reflectitur que ad renem sinistram, mox ad stomachum, deinde ad iecur pertinet, minus quam reliqua intestina carnosum directum est, ut promptiora ad exitum excrementa forent. Ima alui pars musculis quatuor astringitur, & nomine inde imposito, inquit Galenus, sphigerera uocant, sicut uesicæ collum musculosum est, ut huc superfluunt, nisi assensus affuerit, non demittantur, sed contineantur. Quibus musculi uitio naturæ resoluuntur, inuoluntariò hys alui & urinae incontinentia euenit: summo uitæ mortalium incommodo. Ad aluum ipsam uenæ quædam mesentericæ tendunt

Rectum.

tendunt, quæ extremam tandem succi portionem exhauriunt, per quas sæpe quæ clysteribus infunduntur ægris languescens alimentum præstant, ut uulua uitio præfocantibus, nouo ut quidam arbitrantur inuento. Non ab re querit Gal. si per uenas eadem mesentericas, quibus alimentum (ut dictum est) ad iecur fertur, sanguinis rursus retransmittatur benignus, ut foueat membra, membris inter se gratiam referentibus.

Mesenterica uenæ in aluo.

De tunicarum & flaminum proprietate, Cap. V.

Inter intestina nullum per musculorum motum mouetur præter isophagum, & aluum, in qua musculi quaterni constituti sunt. At tunicæ eorum tam interiores quam exteriores geminos possident motus, attrahendi ac expellendi, ac gemina pariter stamina in longum latumque, quæ plura sunt, tendentia, ad eisdem motus, addunt alij & obliquos ines siue tranuersos, quibus continent: uerum qui expellunt, in latum ducti, euidentiores sunt, sic tunicæ interioris multo plures apparent, ac euidentius cernuntur. At in ipsa aluo ines inter omnia interanea plures sunt qui in longum protrahuntur, quoniam attrahendi uim possident. Quæ uero multis orbibus inuoluta sunt, tranuersos ines non habent, ut diu contineant, spyræ enim id præstant, neruosa interanea sunt, spinæ neruosis quoque tunicis, adalligata. Colon in suprema uentris parte, uentriculo hærens positum est, unde in colicis doloribus, à cibo hæuiores cruciatus sentiuntur, intestinorum pingue ac mucosus intus humor hærens. Si modus est, non inutilē materiam præbet, nam humectat, & lubrica excrementa facit, intestina in omnes proprietates nihil ualentius habent expultrice, quam sequitur imbecillior retentrix, propterea uillos habent modicos tranuersos, hanc quoque sequitur attractrix ineptior omnibus: omnia tamen alimenta quoquomodo concoquunt, & uentriculi priorem digestionē perficiendo iuuant: & id gracilia potius quam crassiora præstant, in quorum numero, quod cæcum appellatur, in concoquendo & alterando cibum longiori sæpe mora ualidius inuenitur, sicuti stomachus quam gracilia ualentior est: euenit interdum ut cæco alimento repleto, cætera alimenta in colon præterlabatur & aluum. Vidimus post quadragesimum diem, omenti frustum, quod deuorauerat, per inferna demississe, hic enim latuerat, nam & uermes magna ex parte, in eo uentre generantur. Mirabitur fortasse quis intestinorum in anatomicorum libris peruersum ordinem, quod ab aluo, hic à pyloro inceperimus, utrumque non sine ratione demonstratum est, aliud enim est anatomices rationem indicare, aliud naturam exponere.

Colon.

Exemplum.

De intestinorum morbis, Cap. VI.

Intestina uarijs quoque tentantur uitijs, habitudine, compactione, uulnere, apostema, ite, aut ulcere: nam & ea interdum disrumpuntur, tormenta præterea sustinent, ex inflatione quales sunt, iliis, & colici dolores. Torquet mirum in modum dysenteria, ac tenasmus, cæteri quoque uentris fluxus inquietant ægros. Ex communicatione quoque aliorum membrorum mala plerumque eueniunt. Gracilia intestina ex cerebro stomacho, iecore, que uarios humorum impetus ferunt. Ex uenenatis quoque potionibus primam à stomacho ruina sentiunt. Crassiora uero, renum uitijs, uesicæ, ac locorum malis offenditur, uel si per aluum aliquid iniicitur, facile læduntur. Pedum quoque frigore affliguntur. Auerois retentricem & expultricem, uim malorum causam esse asseuerauit, hanc enim offensione, & uentris fluxus, colicis quoque dolores inuadunt. Sed ab omnium scruissimo sumemus initium hoc est ab iliis, colicis quoque doloribus.

Inflationes intestinorum.

De intestinorum passionibus ex Galeno, Cap. VII.

Intestina (inquit Galenus) inflationibus tam tenuia quam crassiora sæpe torquetur, præsertim quod colon dicitur, grauissimos enim & intollerabiles sentit cruciatus: ac cum febris interdum: docet quoque inflationem ipsam uariam habere naturam, ex diuersarum causarum distemperamento, quæ calida, frigida quoque existit, tenuis ac lymphida, crassæ ac turbulenta inflatio dicitur. Nam & uentorum uaria est natura, alia zephyri, alia nothi, aut boreæ. Harum tempestatum, alia calida, alia frigida, quædam sicca, qualis aquilo habetur, quædam item humida, aliquando tenuis, interdum spissior efflat. Qui à terra oriuntur nimium feruorem, aut frigus, aut nimiam siccitatem, aut pluuias excitant si intemperati sunt: cum temperamento tranquillitatem & salubritatem hominibus afferunt.

Ventorum uas fietat.

E sic,

Aufer cutis mor-
tus claudit.

sic, inquit, in corporibus humanis, quotiens uitio materia, uentositas supra naturam amissa sui temperie, calidior uel frigidior extra sui naturam fuerit, locum ubi conlederit, graui dolore excruciat. Et acriorem uaporem emittit. Et quidem notho flante uento, corpora nostra constrictiora redduntur, & spiritus in nobis, id est ipsa uente sitas densior facta, tardius exhalat, constrictis quippe meatibus, quæ utiq; uno caloris congrui beneficio, utriusq; curabitur, relaxando corporis constrictiōem & derisatē uentositatis attenuando attenuantibus blandis calidiuiculisq; fomētis, uaporationibus, cataplasmatibus, aut potionibus, aut clysteribus, aut mollis manus perfriktionibus.

De iliaci doloribus, ex Paulo, Cap. VI.

Acutissimus morbus est & doloris acerbissimi ileus, nam & casum uel affectum (inquit Paulus) cum periculo grauiorem secum affert. Eo namq; uexati miserabili morte intereunt, recrementorum foeditate ex ore tandem effluente. Cruditatibus, ac obfessis meaubus gracilium intestinorum hunc morbum constare perhibent, et uenentis quoq; medicamentis, aut enterocœlarum uitio cum aluus nihil reddit, uel intestinum inflammatione, aut coli sæpe malo affectu intercedente. In pueris, balneis, fomentis, cataplasmatibus, clysteribus, collyrijs siue gladiibus & calefacientibus, ut in colicis (inquit) dictum est, subueniendū. Adolecentiæ, & iuuentuti sanguinis missione sine mora occurrimus, quoniam materiam aueritalioquin cucurbitulæ profunt multæ, & inanes, uentri impositæ, uel ubi locus doloris est, circuncidendæ, mēbraq; confricanda, ligaturisq; arctius constringenda. Tum uehementi clystere aluus trahenda. Nam & in oleum calefactum ægrum dimittere cruciatus leuat. Mire autem medetur anethū coctum & potum. Qui cibum non continent, rhus & cuminum tritum in oxymellis cyathis bibitur. Contra ileum ex uenenata potione, oleum calefactum dant bibendum frequenti potu, & ad uomitū ægri cogendi sunt, aut ius pingue, ut sæpius euomant. Post aliquot dies theriaca in potu datur utiliter. Perseuerante uero oppilatione, lactis serum exiguo scammonio addito damus, aut aloē. At enterocœlarum uitio in caput pendere ægrū necesse est, et collapsum intestinum intra inguem collocandum ligaturisq; coercendū. Hæc Paulus. A nostris tenuioris intestini morbus dicitur, quem ileon dicunt. Diocles & alij (ut Galenus scribit) cordapsōn nominauit, hic modo in dextro, modo in sinistro latere sentitur, nec sub una tantum parte dolorem mouet, utriusq; supra umbilicum. Et quia superior pars affecta est, quæ assumuntur, maiores cruciatus afferunt. Inflammantur membra, sed nec aluus nec spiritus infra transmittitur, & cibus uomitu redditur, aut biliosus humor mali odoris, aut uariis, aut niger. Hoc malum post frigora aut cruditates oriri solet, aut frigida largas potiones, aut malos cibos, uel uehementiorem exercitationem, aut intestini abscessum, qui & febrem excitat. Propterea ex phlegmate incluso spumante, aut uento intus colluctante, aut excrementis multis exiccatis, aut inflammatione intestinorum gracilium id malum oritur seuiusimum, tum ileon specialius uocauit Galenus, quem alij cordapsōn appellauere, ex quo morbo rari sanantur, cum tumor uel apostema in tenuibus insederit intestinis: arbitratur enim æger quadam ueluti chorda intestina intendi, ex duro apostemate uel retrimentorum oppilatione quibus intestinum intumescit, aut crassius (ut alijs placet) humoribus, uel uiscosis, aut intera neorū animalibus, uentotie crasso quo intestinū gracile summo tormento distenditur. Id malum ueluti pestis contagione alios corripit, provincias occupat. Ileos colo acutior est ac feuior, colon exitialis est, utriusq; in secunda uel tertia die interimit quandoq;. Ex destillatione urinae (ut Hippocrates scribit) quandoq; ileos oritur, & perimit in septimo, nisi cum febris urinae profluuium intercesserit.

Quæ nota sunt iliaci doloris, ex Galeno, Cap. IX.

Iliaci doloris præcipue sunt notæ, cibi, redium, deinde uomitus, & quod euomunt phlegma corruptum est, uenter in eo plurimum astringitur, ut ne flatum quidem crepitumq; uentris emittat, nec rictus quoq; moueat, cruciatus uentrem circūdant, sed in uno magis loco cōsedit dolor, uerum nephreticis uno tantum infixus loco cum cruciatu hæret. Cū uero supra renes dolor affuerit, iliaci esse haud dubiū est. Verum si loci ratio non distinguit, urinae auguria satis demonstrarūt, quandoquidē nephreticis initio

urina

urina clara & aquosa cernitur in qua fundus prius leuiter exasperatur, moxq; arenaceum sedimen apparet. Et in dolore colico iliacoq; si qua excrementa egeruntur, non sine crepitu exhibunt, & eadem ut bubulum fimum in aqua fluitant: nam & dolore mollioribus infusionibus magis mitigatur, quam nephreticus dolor, quibus interdum frigida materia partem educimus, unde dolor aliquantisper leuatur, ex ijs & indicium & auxilium sumimus. Pari ratione si calculus per urinā propulsus fuerit, nephreticum leuabit, & locus subinde doloris retegetur, unde diuersa remedia expectantur. Verū Hippocrates infusionibus iliacum non leuari affirmat. Cum malum in uigore fuerit, per ora uermes, & excrementa subinde eiciuntur, antecedunt frequens nausea, eructationes foedæ, & oris graueolentia. Cum colo communia accidentia sunt, dolor, nausea, & uomitus, sed uehementiora in ileo, sicuti uigilæ, cordis tremor, ac animi defectus, extremorumq; frigiditas, & ex ijs quæ extrinsecus eueniunt sæpius oritur quam colon, aquilonis pestifero celo, aquæ potu frigida, aut niue refrigerata, aut ueneno epoto, cordis & stomachi uicinitate. Ex mala præterea naturali frigida habitudine intestinorum, aut apostemate, & ex membrorum communicatione frequentius quæ dolor euenit. Tormenta seuiora sunt supra umbilicum uel sub præcordijs, uomitusq; frequentiores, biliosi, uel pituitæ, urina quoq; coloratur est. In colo cum plurimum aut phlegma, aut inclusus spiritus cruciatus mouet sub umbilico minus seui, sed qui magis perdurat, & excrementa mucosiora sunt, ac magis compacta, uel phlegma per se magno crepitu erumpit, infusionibusq; per aluū magis leuatur dolor. At signa specialiora apostematis indicat frequens nausea, uomitus, & præsertim aqua frigida statim pota, aut uinum, locusq; fixæ torsionis abscessum demonstrat, & cum per os excrementum exierit, id aridum apparebit ex calido præsertim abscessu. Si uero pyloron abscessum patitur, dolor in dextro aderit, quoniam ad dextram inclinatur ubi ingens erit inflammatio, aluus enim difficulter reddet, & si fuerit in ieiuno, ad sinistra illa figitur dolor, seroq; excrementa emittitur. Inter crudelia tormenta lamentabilesq; cruciatus extrema sudore frigido corripiuntur, & ad sellam sæpe, sed inanem exciatur æger, & uirulento apostemate stimulante expultrice, nam cum febre si is adest, pulsatur sub cute uentris tumor qui & grauis est. Si apostema frigida nature fuerit, locus tumescit, & mollior apparet, sine ardentis febris, uehementi q; dolore, ac si i, utriusq; genus, ætas, tempus, uictusq; ratio ostendit. Et si singultus aderit rarior apparet. Ex aridis uero retrimentis plurimum uenter prominet, durus, cum quodam murmure.

Prognostica iliaci doloris, Cap. X.

Iliacus dolor urinae profluuium quandoque (ut dictum est) finitur, alioquin in eo morbo urina bona nihil boni promittit, mala male pronunciat, uomitus præterea foedus, singultus ac spasmus, deliriumq; malo est, ex Hippoc. Gal. uix ullum euasit se tradit foeditas igitur uomedi, halitus, crepitus, ac sudoris male dijudicant, ac extrema frigida.

De iliaci doloris curationibus, Cap. XI.

Is morbus nisi repente subueniatur, pestifer est, cui quæ assumitur, quam in colo magis proficiunt, quæ non insunduntur, minus conferunt. Ante infusiones manu prius blandiri debet intestinum, ut si dimotum fuerit, in locum redeat, tum si quid in aluum conijcitur recto ascendit tramite. Victus siue dieta in colico statim dicitur morbo. Illa eo ex uento uinum ex aqua temperatum perniciosum est, sed meraciori utendum est, si cuti lac, & olus est. Vbi uero abscessus nocte fuerint, sanguinem dimittere necessarium est. Tum frequentibus clysteribus opus est, ac potionibus quæ emolliant aluum: Ius pingue cum malua & uiola si insunditur, utile perhibetur. Alij ius ipsum in potu dedere, pro morbi materia calida, aut frigida admiscuntur: ex frigida materia oleum ex cnico, id est, carthaminum dictum, & anethi decoctum cum sale & oleo, uel in potu, ut supra diximus Pauli sententia. Quidam aqua calida panem infusum deuorauerunt calidum, & sanari sunt, uel si bene inconcoctum fuerit, aquæ calidæ potus dolorem sedat, et retrimenta liquuntur. Luuat in calida usq; ad præcordia sedere, medicorum omnium consensus. Alij uesticam olei uel aquæ plenam imponunt. Ex oleo calido fricari uentrem, ac e. molliri iuuat, nam & articulos omnes oleo confricant utiliter. Quidam cellaria longa

E 2 pro

Pylori abscessus signa.

pro corporis mensura felle taurino illita in aluum induunt. Si iliacus biliosus est cum seris decoctis siliquæ Aegyptiæ simul decoctum damus. Phlegmaticus uero cum hiera pira, uel aloë, aut sagapenio sanatur, et paribus infusionibus per aluum. Hippocrates merum dari iussit, paulatim donec soporentur, si sine febre & inflammatione fuerint. offerunt aliqui uinum, quod de Rhetem est, aqua refrigeratum, ita ut dormiant: refrigeratur autem, ne nauseas efficiat. Iliaco uero uentoso tum clysteres tum portiones iuuant, uel cucurbitulæ. Quidam laudant medicamenti genus quoddam, quod ex lauri baccis conficitur. Mire subuenit id infusionis genus, habet uini Cretici ℥. 8. olei ueteris ℥. 16. unâ ferueant donec uinum euanescat, id in aluum infusum dolores mitigat, & soporem inducit: & excrementa emollit, ac spiritum dissoluit: hoc miro experimento sæpe usi sumus. At ubi caliditas & inflammatio fuerit, cum psyllij & hordei decocto oui candidum in aluum efficaciter infunditur, & psyllij quoque eiusdem lentorem, cum uiolarum & maluarum decocto utilissime assumunt. At ex frigido abscessu sine febre cum nauseis, & uentre astricto. Prodest antidorum ex gallia, quod habet mastichis, garyophyllorum, zingiberis, piperis & piperis longi, cinnamomi, nucis muscatæ, galliæ muscatæ ana ℥. 10. scammonij ℥. 5. cum mali cydonij succo, & melle quantum satis sit ad spissitudinem mellis leuissimam decoquantur, modus est ad ℥. 5. Quod si æger uomitionibus non exagitur, pilulæ iliacæ dandæ sunt, continentur, colocynthidis, sagapenij ana ℥. 10. salis cappadoci, scammonij ana ℥. 3. s. modus est ad p. sesquidrachmæ, præsentaneum est ad iliacos dolores remedium. Si ea non profecerint, ac dolor increuet, id collyrium probatur, salis, mellis ana ℥. 10. colocynthidis, scammonij ana ℥. 2. s. faciunt collyria longa. Si eadem cruciatu non leuant, ad ea quæ infunduntur transeundum est, in olla imponimus ficus citrinas quinas, fursuris tritici quantum manu apprehendi potest, radicis aristaltheæ. M. 1. cum betæ duabus, ex aqua decoquantur ad tertias, adde salis ligulæ & olei sesamini unciam. Si uehementiorem desideras infusionem, adde antedicti collyrij sesquidrachmam. Aliter, colocynthidis ℥. 10. Centauræ, cyclaminis ana ℥. 2. menthastræ, rutæ, origani ana M. 1. decoquantur in aqua in sextario & semi aquæ, donec duæ partes super sint, in eo decocto adde nitri ℥. 2. mellis ℥. 1. castorei, sagapenij, opopanax, & collyrij ante dicti omnium ℥. 1. Vidimus quendam empiricum miro successu id infundere soliti, fursuris decocti libram, uel sesquidrachmam, ac paulopost non emisso decocto, cum cuphorbij farinæ drachma aliam infundeat libram. cauendum est ne naturalia contingat, quoniam urit: secunda enim primam infusionem miro quodam excitemento ad fellam impellit ægrum: Et sterora in pilæ modum compacta, scybala uocat, quodam impetu extrudit. Quod & in colo efficacius est. Potio utilis ad iliacos cruciatu: mellis puri habet cretici uel attici librâ, in aquæ libris 6. unâ decoquantur, laureo quoque ramo aut hyssopi despumetur, ad sapæ spissitudinem, adde exinde piperis ℥. 2. tunsi panno alligati & unâ ferueant. Alia potio in frigida causâ peculiaris, habet uini Cretici uetusti, ansteri sextarium, piperis tussi ℥. 3. galangæ ℥. 3. foliorum salicis recentium ℥. 15. una ferueant donec tertia pars euanescat, sed triduo prius infundi debent, alij ad tertiam decoquunt, & ad usum uitreo uase adferant. Quidam ipsa salicis folia cum modico piperis tussi assumunt, peculiarem enim ad iliacos cruciatu habent potentiam. Vbi uenter astrictus fuerit, prius oleum infundunt tepidum quantum opus sit, mox unâ infundunt oleum calidiusculum cum colocynthidis interiore, centaurea ac sale. Sed prius portionadi sunt gallinæ iure pingui cum adipe etiamni anatis, aut anseris, cum sale plurimo, ac anetho. Quibus ea non sunt ius pingue ex ueruecina carne idem præstat. At ubi potetia expultrix infirma fuerit, cum his quæ calefaciunt occurrendum est, atque cum his quæ mordent & exiccant.

Ad uentris & intestinorum tormenta, ex Galeno, Cap. XII.

Radix aristolochiæ tunsa & pota ualeat. Cymini tosti cochlearia duo, cum tribus uini aut aquæ guttis pota. Et cyminum per se commaducatum. Carthamum, ac fenogreci semen trita & unâ decocta bibuntur, uel lauri baccas decorticatas tunfas bibunt per interualla cochlearia nouem. Serpillum tritum cum uino potum ualeat, uel maiorana. Eryngij radicem cum uino bibere suadent tunsam, aut nardum in aqua uel uino bibendam tradunt.

Contra

Contra iliosos ex alijs autoribus experimenta, Cap. XIII.

Pastinacæ semen ex uino iliosis datur. Alij raphanos dandos censent. Ruta syluestris decocta in oleo cum farina hordeacea ac uelleribus collecta & impesita. Semen raphani satui tostum & commaducatum ad laganopon ualeat: Castoreum cum dauci semine, & petroselini, quantum ternis digitis sumatur ex mulsi calidi cyathis. Colocynthidis, id est, cucurbita herbacea clysteribus infusa eiecto semine, ualeat. Pulegium prodest ilibus, atque anisum. Et inflationibus cyminum tostum & potum. Lini seminis farina in oleo & melle clystere infusa perniciosa tima intestinorum uicia sanat. Nam & ladanum Cyprium occurrit potum: semen panacis idem præstat, & omnium intera neorum uitijs medetur. Quidam iliosum conclamatum & a summa desperatione liberauit, gallinæo fumo duntaxat albo arido ex uino uel syrupo unâ pota. Ex antiquis autoribus, cyminum Aegyptium intestinorum dolores, inflationes & tormina discutit. Ad uentris inflationes, anisum trium digitorum carptu cum castorei obolis duobus ex mulso datur. Ventri turgenti datur thymum. Et iuniperi bacæ illiæ sedant uentris tumores. Mitices cortex uel fructus lignosus sedat uentris dolorem. Inflationes pellit ad inferiora uiticis semina pota. Ventris dolore tentari negant leporis talum habentes. Vitulinum simum in uino decoctum & impesitum inflationes discutere tradunt. Verbenæ succum alij experimento laudant uel radicis decoctum: nam dolores sedat. Vbi foeda excrementorum uomitio affuerit, aqua gelida uberius data in potu. si uim sedat, & foeditatem retro agit. Eo remedio quidam medicus iliosus a medicis destitutus salutem restitutus est. Hinc ad cognatum colicum dolorem transeamus.

De colico dolore, Cap. XIII.

Colon (inquit Paulus) crassioris intestini pars est, in dextra iliorum parte collocatur, et in sinistram defertur in zona modum. Hinc pluribus de causis ingentes nascuntur cruciatu, qui a membro ipso intestini genere colici dicuntur. Quidam hunc morbum chordion uocant. Vehemens sit inflatio ac dolor, in dextra quidem parte, renum dolore acutior, ab inferiore parte dextri lateris incipit in sinistram sursum uergens sub umbilico intenditur, et a cibo magis affligit: quod e diuerso in nephreticis contingit, in quibus posteriora magis uexantur: Colon item prouinus incipit, ex quo æger perniciosissimo casu sæpe periclitatur, ut aluus nihil prius reddat, neque uenter quidem, sed stercus per os misere effluat, et anima deficiat: neruorum item distentiones, ac delirium eueniunt, ut iliosis contingere diximus. Ex multis enim intestini orbibus, si quid includitur difficulter prolabitur in aluum, uel intra ipsius tunicas si spiritus aut humor infixus fuerit, non facile per inferna emittitur. Sed querit Galenus, quam ob causam, ut in Ileo contingit perniciosissimo, ut stercus ad superiora propulsetur, quandoquidem stomachus pro naturali proprietate per isophagum cibum attrahit, mox concoctam materiam per inferna transmittit: idem ex præternaturali causa ex his qui per aluum infunduntur clysteribus, aliquid ad stomachum contrahuntur, cum excrementorum portio, uel cula, ut iliosis euenit exitali: Ego autem fateor (inquit) quod in huiusmodi casibus, stomachum nihil attrahere, sed ea accidentia duntaxat suscipere, sed ipsa intestina uehementer comprimuntur, & in superiora quod noxium est propellunt, ea uero incommoda grauata non sustinent intestina, sed ad superiora orificia transmittunt quandoquidem inferiora astringuntur, quæ in orbibus & inuolutionibus continentur, ad superiora ascendere coguntur. Nonnunquam item ad antum materia demittitur acuta, ut cum excrementis exeat quæ cum occurrentibus ad stomachum retorquetur, generatque punctiones & ardores, & fumo caput impletur. Similiter & de uentre si ate contingit, si ab inferiore parte cohibeatur. Non igitur mirum est, si clysteres, aut retrimenta alui in stomachum repellatur, sed id non naturæ ratione contingit. Motus enim intestinorum cum excrementa per aluum fluunt, qui interdum diminuitur, aut inordinatus cernitur, propterea accidit ea symptomata quæ, tales motus nominamus. Et ea aliquando actio ex toto adimitur uel aufertur, sicuti in iliacis euenit passionibus, sed de egestione iam dictum est. Sed de ratione inflationis & uentositatis uerba Gal. subiungam. Vtrosque generatur ex phlegmatica materia liquecente, atque resoluta, aut cibus, intercedente exiguo calore. Frigiditas enim non generat fu-

E 3 mum;

¶ ei uentosi auxilia.

Pilula iliacæ.

¶ utilis ad iliacos dolores potio.

Ventris inflammationes discutientia.

Symptomata colica.

An stomachus aliquid ex intestinis retrahat.

* contrahitur.

mum, neque cibum digerit, aut dissoluit. Maior quoque caliditas cibum concoquit, dissoluit & attenuat, nec in fumum excitat, nisi cibum sui natura inflatiuus sit, qui fumum propterea turbulenti, & caliginosum reddit, ea namque uoluntas tertio ructu saepe dissoluitur et finitur, exiguus uero calor fumosum uentum generat. Paria in caelo animad uertimur, serenus aer est ac clarus cum aquilonibus perflatur, uel seruenti astate: cum inter haec duo fuerit constitutus, nebulosum efficit aerem. Ita in animalium accidit uentre, ut neque cum ardet caelum, neque cum frigore uehementi squalet.

De causis colici doloris, Cap. XV.

Damnatur habitudo frigida per se, uel materialis simplex, uel composita, oppilatio, aut continui solutio. Ita quod habitudo uel calida uel frigida uel sicca, si praeter modum fuerit colici doloris causa est. Ex calida quicquid inter intestina est nimium exiccatur, quia diutius retinetur, si succus ad iecur nimium attrahitur. Et expultrix pariter potentia hebescit. Ita & sicca habitudo efficit. Ex frigida quoque habitudine magis est si sicca adiuncta fuerit, nam excrementa indurescunt, & diutius retinentur, unde dolores mouentur. Materialis quoque uicio datur, sicuti cholericis, & si raro id eueniat, quando quidem plurimum uentrem soluat mordaci ui. Sanguini tamen permixta, corpus plurimum excalescit, unde excrementa exiccantur: aut si felleus porus exilis fuerit, unde aluus seigniter excitatur, & stercus diu permanens indurescit. Intestina praeterea mordaci cholera exulcerantur, unde colicus dolor. Sed ex materia frigida saepius, ex qua inflationes subinde generantur colici sunt, nam intestinorum orbes complent, nam et uisco sitas ipsa intus haerens a contactu retrimenta prohibet, quo fit ut ad exonerandum minime excitari possint, eo modo adeo intestina turgent, ut collidi credantur. Oppilantur praeterea innatis intus collectionibus, calidis, aut frigidis, illud saepius, hoc raro contingit. Torquentur quoque intestina, spiritu incluso, ut praeterlabi non possit, & colluctando nimia inflatione tormeta excitantur, & inter eorum tunicas crudelitas insigitur. Ex atra quoque bili uenter turgit, ex quo uapor prius exhalat, qui dolorem non infert, nisi inuentum mutetur. Differre enim tradit Galenus, ille dum quiescit uapor appellatur, is cum mouetur, uentus dicitur, qui nimio motu dilatante tunicas uel ipsa interanea, dolorem impatibilem excitat. Lapsum quoque aut ictu intestinum a mesenterio aut ab alijs partibus dimouetur. Vel si peritonaeon ad inguina scissum fuerit, ita in scrotum delabatur intestinum, aut iuxta umbilicam simili periclitatur uicio. Vermium quoque multitudine intestina obstruuntur. Sed retrimenta cum intus arefunt communiter colicos excitant dolores, sicut & uentus inclusus, quod cibi natura contingit, castaneis, siliquis, glandibus, cucurbita, uua, uino multa aqua diluto, uel aqua frigida potu, praesertim si laboriosa uentus secura fuerit, aut nimia corporis lassitudo. Remanent in ipsis intestinis stercora si uis expellendi infirma fuerit, uel medicamento aliquo torpescencia reddita sint, aut uentris musculis uel praecordijs percussis, uel frigore lassescentibus. Vel si intestinorum quidam torpor affuerit, quoad exonerandum, pigriora facta fuerint. Quod & conualescentibus euenire solet quibus alimenti succus hauritur. Fame quoque & nimia abstinentia aluus supprimitur. Coeli quoque calidi distemperamento, aut thermarum usu continuo, aut fabrilis arte, uel furnaria, aluus quotidie parum, aut nihil ferme reddit. Stomachus quoque feruentissimae distemperantiae cognatam cum antedictis naturam habet. Ex frigore interdum nimio, quo urina plurimum fluit, aluus parum excernit. Ex capitis praeterea fluctationibus quae immodice ad uentrem fluunt, colon oritur. Et si spinae uertebrae luxantur ictu aut casu aluus exinaniri non potest. Iecoris quoque uomica, aut lienis, uel uesciae, aut renum uicio, uenter tumescit. Sed et tetanicis quoque neruorum uicio nihil excernitur, quando intestinorum gracillium expultrix uis hebetatur, aut crassioris retentrix resoluitur, unde excrementa exiccantur. Colicus dolor sicuti & iliacus ad prouincias transit dira quandoque contagione. Nam & ad morbum committalem, & paralyticum mutatur, aut ad hydropem interdum, si ad iliacum transitum fecerit, malo est, sed omnium deterrimus est ex uomica oppilante.

Tormina intesti-
norum ex spiri-
tu incluso.

Vermes in inte-
stinis.

Colica passio ex
capitis fluxioni-
bus.

Qui morbi ex
colico dolore
proueniunt.

De signis

De signis in communi colici morbi, Cap. XVI.

Eius morbi signa Galenus modo certa, modo per quadam coniecturam ostendi demonstrat, qualia sunt, si nihil ferè uenter excernit. Si continuatur dolor in dextra parte supra coxam ad umbilicum uersus. Si cibi taedium, & inconcoctio, ac nausea affuerit, nam & dulcia, ac pingua fastidio sunt. Frigidam appetunt, & plurimum sitiunt. Spina item & crura dolent, curui in lectulo iacent. Venter paulatim turgescit, bilem uomunt flauam & porraceam subinde, pituitam primum alij, uel atram bilem, aut acetosam pituitam, quibusdam alius soluitur, & stercus ueluti uaccinum cum multo crepitu emittitur, quod in aqua fluitat: alij globulos duos & densos reddunt, aegre quoque uentus utrinque soluitur, stomacho ac sub praecordijs dolent. Punguntur, ac terebra uenter perforatur, pectus contremittit, cum cruciatu uoluntantur. Urina alba interdum, cum plurimum lutea, quae imperitos decipit. Interdum intercipitur ut nihil fluat, nam renes, aut urinae uasa comprimuntur, ob eam causam medicus cauere debet ab ijs urinae auguribus, ne nephreticum imprudens putet, quando quidem ex materia frigida urina rubens emittitur, ac sitis ingens aegrum pariter excruciat. Biduo saepe, inquit Galenus, sine intermissione perseverat dolor, unde sudores frigidi emanant, cum animi deliquio.

Note cuiuscumque cause colici cruciatu, Cap. XVII.

Ex phlegmate colicum, crapula, pisces magni, uel frigidi in gelu, lac, caseus, fructus que, olera frigida, ac cum plurimum corpora phlegmatica sunt, antecedunt. Accedit aetas, habitudo, prouinciarum qualitas, ac temporis ratio, constitutio quoque, ocium item, ac somni longiores: & si qua egeruntur cum phlegmate inuoluta apparent uel spumosa: nec summus adest dolor, nisi spiritus intus cum humore frigido colluctet, alioquin in uno loco insedit, nec uagatur, magisque nocte inquietat, os graueolet, dolent praeterea supra peccinis os, ac in femoribus. Ventosam uero materiam indicant, aqua frigida multa epota, uel cum uino mixta, frigida quoque natationes. In cibarijs eadem noxia sunt, qualia sunt olera omnia, legumina, fructus, & in communi omnis stomachi inconcoctio. Ex ijs uentris murmura apparent, ructus, & per inferna status, aut crepitus circa umbilicum tormina torquent, quae compressione leuantur, in lecto uoluntantur, quiescente motu, in curuo corpore iacent, & moueri formidant. Nulla intus grauitas sentitur. Difficiliter eructant. Et si quando ructus mouent, aut per inferna crepitant aluus, dolor leuatur. At cum uenter murmurat, ac tormenta uehementius torquent, inter tunicas intestinorum, uel in ipsa substantia uentus impactus est, tum aluus nihil omnino excernit. Et uenter turgenti tympanico assimilis pulsus sonat, & manu prementi cedit cum murmure inclusus spiritus. Qui si ex phlegmate excitatur, mitigato dolore rursus post aliquot horas dolor inualecere solet, nec fomentis ullus dolor aequae sedatur, nam & inferior uentris pars tactu frigida sentitur. Ex cholera si dolor est, aetas, tempus, habitudo, regio, uictus ratio subscribunt. Nam remedijs cibarijs quoque excalescentibus laeditur dolor, atque intenditur, & temperamento iuuatur. Galeni quoddam exemplum est. Quaedam animaduertit cibaria assumentem facilis materiae concoctibilia, quibus magis excruciarum uidebatur aeger, assumpto saepius praesertim cathartico, coniectura motus Galenus, durae materiae cibum deinceps obtulit, ac stypticum naturae, unde dolore & cruciatu liberatus est. Is enim excrementa liquida, corrupta & male olentia emittebat. At melancholici doloris notae comprehenduntur acetosi ructus, uomitiones quoque, uenter turgit, atra sunt excrementa, & aeger minus affligitur: antecedit colicum aetas, habitudo, uictus ratio, & similia. Communiter si omnes humores inter tunicas sunt impacti, aluus omnino nihil excernit, si uero inter intestinorum orbes fuerint, quoque modo excernuntur.

Coloni ex apostemate fuerit, ex Paulo, Cap. XVIII.

Ex abscessu inflammatione colon ardor uehemens (inquit Paulus) locum indicat, quem febris acuta concomitatur, aluus astricta, urinae incontinentia, & in loco doloris pulsant uenae, sitis molesta est, aestuar corpus, ac biliosa uomitiones nullum morbo laeuamenrum praestant. Omnium periculosissimus est, qui in iliacum saepe permutatur, oris adest graueolentia, urina quoque supprimitur, &

E 4 pharmaco

Colici morbi ex
phlegmate causa
sunt quae.

Ventosa materia
signa.

Dolor colicus
ex cholera.

pharmaco assumpto irritatur dolor, uenter magis inflammatur, unde uestimenta infecta non sustinent: ex bili minus pullat locus doloris, minor granitas inerit, ac tumor, sed febris & inflammatio, punctionesque ac sitis uehementiora sunt, ac magis uigilijs tentantur. At si abscessus frigidus fuerit, ipsa contraria euenient signa, nam & figura mollioris abscessus apparebit supra coxam dextram uersus umbilicum, unde imperitijs error est, putant enim loci uicinitate, quod iecoris uitium sit, aut spinæ si dolor ad eam partem uergit. Melancholicum uero ostendit tactus durus, qui rarò euenit. At colò ex humoribus crudis, & uiscosis, nausea continua, uomitusque plurimus sequitur, quo non leuatur dolor & si frequens fuerit, qui & a cibo magis excitatur. At si in aluo apostema fuerit hoc est intestino recto, ac postremo, quæ cum excernitur, uehementi dolore excruciat, cum renascenti uitio, cum quodam spinæ pondere, ac urinae stitiditio, tum & clysteres cum uehementi dolore exinaniunt. Verum si saltu, aut lapsis ex alto intestina intus torqueantur, quod & percussis euenit, & ex lucta: aut si intestinum exierit, uel si uento torqueatur, subito id malum oritur, ac eodem perseverat modo. At rupto abdomine siue sumine foras prolabitur intestinum.

Nota ex habitudine frigida & ex frigore duro & stercore, Cap. XIX.

AT si intestina naturali uitio frigida fuerint, leues aderunt dolores, qui uaporatio- nibus facile discutiuntur & excrementa inconcocta cum crepitu exeunt, multo mucore inuoluta, sine siti, & expultricis infirmæ uisum habetur: nam & intestina frigida sentiuntur, quod aquilonibus euenit, aut aspera hyeme, nam & facies ipsa plübea cernitur. Nam & expellendi uim obtundunt torpentia, & quæ soporem inducunt, & si fistula in ano innata sit, aut hemorrhoidarum affuerit tumor, quo reformidat æger aluum, solere, unde excrementa arefiunt, ex quibus colicus dolor. Si uero sensus intestinorum obtusus fuerit, aut torpens, non sentit æger medicamina, quæ uim egerendi exacuunt, qualia sunt iniecta in aluum collyria uehementiora, facileque uenter quouis cibario inflatur, unde obtusus dolor sequitur. Et si animi musculi spasmi patiuntur, is manifestus & cum alijs membris apparebit. At si recrementa arida facta fuerint, uenter turgidus cernitur, & quæ astringunt cibaria potusque antecessere, grauiora intestina sentiuntur, & cum conantur egerere, crassa duntaxat pituita profluit. Quod si a bili fuerit uitium, stercoreum demittitur, non sine uentris inflammatione, rosione, ac adustione linguæ, finiturque dolor aut leuatur cum bilis plurimum deijcitur.

Nota ex cholerae oppilatione, & ex membrorum communicatione, Cap. XX.

SI uero uenter tumidus fuerit ex flauæ cholerae oppilatione, excrementa sine colore difficulter excernuntur, ac sterctia in oculis primum apparet. At si ex corporis rara textura fuerit, membra facile calidis ac frigidis offenduntur. Si uero ex uentris siccitate atque ardore contigerit, tactu uentris facile dignoscitur, nam & ipsa membra atro colore infuscatur. At si siccitas causa fuerit, aut nimius labor, signa per se manifesta erunt. Communicatione uero membrorum & stomachi præsertim, nausea, grauitas, cibi rædium, ructus, singultus, & alia similia accidentia antecedunt. Cerebri uero uitium rheumatismi fluxiones antecedunt. Sed quia calculi signa ferè communia sunt cum colo, hoc in loco propterea quibus distinguantur notis breuiter afferam. Nam si inter tunicas coli uitreus humor inclusus fuerit & calculus fuerit in renibus uel in meatu ad uescicam delapsus, consimiles cruciatus inferunt, sed ex præcedentibus causis dignoscuntur, ex doloris consuetudine, uictus ratione, ex auxiliorum genere uario, ex urina, & stercore, ex doloris uel tormenti magnitudine, & ex antecedentibus accidentis. Communia autem signa sunt nausea, ac uomitus, dolor, aluus cum nihil excernit. In huiusmodi doloribus de se ipso Galen. se deceptum fuisse fatetur. In eo cruciatus uentrem ac si crebra perforaretur dolore torquebatur, inter renes & uescicam: ex olei infusione humorem uitro quæ similitimum deiecit frigidissimum, quod tactu percepit, mirabaturque quod ex intimis interaneis actu frigidissimum emisisset, in eo inquit cruciatus, me calculosum esse arbitratus sum, pungere enim circa ureteres meatus sentiebam. Sed emissio eo uitreo humore, sedatoque subinde dolore illo uehementissimo, me neque calculosum, neque nephreticum fuisse haud dubio exstimaui. Doloris igitur & cruciatus distinctio qua-

Abscessus frigidi nota.

Melancholici apostematæ signa.

† sicc.

Dolor ex membrorum communicatione.

tio quatuor modis comprehenditur, quantitate, loco, tempore, & motu. Nam calculorum dolor exiguus, sed acutus est: & colicus ingens & uehemens & magnam uentris partem occupat, circundat enim uentrem (inquit idem autor) & plurimum bilis, ægrum torquet, nam & plures partes uentris & spinæ infestat. Nephreticis in uno tantum sedet loco fixus dolor. Loco uero quoniam colicus dolor ab inferiori dextræ coxæ incipit, et ad superiorem sinistri lateris desinit, nephreticis autem a superiori parte inchoat & in locum finit, ubi dolor infixus hæret, & ad posteriora uergit. Tempore item, quandoquidem nephreticus, in fame acrior infestat, quo tempore coli dolor mitigatur, qui non paulatim sed subito oritur, breuiterque desinit, & in longum nephreticus protrahitur. Morione denique distinguuntur, quandoquidem coli dolor ad plures mouetur partes, nephreticus uero, ut iam dictum est, in uno infixus loco permanet. Ex renum lapide femur eiusdem partis dolentis torpet, quod in colo non euenit. Nam & renum partes contremiscunt. Coli præterea dolor emolliētibus infusionibus magis sedatur, quibus sæpe frigida phlegmatis massa demittitur, unde dolor aut sedatur aut mitigatur. Si lapis præterea eijcitur ex toto nephreticus sanatur, & quæ lapidē comminuunt iuuant. Ex colicis item si quando stercore emittitur, illud in aqua (ut dictum est) fluitat, uomitusque & cibi fastidia utriusque malis communia sunt: uerum calculosis leuiora, quibus & aluus minus astricta est, ac uetus facilius excluditur, urinaque arenosa cernitur.

Quo remediorum genere colici quousque nephretici gaudeant.

Prognostica colici doloris, Cap. XXI.

VEntosis colicus si permittatur bono est, quo uero uentus inflatur sicuti tympanitis malo. Bene indicat si remedijs cedit, si excrementa ac uentus exit, sique interdum dolor leuatur. Si anhelitus grauis non est, sique cibi rædium non est, nec perseverat uomitus. At colicus damnatur, si aluus ex toto suppressa est, si uomitus perseverat, si foedi ructus, ac excrementum per os fertur. nam tormenta antecedunt crudelia, sudoresque frigidi, si ructusque ac animæ defectus. Ex omnibus augurijs spasmus, ac delirium male pronunciat. Si stranguria uero superuenerit, ac iliacus dolor, in septimo die interitum portendit, nisi urina cum febre profluuam (ut dictum est) intercedat. Galeno incognita causa.

Pessima in colica auguria.

Remedia colici doloris communia, Cap. XXII.

Quoniam acutissimus morbus est præteraneus indiget remedijs, curatio enim si protrahitur periculosa est. Nocet excrementum, ac uentum retinere, quod exitibus contingit actionibus. Vbi dolores primi affuerint, non solum abstinentia medetur, sed & uomitu stomachum protinus exinanire conuenit, mox uentrem mollire necesse est, nec differendum, mire enim iuuat, aut saltem clystere aluus ducenda est, deinde cathartico opus est trahere. Interea oui lutea ex uino damus cocta, uel sure gallinæ, aut molle panis. Quidam aridas ficus & passulam, musasque ægyptias, alij & melopepones dulciores, quod æque non sitaferim. Sed quæ musæ sint hoc loco indicabimus, de ijs apud uetustos autores non satis liquido inuenimus. Plurima circa Memphin inuenitur, dum passuum altitudinem non excedit, trunco foliaceo leui palmæ naturæ, cortice aspero, palmæ haud dissimili, crassitudinis femoris humani, folijs palmæ modo comantibus, dum quandoque passuum longitudine, cubitali latitudine, nulli maiora folia, quæ equidem nouerim, ea uento facile distumpuntur, ex summa arboris ceruice, qua palmæ fructum emittunt, terni, aut quaterni prodeunt racemi brachialis longitudinis, ex quibus musæ uelut cucumeres magnitudine & figura oriuntur, colore uiridi, qui cum musis decepti (ut uidimus) per se maturescunt, & flauii fiunt: inter omnes fructus incolis suauissimi, insuetis primo gustu ingrati, intus mollis & rara caro est, ubi seminis nigri ac pusilli imago cernitur, ut ficis cortex detrahitur, earum cortex acetum exacuit, si imponitur. Propagine feruntur. Tentauere Neapoli in Italia ferere, in annum durat, folia hyeme decidua, uere renascuntur. Inter communes curationes est, ut causam submoueamus. Verum si tormēta excruciant ea prius mitiganda sunt. Causa uero alteratur, digeritur, expellitur uel auertitur, ligaturis, cucurbitulis, frictionibus, & his similibus, uomitu, & urina, sudore. Verum materia ipsa per aluum sæpe deijcitur, glandibus, uel clystere, fomentationibus, emplastrisque. Falluntur quandoque imperiti, qui priusquam aluum emolliant, uehementia offerunt cathartica, antequam stercorea in pilæ modum compacta deijciant, magno alioquin ægri

Musæ Argæ pite.

Causa submouenda.

114
 xgri periculo, quæ nisi educantur uentrem constipant, & impetum fluentis uentris impediunt, unde maiora tormenta ac exitalia subito inuadunt. Ob eam causam propinandum offerunt gallinacei ueteris ius, nisi febris acuta affuerit. Alioquin aqua hordeacea largiori potu datur ex saccharo rubro, ea sæpius damus, donec uenter ijs excrementis duris leuetur. Subinde catharticum non incongrue dandum est, sed uehementiora cauenda sunt. Quidam uomitus præferunt: qui obesse solent ubi stomachus & gracilia intestina debilia sunt, ac humores multi affuerint, & si quando supra umbilicum grauitas tum ex humore nimio tum ex stercore sentitur. Si uero dolor colicus post uentris exulcerationes superuenerit, tum catharticum suaue præferitur infusionibus acutis. In quo casu & uomitus necessarii sunt. At ubi crassiora repleta intestina fuerint, tum neq; uomitus, neque uentris deiectione necessaria est, sed infusionibus duntaxat opus est, imò neque portionibus auxiliamur. Eo q; magis quo humoris frigidi crassæ substantiæ, ac uiscosæ naturæ deiectiones non sustinet, sed fixus hæret, natura q; laborat, uires deficient, nec in ulla parte proficitur, sed infusione opus est, aut collyrijs. Sed omnib. quæ assumuntur ex hierapicra pilulæ præferuntur, quando stomachum infirmum iuuant, aromatici odoris, oblectamentum enim stomachi queritur. Alias ex uehementiori cathartico opus nõ est, cum exulceratione intestinorum periculolus & deterior fieri solet colicus dolor, ac exitialis. Sed in primis Galenus clysteres laudauit summopere, nõ acutos, nec à longinqua materia: alioquin cerebrum & cor perturbant, exagitatis humoribus, quos non attrahere possunt, nam & capitis dolores inferunt, tum quæ emolliunt in potu iuuat, nam & commotiones antedictas suauius educunt. Vbi in uomitiones nauasq; effunditur stomachus, styptica confortantia danda sunt, ac subinde quæ uentrem per aluum subtrahunt. Cum uero inanes sunt clysteres, eadem hierapicra cum uino utiliter datur, uel perse, datur etiamnum cum acuta medicamenta in uentre firmata fuerint, & nihil deiecerint. Hiera cum agarico uero damnatur, quoniam altius sese in uiscera condit, & à longinquis extrahit partibus, diutius enim in ijs moram trahit. Febris præterea in colicis, pdest si uentolitas crassa fuerit, aut phlegmatica, aut ex habitudine frigida.

Crassioribus in
 telibus repletis
 quid faciendum.

Aduersus uomitiones
 quæ danda.

Febris in colicis
 quando prodit.

De obseruatione in colico dolore, Cap. XXXIII.

115
 QVifrequenter colicis tentatur, semel bis uel singulis mensibus mane euomatur, ex Hippoc. sententia, infusionibus utatur, nec admodum acutis. Ex infirmo stomacho, si uitium fuerit, concoctionem bonam procurabit, duram materiam euitabit, & quæ inflant. Interea aliquid ex diagalange confectioe uel zedoariz, baccas lauri cortice liberatas, & similia assumit. Hæc ex posterioribus medicis. Ex Celso eadẽ ferme, si laxius inquit: intestinum dolore consueuit, quod colon nominant, cum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, ut concoquat aliquis, ut lectione, & alijs generibus exerceatur, utatur balneo calido, cibis quoque & potionibus calidis, denique omni modo frigus euitetur: item dulcia omnia, legumina q; & quicquid inflare consueuit. His addimus oua dura, brassicam & erucam, buglossum q;, lactis usum, caseum, pisces ingentes, suilam, agnina q; carnem: inter fructus, pruna, punica mala acra, uel media, dulcia minus noxia, pyra, cydonia mala, poma, & quo magis acra uel austeria, mora, citra, uinum ut dictum est, mala aqua mixtum, uel sola frigida largius pota. Siliqua præterea, ac palmulæ nocent, & in primis uentum flatum q; uentris diu retinuisse, aut iubenti aluo non paruiffe, periculosissimum habetur. Tragema utile ad euitandos dolores alui, habet galagæ, piperis albi, zedoariz ana ʒ. i. glycyrrhizæ ʒ. ʒ. bene tusa zingiberis albi ʒ. 4. cõcisi, garyophyllorum, machir leuiter concisi, coriandrorum præparatorum cum saccharo conditorum, anisi q; pari modo conditi ana ʒ. 2. sacchari albi lb. Antidotum eiusdẽ uirtutis, habet croci, doronici, zedoariz, xyloaloes, maltichis ana ʒ. 1. unioinum, serici cineris, cubeborum, coralli rubentis præparati ana ʒ. 4. galliæ muscatæ, seminis ocimi, garyophyllorum, nardi ana ʒ. 3. zingiberis albi, succini, piperis longi, cinnamomi ana drachmam medicam, castorei, musci ana ʒ. s. aloës ʒ. 2. mellis quantum opus sit. Ieiunis drachmæ binæ dantur ex uino. Sed iam ad specialiore tracteamus.

Tragema præseruans à doloribus alui.

Curatio.

Curationes cuiuscunque generis colici doloris, Cap. XXXIII.

ET à phlegmatico ordiendum est colico, qui cum plurimum mortale genus exagitat, in cuius obseruatione paludosa loca uitanda sunt, ac euronotus, & loca plana non colibanda sunt, nec iuxta fontes, aquilones præterea inimici sunt letiferi, & autumnum aquilonibus perflatur crebris. Iuuat igitur æstas sicca, ac eurus, & balnearum usus, quibus phlegmata mucosa dissoluntur. Nudis quoque pedibus ambulare, uel eos in frigidis fontibus lauare, aut bibere gelidam niuem, aut ex ea aquam uel ex grandine uel glacie, huiusmodi cruciatus parant. Longiores præterea somni, ac ocium continuatum obest: contra iuuant exercitationes, ambulationes q;, longa lectio, motusq; corporis uarij, saltationes, & contra scalas ascendere iuuat, uel pilæ paræ ludus. Qui uel leuistica moueri, aut cimba duci nequeunt, ijs profunt frictiones uentris, uel uesicæ fomenta. Et extremorum uehementiores frictiones. Mirum in modum medentur fontes calidi, aut balnei facticij, si prius deiectiones, uomitus, collyria, clysteres antecesserint. Sulphurati præterea fontes, aluminosi, marini, & his familia iuuant, & ex sale ammoniaco facticij profunt mirifice. Quibus ea non sunt ex ijs fieri possunt, rore marino, calaminta, origano, pulegio, maiorana, chamædyde, absinthio, mellisophyllo, stochade, chamomilla, anetho, fenograceo ana M. i. ex aqua ferueant, & percolata membra intus macerentur ad mamma usque. A cibo neque protinus dormiendum, iuuat enim nocturnus somnus & temperatus. Ex cibis auicula dantur in iure cum sale & aqua & aromate. Vulgus allio uti potest, ac muria ex Galeno, colicis enim frigidis mire subuenit, uentum enim discutit. Muria quoque cum cinnamomo, ac feniculo, uel apij semine, datur. In potu uinũ austerũ uetus auxiliatur, calefactũ si ieiunis datur, in triduum ieiunium indicit, mox panem uino meraco madentẽ offerunt. Galen. eandem laudauit abstinentiam, uel in uentoso colico. At qui inedia ferre non possunt, panis secundarij paulum assumat cum uino, aut brassicæ ius, aut mercurialis decoctum, aut gallinacei uetusti ius, aut alaudæ iusculum, improbant gallinaceum assumere, non alaudam. Audent nonnulli cum pane & iure scammonium, ac tripolium immiscere, sed tutius est urticæ semina immiscuisse, aut carthami medullam, aut uisuli medullam, uel ueruecis in iure coctam prodesse uolunt, nam & capitis arctis pinguis ius ualet: lac quoque coctum cum melle, uel saccharo. Butyrum item cum melle. Et oleum amygdalinum uel oliuum maturum cum sapa, selsaminum pariter medetur in potu, & passula per se sumpta. ualent & fici aridæ cum nucis sumptæ. Beta q; & asparagus, ac urtica. Ius ciceris cum cymino, & anetho. Erui quoque farina in pulte datur, quæ aluum soluit, & urinam ciet, ex farina item fenograci. Gallinaceum quoque ius cum beta uel brassica coctum aut asparago. è diuerso huic cause omnia astringentia obsunt. Decoquunt alij cum iure gallinacei urticæ folia, beta, ac mercurialis & decoctum hauriunt, uel eadem contusa uel concisa rursum in ollam indunt, & aromata inspergunt, piper, zingiber, & garyophyllum, plusculum q; salis conijciunt. Iuuant præterea auellanæ cum pipere & carthami nucleo commanducate. Qui uinum nolunt, poscam bibant cum aromate. Qui uires resumit, caueat, ab ijs quæ iam dicta sunt, & paulatim ad uictum assuetum redeat.

Potiones in colico dolore, Cap. XXXVII.

PRimum digestionibus præparanda est materia, hoc est ijs quæ excalefaciunt, incidunt, & subtiliant, temperatæ caliditatis, Gal. opinione, tum intus tum foris cataplasmatibus, & ab imbecillioribus inchoandum. Potio matutina ea probatur, quæ ex ijs constat: Habet anisi, feniculi, ami, passule ana ʒ. 1. in tribus aquæ libris decoquantur, donec medietas super sit, percolato succo cum rhodomelite puro ʒ. 8. aceto ʒ. 2. fiat clara potio in quo cinnamomi tunsi in pollinis modum semiuincia conijciuntur in pannum rarum, ad uncias quatuor, modus est singulis diebus. ab eo alius sequitur syrupus, continet maioranæ, hyssopi, calamintæ, origani, capni ana M. s. radice acori, asparagi, apij, feniculi ana ʒ. 1. inulæ radice s. seminis armoracæ, sileris, ami, urticæ ana ʒ. 6. passulæ ʒ. 2. cum melle desputato idem conficito, aromatizabis cum cinnamomo, galanga & machir, & aceti parum superinfundes, cum aqua feniculi dabis uncias duas. Procedente morbo centauium addito minus, oreofelinum, betonicam, artemisiam, interea datur diagalaga, dianisum, diacym.

Quibus materia præparanda.

diacyminum, & similia. Post hæc medicamentum damus quo materiam deijcimus digestam, discussa prius uentositate, atque aluo infusionibus loluta, nec excrementorum ocursu maiores subinde cruciatus sequantur, obstruso intestinorum meatu presentaneo periculo. Inter medicamenta laudatur quod Indum uocant, quod materiam phlegmaticam, corruptam præsertim trahit ex membris nutrientibus. hoc sequitur pilula ex sagapeno, à morbo iliace nuncupata, quæ constat ex sagapeno, colocynthide, diagridio, saleq; cappadoco, æquis portionibus, diligentiores addidere cinnamomum, galangam, machir, & crocum, aloëq; omnium æquo pondere. Aliter: hieræ picræ, tripolij ana ʒ. i. mollis colocynthidis quadrantem, salis cappadoci ʒ. i. diagridij obolum unum, bdellij glauci ʒ. s. quod in aqua calida dissoluatur, cum quo reliqua conficiantur. Aliud medicamen quod à fimo lupino nomen habet, tripolij albi drach. s. fimi lupini ʒ. 4. seminis anisi, apij ana ʒ. i. tunfa tritum ʒ. pondere ex aqua dantur. Paulus, in ijs frigidis glutinosis & spiritibus humoribus calefactoria remedia damnauit, quoniam uehementer tumefaciunt, & intestina grauius extendunt. Sed eos concidere, extenuare, ac digerere sine inflatione oportere ac exiccare, ijs quæ plurimum nõ calefaciant, initio præsertim morbi: infundere prius in aluum docet oleum in quo cyminum incoctum sit, erutæ decoctum cum adipe anserino, aut gallinaceo, aut ex decocto radicis cucumeris erratici, & myrrhæ ʒ. & mellis & olei ʒ. aut myrrhæ & melle, & sicionio oleo. Et quod commune est utile putauit, quoniam uitreum phlegma statim trahit, & dolorem sedat. Et si in magnis cruciatibus clysteres contineantur contumaciter: glandes ex melle, cymino, nitro, ruta q; semine arido. Aut brassicæ caule arefacto ac bene decocto, & muria infusa, aut cinere brassicæ melle adiecto. Aut colocynthide trita cum melle nitro ac cymino. Collyria longiora esse debent, digitorum sensum longitudine, ut in aluum penetrent. Inungimus quoque & sedis partes cyclamini succo cum melle & nitro, aut centaurea cum iisdem melle & nitro. Inter clysteres, perseverante tormento is prodest, resuræ terebinthine ʒ. opoponacis ʒ. galbani 4. asphalti tantundem, aut nitri drachma & aquæ p. i. olei rutacei p. s. aut amplius. Parti uero dolenti superinfundimus, aut anethinum, aut sicionium oleum cum cyprino. Interea uitæ ratio ex ijs quæ exiccant & excalefaciunt, quæ initio (inquit) damnauimus. Et extenuato phlegmate, ex hiera acuta perpurgamus, aut his catapotijs. Aloës, euphorbij, coccignidij mundi, & scammonie tantundem. modus est ad scrupulum. Alij uero pilulas laudant foetidias. Paulatim materia educenda est nisi multitudinè obuentis materiz imminet periculum, tum enim largius deijciendum est uenter atque exonerandus, unde nonnulli diaphœnicon medicamentum laudant. Quidam ausi sunt solum euphorbium dare. quod equidem non censuerim, sed pilulas quas euphorbio ascribunt. Efficacissimum id remedium prædicant, quod ex fimo columbaceo duntaxat albo, cum aqua ad dimidias decocto, addito anethi sem. percolati succi ʒ. 2. in potu datur.

De uomitu, de infusionibus, epithematis, collyrijs, ac balneis in colicis doloribus, Cap. XXVI.

Vomitu commode humores educimus, qui à stomacho & membris superioribus in intestina fluunt, de quibus supra satis dictum est. Sed qui in ijs iam condescere efficacissime infusionibus educuntur, qui leuiore esse debent cum æger supra modum affligitur. Eam probauit Galenus in qua anethi seminis, apij, dauci, rutæ, cypri ana ʒ. i. in oleo antiquo ebulliant, uel tenuissimo: & percolato adde adipis anserini, gallinacei drach. 2. Et si opus est rursum id infundito, sed prius ʒ. castorei tunfam conijcito. Quidam laudauit si nitri ʒ. 2. cum aqua & oleo pari mensura in aluum conijciatur, mire enim pituitam crassiolem extrahit, ac sicca stercora compacta. Prodest uinũ Creticum infundere, in quo centaurium minus, ac sagapenum inferbuerint. Alia infusio utilis: Mercurialis, maluræ, sursuris, carthami sem. polypodij, seminis rutæ ana M. i. agarici ʒ. 2. centaurij minoris, asari ana M. s. cyclaminis ʒ. 3. anisi, foeniculi, anethi ana ʒ. s. ex his decoctum factum, in quo percolato quantum satis sit ad unicam infusionem, adde medicamenti benedicti, electuarij Indi ana ʒ. i. Alia infusio sic fieri potest, radicis aristaltheæ, mercurialis ana M. i. sem. foenogreci, sem. lini, sem. anethi ana ʒ. i. chamomilæ, absinthij ana M. i. ficus aridas numero 6. ex aqua decoctum seruabis, in cutis sesquilibra addito ouorum bina lutea

In qua causa re media calefactoria uitanda.

Infusio à Galeno probata.

lutea mellis & sacchari rub. ʒ. 2. olei anethini, & uiolæ luteæ ana ʒ. 2. salis ʒ. 2. Alia uehementior: habet agarici, seminis urticæ ana ʒ. s. colocynthidis ʒ. 2. cyclaminis ʒ. sagapeni, ammōniaci, bdellij ana ʒ. 2. cymini, anisi, ami ana ʒ. 1. ex aqua rutæ ac betonicæ decoquatur. adde benedicti medicamenti aut hieræ picræ ʒ. 2. mellis q; tantundem, olei rutacei binas, nitri unciam mediam. Alia quæ magis abstergit, habet sursuris p. 2. iridis, aristolochiæ; erui ana ʒ. s. ficus aridas 6. bryoniæ ʒ. 2. in aqua marina decoquuntur, & decocto adde mellis uel sacchari impuri ʒ. 2. In maximis tormentis, ut tradit Paulus, mitigatoris utendum est, qualis est ex castoreo trochiscus resolutus & potus. nam quæ uehementer torporem afferunt euitanda sunt, quandoquidem in præsentia dolorem mitigant, uerum prauam infururum dispositionem inferunt, nam & materiam præstringunt & meatus constipant. Sed ad epithemata transeundum est, inter quas Paulus diasperma laudauit, & diadaphinidis, diamelilotum, & polyarchum, ea enim frequenter imponenda sunt, sic & quas infesiones uocamus, in pelui fieri solitas, ex peculiaribus medicinis, cordumeno, satureia, serpillo, asparago, iuniperi semine, opopanaco, agrimonia, rosmarino, anetho, qua & somnus conciliatur, maiorana, chamomila, cyminum, ami, & semeni urticæ, ruta, betonica, centaurea, calamintha, absinthium, abrotanum, galanga, moly, leuisticum, & artemisia. Ex quibus pleraque cum uino medentur pota. Mulierculæ commendant summopere silum incoctum, cum quercino cinere uel uitis feruefactum & uentri calidum impositum, ad præsens medetur, imponunt alij fimum bubulum cum oleo feruefactum, uel columbinum fimum cum melle mixtum, spongiæ in decocto expressa & impositæ iuuant, uel cum lana succida, ex foenogreci decocto, cum chamomila, meliloto, aniso, ami, schœnoantho, ac ruta, eo modo foru iuuant, uel si in uino decoquantur. Conueniunt & infesiones in oleo communi, uel de semine lini cum foenogreci, aut in selamino oleo. Fotes præterea profunt sulphurati, & aluminati, & subinde oleis antedictis inungere uentrem utile habetur. Collyrium utile quod habet marini fimi, nitri, & mellis, quantum opus sit. Aliud habet nitri drach. 10. colocynthidis, bdellij, sagapeni ana ʒ. 3. scammonij ʒ. 2. s. ex melle collyria composito. Quidam laudauit collyrium ex interiore colocynthidis, sarcocolla, ac penidijs. Alius ex armoracia, collyrium facit & cum melle inungit. Et radix bryoniæ, ac cyclaminis per se collyria præstant. Sunt & emplastra, ac unguenta quæ uentri imposita, mire trahunt cum colocynthidis decocto. Galenus prohibet omnia fomenta. Et quæque imponuntur uentri calidiora imponi debere interna enim exiccant, & sitim augent, quæ etiam assumuntur, idem efficiunt uentur exicitantia, propterea attenuantia & digerentia duntaxat Paulus laudauit. ob eam rationem imperiti uaporationibus suis maiores cruciatus excitant. Qui si his remedijs non cedunt infixam esse inter tunicas materiam suspicamus, quod fit ut uehementioribus auxilijs res indigere uideatur.

Si ex frigida habitudine eolan contigerit, Cap. XXVII.

Si uero sine materiali causa nitium ex frigida contigerit habitudine, quod ex uentris & præcordium gracilitate dignoscitur, pellibus & multis uestimentis opus est, hyeme præsertim & fiante aquilone. Si dolet, calidis unctionibus uenter & illa inungenda sunt, fomenta quoque medentur, aut cerotaria, uel uaporationes. Quidam cum oleis castoreum & euphorbium & uires exacuunt, addunt ij ueliter theriacam aut Mitridatiam antidotum cum uino meraco. Sed id medicamentum plerumque ex posterioribus laudauere, quod de fimo lupino conficitur, habet fimi lupini aridi ʒ. 4. anisi, cymini, scœniculi, zingiberis, piperis longi ana ʒ. 2. bene tunfa & cribrata, cum melle despumato omnia commiscebis, modus est ad ʒ. 2. cum uino meraciore. Paulus diatrion pipereon dari iubet, & theriacam, & sinapismum, & in uentre dropace utendum esse censet. In cibo alio crudo efficaciter utuntur.

De colicis doloribus ex uento incluso, Cap. XXVIII.

Qui colicis tentatur uel de facili, hyeme uestimentis muniri debet, ac in primis pedes rigidas, atque antelucanas pruinas atque caligines effugiat, oclia præterea & longos somnos, & in cibis quæque inflat. Galenus exemplum cuiusdam rustici affert, qui dolore

F dolore

dolore sibi uentrem præcingebat arctius, & panem cum allio assilumens sine potu, opus suum tota die intentus acius exercebat, atque ita laborando sanabatur. Qui sæpe cruciari solent, raphanos esse debent. Quidam uinum uetus austerum mane iument. Paulus abstinentiam laudat, & cucurbitulas uentri impactas, nã dolores leuant, * ijs & Plinius laudat asparagos uel syluestres: sed Plinius addito cymino, Paulus allium crudum quoquo modo potum, uel cum pane deuoratum. Sed inconcoctio, atque saturitas uitã da est. Quidam triduo famem uel biduo saltem inducunt, quidam contra scalas li currunt uentum emittunt, qui de latere in latus & modo in uentrem mouentur facile uentum propellunt. Quidam ouum recens cum lacte duplici mensura coctum in potu dederunt. Alij plantaginis succi ʒ. 6. in coli conclamato dolore in potione miro auxilio dederunt, uel flores sylimachie duum digitorum carptu ex uino. Aliqui gallinæ fimum album ex uino dari iubent in coli summa desperatione. Cyminum Aegyptium per se, uel satiuum, uel syluestre in uino potum albo, nam & feruens illinitur, & lascijs altringitur. Anisi semen cum castoreo bibitur, & ex mulso datur. Nardus gallica in uino uel ex aqua coli inflammationes discutit. Thymum, elaphoboscõ, amygdalæ amaræ, coli uitia sanat elleborus albus cum axungia. Quæ in excrementis lupi dicuntur inueniri ossa adaligata brachio medentur, suilli fimi farina, addito cymino, in aqua rutæ decoctæ, in potu datur. Brassica trita cum axungia ueteri dolori imposita miro præsidio subuenit, ut uidimus. Efficacissime coli uitium sanatur aut galerita assa in cibo sumpta. Quidam in nouo uase cum plumis exuri iubent conteri q̄ in cinerem bibiq̄ue ex aqua cochlearibus ternis per quadriduum. Vnum est ossifrago intestinum mirabili natura omnia deuorata conficienti, huius partem extremam adaligatam, prodesse contra colum constat. Sal in faccis impositus candēs colum leuat. Iris q̄ ruffa drach. 2. pota. Est medicamenti genus, quod colicon ex hac causa Celsius nominauit, quod spiritum digerendo dolorem leuat potum, uel impositum. Ex ijs constat, anisi, costi, castorei, singulorum p. 3. petroselini p. 1. denariorum 3. piperis longi, & rotundi, singulorum p. 2. papaueris lachrymæ, iunci rotundi, myrrhæ, nardi, singulorum p. 6. quæ melle excipiuntur. Id autem & deuorari potest, & ex aqua calida sumi. Proditum ab Alexandro est, ut si quis infantis umbilicum aridum gestauerit, uel frustum argeto, aut auro inclusum, à coli uitio immunem fieri.

* Aliis it.

* Aliis aut.

Alexander Tralianus.

Potiones ad coli uitia. Cap. XXI.

Colici uitij ex calido humore remedia.

Iam supra memorauimus spiritum dissoluendum non esse si ab humore subinde oriatur frigidus ac crasso qui ex uentre deiciendus est, & clystere detrahendus. Nã si cum calido fuerit humore, tum aqua feris, srychni aut plãtaginis in potu datur, in qua castorei exiguum dissolutum fuerit. Si uero cum frigore, ficus aridas cum fœnogræco, thymo, & polypodio decoquito & addito paulum castorei triti. Compositio in coli dolore constat ex zingiberis, cinnamomi, galangæ, piperis nigri, piperis longi, castorei, foliorum rutæ, nitri, ami, gith, opoponacis, sagapeni, agarici, tripolij, epithymi, scamonij ana partes æquales cum fici aridæ decocto melligineo, nam uentum dissoluit, & humorem deicit. Præter hæc infusiones utiles sunt, quæ dolorem leuant, & sterces extrahunt, & floribus chamomilæ fieri solent, fœnogræci, meliloti, seminis anethi, althææ, fursuris ana ʒ. 1. seminis petroselini, apij ana ʒ. 5. percolato succo adduntur olei ʒ. 2. lilini dimidia, salis ʒ. hieræ picræ ʒ. 5. Alia infusio constat ex maluæ, mercurialis, fursuris ana M. 1. ficus aridas 10. fœnogræci, seminis lini, anethi ana ʒ. 1. mellis & olei sesamini ana ʒ. 1. s. salis cappadoci ʒ. 1. atramenti, siliquæ Aegyptiæ ʒ. 2. hieræ Galeni ʒ. 6. uniuersa infusio 15. uncijs co-pletur. His peractis cucurbitulæ sine ferro uentri imponuntur, mirè enim prosunt uel Gano autore, quibus exhalare spiritum haud dubium est: A quibus eodem autore curatione inchoamus ex nimio colici doloris tormento, qui si ex aliquo humore excitatur, paulopost redire solet, rursum q̄ cucurbitulam imposito, donec finiatur dolor, postremo humorem ipsum deicito: eas enim plurimum laudauit Galen. si maiusculæ fuerint, ex omni parte umbilicum comprehendere necesse est. Ex mixturis laudatur diagalanga, diazingiber, diadaphnion, diaspermaton, diacalamintha, diapipereon. Si ex fructibus infantibus dolor fuerit, prodest diacyminum. Alij theriacam propinandam dederunt. Ruta

re. Ruta quoque per se prodest, ac zedoaria, aristolochia, & gentiana, in potu sumpta cum uino. Alij galangæ & croci ana ʒ. s. tufam ex uino dari iubent subtili meraco, & uentrem regi, ut iubinde sudet. Laudant alij apij semen cum aceto potum, dolor enim discutit. Alij apij, fœnogræci decoctum. Vtiliter etiamnum datur ante cibum cyminum costum. Sed castoreo nihil excellentius ad coli tormenta, ex frigida & uentosa causa. Idem prætat compositio diacastoreum. Alij in pilulas castorei digerunt, & mulla in potu sumi iubent, in qua cyminum incoctum fuerit. Aliqui gentianæ succum ieiunis dederunt uncia pondere, quidam infundunt. Ex infusionibus laudantur quæ uentum dissolunt. Qualia sunt cymini, semine rutæ, apij, anisum, carui, & his similia in oleo decocta, abiecto semine oleum infunditur. Laudamus quod in ileo diximus ex uino rhetico uel cretico, & oleo concoctis mire enim uentum resoluit. Si per ea non discutitur dolor, adde castorei triti semidrachmam, aut obolos duos, aut euphorbij farinæ, tantundem. Galenus rutaceum oleum tenuè solitum est infundere, quod mirifice conferre animaduertit. Et si nonnulli primo clystere magis affligi senserint, mox deposito uitio phlegmare protinus leuati sunt dolore infestissimo, sed infusionis genus est efficacissimum. Constat ex ijs: Rutæ, parietariæ, calaminthæ, aristolochiæ, gentianæ ana M. s. centaureæ minoris M. 1. cymini, fœnogræci, meliloti, ami, seselis, anisi, fœniculi, apij, dauci, anethi ana unciam mediam. hyltopi, serpilli ana manipulum medium decoctum percolatur, cui adde butyro & olei chamomilini ana ʒ. 2. salis ʒ. 2. ac indæ compositionis unciam unam. eo uehementius fiet si castorei drachmam conieceris. Orbasius, Rutam, cyminum, melanthium, myrrham, mastichem, cyclaminum q̄, trita cum melle in collyria digeruntur. Aliqui efficacissimum id prædicant: habet ami, seselis, baccarum lauri, cymini macerati in aceto & arefacti, foliorum rutæ ana partem 1. pyrethri, nitri, interioris colocynthidis, ana partis unius tertiam, aristolochiæ, gentianæ ana p. s. tufa cum melle & succo cyclaminis glades conficito, uentum extrahunt efficaciter. Frictiones præterea iuuant, ac cum oleo rutaceo inungere. Medentur & fomenta ex milio, sale & fursure, prodest & merum uinum in olla calefactum uapore feruens. Noctu prodest id emplastrum dolori impositum, brasicæ cineris, baccarum lauri ana p. 1. foliorum rutæ aridorum, pyrethri ana p. s. castorei in aceto diluti, & agarici ana partis unius tertiam, olei lauri, ex scorpionibus, & sinapi & mellis quantum opus sit. Aliud, seminis urticæ, carthami, fimi columbacei, rutæ, methastri, & fœnogræci, cum synapis decocto misceantur, & uentri imponantur. Sed sole quandoque cucurbitulæ impositæ medentur. Qui dropace utitur humores ad summam cutim euocant, & uentum dissolunt. Et genus unum dropacis subiungemus, ficus siccas, passulam & myxaria, acanthos & cepe in uino & oleo triduo macerentur, subinde diu feruescant, & percolato succo addito cantharidas tritas, euphorbium, castorea ac sulphur uiuum cum momento cere ad ignem uel in sole æstate uenter inungatur. Sed quæ si hoc in loco acanthos dicendum est: herba urbana est, ac topiaria, elato longo q̄ folio, cuius similem artificis circa crepidines marginum assurgentium q̄ puluorum toros explicant: duo eius sunt genera aculeatæ & crispæ quod breuius est. Alterum leue quod alij pederoton, alij melanphyllum uocant. Herbarij nostri temporis ad brachij urfini similitudinem nomen imposuere. De acantho Galen. Dioscorides ac Plinius mira tradunt.

De melancholico colore curatione. Cap. XXX.

SI dolor ex melancholia ortus fuerit, epithymi decocto materiam præparabis, ac exinde pilulis de sagapenio, ac iridis humorem subduces, quo tempore agrum tormenta non exerceant, inter infusiones polypodium, epithimum & stæchadæ ingeres, ac in collyrijs lapides armenij farinam, uel lapidis cœrulei, aut decoctum corticis radicis Celsi. Vaporaciones ad colum salubres sunt ex his quæ dicta sunt cum ruta syluestri arida, cymino, origano, & chamomila in uino decocta. Quidam spogiam cum aceto forti excalefacto uentri imponi iubent, & si doloris admonitio mælerit, oleo rutaceo inungi, aut nardini suadet. Postremo hieram cum aqua polypodij uel eius decocto danda censet, ut uentrem subducatur, cum aqua methastri, uel epithymi. Alia uaporatio, in qua calamintha, cyperus, ruta, origanum, melanthion q̄ cum aceto acerrimo decoquantur, & colato

Dropax.

Acanthos.

Vaporaciones.

colato succo spongiæ infusæ ventri sæpe imponuntur. Infusiones præterea fieri debent ex ijs quæ supra dicta sunt, quæ humorem & uentum extrudunt.

De colobilio, Cap. XXXI.

Potus idoneus.

Si colon ex cholera impetu ad intestina crassiora cruciatus extulerit. pugit ea supra modum. Sed ex oppilatione pori fellei, excrementa (ut sapius dictum est) in intestinis derelicta uentrem tumefaciunt, & dolores pariter mouent intollerabiles. Pro prima igitur causa, quæ facile corrumpuntur in uentre uitanda sunt, sed olera frigida & humida (præter curcubitam quæ peculiariter hunc morbum excitat) danda sunt. In potu uero, aut aqua sola, aut uiaum exigua: potentia refrigeratum dari debet, unde nonnulli lactucas cuiusdam medici exemplo, de quo Paulus, ut statim dicemus, uel niue refrigeratas in cibo dedere. Strichnem & serim satiuam, & uuam quoque recentem pensilæ tonite refrigeratâ, poma, pisces, quadrupedum pedes, ac oxygallâ. Et in potu ex aceto postea frigida. Quæ uero de facili digeruntur, etiamnũ haud difficulter in calido stomacho uidentur. Panis aqua madens frigida cum albo saccharo utiliter sumitur, aut ex caprino sero. Fici quoque recentes ieiunis dantur, cum matutino enim rore sumpti iuuant. Vinũ quoque mali punici dulcis potũ prodest, persica, cerasa acra uel dulcia duracina, cucumeres, & melones palestini, in cibarijs spinachiũ, & atriplex, ac pullus cum his refrigerantibus coctus. At his alium deiecitum siliquæ Aegyptiæ atramento, cum strychni aqua uel malux. Aliqui dant aquam calidam cum oleo amygdalino dulci, siliquam ante coenam sumat æger, deinde soporetur, ac subinde bibat aquam uiolaceam. Quod si bilis inter tunicas coli intercepta fuerit, hiera picra pota ualet, aut pilulæ hieræ dictæ. Quibus nonnulli addunt scammonium. Fiant & aliæ pilulæ hoc modo, specierũ hieræ ʒ. 2. agarici, thempontici ana ʒ. 4. diagridij ʒ. 3. cum rosarum succo, cataportia informabis, modus est à ʒ. ad duas. Inflammationes cholerae placat etiamnum cum sili & uomitu, syrupus acetosus cum scammonio, aut hieræ ʒ. 3. cũ aqua strychni, in qua siliquæ atramentũ liquatum sit: cũ amygdalino oleo. Et infusionibus leuibus utendũ, qualis est pisanana. Quidã lactucam unã decoquant, aut serim, aut maluam, uel uiolam, addito uiolaceo, & Aegyptiæ siliquæ succo. Sic & fomenta eiusdem proprietatis geri debent ex humectantibus. Sed eius colici curatio, qui fellis oppilatione contingit, eadem ferme est, quam in capite ictericæ diximus, nam aperientibus opus est, atque abstergentibus.

De curatione phlegmonis coli, Cap. XXXII.

Cum colon inflammatur tenui dieta opus est, qualis febricitantibus conuenit, tum cholera humida & frigida potentia cum amygdalino oleo danda sunt. Procedente morbo, dandum est ius ciceris cum hordeo decorticato coctum, uinum bibendum nõ est, nec caro, nec ouum offerendũ est. Pauli sententia cum id intestinum phlegmone torquetur à cubito uena secanda est. Si uero dysuria metuenda est, uenam quæ in talo est etiam incidimus. Vitamus pharmaca acriter alium trahentia quæ iliacũ minantur. Clysteres lenientes, dolores quæ mitigantes infundimus & cataplasmatibus fouemus. Et in oleo encastimate, & cucurbitulas imponimus. Hæc Paul. Post sanguinis uero missionẽ cũ aqua strychni & althææ succũ siliquæ damus ut aliu emolliat cũ amygdalino oleo, uel cum aqua uescariæ, uel psyllij decocto. In potu damus uinũ malipunici. Ac cerorariũ unguentum uentri imponimus: In quo ceræ p. 5. olei chamomelini p. 2. s. nardini p. 2. s. fabarum farinæ p. s. ouorum lutea quina, sem. lini marcore coguntur ex Paulo. Nostri uiolas, maluã, uescariã decoquant & terunt, & hordei farinam adijciunt, oleũ uiolaceũ, ac rosaceum imponunt, laudant alij si semen lini imponunt. Refrigerantia styptica pura prohibemus ne intrus retrimeta exiccantur. Sequentibus diebus myxaria addimus althæam, ac glycyrrhizã. Deinde chamomilam, ac melilotũ cum oleo chamomilino. Clysteres infunduntur ex hordeacea addito rosaceo, uel uiolaceo, addito siliquæ succo. Orribasius portulacæ decoctum laudauit. Quidam lac asininum prætulit, cum eadem siliqua, & oleo amygdalino uel sesamino. Cum uero apostema resolutur cum hordeacea admiscebis malux folia, semẽ lini, fenogracũ, chamomilam, melilotũ, & anethũ, cũ siliqua. Plurimi eo abscessu decepti errore, calidis medicamentis ægros necauerunt. Si uero ex cholera mordacitate contigerit de qua priori capite dictum est, oleũ infunditur utiliter in quo

Ex cholera mordaci colicæ phlegmonis remedia.

in quo fenogracum decoctum, aut althea cum adipe aserino recenti, aut gallinaco, aut pisanæ succo cum rosaceo, aut lini seminis decocto. Et in potu dialoẽn picram dari iubet Aegineta, & ex aqua dulci prodesse balnea tradit. Ex alica & pisanana cibũ offerri iubet, aut laxatilem pisciculũ, & quæ in communi refrigerant, ac humectant. Hic quoque omnem acrimoniam damnat, ac omnia medicamenta, & pharmaca. Fomenta calefacientia, cataplasmata quæ, tum uinum præcipue uetus plurimũ obesse. Non cedente dolore, quæ torporem afferunt iuuant, quæ quæ minus lædunt, mediocriter quæ refrigerantia hos biliosos mordacis quæ naturæ humores compescunt. Existimamus, inquit idem autor, etiamnũ hos colicos dolores ex iisdem sæpe humoribus oriri, ex Italica finibus incipientes per Romani nominis imperium grassando, unde plerique morbo comitiali, alij paralyti, non amittũ sensu, quidam uero quæ malo correpti sunt, sed ex comitiali plures inter ijs, ex paralyticis plures ediuersũ euasisse ad crisi nũ statum transeunte morbi materia. Itaque eos ægrotantes quidam medicus in Italia curando incredibili quodam uictus genere uti debebat, lactucas offerendo de industria crudas, intuba, ultra etiamnũ facieratem deuoranda elargiebatur, uuas, mala durioris materiae, pisces, crustacea quæ marina omnia, bubulos quæ pedes & similia tum actu tum potentia frigida. At uinum raro quidem nec nisi frigida infractum. Sed frigidam potius aquam, aut acetum frigidum dabat, cætera calefacientia damnando, & mediam parimodo in cibis materiam. Atque ita ex insperato plurimos sanauit. Et quosdam qui in comitiale morbum, aut paralytin irruere ceperant miro modo seruaui, hæc Paulus. At si apostema frigidum fuerit, ut Galeo placuit, infundatur olei laurini p. 1. olei comunis, adipis aserini ana p. 2. & inter cataplasmata abrotanũ laudatur cum anetho, pyrethro, meliloto, et his similib. Vel idem abrotanũ cũ bitumine Iudaico. In cæteris curationes inuenies frigidi stomachi abscessus.

Colici morbi cõragium.

De curatione colici doloris ex uentris conspatione, Cap. XXXIII.

Galenus infundere suadet quæ sterces emolliant, & unctuosã inijcere quæ lubricã reddant, atque ita acutis clysteribus derahere. Quidam potionibus emolliunt uentrem, atque exinaniant: iuuant & infusions siue balnea in oleo puro, aut in aqua in qua decocta sint mollentia, semen lini, semen fenograci, malua uel semẽ, radix aristaltheæ, & ijs similia, & exinde infusionibus opus est, quæ extrahant sterces aridum. Magno est experimento id quod pauloante diximus in ileo, ex fursuris decocto in alium coniecto ac rursum subinde antequam prius educatur, secundam infusionem cum semidrachma euphorbij triti laudamus, concitatrice quadam ui euphorbium primam ac secundam infusionem cum excrementis lubricis derahimus. Exonerato uentre exiccationis causas emendamus, humectantibus cibis, ac lubricantibus, ocio, potu quæ subuenimus. Ad eam causam ius pingue ualet, ac decoctum pinguisimæ fici, albæ deliguntur, harum. p. 1. aquæ 10. leui flamma decoquantur ad sapæ crassitudinem. singulis diebus ternæ uncia dantur, aut paulo plus. Medicamentum sic conficitur cum senes nihil excernunt, habet carthami interiora, zingiberis albi ana ʒ. 2. tunsa & cribrata, ficuum præpsinguium albarum libram unam quæ in mortario tunsa bene sint ligneo, mox nitri, & fici argenti ana ʒ. s. bene tusa, omnia exinde comisceto, cum melle puro abiecta spuma, ad nucis iuglandis magnitudinem deuoratur. Coquantur penidia cum oleo sesamino, uel amygdalino dulci quinquum pondere, uentrem enim mire soluit. Mel quoque cum butyro prodest. Inter refrigerantia est ius galli ueteris, quo alium efficacissime exinaniri uidimus, sed prius incurlandus est donec ex lassitudine cadat, in coctura saltem addunt & anethum, alij & polypodium. In eo iure alij siliquæ succum ʒ. pondere immiscet, additis amygdalini olei ʒ. 2. Ab his lac uaccinum siliquæ succo drach. 1. infunditur. Sed ex ijs quæ lubricum uentrem reddunt est ciceris ius cum pullo columbaceo coctum, & cum anetho & salis plusculo. Quidam carycas præpingues discoquant & carthami nucleum immiscet, & urticæ semen. Et in eodem iure galli ueteris semen carthami enucleatum, polypodium, & urticæ semen coniiciunt. Alij gallinam ueterem eiusdem effectus esse tradunt. Inter temperata ea mixtura utilis est, sacchari ruffi impuri, penidiorum, olei sesamini recentis uel amygdalini quantum opus sit aut ea cogenda, ita ut sint ad pondus ʒ. 6. atque ita calida sumantur. Ficus alij & myxa ex aqua de-

Exiccationis remendatio.

Medicamentum pro sem. nihil excernentibus.

*Astricta aluus
cibi causa quib.
soluatur.*

aqua decocta raro linteo colant, & simul cum superiori medicamento admiscant. Per se autem iuuat (ut Galenus scribit) radicis althæ decoctum, si sæpius bibitur, cum saccharo impuro: peculiarè uim ad eadè habet ius alaudæ potum. Si causa cibi astringitur uenter, humecta, ac emollientia danda sunt, si ieiunio, cibo & potu uberiori opus est. Aluum mouet ius brassicæ cum folijs non percoctis, ac subinde si æstas fuerit nudis pedibus ambulare solumq; hymbre perfundere, causa non ignota. Si aluus quoque suppressa est obtusa uel expultrice, oliuis muria maceratis, aut pisce salso uis sila exacuitur: aut si pueri urina uel adolescentis infundatur. Iuuat merum in potu, theriaca, aut mithridatum antidotum. Et si uuam passul. m & ficus aridas pingues præsumunt, aluum mouent. Vidimus Dionoram nostram ouo indurato commanducato, decies aluum citatam exonerasse, quod aljs uentrem astringit, unde hæc antipathia: si id uitium corporis & cutis raritate contigerit, ita euanescente ui, corpora rosaceo singulis diebus in umbra perfundes, uel myrtino oleo, uel unguentis eiuſdem affectus, in quibus myrtus, rosa, aluminis farina cum oleis mixta sint, ita inunctis membris cutis cõstringitur. Si uero ex naturali uentris caliditate fuerit, pruna ante cibum damus maturo uel saccharo impuro addito, ficus quoque recentes, aut armeniaca, & his similia. Si urina copia cõtigerit aluũ astringi, passulã, palmulasq; damus, ac penidia, quibus urina supprimitur & aluus laxatur, alij selamũ laudant & butyrum, pruna cõdita, syrupsũ uiolacum. Vbi intestina arefacta fuerint, oleum amygdalinum propinandum damus, ac lauacrum utile esse omnes fatentur. Verum si stercus intra sedem inaruerit, ita ut excerni non possit, simile fabis caprinis, tum auriculario instrumento opus est illito oleo sede, quo excrementa extrahuntur, donec liquidiora per se exeant, tum uinum dulce, ac pingue ius bibendum est. Qui uespere aluum soluere neglexerit, mane indurato stercore laborabit. Si uero intestina contorta fuerint lapsu, aut icctu, obscuro loco æger collocandus est, ac molliter uenter obrectandus, ac crura confricanda, nec abicessum materia facit. Vermium causa, ea faciendã sunt quæ in curatione uermium dicuntur. Si supra umbilicum dolor fuerit in potu quæ medentur, danda sunt, si sub ea parte affixerit, quæ uermium causa fieri solèt, infundantur per aluũ quæ tineas trahunt. Si fracto uero peritonæo enterocœlarum uitium fuerit, auxilijs prius occurrendum. Inuenio agari ci decocto colon ueterem sanari, nam & utiliter infunditur cum oleo & melle. Si uero stercus durum hæserit, aloëticæ pilulæ sumptæ profunt.

*Intestinis arefactis
quid conueniat.*

Remedia ad colon per ea quæ torporem inducunt, Cap. XXXIIII.

Dolores fidiã.

Hactenus doloris colici cuiuscumque causam emouere, aut sedare ostendimus: sed quandoque tormentis remedia uincuntur, ita ut sæpe cruciatibus moriatur. Necessè est igitur ut dolores tolerabiles reddamus, assumptis medicamentis, quæ torporem inferunt, quibus membra minus sentiunt torpescencia, ijs nisi coacti uelimur: *ναρκοτικὰ* enim Greci uocant, quæ in materia frigida, ac uentosa, aridis retrimentis omnino damnantur, magisq; initio morbi uel non adempta materiz parte, quoniã doloris causa augetur, quãdo inspissatur, atque refrigeratur, unde dolor acrius inualeſcit, Galeni sententia, post biduum, aut triduum saltem repetit. Vbi tamen ex habitudine frigida tantum ortum uitium fuerit ita ut uires proterat, Philonium damus, uel si humor biliosus acer fuerit & interanea lancinans, idem remediũ non improbat, Galen. opinione, nam ex toto materiam sedat. Ab inuentore nomẽ habet. Constat ex croci, pyrethri, euphorbij, spicæ ana ʒ. i. piperis albi, hyoscyami albi ana ʒ. io. opij ʒ. i. mellis quantum opus sit. Inter anodina antidota, annumeratur laudatissima, addere aut diminuere plerique aſi sunt, aliqui inter collyria imponunt, alij cum infusionibus miscant. Est & aliud medicamentum quod colicon cognominatur, eius causa comparatum, id se reperisse Cassius gloriabatur, magis prodest potui datum, sed impeditum quoque extrinsecus digerendo spiritum dolorem leuat. Ex ijs constat costi, anisi, castorei, singulorum p. . ʒ. petroselinii p. denariorũ ʒ. piperis longi & rotundi, singulorum p. . ʒ. papaueris lachrimæ, tunci rotundi, myrrhæ, nardi, singulorum p. . ʒ. 6. quæ melle excipiuntur. Id autem deuorari potest & ex aqua calida sumi. Hanc compositionem Celsus & Galenus laudauerunt. Is quoque Philonij mixturam celebrauit, à Philone Tarſeo cognominatã: sed

Narcotica.

Philonium.

Colicon.

Andro.

Andromachus ante Gal. ita medicamentum ipsum aliter conscripsit, anisi ʒ. 6. seminis apij ʒ. 16. nardi ʒ. 4. castorei ʒ. 3. petroselinii ʒ. 3. piperis albi ʒ. 5. piperis longi ʒ. 5. zingiberis ʒ. 5. aluminis scissilis ʒ. 3. opij ʒ. 6. croci ʒ. 3. cum melle cocto. Quidam, inquit Gal. adijciunt cinamomi drachmam, calixq; duas, modus est auellanæ magnitudine. Sed aliter Analtarchus describit, habet anisi ʒ. i. seminis apij ʒ. 20. petroselinii, nardi, piperis albi, & lōgi ana ʒ. 6. opij, myrrhæ ana ʒ. i. cymini, castorei, tchoenoanthi, croci ʒ. 5. Cũ melle cocto excipiuntur. Galeni colicon, siliacis, colicisq; utile, quibus stercus per superna eijcitur, in magnis cruciatibus, sabæ magnitudine ex aqua sumitur: habet piperis albi, hyoscyami semina ana ʒ. 40. opij ʒ. 20. croci ʒ. i. nardi, euphorbij, pyrethri ana ʒ. 2. cũ melle cocto. Colicũ anodinũ quod Cassio ascribitur à Gal. Coninet anisi, nardi, myrrhæ ana ʒ. 3. piperis albi & lōgi ana ʒ. 12. seminis apij, opij ana ʒ. 6. croci, castorei, petroselinii, tchoenoanthi ana ʒ. 4. ex melle cocto conficiuntur, auellanæ quantitate datur in potu ex aqua. Emplastrũ anodinũ, ouillum finum recens, hircinumq; seuum, una in mortario cõterito, donec unum fiat, mox baccharum lauri, castorei, piperisq; puluerem conijcitur. Et exinde opit, semenq; hyoscyami addito, & conterito & cerati modum conficito, & cum corio uentri imponito. Clyſtere uero sic conficito, cymini, anisi, baccharum lauri ana ʒ. i. ruta. M. i. ex aqua decoctum conficito, cui addescastorei drachmam, philonij ʒ. 2. si philonium est, opij grana ʒ. uicem suppleat.

De peculiaribus ad colon remedijs, Cap. XXXV.

Scribunt lupinum stercus album duntaxat, addito sale, & pipere ne sapor odortie in sedicio sit, contra colon peculiariter ualere, nec amplius repeti dolorẽ, uel idem in ceruina pelle adalligatum, et lanæ filo suspendi arctis, quam lupus necauerit, aliqui in pelle ouilla, quã lupus discepserit ac deuorauerit. Aliqui idem lupi excrementum si terram non attigerit, & iuxta doloris locum adalligatum fuerit dolorem sedare. Iuuat in uino sumptum uel aqua mulsa. Ossa quæ in excrementis eiusdẽ animalis inueniuntur, mire ualere traduntur alligata. Quidã ex uituli marini corio zonam laudauerunt. Sed luporum intestina ad ea uitia arefacta asseruari uideo, in potu enim datur efficacissime. Plinius si mum porcinum, cum cymino & ruta in aqua potum ualere tradit. Alij caninum fimum laudant, aliqui gallinaceum ex uino. Cutis direpta cũ pennis aquilæ colicis medetur uentri imposita. Tormina uulue & uentris tollit simlax imposita. Coagulũ leporis sumptũ. Ramenta cornu ceruini ʒ. drachmarum pondere pota à cibo tuetur: alij ustum præferunt cornu, infantis umbilicus deciduus dolores sanat alligatus, sed suo tantum sexui prodesse. alij cerui genitale neruosum arefactum sedare dolorem tradunt.

De aluo quæ agre excernit, Cap. XXXVI.

Voluntario sæpe aluus nihil reddit, aut sponte naturæ difficulter excernit, tum nõ sine uitæ piculo, uetust, stercus ipsum, aut humor interdũ supprimitur, sursum uersus ad superiora repere materia, quæ stomachũ & caput offendit, diutius quandoq; uenter subsistit. Exemplũ cuiusdã scemine, cuius ex paralyſi corporis dimidia pars resoluta fuerat. 30. dieb. cõtinuis uenter nihil reddidit, qui supra modũ intumuit. Alterius uero à cõceptu ad 4. usq; diem aluus suppressa est magno naturæ incõmodo. Alba Caucha ex patricia Venetorũ gente ad partũ usq; aluo astricta fuit, ut uix septenis diebus omnib. paulũ excrementi aridi caprino similis emitteret. Post partũ quadriduo cõtines aluus exonerata est excremento fluxu. Si uero stomachi id uitio cõtigerit, ut ex quo cib. facile in acrimoniã cõuertatur, tum Gal. medicamentũ diatriõn pipereon assumi iubet, sed id q. minoris est uehementiæ, datur quod acrius gustũ ferit, feruentius id habetur. Uires enim stomachi & aliorũ quandoq; mēbrorũ non solũ habitudine frigida, sed & calida quoq; uitiat distemperantia, nã uires eorũ ex calorũ temperamēto cõstat. Distemperamentũ uero ex cõtrarijs cõstat, & ex calidiore habitudine per accides corrumpitur. Solis em repercussu sub Syrio ignis extinguitur, & fornacis ardētis uapore cãdela diffatur. Ex causa igitur calidiore infirmior redditur stomachus quapropter mixturã eo modo conficito, xyloaloes, myrti, mastichis, garyophyllorũ partes æquales, mali cydonij omniũ pōdere multo ampliore: huius uicẽ suppleat tenelli uitii papini, & sagaci ingenio medicus parti laboranti semper occurrat, ut si frigida fuerit, calidis pari ratione subueniat auxilijs. Si

*Ligo tempore re
tenta aluus.*

*Diatriõn pipere
on.*

F 4 uero

uero cibus ad intestina delapsus fuerit, clystere opus est ex oleo, in melle salisque exiguo, humore uero erodente adipem anserinum infundito aut gallinaceum. Si uentus oclusus fuerit rutæ semina, apij, & cyminum infundatur. Si uero uetustitas cum nauicis affuerit calorem naturalem imbecillum ostendit, ob eamque rationem utriusque remedijs indigere. **Vi. Interatio** Vicium quoque sic breuiter percurrant, ne idem tepius dici uideatur. Panis namque secundarius utiliter in cibo est, nauticus damnatur, farinacea omnia, legumina, brassica percocta, piscis grandis, anates syluestres, anseres, lepores, et maiores quadrupedes, uel syluestres magis noxium cibum præbent, deteriore si allaueris, aut frigeris, oua dura aluum sistunt, & quicquid insipidum est. Cum uenter igitur intumuerit compactis in pilæ modum excrementis, ut mihi dictum est, caue ne quid cathartici agro exhibeas, sed aluum prius clystere emollito. Nō sine magno periculo euenit, ut quæ superne deijciuntur, constipato intestino ocludantur, tum enim tormentis affligitur æger intolere. **Quando nō exhibendum catharticum.** Infunde igitur prius malux uiole, conuoluoli minoris decoctum, cum uiolaceo uel communi oleo, sale cochleario adiecto, uel adipem, betam uel acanthon antedictum admiscemus, uel siliquæ succum aut mel uiolaceum, uel butyrum recens. Si partem profecerint, eadem rursum infundito, uel uehementiora quæ paulo ante diximus: in fortitionibus iura pingua dantur: per aluum mire prodest furfuris decocti infusio, ac eiusdem iteratio, cum euphorbij farina, ut dictum est. Ius betæ sorbetur efficaciter, aut malux, aut mercurialis, aut urtica. Cum exonerari inceperit, prima mensa dabis quæ aluum soluunt, carycas, ficus, & recentes & aridas, uam bene maturam, cerasa, pruna dulcia, damascena præsertim uel arida, mora hortensia, persica, mala armeniaca, melopepones & his similia, & uinum dulce, aut omnino non austerum. Inter remedia est ius brassicæ semicoctæ, spinachium, atriplexque, & blitum. Prodest & urtica tenella ex oleo & sale, lupulus ex oleo & sale, amygdalæ cum ficis aridis, uel cum carycis commanducatæ. Si febris adsit myxa decocta, uel eorum succus ex saccharo potus. Iuuant cappares conditi, uel oliuæ in maria natantes. Porri quoque usus, si in aqua bis decoquantur, acceptæ. Cōcha item inter murina, purpureæ, ostrea, peccines, conchylia, & his similia uentrem soluiunt. Postrema mensa mali cydonij tosti resella saccharo condita iuuat. Inter medicamenta siliquæ atramentum ante prandium sumptum, aut ros assyrius ex iure prodest. Cum febris datur syrupus uiolaceus, ex succo compositus. Ex iure quoque propinatur uini fex trita, quæ intrinsecus dolo hæret speculari nitore splendens. Quidam crapulam corrupto nomine Veronensēs crepulam uulgo uocant. Aqua ex floribus sambuci per se pota aluum soluit. Et cancerorum ius potum, chamæpitys arida tunsa cum ficis aridis sumitur. Dormituris datur terebinthina in potu cochlearij mensura, nam iecur, renes (ut Gal. tradit) repurgat. Fel præterea bubulum cum nitro, & interiore colocyntididis inunctis sedis partibus aluum sollicitat. Axungia cum multo sale trita in glandis modum in aluum indita, mouet, uel cyclaminis collyrium oleo illitum. Extrinsecus uero imponitur emplastrum quod ab eo nomen habet: ualet si umbilicus felle bubulo inungatur butyro, & cyclamini succo, pariter mixtis & unā feruefactis. Succo radicis ebulli, cum tritici polline, umbilicus perunctus uentrem subducere traditur. Alia inunctio, habet elbori albi et nigri, hermodactylorum, acori, succi semperuiui, bryonix, æquis partibus, cum axungia uetusta conficiatur medicamentum, ea inunctis manibus uomitiones mouet, pedibus uero aluum ducere affirmant. Quæ si nimium solueretur, eadem extrema unguento * papuleo inungantur, sistere enim id traditur. Pilæ quoque conficiuntur, quarum nidore, aut tactu aluum solui prædicant. Cōstat ex scamonij, aloës, myrrhæ nigra ana ʒ. i. coccognidij seminis, tithymali quinti generis, quæ cypariuam, uulgo arabice esula, uocant, colocyntididis ana ʒ. i. s. tusa & cribrata, cū succo coriandri uiridis, geminas conficito pilas, quæ in manu tenentur, sed uicissim subinde in uolas iactando permulentur.

Terebinthina purgandi uis.

* Alias papuleo

De colo & cæteris interaneorum doloribus cum febre, Cap. XXXVII.

SI cum colicis doloribus febris affuerit, fomenta prodeste, Galenus tradit, ac in primis clystere, quibus uentus discutitur, cū anatis adipe uel anserino non falso. Si nō est, paulum castorei immisceto cum opij exiguo, et oleis antedictis, in quibus lana intingitur, et stilo adalligata in aluum cōditur, ita ut eximi possit, cū opus sit. At sitis qua exerci-

ciarj

ciarj solent, aut ferenda est, aut mitiganda syrupo. Cataplasmata item capiti imponuntur, ne uaporem noxium recipiat ab intestinorum sordibus, uel ipsis excalefacientibus infusionibus, quæ continue immittuntur: Nam sensus & mentem turbant. Valent igitur refrigerantia olea cum aromate, qualis camphora est, ac sandalorum farina, rosaque & similia, quæ prioribus libris de capitis affectibus dicta sunt. Eandem diligentiam in cæteris principalibus membris haberi necesse est. Nam opem iecori afferimus, si calidus fuerit frigidus epithemate. Sed cauendū est ne uentris emplastra, suffumigationes, unguentaque, iecur aut cordis uitalia ex improuiso offendant. Vtrunque enim succis refrigeramus, camphora, ac ros sandalis. Et ea cataplasmata diuersæ potentie diligentiores paruo dirimunt, ne misceantur effectus. Sed poriones & medicamina quæ assumuntur, ut diuisim ad membra singula ferantur, ita quod ne dum alteri prodesse studemus, alteri iniuria fiat, recenti igitur mixtura opus est, ut singulæ simplicium facultates ad suas deferantur actiones. Sed priusquam ad dyntericos cruciatus transeundum sit, hæc pauca pro aluo soluenda subiiciemus.

Mixtura quæ uentri illinitur, Cap. XXXVII.

O Lei amygdalini, sesamini ana p. 2. adipis anatis, gallinacii, mellis puri ana p. s. seminis malux, uolarum, florum conuoluoli syluestris, cucurbitæ, seminis lactuce, singulorum ʒ. tithymali p. s. thymi, epithymi, diagridij unciam mediam, ceræ albæ exiguum addito. Id uentri et sibus, mane ac uespera illinitur. Serum uero caprinum ad heminam mane sumatur, in quo tota nocte epithymi drachma infusa fuerit, & salis cappadoci dimidia, percolatum dabis mane potandum.

Alia mixtura quæ aluum soluit, Cap. XXXIX.

H Abet sacchari non puri unius cocturæ, partes duas, siliquæ succi tantundem, radicis recentis, polypodij bene tusa p. 3. lento igni misceantur, ex ea mixtura linguam dabis ante cibum deuorandam.

Simplicium facultates quibus aluum soluitur, Cap. XL.

L Actuca in cibo copiosior aluum soluit, modica uentrem astringit, malua, beta, brassicæ ius crispæ præsertim, cichorion, lapsana in cibo sumpta leuiter soluit, Methonæ sibus ciliaris cibus, marina brassica uehementius soluit cum pingui carne cocta, propter enim acerbicatem ita estur. Asparagi leniter molliunt. Nasturcium detrahit bilem potum in aqua 10. denariorum pondere, rhizæ capita quina euacuant. Porrum utrunque coctū bis aqua mutata soluit aluum. Vtrunque atriplex mouet, semen sinapis, marubium cum sale & aceto. Paris molliat aluum, centum capita, urtica semen, & ipsa herba cū conchylis. aluum iucundè citheliostrophion, in lacte coctum. Et si eius succus bibatur efficacissime aluum euacuat. Fici sicca quæ uentrem expurgat cum hyssopo decoctæ, pruna, melopepones emolliunt, refrigerantque. Aqua mullæ recens, mullum frigidum, calidum non silit. Melitides inueteratum in febre alui causā datur: hoc fit ex musto & melle. Eleomeis quod in Syria ex ipsis oleis manat et in Creta, ut uidimus, mellis sapore nō sine nauica aluum molliat: bilē præcipue detrahit duob. cyathis in hemina aquæ datis. Soluunt mora Celsi, cerasa, uua recens, terebinthi semē, ac ipsa resina terebinthina ante coenam sumpta, resina picea, & larice, & pinu. Pix quoque corticis tiliæ, denarij p. purgat potum in hemina aquæ frigidæ. Lauri bacca quinæ aut denæ sumptæ, cum pulegio, & melle, agni semen potū, & milacis acetabuli mensura, in aquæ hemina, aut mullæ. Ari folia ex sale & aceto sumpta aluum inanunt. Mercurialis sale & melle admixto, necnon gallinaceo cocto, salubrius enim purgat utrunque genus cū malua decoctum, aluos purgat psyllium cū aqua mullæ, soluit alypon addito sale ex aqua mullæ uel minima portione. Absinthium marinū emollit, & sibus imponitur cum ficu, semen polygonij largius sumptū. bubulum lac aluum soluit. Fel lupi cum elaterio umbilico illigatum, lac caprinum cū sale et melle. Capræ fel cū cyclaminis succo, et aluminis modico, aliqui nitri adiectis melle, & umbilico illigant. Aut fel tauri cum absinthio tritum, ac subditum pastillo: ius gallinaceum è uetere præsertim soluit, hirudinis simum cū adiecto melle subditū, ostrea leuiter molliunt, aut uinum salsum. Myum ius exinanit, & interanea dstringit, castoreum

Cataplasmatæ capiti imponenda.

um 3. 2. ex aqua mulla, qui uehementius uti uolunt addunt cucumeris fatiui, alij erratici radices sicca, drachmam & aphronitri duas: septia in cibo cum oleo & sale luo atramento decoctae solunt. Menae salae cum felle taurino illitae umbilico.

Quae uehementius aluum trahunt ex simplicibus, Cap. XLII.

HAEC ad morborum causas faciunt, cucumis syluestris radix, uel succus si concoctus in pilulas digeritur, uentrem mire turbat, ex uino enim singulae dantur & hydropicis: cucurbita herbacea, semen pastinacae erraticae, contritum & in uino potum aluum tumentem lenit, succus lactucae syluestris in posca potus ad duos obolos purgat. Caraticon dimidio acetabulo, in mulso, thymali semen, iris ruffa, duabus drachmis cum melle, Lichnis, hyacynthus syluestris, semen asphodeli, oleum coccinum. Aluo sambucus detrahit aquas & magis syluest. decocta in uino ueteri, foliorum uel seminis succus uel radices soluunt & minoris sambuci caules teneri in patinis cocti, & cortex interior tritus ex uino albo potus. Elleborus purgat uterque, sparthi semen in aqua mulla cyathis quatuor ieiunis, chamaelea olea similis, tenuis scammonia, succus cetaurij minoris 3. in hemina aquae, cum exiguo salis & aceti, bilem enim detrahit, euphorbium uehementer atque periculose turbat. Agaricus 3. 2. cum sale modico, ex aqua aut mulso, cyclaminos ex aqua, chamacissos, anagallis ex aqua mulla. Epithymum, pygnotomi radix in aqua mulla, bilem & pituitam exinanit, aluum trahit scammonium, crethmide decoctum, e folio aut caule, aut radice ex uino ampelofagra, & eruum turbant aluum, calla exinanit, filicis radix bilem & aquam trahit. Radix glycydis in uino purgat. A recentioribus celebratur sena rheuponticum, quem barbarum uocamus, aurum hac aetate precio aequat.

Rheuponticum
Rheubarbari

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMILIANUM CAESAREM AUGUSTUM IMPERAT. INUITISSIMUM, DE CHOLERIS & UENTRIS FLUXU Liber XX.

Prooemium.



* cholericis.

Equuntur intestinorum ceteri grauissimi atque acutissimi morbi, qui paucis quoque diebus aegros rapiunt, inter quos infestissima est quae cholericam passio dicitur, priores choleram & choleram uocant, & Galenus ipse ac Plinius * cholericos appellat, ut stomachi continuas repletiones & uentris pariter fluxum praecipiti ac geminato malo, aquae, bilis flauae, ac atrae uitio. Cum diu in corpore deuiet (ut Placoni placet) fuerint, aut per totum corpus diffunduntur, aut in uentrem superiorem, inferioremque, compulsa materia tanquam transfuga ex seditiosa ciuitate sic effugit e corpore, morbosque eos inducit, quos diarrhoeas & disenterias uocant, nec non multis generis eiusdem alias molestias infert. Galenus morbos enumerat, quibus materia mordax fieri solet, qua uentris fluxus oritur, ut si uenenatum aliquod assumptum fuerit, sique ardens intus materia ad uentrem confluxerit, uel cum cibus corrumpitur, aut eum materia demum in uentre, intestinisue exulceratis uitiat. tum praua interaneorum uitio efficitur, omitto (inquit idem autor) nimium sensorias intestinorum partes, aut musculorum in extrema aluo sedis resolutionem, unde inuoluntario sordes prolantur interdum.

Ventris fluxus
causa.

De cholericis & causis & notis earum, Cap. I.

Diximus intestina acutis morbis plurimum obnoxia esse, ex quibus a colicis tormentis cholerae mentio habenda est: quia commune est stomachi atque intestinorum uitium, nam simul est uomitus & deiectio, uel est uentris (ut Aegineta scribit) nimia & immoderata perturbatio fluxu, ac uomitu, ex continuata cibi inconcoctione. In craspula enim non digeruntur, interdum terti humoris copia, praeterque haec inflatio est, intestina torquentur, bilis infra supraque erumpit, primum aquae similis, deinde ut in ea recens

cens

ens caro lota esse uideatur, interdum alba, nonnunquam nigra uel uaria. Ergo eo nomine (Celfo autore) morbi, hanc choleram graeci nominarunt. Praeterea uero quae supra comprehensa sunt, saepe etiam crura, manusque contrahuntur, sitis accenditur, anima deficit, quibus concurrentibus, non mirum est, si subito quis moritur, propterea prius nares acuiuntur, pulsus ex toto aufertur, tempora extenuantur, oculi caui fiunt, facies decorem amittit, frigore et sudore extrema corripuntur, ex toto enim corpore ad stomachum & intestina confluunt humores, leues superna petunt, graues ad intestina fluunt corrupti. Conuelluntur enim aut sui mordacitate, aut expultrice concitata, uel resoluta retentione, frequenter enim crapula corrumpuntur humores, & ex immoderatae qualitatis materia, ex aqua (ut Gal. docet) aut pituita, aut flaua bilis, aut atra generatur, continuato uitio, qui & si protinus morbos non afferunt: tamen coaceruatis intus ex longo usu humoribus, uitia contrahuntur inextricabilia, in octauum quandoque annum protrahitur malum. Choleram efficiunt si modus non est, armeniaca pota, melopepones, cucumeres, uel palestini. Aqua frigida ieiunis pota, pinex nucis nuclei, illoti praesertim copiose sumpti, fungorum coctura frequens, cerasa, fici, mora Celsi, & his similia quae facile longa mora corrumpuntur in stomacho, iis qui a cibo sumunt: nam eo modo uirus pernitiosum, Gal. autore contrahunt, eos indigestos & corruptos natura non sustinet, sed eius oneris impatiens e sedibus deturbat.

Humorū corruptio
causa.

Cholerae quae
cibi generant.

Prognostica cholericam passionis, Cap. II.

Cum grauius quis uomit bilem praesertim porraceam in periculo est, cum remedia proficere non uidentur, cum nares exacuuntur, si sine somno est, cum anima frequenter deficit, si facies quadam formidine percussa cernitur, si frigore & sudore extrema corripuntur, si singultus inquietat, mortem de proximo minatur, uerum interdum pulsus aufertur, atque rursum interdum redit, cum natura materiam uirulentam refugit & ad intima confugit praecordia: urinae quandoque copia malum cleuatur: quod pueros & adulescentes uoraces cum plurimum infestat, uiris cum euenit periculosior est, si lacertosi praesertim fuerint, ac autumno frequenter contingit, hyeme raro. Assuetus id malum minus periculosum est, ex quo aquam euomunt.

Curationes cholericam passionis, Cap. III.

In hoc morbo prudentis medici est terrentia non reformidare, quando nulli morbo in minori momento succurritur, ac protinus aegro ubi ista coeperunt, aquae tepidae quam plurimum bibere oportet et uomere: uix unquam sine uomitu sequitur, sed etiam si non incidit, miscuisse tamen nouam materiam corruptam prodest, parsque sanitatis est uomitum esse suppressum, si id incidit, protinus ab omni potione abstinentum est. Digito, ac penna in fauces immissa uomitum irritare aluumque mollire docet Aegineta. Ceterum pro morbi diuersis temporibus, uaria curatione opus est, proque casuum uarietate. Obsecuro igitur conclaui collocandus aeger est, temperato, uariis odoribus grato, citro malis cydonijs, alijsque similibus pomis: sed in iis aegri oblectamenta querenda sunt quandoquidem alijs panis odor fastidioso est, in primis animi securitas, ac somnus omnino magnam curationis partem possident: quae cantu sonoque quiritur, superuacaneis humoribus educatis, eucurbitulae hypochondrijs imponendae sunt & eadem ex oleo dulci excelsacienda sunt, cymino pauco addito, aut lentiscino, aut nardino hyemis tempore: peracta concoctione balneis utendum est, Paulo autore & Auerroio, ac boni succi cibo. Si uero tormenta sunt (ut Celsus refert) oportet frigidis & humidis fomentis stomachum fouere, uel si uenter dolet isdem egelidis, sicut uenter ipse mediocriter caletibus iuuatur. Quod si uehementer & uomitus & deiectio & sitis uexant, & adhuc subcruda sunt quae uomuntur, nondum uino maturum tempus est aqua neque ea ipsa frigida, sed potius egelida danda est, ad mouendumque naribus est pulegiu ex aceto, uel mentha. Paulus perseuerante fluxu, ac uentre collapsio, pulsu frequenti & tenui, cataplasmata ex palmulis, cenanthe, hypocisthides succo, acacia, & mali granati cortice imponi docet, in potu autem aquam egelidam bibendam: efficacius est rosae decoctum, aut cenanthes, aut rhuffis, aut clauiculae uitis, aut mali granati succus, medij saporis, menthae exiguo superiniecto. Si remedijs non cedit morbus, & accidentia nihilominus terrent, cum quadam lipothymia, uel singul-

Vomitum quibus
mouetur.

Tormentis quae
conueniant.

est

Ad deliquia animi quae efficacia

tu frequenti. tum ad uinum confugiendum est, tenue, odoratum, cum aqua frigida fractum quod paulatim forbendum est, id & cum molle panis sumitur, damus & cum uino punico panem feruentem infusum: quae si uomitu rejiciuntur, rursus damus. Sed de liquia animi reficimus tostae carnis succo expresso cum uino punici mali cydonij, cum panis & carnis tadio, fructus dabis acris saporis, qualia malorum plura sunt genera, ac pyrorum, laudamus cydonia, punica, pruna, mespila, sorba, ac corna, mora ipsa, & uitiu clauiculas & teneros pampinos, damus et uiam pensilem subacidam praeter haec auiculas damus, perdices, pullosque gallinaceos, cum acore, uel pisces saxatiles cum aromate suauu. Vinum quoque iuuat pluuia aqua infractum, uel ferrata. At si causa fuerit frigida, panis e simlagine laudatur bis coctus, ouum cum mastiche trita. Columbaceus pulus, & nigrum uinum austerum prodest, aqua mixtum. Si uero ex aluo acriora emitti uidentur, cum febris, ac siti immodica, Paulus cucumeris semen ex aqua dari iubet, cyathis tribus, ac cichorium & lactucam in aceto cocta, & adhuc non suppressio fluxu uini austerum non febricitantibus dari suadet: alioquin uinum punicum, aut myrteum, alicia & chodrum, qui si cibum respuunt cucurbitulam maiusculam stomacho apponimus. Exinde cibaria damus ijs quae dicta sunt. Sed ad potiones transeamus.

Potiones ad choleram, Cap. IIII.

Sinausex ex humore corrupto cum deiectione infestant, nihilominus uomitiones aqua calida multa tentanda sunt, ut corruptam inde materiam educant, conatus enim naturae iuuandi sunt. Si deiectione quoque substiterit, & febris immineat antequam materia ad iecur transeat, clysteribus educenda est leuibus, uehementiora caueda sunt, nec nisi mulsam aquam damus pro uomitu calidamque, addunt alij micam salis ac cymini modicum. At si ex toto corpore corrupta materia in uentrem praecipit, mordacis naturae quae hunc morbum commoueat, tum uentri aquam frigidam uel niuem quoque imponimus, uertim prius stomachum leui uomitu repurgamus mox balneum ingredi iubemus, ac exinde cibum offerimus, & ut dormiat admonemus. Iuuat in potu aqua frigida cum uino mali punici, uel niue refrigerata. Si morbus non finitur, extrema obligari debent, & frigida uel niue perfundi, uenter uero rosa, sandala, camphora, gallia & aqua rosacea perfunditur. uel linteolus in ijs infusus si frequenter superimponatur. Nam & cucurbitula praecordijs impedita (ut iam dictum mihi est) uomitum sistunt, in potu uero medentur astringentia ante dicta cum mentha uel in causa calida, quando quidem in dolore stomachi defectus animae recreant cum aqua pluuia, & in frigida cum uino datur. Perseuerante uomitu ac deiectione eadem remedia repetenda sunt, sed uarietas ipsa querenda est, modo acris, modo acetosis condimentis, pro aegri uoluptate, atque consuetudine, inter caetera syrupus ex mentha cum uino mali punici maxime laudatur, si mala ipsa cum interiore palpa (ut Veronenses copiose faciunt) praelo subiiciantur, uel cum uino myrteo. Ex compositionibus ea utilis habetur in qua rosa arida semidrachma, anethi 3. balaustrum 3. sandalorum 3. 2. cum plantaginis succo feruescant, & colato decocto utimur cum uino eodem mali punici paulatim sumitur, uel cydonij mali succo. Pyrorum syluestrii succus, achrades uocant, prodest, iuuat frigida pota 3. 1. s. in qua cenanthe, aut rosa, aut spodium maceratum fuerit, rosacea uero & potu & illita uentri iuuat. Succurrit emplastrum id, cydoniorum malorum caro, & syluestrium pyrorum cum cenanthe, barba hyrcina, acacia, thurisse, balaustris ac hordeacea farina, una mixtis, & impeditis: utiliter imponitur oleum lilinum, nardinum, narcissumque ac rosaceum, & per se lentiscinum, ea per hypochondria, uentrem, ilia, ad os pectinis usque illinuntur. Ex frigida uero causa fomenta calidiora esse debent: & ex emplastris id efficacissimum est, gallix mus. 3. 2. rosa, cenanthes ana 3. 1. s. mentha, acacia, thuris, myrti, absinthij, cyperi, garyophyllorum, hypocythidis, mastichis, coralliorum rub. ana 3. s. panis tosti 3. 6. camphora 3. s. musci semibolum, ea enim fieri debent donec extens humor, sine corruptione nota, digestionem ostendat: tum impune supprimuntur, sed maxime cum membra contrahi uidentur. Si anima deficit, si pulsus non constat, sique membra resoluta uideantur, cibo subuenimus, ac uino tenui subaustero, post interualla, cum terentia sumnota sunt, humorum reliquias leniter deijcimus, & stomachum & intestina, leuiter astringentibus.

tibus recreamus, cum aromate aliquanto calido uel frigido, pro humoris natura. At in morbi desperatione amyllum tostum cum seminis papaueris albi succo datur cymini paulo super incocto, alij galliam addunt. In siti importuna, quoniam is morbus dulcia respuit quibus accenditur hordei polentam, aut ptisanam cum uino mali punici damus, iuuat & quae frigida sunt ori stomachi imposta.

Remedia contra spasnum & uigilias, Cap. V.

At si inanis est homo, & crura & manus contrahuntur, interponenda absinthij potio est, ex Erasistrato. Paulus uero oleum calefactum musculis paruo circumponi iubet, & cerota liquida addito castoreo & sicyonio oleo, aqua que calefacta ceruices perfundantur. Solent & maxillae contrahi, quibus eadem medentur illita, hyeme cum nardino, lilinoque oleo, aestate uiolaceo rosaceoque, sed maxillae incessanter commouenda sunt, ne immotae maneat. nimium uigiliatibus (inquit Paulus) soporifera quae dicta sunt dabis. Nam & si uires sunt diacodion prodest, si extremas corporis partes frigent, ungentae sunt calido oleo addita cera, calidisque fomentis recreandae. Vbi malum constitit dormire oportet, postero die a potione abstinentium, die tertio in balneum eundem, & paulatim cibo reficiendum corpus est: Si post suppressam choleram, Celso autore, sebricula manet, aluum duci necessarium est, tum cibus uinoque utendum est. Sed hic quidem morbus & acutus est, & inter intestina stomachumque uersatur sic, ut cuius potissimum partis, non facile dici possit.

Quibus utebatur antiquitas in cholera, Cap. VI.

Antiqui in cholera lactucis dabant in cibo, uel metham cum aceto, coriandrique semen, ex aqua uel cum ruta potum, aliqui menthastrum tritum efficacissimae dotis imposuerunt. Oenanthe ex aceto obolo pota prodest, sicut coeliacis & contra fastidia stomachi: & lens tribus aquis cocta iuuat, cotonea matura non cocta paliurique baccae medentur, syluestre ocimum aqua tepida potum, auxiliatur cholerae, & mentha eadem trita cum succo granati sumptu: sistit & pulegium cum polenta & acero: qualis sit polenta, hoc in loco non incongrue dixerim: a Graecis & Latinis autoribus celebrata ex hordeo fieri solita est, pluribus modis fieri solet. Graeci persusum aqua hordeum siccant nocte una, ac postero die frigunt, deinde molis frangunt, sunt qui uehementius tostum, rursus exigua aqua aspergant, siccantque, priusquam molant. Alij uero uirentibus spicis, decussum hordeum recens purgant, madidumque in pila tundunt, atque in corbib. eluunt, ac siccatum sole, rursus tundunt, & purgatum molunt. Qui diutius uolunt seruare, cum polline, ac fursuribus suis, condunt nouis fictilibus. Italia sine persusione tostum in subtilem formam molit. Quare uero antiquitas polentam damnauerit non mirum est, quando quidem in ea lini semen, coriandrum, salem, ac milium addere solebat, sine quibus & ptisanae usus laudatissimus semper fuit. haec Plinius, qui & in frugum medicinis, tradit polentam a farinae hordei distare, eo quod torretur, ad stomachum utilis, aluum sistit. Haec addidisse uolui ne quis putaret polentam hanc esse, qua ex milij farina rusticitas nunc in cibus utitur, grauissima materia. Cyminum praeterea utrunque tostum quantum apprehenderint tres digiti ex uino, anisum per se, portulaca commaducata, serpillum, silymbrium, siue cibo sumptum siue succo potum, saluenter radix in uino decocta, & pota, iris duobus obolis pota uomitiones finit. Vrticis semen ex aqua mulla sistit: aphodeli radix commaducata, consuetudinem uomitionem sistit utis clauicula, qua uites serpunt, ex aqua. Modico uino sistuntur: oleum inueteratum myrti seminis illitum sistit, & fastidium abigit. Betonicae farina ex aqua, fastidia abstergit. Aphacae decoctum stomachi fluctuationes sedat.

De coeliaco hoc est uentriculi stomachi & intestinorum morbo, Cap. VII.

Sunt & alia (ut Gal. tradit) intestinorum & stomachi accidia, ex imbecillitate, qualis lienteria est, si leuitas interaneorum, & quae coeliaca passio dicitur, cum materia leuis est ac non mordax, ea enim cum acuta est pungit, ac ingenti impetu ad exitum mouetur. At si non pungit neque mordet, in uentre aut inter ipsa intestina ex imbecillitate ipsorum cuncta complentur, unde excrementorum pondere aggrauante exinaniri conantur, nam diu contineri id non potest: sicuti uesticae contigit ex dysuria uitio, quod Latini fillicidium, siue straguriam uocant, ex acuta cum plurimum materia, quam conatur

Siti quae conueniant.

Maxillis contra fistis quae conueniant.

Contra fastidia stomachi idonea.

Urinae fillicidium.

G natura

natura expellere: uel materię id pondere cōtingit, etiānum si modica fuerit, hæc Gal. Ab ea sententiā non multū dissentire uidetur Celsus, cuius uerba (prodita enim refert) subtexere non dubitauerimus. In ipsius uero uentriculi porta quæ pyloros uocatur, cōsistit: is qui & lōgus esse consuevit, cœliacus à Græcis nominatur, sub hoc uenter indurescit, dolor quæ eius est, alius nihil reddit, ac ne spiritum quidem trāsmittit, extremæ partes frigescent, difficulter spiritus redditur. Hic morbus à latinis non incongruè aliuus dicitur. Est & alter cœliacus morbus, qui contra nihil continet, sed priori contrarius, dynterix haud dissimilis ex acuta materia stillicidio haud dissimilis habetur. Cōmodissimum est inter initia, calida cataplasmata toto uentri imponere, ut dolorem leniant, post cibum uomere, atque ita uentrē exinanire. Proximis deinde dieb. cucurbitulas sine ferro uentri & coxis admouere, uentrem ipsum liquare, dato lacte, & uino falso frigido. Si tēpus anni patitur, etiā uiridibus ficis, sic tamen, nequis aut cibus aut humor uniuersus detur, sed paulatim. Ergo per interualla temporis sat est cyathos binos ternosque lumere, et cibū pro portione huius, cōmodeque facit cyatho lactis, cyathus aquæ mixtus et sic datus. Cibique infantes, & acres ueliores sunt, adeo ut lacti quoque cōtritum allium adijciatur. Procedente uero tempore, opus est gestari, maximeque nauigare, perfricari, ter aut quater die, sic & nitri oleo misceatur: perfundi aqua calida post cibū, deinde sinapi imponere per omnia mēbra, excepto capite, donec arrodatur & rubeat, maximeque si corpus durum, & uirile est. Paulatim deinde faciendus est transitus ad ea quæ uentrē comprimunt. Assa caro danda est, ualens et quæ non facile corrumpatur. Potui uero pluuialis aqua decocta, idque per binos ternosque cyathos bibatur. Si uetus uitium est oportet laser quā optimū ad piperis magnitudinem deuorare. Altero quoque die uinum uel aquam bibere, interdū interposito cibo singulos uini cyathos forbere. Ex inferiori parte infundere pluuialem egelidam aquam, maximeque si dolor in imis partibus remanet.

De lienteria, id est, intestinorum leuitate, & de differentia inter lientericos & cœliacos, Cap. VIII.

Cum stomachus & intestina imperfecta protinus reddunt per alium lubrico fluxu, intestinorum leuitas dicitur à Græcis lienteria: qua continere nihil possunt: longus esse interdum morbus solet, interdū precipitat ægros. Ex torminibus aliquando intestinorum id malum oritur, nam Gal. autore, praua ac uitiosa intestinorum habitudo ex toto cum stomacho similitudinem habet, de qua supra mentio habita est, nam eadem notæ sunt, eademque curationis ratio. Nam neque temporis, neque ordinis certum circuitum habet, uerum die magis quā noctu lubricat alius, & uario pro cibi quantitate, ac qualitate fluore profluit: unde ea tenendi imbecillitas modo incenditur, modo remittitur, ac plus minusque inconcoctum, quod assumitur, excernitur. Nam stomachus, aut ipsa intestina molestiam quādam, ac grauitatem sentiunt. Leuitas intestinorum duabus de causis (ut Aegineta exponit) oriri solet, altera exulceratis superne intestinis, cicatrice, dynterixque ex interaneorū rheumatismis, altera uero stomacho inualido, uel reuolente imbecilli hanc, ut opinor, cœliacis ante dictis dispositionibus haud dissimilem inueniri, in quibus infirmus uenter nequit digerere cibos, qui inconcocti & liquidi egeruntur, rheumatizante quoquomodo uentre. at in lientericis in digesta ualde cibi materia protinus lubrico cursu profluit, ita ut uix assumptus uideatur cibus. Ex ijs præcipue modis à cœliacis maxime discernitur. Ex crapula id malum euenire solet, glutinosi siue mucidissimi cibi, ictu, frigore, frigida potu, ueneno, humore multo uel lento intus congesto, lubrico, intestinis hærente, aut bilis ruffæ immodica mordacitate, qua intempertinè quicquid assumitur per alium expellitur uel exulceratione intestina de qua dictum est, quæ contactu cibi offenditur, unde uis expellendi excitatur. Sed Gal. lienteriam si definiēs inquit, est præceps & lubricus cibi exitus uel portio, in iisdem qualitatibus, quibus assumitur, substantia, odore, ac colore ferè similis, sine ulla concoctionis nota, stomachi uitio non concoquentis, ex uis expellendi, aut retinendi læsa. Plurimum tamen differt à lienteria fluxus qui stomachicus dicitur, quoniam hæc debilitatem uiriui stomachi sequitur, læso ipso membro, unde Gal. quodlibet, inquit, membrum suam actionem facit ex naturali complexionē. Ille uero qui lientericus modo di-

Leuitatis intestinorum cause

Lienteria diffinitio ex Galeno

Stomachus fluxus.

do dicitur non principaliter ex proprii instrumenti laxatione innascitur, hoc est ex sua complexionē corrupta, sed per accidens offenditur, cum lentus ac uiscosus humor intrinsicus stomacho, aut intestinis hæret, qui facile diuelli non potest, propterea non uirtuti neque habitudini primo attribui debet. Fluxus præterea qui stomachicus dicitur hydrophem minatur: lientericus autem, aut facile sanatur, aut totius corporis maciem affert.

Leuitatis intestinorum causa stomachicæ, ac eorum auguria, Cap. IX.

Huius morbi cibus inconcoctus, aut uix cōfectus uel mutatus ex uentre cito prolabitur. Nam si cum ijs signis uenter dolet, aut morderi sentiat, sitim accendi, ex pustulis uel ulceribus quæ lienteriam antecedunt, morbum oriri certum est: nam & purulenta alius cernitur. At si quod excernitur uiscosum est, sine siti, sed in uentre murmurat uentus, ac acida eructat stomachus, ex phlegmate alius lubricat. At si quod redditur subito, sine pure, ac phlegmate ullo est, contentricem infirmā indicat, paucis enim horis in uentre moratur. Ex inualida quoque concoctione crudus egeritur cibus, sed cito citata uis expellendi minori etiānum interuallo extruditur cibus immutato penitus colore ac ardore. Licet inter stomachicum fluxum, ac intestinale lienteriam differentiam afferre, nam ex illo parum aut nihil mutatur cibus ex hac cōfectum quoquomodo emittitur alimentum quod cum à stomacho effluit, per intestinorum lubrica protinus per alium auditur præcipitater ferri. Sed augurium Hippocrates in lienteria nobis aperuit, liberari ægrum acetosis obortis eructationibus, quod Gal. ratione confirmat, tū enim natium calorem reuocari, ac reuolentem potentiam refici tradit. Nam calor in cibum agens inualide in acrem cōuertit saporem. Ex omni lienteria periculosior est, quæ à frigidiori oritur habitudine, nam & si reuolentis uis leui frigore concilietur. Hanc sequitur quam ulcerosam appellauimus lienteriam, ea enim difficulter sanatur.

Curationes lientericæ, Cap. X.

In curatione lientericæ properandum est, nam protrahere malum est, si frigidam stomachi habitudinem, quam inueteratam exinde sanari difficilimum est, ut Gal. demonstrat, stomachi propterea & intestinorum fluxus lubricus eandem deposcit curandi rationem. Sed de uictu prius agendum est: si calidi nancque uitio fuerit, auiculas, perdices, phasianos, ac pullos gallinæos, sed prius aceto maceratos, assos dabis ægro, uel cum uix acore uel uino mali punici, aut aqua rosacea in qua rhus maceratum fuerit. Prodest lac caprinum ex aqua pluuia, uel in quo extinctus fuerit chalybs, aut durus lapis. Les quoque decorticata, oryza, panicum, milium, in esca sumptum, & polenta antedicta uel cum milio cocta, panicotie, si uetus malum est. Lac acetosum bubulum iuuat, uel in quo eadem extincta sint, uel si rosea arida farina immixta fuerit, aut spodiū, succinumque, acacia, balaustia, hypocythidistie succus: in lactis hemina drachmæ quinæ eius farina si imponitur, satis est. Miscentur & myrti bacæ tritæ, oxyacanthoneque in summa quicquid refrigerat & astringit ualere produnt. A frigiditate uero materiali, uel immateriali, in cibo datur peculiari auxilio brassicæ medium si album est, quidam lacuturris brassicæ præferunt, alij brassicæ assyriæ, quam ad nos attulerunt ex oriente, ea quinis aut senis circiter folijs medium ambit nostratibus similibus, quin quagenæ cimæ medijs digitū longitudinis compactæ intus apparent florentibus similes: gustatu suauissimæ, brumam non sustinent, frigore corrumpuntur, sub tecta transferuntur, ad idus februarias, mox in hortis satæ flores & semina edunt, quæ nisi quod albicant ceteris similia sunt, Syri canabith uocant, hanc brassicam in horto serere consueuimus. Profunt præterea auiculae assæ ueluti alaudæ cum mentha, uel aromate conditæ, columbaeque pulli, uerum astringentia in condimentis addi debent, ex phlegmate uero eadem tosta iuuant, & si in olla friguntur, utile cibarium præstabis. In potu uero merum uetulum dabis, sed modice, & si uinum non bibunt, calidam non dabis sed frigidam duntaxat, ac modice. In secunda mensa sorba dabis, melpila, corna, malaque cydonia & his similia, si uis uero continendi resoluta fuerit, ex nimia stomachi caliditate mala punica iuuant frequenter commaducata acria uel medijs saporis aut succus uix immaturæ, addito spodio: ac rosa, uel coroneorum succus crudus, quæ nondum matura sint. Damus & quæ bilem educunt, prunaque mephitica, mire enim auxiliantur, aut balanos citrinos, mox singulis diebus trochiscos ex spodio.

Intestinalis lienteria & stomachici fluxus diuersimodum.

Victus ratio.

Brassica assyria

Canabith.

Polēta Creteſis

dio, in cibarijs toſta, & quæ in olla deſrigiſ ſaluberrima ſunt, ſed addere ſtyptica opus eſt. At ubi ulcera ſunt in ſtomacho hydromel ex hordeacea, ac ſimilia abſtergentia prius danda ſunt, mox quæ perſanant, in quibus maſtiche arabicum, uermiculatum q̄ ḡmi, thus, ſucciaum q̄ pari pondere, uſa cum abſinthij ſucco in catapotia digeruntur, terna deuorantur ieiunis. Prodeſt hordeū toſtum uel cum lacte bubulo coctum uel cum amygdalarum lacteo ſucco. Creteſes hordeum nouum nondum maturum cum ſpica in furno toſtum decortican, & cum lacte caprino coctum uicatum uendunt, hanc potentam familiarem Græcis eſſe dixerim. At ubi ulcera ſaniūt cibi potus q̄, ac cætera remedia eſſe debent, qualia in dyſſenteria dicturi ſumus. Interea Pauli ſubijciam remedia. Ex ſimplicibus inquit, plantaginis ſemen in potu ualeat, aut lapathi ſemen, aut mali granati cortices, ſorba arida, aut omphacium aridum ex aminea uite terni oboli pondere: carentibus uero febrī ex uini auſteri cyathis ſex, alioquin ex aqua pluuiā, tamen uentri imponitur, uentris gallinæ interior arida membrana, & eadem in potu datur: & quæ uiri tam ciunt, ut apium, adianthon, & ſimilia, ut materiam inde auertant. Inter miſturas polyidi rubrica lemnia, dialectri orbiculi, diſpermaton præſtantiffimum, & de Aegyptia diacantho, & ſimilia. Quale clidion eſt quod ex ijs conſtat: Lapathi ſylueſtris ſeminis p. i. ſ. plātaginis p. i. hypocyſthidis ſucci p. 2. gummi p. i. acaciæ p. i. ſ. ex aqua pluuiā digeruntur in paſtillos, qui ſucco mali cotonei diluantur. Aliud, cymini, piperis, mali punici ſucci 3. i. in potu datur mane, ac uespere, ex oxymellite. Aliud, myrti nigre ſeminis cochlearium i. ſ. anifi, roſarum aridarum ana cochleariū ſemis, phænicobalanos 2 o. fac orbiculos, dabis 3. i. in potu, aut uiperarum theriaca incredibili remedio. Cibus ex acribus, inquit idem autor, ſi biliōſa excrementa ſunt, ex farre & oryza in quibus quædam aſtringentia ſimul incocta ſint, ueluti pyra, mala cydonia, meſpila, & his ſimilia. Lac quoque coctum prodeſt, uinum tenue, aquoſum: aut ſyrupi eiufdē effectus. Vbi uero materia phlegmatica excernitur, contrarijs cibis alendus eſt æger, et aniſum admifcemus, aut cyminum, aut apij ſemen. Lenticula quoq̄ cocta bis & commanducata medetur: exiguo aceto addito, aut oxymellite, uel braſſica percocta, aut bis ſeruefacta, uſtilior ſi cum aceto ruriſ cocta fuerit: ac uinum uetus meracius potum prodeſt.

De deiectione in lienteria, & cataplaſmate, Cap. XI.

TRedunt utile fore in lienteria phlegmatica, ſuperabundantem humorem euacuare, ſed e uene id elleboro facias, qui uomitum potus procurat, difficulter enim uomitus phlegmata inteſtinorum per ſuper na educit, hyeme præſertim, uel Hippocratis teſtimonio. At ſi in ſtomacho ea materia abundauerit, haud dubio uomitus prodeſt leuis ac hieræ potio, ſi inteſtina plena forent, ea uehementior eſt ater elleborus, tum uomitū Gal. damnauit. Vomitus leues conſtant beta, ſinapi, ac piſces ſali, deuorati ac uomitu redditi: poſt hæc theriacam, ac mithridaticum antidotum cum mero damus ueteri odorato. Iuuat diacimmon, & dianiſon, & ſimilia. Interea cataplaſmata uentri imponimus. Sed Aegineta id probauit, quod ex lini ſemine cum palmulis fit, præcipue autem facit, echinus & rubus, ſi ex oxymellite decoquantur, ſi unā ex ſpiritu inflatur uenter, cyminum, anethum & rutam commiſcebis, increſcente rheumatismo: malum cydonium, alumen liquidum, acaciam, hypocyſthidem, gallam, aut nōnulla horum aut cuncta permiſcebis. cærota uero ex myrtino oleo, aut uino ſtyptico: epithemata uero calidiora diaphnidum, diſpermaton, magis aſtringentia uero diaœnanthe, diagygarthion, & ſimilia. Non cedente morbo dropacē circa uentrem imponimus, & ex ſinapi cærota, & ipſum ſinapi, hæc Aegineta. Fitt catapotia uſtilia, aloës drachma, interioris colocyinthidis quatuor, ſalis cappadoci dimidia, tiripoli j una, unam pilulam una die deuorari fatiſ eſt: in cibo garum, muria, ouo tarichon, cappareſ, oliua in muria macerata, & his ſimilia. At poſteriores id emplaſtrum ſtomacho utile pronunciauere, habet ladani, ciperi, maſtichis, ſcœnonanthi, iunci odorati, xyloalōēs, balani muſcati, garyophyllorū, anifi, ruſſis, cum aqua maioranæ, uentri imponito. Cōferre quoq̄ prædicant ſi totus ad pubem uſq̄ uenter melle illinatur, ac retro e regione uentris, tum q̄ eo puluere ex partes inſpergantur, maſtiche, thure, ſinapi, ac myrrha, interdum inūgitur theriaca cum menthæ ſucco. At ſi bilis & phlegma pariter inſtauerint, in medicaminis genus mire prodeſt, habet balanorum

Vomitiones leues que materia moueantur.

Catapota huic effectui accommodata.

Si morbus ex bili & phlegmate fuerit que conueniant.

norum citrinorum p. i. maſturi ſeminis dimidiam, myrti nigre baccas, thus, & tamariſes fructus ana ſextam partem, cum ſaccharo miſceantur. Iuuat præterea & mixtura quæ de ſiliquis fieri ſolet, datur enim cum aqua ex foliorum rhamni ea enim iuuat reſolutam uim contentricem. Quæ ſit Rhamnus obiter indicandum eſt: inter ruborum genera annuerantur candidior et fructuſior, is floret ramos ſpargens rectis aculeis, nō ut cæteri aduncis, ſol iſ maioribus, alterum genus ſylueſtre, nigrius & quadantenus rubens, fert ueluti folliculos, huius radice decocto in aqua, ſit medicamentum, quod uocatur lycium. Alter ille candidior aſtringit magis & refrigerat, ualent & ſyrupi ex ſtypticis fructibus, ſed alius fit de induſtria peculiaris dotis, habet ſucci mali punici acris cum carne toto q̄ pomo expreſſi ſb. 2. ſ. ſucci calamenthi 2. uini odorati ueteris i. ſ. donec dimidium ſuperſit, unā ſerueſiant, adde ſacchari longi 2. ſapæ dimidiam, ruriſ ebulliant ad mellis ſpiſſitudinem. Inter emplaſtra id laudatiſſimum habetur, habet gallæ muſcate, ſcœnonanthi ana 3. i. ſ. ruſſis, acaciæ, hypocyſthidis, ladani, gallæ, iunci rotidi, roſarū cum luteis ſoſculis, ſandalorum alborum & rubrorum, xyloalēs, maſtichis, garyophyllorum, ſpicæ, thuris, coſti, myrrhæ, abſinthij, menthæ, cyperi ana 3. 2. gummi arabici, tragacanthi torrefacti ana 3. 7. ceræ 3. i. ſ. cera, hypocyſthidis ſuccus, & ladani igni liquefacta, cum cæteris tunſis admifceantur. Cum uino auſtero & cydonij mali ſucco, aqua roſacea buliant, donec unitas fiat. Sed coriandrum per ſe præparatum magnam uim in continendo poſſidet, ante cibum enim ſumitur. Ex imbecillitate digerendi ex frigida habitudine cibus tenuis materię eſſe debet, concoctibilis, qui modicus & paulatim aſſumi debet, cum ſpeciebus aromaticis conditus. Ex imbecillitate uero expulſicis ex eadem frigida cauſa, ferri ſcoriam præparatam cum ſyrupo de mentha, ac glande muſcata dabis. Ex mordacitate uero ciborum, exinanito prius uentre, cibus offerendus eſt priori contrarius cum aſtringentibus & refrigerantibus.

Lycium medicamentum.

Simplicia que leuitati inteſtinorum uſtilia ſunt ex autoribus ſubiungimur. Cap. XII.

ANethum de quo diximus per ſe ſiſtit, & thymum modice tamen, ſuccus betæ potius uel decoctum, inſuſum q̄, uel ſemen betæ ſylueſtris, acetabuli menſura, ſcylla quoq̄ ad uomitiones data, & hippoſelini ſemen potum, uel petroſelini radix, ſinapiſ q̄ ſemen potum, & ruta decocta in uino cum hyſſopo medetur. Aniſum per ſe, aut cyminum ſerpilli drachmæ quatuor dantur, ſi ſymbrium quoq̄ cibo ſumptum, ſiue ſucco potum, iris ruſſa epota duab. drachmis, & centaurea per ſe, muria quoq̄ uſtilis eſt, ſiue illa ſaluſugo, & ſi nomre inteſtina corripuerint.

Cauſe quibus uentris fluxus oritur & ex cæterorum membrorum communicatione, Cap. XIII.

TRibus rationibus membra communicatione quadam inteſtinorum fluxum aſſerunt, primo cum nutrimenta non ſuſcipiunt, ſecundo cum ſuperfluitates non reſolunt, obſtruſis meatibus, aut quod cōſueta ſubſtiterint profluvia: ueluti perſanatis crurum ulceribus antiſquis. Poſtremo cum expellendi uis uehementior materiam ad inteſtina propellit. Præter has cauſas addunt & uentris muſculorum reſolutionem, unde ſine amminiculo uentris quodam ueluti retinaculo ſoluto, laxa inteſtina profluere excrementa in aluum ſiunt. Hæc igitur cauſa in cerebro, iecore, ſtomacho, liene, ac uulua, inueniri ſolent, ſed a cerebro principium ſumemus.

Si fluxus uentris, qui ex rheumatismo capitis oritur, Cap. XIII.

RHeumatismus (inquit Galenus) capitis uarias ægritudines aſſert, cum cerebrum diſtemperatum fuerit, unde plurimæ ſuperfluitates oriuntur, quæ inſtrumentarijs partibus ſubiectis obefſe ſolent, congeritur, enim (inquit idem autor) humiditas in cerebro ex alimenti incoctione ad ipſum delegati. Cum uero catarrhus per fauces in ſtomachum & inteſtina, noctu præſertim, deſluxerit: magnis fluxionibus tentantur, aut quia tunica interior lubrica ſit, aut humore diu contento retentrix uis reſoluitur, aut cibus in tus uiciatur, aut concoctio interpellatur, aut humoris uirulentia excitatur expulſrix, leuitati priori haud diſſimilis. Ex ijs cauſis Hippocratem balbos, uentris fluxu naturaliter periclitari, demonſtraſſe uidimus.

Balbos uentris fluxu periclitari.

G 3 Notæ

In fauces destillans humor, noctu præsertim dormientibus respiracione sonantior est illabatur, auditur, magis abstinentia quam cibatu exercitatur hic fluxus: in lienteria uero cibo duntaxat assumpto alius fluit: & quæ capitis rheumatismos cohibent, profunt, de quibus suo denarrauimus loco. Prima inter curationes est, ut supinus somnus cauendus sit, & à cœna protinus, nec nisi celsa ceruice dormiendum sit. Cerebrumq; in primis repurgabimus ijs, quæ priorib. libris dicta sunt, medicaminibus ualidius ipsum reddemus. Profunt interea quæ à naribus pituitam, & quæ ex ore cõmanducata saluam euocant. Mane ipso crebræ uomitiones profunt, quibus materia, quæ noctu destillauerit rejiciatur. Caput ad cutem tondere optimum est, stricariq; exinde iuuat. Cucurbitulamq; bregmatici utiliter imponimus, qua emota id emplastrum imponitur. Aloë, garyophyllum, pulegium, myrrhaq; ex molli ladano trita excipiuntur candenti pistillo. At si rheumatismus feruentis sit naturæ, acaciã, succum hypocythidis, hordeiq; tosti farinam, mastichem, rosam, sandalum ac nympheam, ladano excipimus. Alij sacculum ex sale, gummi uniperion, uel cædri, spica, myrrha, ac radice nymphæ tritis alstringentes cibi cauendi sunt, uerum citri cortex, & thuris cortex, et mastiche à cœna dormituris dantur. Quidam linteolum thure, xyloaloe suffiunt, & imponunt, interea stomachum & intestina corroboramus remedijs antedictis: sed diacodiõ si in ore retineatur calidos rheumatismos inhihet, frigidus uero thus & spica, iuuat infusiones in aluum. Inter cibaria prodest pisanã, ac panis cum iure pulli gallinacii non pinguis. In calida materia omnia acria & acuta cauenda sunt, qualis est raphanus, sinapi, piper et similia, ut cepe, porrum utrunq; si frigida uero pisces, legumina & similia. Qui mane uomitu non purgantur, Galeni Hieram assumant: & in calida materia id cataplasma imponitur, rosa, acacia, sandali scobe, cortice papaueris, cum aqua rosacea, strychni, et portulacæ. Gargarismate iuuat coriandri aqua cum mali punici succo: sed quibusdam sanguinis missione opus est, ac uentris detectione. In acuta ac biliosa materia syrupus papauerinus utilis est. Inter odoramenta, sandalum, rosa, uiola, myrtus, camphora, & ijs similia, iuuat acetum naribus subditum in quo lapis feruens iniectus sit, ita uapore raptò temperatur cerebri distemperantia. At ubi phlegma in causa est, sternutamentis opus est, ac gargarisationibus cum mulla, in qua carpesion, cardamomum, zingiber, piper longum, sinapi, admixta sint, thus quoq; cum aqua pluuia & potum, & gargarisatum, styptica quoq; nec uentri imponenda sunt, nisi sedato rheumatismo.

Utilia in biliosa materia.

Infantium affectus.

Dysenteria iecoraria.

De uentris fluxu ex oris uitijs & dentium origine, Cap. XVI.

EX tetris oris ulceribus de quibus diximus, dentiumq; origine, cum prodeunt cæcæ nini appellati, scetis gingiuis, corrumpitur cibus, aut non digeritur, tum superabundans pituita ad stomachum & intestina fluit, unde lubrica membra fiunt, quæ retinere nequeunt, aut ad expellendum irritantur, quod & acumine humoris, uel falsilagine euenire solet. Tum enim uigiliæ infantes uexant, & uermes interaneorum torquent, & cætera uentris fusi mala quiescere nõ patiuntur. Sed quia de stomachico iam dictum est, nunc ordine ipso ad iecorarium omnium difficillimum transeamus.

De iecorario fluxu omnium difficillimo, Cap. XVII.

Galenus quinto interiorum, perpaucos, inquit, nouisse, qui iecorarium fluxum, ac causas nouerint, unde plurimi interiere: nonnunquam enim ex humore acuto oritur, qui ad intestina delapsus ulcerat ea, et dysenteria auxilijs quotidie illatis multi perire, iecoris nullam prorsus rationem considerantibus medicis. Nam sine febre sæpentero oritur id malum, deinde corrupto sanguine à febricula corripuntur, quam quidam medicina expertes contemunt. Quidam iecorariam dysenteriam uocauerunt: quæ initio difficulter curatur, uel in iuuentute, inueteratus fluxus, & in senibus ferè nunquam sanatur. Iecur igitur ex uarijs affectibus, de quibus magna ex parte suo denarrauimus loco, uentris solutiones facere consuevit, & in summa ad duo principalia genera causarum redigi possunt, hoc est uirium imbecillitatem, & potentiarum nimiam fortitudinem, mala nanque habitudo, ulcera, uulnera, retinendi, digerendi, ac attrahendi uires ad primam causam reducuntur: oppilationum uero apertio, apostematis diruptio,

super.

superfluitatum expulsio, humorum plenitudo, ad uirium fortitudinem constituuntur. Licet & singulares causas assignare in iecoris fluxu, qui cum abscessus dirumpitur contingit, per uenas enim mesentericas ad intestina saniosum pus defertur, uel si forte oppilationes apertæ fuerint, si iecur sanguine turgidum fuerit, uel eius mesentericæ uenæ, uel si in iecore percusso collisæ fuerint, aut erosa ex acuta saliaq; materia, uel si membrum ipsum exulceratum fuerit, in causa est uniuersum sanguine morbidum corpus, ommissis prioribus exercitationibus uel laboribus, aut frequenti crapula, nimioq; pasci recentis usu, qui oppilationem accelerat. Visum est & amputato membro fluxiones sanguinis euenisse, si hæmorrhides, si menses mulierum suppressi fuerint, præter hæc uis attrahendi, retinendi, digerendiq; aut quæ distinguit si infirmæ fuerint, id genus profluuij efficere solent, sed nimia expultricis uehementia, ex mordacitate materia fluxiones facit. Peccant & exteriora membra cum alimentum à iocinore non recipiunt, nam & habitudo supra modum calidior liquefcere humores, & membra facit. Contra frigida habitudo inertes efficit iecoris uires. Ex mesentericis quoque uenis profluet alius si supra purauerint, alioquin ex iecoris salute pendet, & eo affectu semper ægrescunt. Si enim manus (ut exemplo Galeni utar) uitio cerebri aut medullæ spinæ afficitur, nõ manibus medicamina, sed cerebro imposta medentur: nam uenæ illæ instrumenta iecoris sunt: & sicuti stomachi actio est alimentum ipsum digerere, ita iecoris est succum proprium in sanguinem cõuertere: & sicuti stomachi est, nisi cõfecto cibo nihil extrudere, sic iecoris est nihil nisi cõfectu succu expellere, intepeltiue tamē ab utrisq; sepe euenit, si humoris mordacitate sustinere nequeant. Ex ijs affectibus uariæ sunt iocinoris fluxiones, biliosus alius chylosus est, alius aquosus, alter carnis recentis, rubens lotura, alter flauus biliosus dictus, fluxus sanguineus, uirulentus uel mali odoris. At sanguis quoque purus sepe profluit, atq; ater, uel tenuis substantiæ, aut crassa, melancholicus item, ac feci uini similis, sed & ipsa denique in longo morbo iecoris carnosã materia demittitur. De quibus in affectibus iecoris satis superq; diximus.

Mesentericæ affe-
fectus.

Iecoris officia.

Fluxionis iecoris uariæ.

Notæ fluxus iecorarij, Cap. XVIII.

Inter omnes uentris fluxus iecorarius cum supprimitur grauiora sequuntur symptomata: tum nec corpus alitur. Ex membri imbecillitate magis noctu quam interdiu excernitur, cui facilius subuenitur. Ex iecoris nimia frigiditate humor locuræ carnis similis effluit: quia materia cum chylo in aluum impetuose fertur, qui colatura ab aqua nõ separatur ex nimia infirmitate uirium, & morbi initio constat cibi desiderij, qui in fine tandem languet: & sanguinem subinde conglobatum uariant cum substantia colores. Nam & sine ullo dolore semper fluit supra modum, nec numerus nec quantitas per singulos dies eadem apparet, cum quadam interdum excrementorum portione: sed periodicos circuitus habet. Cum partes iecoris & præcordia, dolor, ac grauitas sentitur, sitis præterea non accenditur, sed tandem febris oritur, cum cibi tædio, mox sanguineus diluto dolore paulatim sequitur deinde feci similis, qui nec multum odore horridus est, uires dentium exhauriuntur, ac hydrops perniciosus sequitur. At ex habitudine calida, similis carnis recentis lotura apparet: deinde à bile flatus exit humor, post uirulentus, ab eo ueluti uirifex: postremo sanguis exustus demittitur. At fluxus iecorarius ex humoris superabundantia turgidoq; corpore, ex antecedente crapula, aut frequenti tremulencia dignoscitur, sanguis tum profluit purus, abundanter, ac subito, atque sine ullo uentris dolore, periodicè tamen redire solet: ac per certa interualla repetit: nam neq; corpus infirmum facit, nec diu perseuerat. Ex sanguinis uero exundantia contingit cum menses, aut hæmorrhoides importuna substerint, aut si membrum amputatum fuerit: sitq; post ingentes exercitationes, longa intercesserint ocia. Interuenit & cum uena scinditur, omnia hæc ex uehementi potentia eueniunt. At fluxus succosus uel chylosus dictus ex oppilatione uel attractrice infirma contingit, aut ab apostemate, mesentericisq; uenis, tum materia liquida est succosa tota, æqualis, quandoquidem stomachus parum digerit, ac iecur in coquendo partem elaborasse cernitur, unde loturæ antedictæ similis erumpit. Ex eo fluxu membra macie cõficiuntur: sed cū protinus loturæ similis exit, ex imbecillitate alterantis uirtutis prouenit, aut segregantis uel retinentis cõtingit: hic

Ex sanguinis
abundantia iecoris fluxus.

G 4 mox

Fluxus graueolentis causa.

mox sanguineus, ac turbulentus efficitur, biliosus ipse superfluente humore innascitur, expultrice ui concitata. At graueolentis fluxus materia ex iecoris imbecillitate ortum habet, aut diutina mora: aut ex uenarum nimia caliditate, tamen membra non attrahit, propterea crassum redditur, unde feci similis emittitur graueolens, ut in febris pestilenti: eiusdem quoque coloris ex apostemate fluit, uel referatis oppilationibus, aut membro eroso, uel sanguinis aduisione, aut putrido ulcere, id namque profluuium protinus euenit. Nam a natura fortis foras excluditur, citiusque extenuantur membra, sitis supra modum accenditur, & febris interdum agrum excruciat. Tum urina purpurea demittitur, nullum cibi adest desiderium, sed hic demum fluxus in atrum sanguinem uertitur. Ex iecoris apostemate de propinquo imminente ulcere, febris adest, uirus primum tenue deinde pus crassius exit, & sanguis feci similis, ater squalidus prorumpit, & si in cauo iecoris fuerit, letifer fluxus indicatur. Facto uero ulcere, iecur dolet, uerum ulceris causa quibus fieri solet, antecedunt. At cum frustra denique carnis iecoris emittuntur, nigra ac crassa cernuntur, adest uirium deliquium, unde aeger moritur. At fluxus synecteticus, uirulentus est & aquosus, ex adipe iuuenis albescit, ex fene luridus aut croceus, de mum adipis frustra excernuntur, ex carne rubens est sine pingui exinde aut feces colore accedit. Ab ipsa uero oppilatione, membra extenuantur sublato alimento, ex inflammatione corporis cum febricula, sed uarios emittit colores, qui precipue damnantur, alioquin tenuis est, ac chylosus.

Quibus notis uentris fluxus inter se differant, Cap. XIX.

Dysenteria fluxus iecorarij discrimen.

Inter iecorarium fluxum & dysenteriam primum distinguit. Nam in iecorario (ut dictum est) fluxu nullus dolor adest in uentre. Ac per certa diuina aut trium dierum interualla mouetur, deinde sauior inuadit: ac quodam impetu finit, feci uini similis, tenuis substantia, & cum plurimum stercus antecedit aut omnino sequitur. At intestinorum dysenteria perpetuo fere interanea abraduntur, uel punguntur, uel mordentur, aut ueluti terebra perforantur, & frequens adest infedendi desiderium, quandoquidem mordax materia semper exulcerat, & intestina ad expellendum costimulat. & stercus cum ea uirulentia, ac ramentis suis permiscetur, unde dolor fluxusque paulatim inerescit, nec manifesta interualla possidet. Inter iecorarium uero & stomachicum fluxum hoc interest, quod in iecorario aliquantisper cibus conficitur, & in excrementis cernitur, in hoc nulla ferme concoctio apparet, nec stomachus sine offensione existit, graue enim est quod retinetur, nec ordinem nec periodos habet, sed pro aegroti temperantia fluit: & sauius in die quam in nocte insidere cogitur. Verum si digerendi uis coctura aliquam in cibo fecerit, non sine digestionem alius profluat, alioquin ex toto indigestus excernitur, non sine stomachi grauitate atque molestia. Nam & si retinendi uis pariter infirma fuerit, protinus cibus in aluum delabitur. Ex remedijs quoque, aut ijs quae stomacho nocent, potentiarum uires dignoscimus, nam uis attrahendi calidis & siccis refectur, retentrix quoque exiccantibus, ac parumper refrigerantibus excitatur. Expultrici humida ac frigida auxiliantur: digerendi uero potentia exiccantibus & calefacientibus confortatur. At profluuium ex mesentericis uenis nullum asciscit imbecillitatis iecoris signum urinae indicio, nam & quod excernitur, minus sanguineum apparet: nec facies colorem amittit. Si earundem uenarum digerendi attrahendique uires infirmae sunt, fluor ipse albus purusque est, aut sicut lotura carnis: ex oppilatione uero & abscessu quo egeritur primum tenue cernitur, deinde citrinum, mox ueluti fames, deinde sanguineum, sed loci dolentis indicium aderit sub praecordijs dextris si iecoris uisum affuerit, alioquin dolor circa umbilicum & in medio uentre insidere solet. Ex uniuerso uero corpore ijs notis distinguitur, quando aliquod membrum aliquo casu sublatum fuerit, aut si uehementes & solitas exercitationes omiserit, aut si uenter per se diu substitent, aut si in totum corpus uniuersalis oppilatio irrepserit, unde macies sine ulla alia ratione orta uideatur. & corporis color mutatus sit. Ex febre interdum humore corrupto, uel ex sanguinis abundantia, ut si ex longa diuturnaque fame rerum copia abundauerit, ex uino tenui salicario, ad Rheticum uel Creticum uel quoquo modo dulce usum uerterit: nam & ex ueneno aliquo, sine iecoris principali affectu sanguinis fluxus oriri potest.

Hepatici

Hepatici fluxus curationes, Cap. XX.

Cognoscitur, inter ceteras affectiones ex humore acuto fieri etiamnum compertum est, unde plerique intestinorum dysenteriam arbitrati sunt, quoniam interanea quoque exulcerata uisa sunt, saepe enim is morbus sine febre oriri uidetur. Ex attractrice igitur infirma, ex qua succosus humor effluit, excalefacientibus ac aperientibus remedijs uitimur, quale id quod diacalaminthum uocamus, ac diapipeon, si ante cibum datur selquidrachmae pondere, ac subinde merum leuiter hauriatur. Nam excalefacientia attractricem potentiam iuuant. Nam & hypochondria dextra manu puerili, oleo chamomelino, ac uino tenui albo admixto contricanda sunt, ac cucurbitulas subinde sine scalpello imponimus, ac uicissim emplastra calefacientia eiusdem diacalamintha potentia, & per interualla oleum anethinum, aut nardinum illinitur. Interea uictus ex tenuissima materia quaerendus est, qui facile concoquibilis sit, ac sine mora penetret: propterea crassa substantiae cibus damnatur, uiscosus, sicuti amyli, stypticarumque naturae, eo modo & portiones uitandae sunt, sed ea omnia cinnamomo, cardamomo, galanga, ac saccharo albo condiuntur utiliter: & uinum quoque tenue, album, odoratum iuuat, cuius tamen si frangere uires licet, aqua pluuia id recte praestat. At ex oppilatione fluxus hepaticus uel mesentericarum uenarum aut portae iecoris stypticis supra modum offenditur, sed aperientibus tamen aeger, plurimi enim medicorum, altringentibus cibus, ac potionibus cataplasmatibusque decepti. Aperientia namque pro materiae obstructantis qualitate, aut frigida, aut calida deligimus: panis propterea triticeus, aut similagineus damnatur, uerum qui plebeius est laudatur, ex tota materia secundaria farina admixta, bene fermento nutritus, ac sale conditus uel secundarius ipse panis, cum aniso, aut foeniculi semine, panis quoque ex alica siue zea mire iuuat, inter obsonia, auicula, pullus gallinaceus, haedus, phasianus, perdix, turdus, merula, alauda, columbaei pulli syluestres, & his similia: piscesque saxatiles alii & cum garyophyllo trito conspersi: ouum sorbile, ius ciceris atrii, cum radice petroselinii, aut foeniculi uel ius brassicae per se, pistacia praeterea iuuant commanducata uel cum saccharo puro condita, carya item, ac passula inter omnia laudatissima: nam & nostrates passae abiectionis nucleis, commendantur: inter gulae oblectamenta laudatur asparagus, apium, foeniculum, lupulus, ac rhanus, fenetiones, petroselinum: cum crassi, ac frigidi humores oppilant. Contra seris utraque cichorium, sonchos, & ijs similia oppilante calida materia auxiliantur uel aromate leuiter consperso. Sed in cibus modus seruandus est, nam paulatim, ac frequenter offerendum est: multo enim cibo pori obstruuntur, uinum laudatur tenue, clarum, uetulum, non sine uiribus, quas si temperare uolumus, aqua ferrosa mire conuenit: ceterasque curationes, ubi de hydrope dictum est, inuenies. Verum plantaginis semen, succus, ac aqua, totam quandoque curationem implent. Ex antidotis ante cibum theriaca datur efficacissime trium obolorum pondere, nam meatus aperit, ac crassos humores dissoluit: si uetustior est, a concoctione frictiones totius corporis iuuant, ac quotidiana balnea, in quibus dum lauatur aegri, eadem ante dicta medicamenta hausta profunt: ab his discedendum est, cum membra rubescere incipiunt, mox in lecto conuiescendum est. At maturinis horis ex ijs syrupus conficitur utilissimus, habet succi seris satia, ac foeniculi ana ʒ. ʒ. apij, lupuli ana ʒ. ʒ. passulae Patrensis ʒ. ʒ. eupatorij M. ʒ. rheum pontici ʒ. ʒ. ea una feruesiant, & percolato succo addatur sacchari, syrapi acerosi ana ʒ. ʒ. ex ea potione ʒ. binx datur ex aqua pluuia. Sed materiam praeterea uehementioribus infusionibus, ac uomitionibus, ac frictionibus auertimus, coactis libis, ac cruribus brachijsque. At si ex membri in digerendo imbecillitate profluuium contigerit, ita ut aquosus humor, loturae carnis similis cum sanguine fluat, tum concoctionem ualidiorem reddimus, medicamentis in quibus aliquid altringentis materiae commiscemus, nam styptica per se inimica sunt, sed & quae urinam ciunt danda sunt, ac extrema confricanda, ut ijs modis aquositas absumatur. Interea id medicamentum efficacissimum est, singulis diebus mane, ac uespera drachmarum duum pondere, cum mero datur, nam iecur mirè fouet, excalefacit enim commodissime, constat ex croci, myrrhae, spicae, castorei, corticis exterioris pistaciorum ana drach. ʒ. ʒ. schoenoanthi ʒ. ʒ. ameos, anisi, seminis apij ana

Fluxus ex attractrice infirma.

Victus ratio.

Profluuium hepaticum ex oppilatione.

Qua nam ratio ne materia auertatur.

Profluuij ex ca-
lida corporis co-
stitione reme-
dia.

pij ana ʒ. i. s. dauci, cymini, in uino puro macerati per diē & noctem, deinde modicē tor-
refacti, toliorum lauri ana ʒ. 2. acori tosti, una, nucleorum mali punici, tribus, asari dua-
bus, tunā & cribrata seruat̄ ad usus: foris iecur ipsum absinthio & spica fouebis iun-
co quadrato, mastiche, thuris cortice, cum uino rhetico aut cretico, impositis. At si uitū
ex habitudine calida fuerit, tum id imponitur efficaciter emplastrum, habet rosā ruben-
tis, sandali farinæ rubri, cyperi, iunci quadrati ana ʒ. i. cum aqua myrti composito, uel
cum uix acerbæ succo, aut pampinorum uitis: tum & diarhodon abbatis prodest, cum
trisandalina compositione. At cum retentrix infirma est, tum styptica aromata maxi-
me conueniunt, quæ siue calida siue frigida fuerint pro causæ qualitate, deligēda sunt.
In causa igitur calida rhodosaccharum efficaciter cōfert, uetus præsertim per se uel cum
trisandalo, uel diacodio, syrupus rosaceus, uel cum aqua pluuia, uel cum uino mali pu-
nici uel succo cydoniorum. Sed & ea potio mirē iuuat, continet sandalorum alborum,
ac citrinorum, myrti baccarum, rhusis, calami aromatici, mastichis, balaustrorum, aca-
ciæ, ana pares portiones, in aqua pluuia ferret̄, in qua chalybis frusta extincta fuerint,
in eo decocto percolato adde puri sacchari quantum opus sit & syrupum conficito, ex
eo binæ uncie dantur cum rosacea uel plantaginis aqua. Iecori uero imponitur diaphoe-
nicon emplastrum frigidum, aut id quod ex ijs constat, continet rosarum aridarum, san-
dali ruffi ac citrini, acaciæ, rhusis, iunci quadrati ana ʒ. 3. farinæ hordeacæ ʒ. 3. spodij ʒ.
i. s. cum aqua rosacea uel plantaginis, aut menthæ. Sed & epithema iuuat ex portula-
cæ succo, plantaginis, polygonij, clauicularumq; uitis, in quibus sandali farina, rosa, iun-
cusq; quadratus imponitur, intus pannus lincus præcordijs imponitur. At si cum ma-
teria calida fuerit, præparanda prius est, deinde extrahenda, id præstat rheumponticum,
ac balani citrini infusione facta per noctem, sed quidam torrefactis utuntur. Si uero ma-
la complexio fuerit frigida sine materia, id medicamentum ualeat, quod habet iunci qua-
drati, nardi, schænoanthi, cyperi, mastichis ana ʒ. i. machir, garyophyllorum, croci ana ʒ.
s. succi menthæ, mellisophylli ana ʒ. i. sacchari rosati uel syrapi, quantum opus sit mane
ternæ drachmæ cum uino nigro dantur: & iocinori id epithema utiliter imponitur, ab-
sinthium, mentha, mastiche, cyperus, iuncus quadratus, thuris manna, cum linodesmo,
quod grongon uocant uulgo, si unā in uino austero decoquantur: uerum si quod pro-
fluuiū, aquæ simile albæ, medicamentum dialibanon uocitatum datur, sine opio, aut dia-
calamenthū, ceteriq; pastilli astringentes & calefacientes. Cum uero ex iocinoris infir-
mitate contigerit, neque à causa calida id fieri animaduertimus, potio ea maxime proba-
tur, imponuntur rosarum rub. sandali albi & ruffi, uix passæ cum nucleis contusæ ana ʒ.
i. eupatorij, menthæ, mellisophylli, absinthij, cinnamomi, schænoanthi, cyperi, grongi,
glycyrrhizæ ana ʒ. 3. spicæ, lacæ ana ʒ. i. in aqua menthæ, mellisophylli, ac seris satiuæ,
decocto succo & percolato. Adde syrapi ex corticis citrei mali ʒ. 8. de mentha 6. rosatæ
4. uini odorati 6. feruefiant donec uinum absumat̄, mane summo dantur ʒ. binæ cum
uino odorato, uel cum decocto uix nostratis, non abiectis nucleis: annumerant̄ & re-
media sicuti trochisci plurimum astringentes, qui cum materia acuta fuerit & subtilis,
tum commodissimē dantur: uel cum causa fluxus emota fuerit, nec tamē profluuiū ces-
sante. At in materia mixta omni cura laborandum est, ut materia digeratur, quod ea po-
tio id præstat si mane propinatur. imponitur aqua rosacea, plantaginis, & seris omnium
ʒ. 6. sceniculi ʒ. i. in quibus infunduntur diu noctuq; xyloaloes, cinnamomi ana ʒ. i. croci
dimidia, & leuiter omnia feruefiant & colentur, adde sacchari libram, & syrupum con-
ficito, cuius ʒ. i. s. datur mane, ac uespera, cum aqua pluuia tepente. Demum comoda
deiectio fiat hoc modo: Rheumponticū leuiter tosti ʒ. balanorum citrinorū, kebulorumq;
ana ʒ. 2. in aquæ rosacæ ʒ. 6. macerentur, uel subferuefiant, & colentur: id decoctum ma-
ne summo dabis ægro: alij dulcia imponunt, sicuti saccharū rosatū uetustū, sequētib;
diebus in mane damus aliam potionē. Aquæ plantaginis lb. rosacæ dimidiā, in ijs semē
plantaginis & myrti baccas, mentham, iuncum quadratū per diem infundimus, & per-
colamus & saccharū purissimū addimus ʒ. pon. eam potionem ante cibum damus pro-
pinandam. At cum sanguis effluit purulētus ex iecoris uitio aut imbecillitate non pro-
tinus cohibēdus est, sed uictū idoneo utendū est, ac ab astringentib; abstinentū. Si uero
ueluti

Frigida habitu-
dine profluui-
o que meatur.

Ex epatis infir-
mitate fluxio.

ueluti ater sanguis demittitur feculentus dictus, ea potio subuenit, habet uini austeri, cla-
ri, boni odoris, succi mali cydonij ana ʒ. 6. cum sacchari libra, unā feruefiant, & postremo
cum machir & cinnamomo, aromatizetur, cum pluuia aqua datur, iuuant cortices
mali citrei conditi cum saccharo duum horarum intervallo ante cibum datur, dari de-
bet & pastillus qui hoc modo fit: xyloaloes, nardi, rosarum, cinnamomi, mali punici gra-
norum ana ʒ. 4. lacæ, rheumpontici, garyophyllorum ana ʒ. i. cum aqua rosacea digeran-
tur in pastillos, cum uino austero ʒ. datur uel sesquidrachma. At si feculentus idem san-
guinis iocinoris adustione euenit, contrariæ curationes subueniunt, nam quæ membrū
extrinsecus refrigerant sæpius in die imponenda sunt, ac in potu mane aqua niuis icur-
nis dāda est, ac syrupus papauerinus frequenter offerendus est, tum & membra extre-
ma cōfricāda sunt uehementius, ac arctius deligēda, ut sanguis ad extrema auertatur. Ve-
rum si à frigido id uitū euenit, tū iecur ac lien calidiusculis aperit̄, fouendus est. In
omni tamē iecoris fluxu panis triticeus, aut similagineus obest, nam primū grauit̄ cō-
coquitur, ac uias oppilat: sed prisana hordeacea bis ter uē in die dari debet: alij succū car-
nis asæ offerūt, ac ouū sorbibile, iusq; gallinacū pingue, si febris nō est. Fluxum uero san-
guinis puri sanat millefoliū, & quā tarantolā uulgo uocat. Præcipuo remedio pueris &
adolecentibus ouū sorbibile lacte muliebri quotidie datum fluxum sanat iecorarium.

De fluxu splenetico, & notis, Cap. XXI.

Spleneticæ fluxiones iecinoris uitio sæpe oriuntur, cum atra bile plurimum abūdat,
Saut ipsius lienis imbecillitate, aut præclusis membri meatibus, quod & abscessū eue-
nit: interuenit & os stomachi melancholiam recipiens, uel uehemens expulsiua uirtus
lienis, aut attrahendī infirmitas. Is fluxus proprijs notis à cæteris distinguitur, nam ma-
teria pauca minusq; atra est quā feculenta epatica, minus graue olet, sed grauius do-
let. At cum nulla odoris grauitate, maiorē affert spem, & si ex atro colore uiridis sit ma-
teria, ac deinde crocea salutem denunciat.

Puriorē panem
obesse in omni
fluxione iecoris

Splenetici pro-
fluuij causa.

Curationes, Cap. XXII.

SI fluxus causa fuerit oppilatio, ne ex iecore melancholia multa oriatur procurādum
est, meatusq; aperiendi sunt, ac uis attrahendī iuuanda est. At si nimia uehementiq;
adesset attractio atrī humoris ad lienem uis ea cohibēda est ac stomachus ne materiam
recipiat confortandus: interea quæ atram bilem generant cauenda sunt, ac materia dige-
renda est ac repurganda, interdum & quæ aperiunt damus. Huic uitio nihil æque pro-
picium est radice barbara, quam ponticam uocamus, & xyloaloes ex myrti succo, diafe-
na quoque medicamentum plurimum iuuat: mane diamuschum dulce datur. Vena
quoque lienaria si opus est commodissime inciditur, aut cucurbitula apte imponitur
membro si ægre at̄ ahit. Et id compositum mirifice prodest, nam & lienem firmat, ac
poros aperit, in quo hæc sunt. Mali punici grana p. 10. ligni aloës ʒ. panacis feminis, ze-
doariæ, succini præparati, seminis rutæ, omnium p. i. cum succo rutæ in orbiculos dige-
runtur, triū ʒ. p. unus ex mero datur. Aliter, thuris, cyperi, cupressi fructus, gallæ mixtu-
ræ odoratæ, omnium sesquidrachma, ex mero pariter datur.

De uentris fluxu à pura bile, Cap. XXIII.

CVm bilis plurimum attrahitur à iecore, ac nimis intempestiue ad intestina expelli-
tur, unde supra modum stimulat̄ intestinis profluuium oritur periculosum, uel si
negligentius biliosa materia in iecore derelicta in intestina depellitur: aut porū quo-
que sellei oppilatio si intercedit fluxum eundem uentris excitat: præclusis meatibus ad
stomachum, intestina, & iecur, unde coaceruata materia fellis, præcipiti potentia cursu
per intestinorum anfractus cholericum mouet fluxum, de quo statim dicemus: ubi de
fluxu in communi agemus.

De syncretico fluxu, id est, colliquatiō, Cap. XXIIII.

IS morbus hecticus, phthificus, & atrophis corporibus euenit, nā & in caufonide, fe-
lrib;q; pestilentū sæpe contingit: & morietibus ferē semper. At cum carniformes par-
tes colliquant, minus periculosum est: cum uero spermaticæ liquuntur, seuum augu-
rium faciunt. Huic malo refrigerantibus bene nutrientibus alimentis occurrimus,
& quæ facile digerantur, ac penetrent. Aër igitur temperatus, aut refrigerantis uis
eligitur

eligitur, cubiculo uersus orientem uergente, aut occasum, ubi sine animi perturbationibus esse debet, ubi quiescere & suaves somnos ducere oportet. In cibis refrigerantia, humectantiaque cum modice astringentibus admixta conueniunt: sic hœdina caro, aut pulli in cibo apta est, sed perdicis aut phasiani pulli efficacior est, & saxarilium piscium cum aceti aspergine: sic ouum forbile in aceto uel acore cum testa decoctum. Lactis quoque usus iuuat si cadete ferro aut chalybe inferbuerit: ex amylo præterea sorbitiones, aut ex pitifana profunt: aut similigineus panis bene coctus nec multo fermento odiosus sit: cui nonnulli gummi admiscunt arabicum, aut coriandri præparati semen, uel similia admiscunt. Portiones uero humectantes, ac leuiter refrigerantes astringentesque esse debent, pro calidi liquefacientis modo ne calor congenitus incaute extinguatur, qui pusillus est, ac tenuis. Interea balnea refrigerantia laudantur & humectantia, uel saltem in lectulo membra, rosacea aqua myrti rorida fiant. Cætera uero remedia ex proprijs inuenies affectibus.

De fluxu uentris, uitio cutis, ac aeris uaria qualitate, Cap. XXV.

Cum cutis, quæ antea rara fuerit, pori constipati fuerint, cum humoris copia unde aluus fluat: tum sanguinis missio, ac uentris deiectione necessaria est, exinde meatus aperiendi sunt frictionibus, ac balneis aperiendis & abstergentibus: in quibus & fricari membra leuiter opus est, sed uehementer inspissata cuti alperis linteis opus est, do nec cutis rubicunda fiat: id & in balneo fieri necesse est. At in fluxu qui nocturno præsertim frigore contigerit, cum humoris superabundantia, deiectione prius necessaria est: pori aperiendi sunt frictionibus, ac quotidianis balneis, & calido conclauis æger continendus est, membra pannis calidis foranda sunt, tum & calefacientibus cibis potionibusque recreandus est. Verum si aeris calida distemperantia fuerit uentris fluxus, refrigerantibus opus est, tum cibo tum potu, ac inspersionibus propterea cum papaueris semine, ac coriandro cibaria condienda sunt, & cutis rosacea, uel myrti aqua aspergenda est, & cætera obseruanda sunt quæ sudores immodicos cohibeant, & in plano conclauis continendus est æger. Demum stomachus & intestina remedijs confirmanda sunt.

Fluxionis ex caliditate aere.

De fluxus curatione in communi: & primum quæ nocent dicuntur, Cap. XXVI.

Qui uentris fluxu tentatur, nec aquilonibus, nec austris tutus est, sed salubritas temperato loco querenda est. Nam si austris, aut euronothi continuauerint, pluuiosum, nebulosumque cœlum fuerit profluuium in præceptis ibi: nam & ira, furor atque formidine magis periclitantur, sicuti cursu, ac quolibet nimio motu, equo uehi. aut rheda, uel cimba etiamnum læduntur. Cucurbitula in fœmoribus, ligature, frictionesque plurimum obsunt, uel à cibo maxime, mane sub die ambulare nudis pedibus uentrem turbat, balneum quoque si ex astringentibus fuerit: cutim enim condensat, & fumos, materiamque ad interiora regerit, stomachi, intestinorum dolores ac febres excitat. At cum confirmare membra, ac acutam materiam inspissare uolumus, tum halneum, encastimata, ac extremorum lauacra conueniunt, si styptica sunt: alij ea omnino damnae. re, quoniam uires prosternunt: in sanguineo præsertim fluxu uigilias plurimum obesse nemo dubitat: ac in dextrum latus continuus accubitus. At in cibis nocet acuta, salsa, amara, acetosa, uel pinguis, quod aut irritent expultricem, aut retentricem relaxant, sicuti & iurilæta omnia & ciborum acertatio, & à cibo comprimentia, nocet, qualia mala cydonia sunt, mespila, sorba, corna, ac similia si commanducantur, & cibus omnis qui facile corrumpitur, uel mali succi, quique difficulter concoquitur. Vinum in fluxu uentris damnauit Galenus, cæteri item auctores nisi uirium defectu dari debeat, tum stypticum offerimus ex aqua pluuia. Cætera uini genera qualia sunt cecuba, chia, cretica, aut Græca dicta, uel rhetica damnantur, humores enim præcipites facit uetus præsertim, ac album tenuè, obsequeniores medici cum cibo paulum dari suadent, affueris senibus, ac hyeme, uel in maximo desiderio, magisque si uires non sunt uel cum eadem pluuia.

Quæ membra roborat & quæ inspissant.

Vini nocentia in uentris fluxu.

Liquidiores præterea cibi damnantur, nimiusque potus. Ac uenus omnino uitanda est uirium omnium inimica: quæ cupidis tantum uires possidet.

De ijs

De ijs qua fluxui uentris conueniunt, Cap. XXVII.

Iuuat in primis superiorum membrorum ligaturæ uehementiores, quibus materia impetus ad superiora auertatur. Somnus plurimum iuuat, & omnes uires corporis auget, ac suspendit (sudore excepto) materias omnes quietat, & fluxum cohibet, præterquam initio morbi, cum ex alto materiam trahere conamur: tum enim ad interiora euocat materiam. Alioquin in sedendi frequentia firmat, ac uires custodit. Si somnus naturalis non est, anodinis querendus est tutioribus, nam ijs nimia illa uis sensibilis commodè sopitur: & expultrix concitata obtunditur, & retentiuâ confirmatur. Astipulatur huic opinioni diuus Hippocrates, qui motu corporis ellebori uires excitari tradit, somno uero inhibere docet. Nocere tamen diximus nimium somnum, si ex catarrho, id est, destillationibus uel hepatico fuerit fluxus. Iuuat molli pluma lectus, præterquam in caliditate multa, ac synectero paulo ante dicto fluxu, nam & nauigatio turbat uel in lectulo iactari, humores enim mouent. Ad fellas continue affurgere uires demit: tutius ægro est, substratis pannis profluuiâ excipere, atque extra cubiculum deiectionum graueolentiâ efferre, ac subinde nidore aliquo iucundo, ac grato ægrotis conclauis ipsum commendare, utile est. Cibaria grati saporis initio uix astringentis, ac in uigore morbi quæ magis styptica sunt, deliguntur, præterquam in eo fluxus genere qui oppilatione constat. Panis igitur ut à particularibus exordiar, similigineus esse debet, sine sale, uix fermentatus: nauiticus iuuat uel succis astringentibus madens. Pulce triticea ualet comanducata, uel hordeacea, uel ex milio panico, uel farre, alica uel oryza, prodest & lenticula in cibarijs, uel cocta primæ aquæ effusione. Quidam & tertio decoquunt, cui guttas aceti superfundunt. Plebi faba torrefacta sub cinere, uel aceto conspersa, laudantur sorbitiones ex oryza uel milio in qua semen papaueris albi tostis, coctum admiscatur aut lac bene coctum: sorbetur & amyllum, aut alica leuiter torrefacta. In uehementi proluuie admiscemus tragacanthum, aut ius ex quadrupedum pedibus. Inter omnes cibos nihil efficacius est montana auicula, & turdo, turture, ac fidecula, & alauda. Iuuant & cohortales pulli ex aqua pluuia, in qua etiam candens ferrum sapius extinctum sit. Syluestris quoque columbæ caro non damnatur. Inter quadrupedes syluestres domesticis præferuntur, sicuti lepores, & capreoli hœdus laudatioribus sunt: uituli quoque ac agni execti non spernantur: horum inter edulia pedes cum oryza torrefacta si decoquuntur, efficaciores sunt. Eo modo & uentres iuuant, si materia refrigeranda, ac inspissanda est, sicut ex carne uitulina gelu sine acetosa asperitate uel cum astringentibus sulli pedes, ac rostra porcina. Hœdinum quoque iecur cum aceti suaui modico, omnem fluxum uentris sistit: & sanguis item præparatus cibo: alij & caprinum laudant. Plinius ceruino sanguine sisti tradit, uel cornus cinere & iecur aprinum ex uino potum citra saleem, recens que uel assum, uel suillum, uel hircinum, decoctum in uini hemina ualere scribit: coagulum leporis in uino ciceris magnitudine, aut si febris sit: ex aqua, aliqui & gallam adijciunt. Medetur & sanguis, equini fimi cinis in aqua potus: taurini cornu ueteris ex aqua cinis: sanguis hircinus in carbone decoctus, corium caprinum cum suo pilo decoctum, succo epoto. Infantium aluus leporis coagulo illito ubere sistitur. Ius testudinum aluum tenet, cancri fluuiatiles triti ex aqua poti, ex uino uero soluunt, hæc Plinius. Qua præterea in aceto cocta indurata conueniunt, præterquam in hepatico fluxu, neque stomachico. Caseus recens sine sale assus, et uetus præparatus, ut diximus: lac decoctum candentibus in fluuio collectis: utilius si cum pulce oryzae uel hordei uel alicæ unâ decoquatur. Hippocrates ex ubere damnauit butyri uitio, nam in stomacho acerat, ac inflat: quoquo modo dari potest in fluxu ex cathartico, uel ueneno epoto, nam ulcera sanat. Lac acetosum dempto butyro laudatur. Ex fructibus laudantur, Plinio teste, mala punica uinosa dütaxat pauca, citra que, inquit, satietatem, et punicum in olla noua operculo indito in furno tostum & contritum potum que in uino, & stofculi citini floris, & pyrum syluestre concisum, achradem Columella uocat, decocto epoto cœnathæ, syluestria mala immatura: Mala cydonia, mespila, sorba, corna, mora rubi immatura, syluestris rosæ rubentes obelisci quoquo modo sumpti: palmula immatura, castanex, glandes: Cærafa acra, pruna immatura. Ex olenibus siferis satiuu (ut Plinius scribit) succus cum lacte caprino potus, cichorium,

Anodina.

Aluus infantium quibus sistatur.

H rium,

rium, ocymum, radix althææ in aqua decocta, & lapacij cum uino eiusdem que folia adie. To sale solunt, lini semen tostum & potum in iure. Ferula succus fabæ magnitudine sumptus, uel medulla: semen iunci tostum, & in aqua potum. Capita rosæ pota, de quibus nunc diximus, folia anchusæ duabus drachmis pota in mullô, conditille ex uino decocta. Callitrichon quoque, & scandix. Vinum quoque meracum quam asperinum, olestri cauliculi in cibo sumpti, syluestrium prunorû succus, & bacca, & succus acacia dicta. Fabæ græcæ bacca, cedri que fructus, cinis corticis pineæ potus, lentisci arboris semen, nam & cortex & lachryma iuuat, iuniperi bacca ex uino nigro, uiticis semen, hederæ flores altum citam emendant, trium digitorum carptu in uino austero bis in die poti. Cisthi utriusque flos ex eodem uino pari mensura, semen & radix rubi, cortex lyriseptri paliuri bacca, rubi radix ad tertias decocta, uel decoctû in uino austero, semen graminis, scordotis drachma recentis trita cum uino cocta & pota. Polemonia quoque, aizoi succus astragalî radix in uino pota, & ladani grana utraque, hypocythis quæ sub cytho nascitur arefacta in umbra ex uino austero sistit. Achilea, lagopus in uino pota, aut in febrî ex aqua, hyperici semen, radix ali in cineres cocta, semen smyrni, sistit infusa sinapis, & bitumen in uino potum. Posterior ætas inter olera acetosam laudauere, anagallidem, plantaginem, diplacon, uitium clauiculam, ac brassicam bis decoctam, aqua prima diffusa, saxum hædinum, & hyrcinum, & infusum, & inter palpamenta positum medetur. Inter pisces squamosi parui marini, uel fluuiatiles saxatiles cum uino austero cocti uel uix acerbæ succo, aut ex aceto, & fluuiatiles cancri cum ex bili effluat uenter. Asta omnia magis quam iurulenta laudantur condita cum semine styptico frigido, aut calido pro materis ratione. Quale est anisi semen, ac coriandrum, & myrti bacca, thus, mala punica, cum aranciorum succo, oxyacantho, tusculum quoque ex lacte amygdalino dulci, si pritis amygdalæ tostæ fuerint. si tamē iusculenta magis placent, ex aqua pluuia fieri possunt, & in qua chalybes candentes extinguantur, uel cum casco ueteri asso condimenta fiant, aut cibaria. Quibus insipida tædio sunt, sale tosto utuntur: initio morbi potiones ex aqua pluuia salubres fiunt, uel ferrosa cum rhodosaccharo uetere, deinde uino mali punici, uinum enim materias dissoluit, ac fluere facit. At cum necesse est uinum bibere austero iuuat, ex aqua pluuia uel ferrosa antedicta. Aqua frigida ulcera intestinorum sanat pota, nam stringit uentrem, & tepens soluit. Frigida frigido iocinori non conuenit. Verum bibendi abstinentia omnem fluxum sanat. Interdiu nihil bibere, aut parum debent: a cœna aquam bibere uentrem turbat, semel aut bis tamen assumere opus est. Cibi etiam frequentia nihil deterius. Cum fluxu interdum quotidiana retributa tenentur, quæ magnum interdum periculû inferunt, ea igitur educi necesse est.

Remedia communia aduersus uentris fluxum, Cap. XXVIII.

Initio fluxus cohibendus non est, nec nisi uires deficere incipiant, quandoque enim creticus & utilis erumpit: in hoc membra principalia leuiter astringentibus confirmanda sunt, ne impetu irruat: si uero ægre fluit, moderate excitandus est aqua calida cum amygdalino oleo. Nam & qui symptomaticus est, non protinus sistendus est, quandiu æger facile ferat, interea tamen, ut modo dictum est, membra concilianda sunt stypticis, nec effreni impetu profluat materia. Sic enim cōmode sistimus, retentricem contumantes, ac expultricem obtundentes: tum etiamnum materiam ad diuersa diuertimus, uel ad spissitudinem reducimus, uel torpescentem reddimus, quæ per accidens fluxum uentris inhibent. Postremo terrentibus occurrimus accidentibus, qualia tormina sunt, uigilix perpetuæ, animæ defectus, & intestinorum ulcera. Iuuant interdum quæ urinam citant, Galeno autore, & sudores euocant, cutim aperiendo, uel quæ uomitus leuiter excitant, aut aluum ducunt, quales balani citrini dicti, aut rhecoma, siue rheumponiticum quoquo modo sumptû, de quibus suo dicemus loco: ea enim post purgationem, aluum uel efficacissime astringunt, torrefacta præsertim. Frictiones quoque materiam auertunt, & cucurbitulæ uentri impostæ: ligaturæ cum fascijs aut infitis & fomenta plurima extremis partibus impostæ. Balnea item quæ sudorē mouent, impostis quæ poros aperiunt, qualia sunt chamomila, samucus, ocymum, absinthium, citrei mali folia, his uaporationibus ma-

Abstinentia à potu fluxiones sistere.

Leuiter mouentia.

Quæ in balneo poros aperiunt.

bus materia dissoluitur, ac uitulentus uapor extruditur. Quidam in balneo membra uel sic inflatis uerberant, donec rubescant, interea cōsidere super lateres supremo folio calcactos, aut porolis tosis, quibus & uenter utiliter excalefieri potest.

Quibus uenter calefiat.

Potiones aduersus uentris fluxum in communi, Cap. XXIX.

Quis stypticas potiones assumit (inquit Galenus) non perpurgato humore, profluuium magis incitant, nam eum importune suspendunt: cum autem sistere fluxum uolueris à simplicibus qualitate incipiendum est, mox ad mixturas si proficere ea non uidentur, transcundû est, sed ex simplicibus quæ astringunt, uniunt, retinent, & confirmant, sunt ea, rosæ & eius crocini flosculi, balaustra, terra lemnia, mastiche, xyloaloe, hypocythis succus, gummi arabicum, spodium, thus, coriandrum, semen plantaginis, semen portulacæ, myrtus & cyminum in aceto maceratum, thus, coagulum leporis, rubi, mora immatura, hyppuron, & similia de quibus paulo ante diximus. Ex his alia calida sunt, alia frigida, ladanium ad drachmas duas bibitur, hædi coagulum infantibus quartam drachmæ partem dari uolunt ex aqua frigida. Sed efficacissimum ætas nostra diuidit cauit cascum ueterem coctum donec salilago euanescat, torrefaciunt prius, postremo cum coctum fuerit, exiccant drachmæ pondere mire fluxum sistit. Laudatissimus est cortex medius siue interior castanæ, ueterem enim fluxum sanat. Glandis quoque interior cortex ualet. Semen quoque acetosæ per se uel cum alijs iuuat. Verbalcû item uel eius radix in uino pota, semen lactucæ, semen papaueris albi, & nigri, feris & cichorium, inter gemmas corallium, hæmatites, margaritæ, nasturtij semen tostum & potum cum lacte cocto, ut dictum est, uentri, subuenit drachmarum trium pondere, porri quoque semen tostum uel cum semine nasturtij, semen ocymi in aceto infusum, deinde tostum nux cupressi ex aqua rosacea. Peonix semen uel radix cum uino austero cocta & pota, succus quinquefolij uel arida folia ex stypticis pota. Carpesion item graminis radix uel seminis bibitur, succinum laudatur, xyloaloes, machir, & glans muscata eius, thus masculinæ, sandaracæ que in uetere fluxu: nardus Indica, & inter omnes medicinas mastiche laudatissima est cum mali cydonij præsertim succo, tragacanthum ex lacte dulci: & spodium torminalia sedat, & acacia cû draconis sanguine ita uulgo uocant, cû succino si datur, sanguinis fluxum sistit: hædi hyrci que seuum intestinorum exulcerationibus rosionibus, que medetur. Pysyllij lenticia medicamenti poti reliquias expellit. Plantaginis semen tostum ad exulcerationem facit, si materia calida est hypocythis, hippuris ex Galeno, pyra torminalia dicta, syluestria cynosbari bacca sicca, ex uino uel aqua pota, fluxum sistit semperuuii succus cû camphora, & succo aliquo astringente auxiliatur. Aqua ex quercino folio iuuat. Millefolium tritum ex uino potum. Filix ex Galeno fluxum omnem et dysenteriam sistit: & balani omnes species fluxui proprio conueniunt tosti, citrini, cholegmatico, & melancholico, in aqua rosacea, uel plantaginis per noctem macerari debent, mane lenta flamma calefiant, & manu exprimantur, percolatus succus demittendus est donec crassa materia sponte resideat, quod in summo est clarum datur ægris propinandum. Eodem modo & rheumponiticum auxiliatur. Inter omnia medicamenta id aptissimum est, quod ex pomis sit: uindemiæ tempore in grande uas conijciuntur pyra antedicta torminalia, atque mala syluestria, si ea non sunt reliqua uiridia, cotonea, forba, mespila, corna, rosarum syluestrium capitula rubentia, atque punica mala cum suis corticibus, sic ut hæc terriam uasis partem teneant, tum deinde id mullto implendum est, coquenda que omnia denique sunt, donec liquata in unitatem quandam coeant. Id gustu non insuaue est, leniter quæ sine ulla stomachi noxa uentrem tenet, duo aut tria coclearia uno die sumpsisse satis est. Alij uinum ex myrti baccis expressum decoctum que, ut decima pars remaneat, dedere cyathi mensura, aut malum punicum exacuant, exemptis omnibus granis, membranis que, quæ inter ea fuerunt, iterum conijciunt ouis crudis admixtis, quæ tundicula miscebant, atque super pruna decoctum assumebant. aliquibus tamen adiectis, maius momentum habet. Medicamenta uero quæ uentrem subducunt, & pariter sistunt: Id in primis laudatur, quod habet rheumponiticum tosti drachmam unam, balanorum corticis citrinorû & kebulorum, si torrentur, ana ʒ. i. s. tunsa in rosacea & plantaginis

Simplicia astringentia.

Sistentia & mouentia pariter.

ginis aqua 8. horis macerentur, & percolatus succus bibatur, bilem enim leuiter ducit. Ab hoc medicamento alias potiones damus saluberrimas: inter ceteras ea laudatissima est. habet rhodofacchari uetusti quantum uis, & id cum mepillorum succo, aut cydonij mali non bene maturi, aut forbi immaturi dissoluito, deinde seruefacito, & colati succi uncias binas dabis ieiunis, cum sanguinis draconis drachma. Alia potio in uetusto fluxu, ex crassis humoribus ac uiscosis, cum intestinorum imbecillitate. Continet balanorum, emblicorum, kebulorum, indorum, belliricorum ana ʒ. i. s. nardi, schænoanthi, cyperi, zingiberis, piperis, ami, thuris ana drachmam unam, ferri scorix in aceto infusa, deinde tostæ drachmas septem, cum kebuli cōdimento conficito ex ea mixtura. ʒ. 2. mane datur ante cibum duabus horis. Mixtura quæ fluxui bilioso ueteri uetusto medetur, & uomitum pariter sistit, imponuntur, nucis cupressi, xyloaloes, baccarum tamaricis ana ʒ. 4. mastichis, lacca, cinnamomi ana ʒ. 2. cum aqua menthæ confice trochiscos, quos dabis cum fructus cupressi decocto in potu. Alia potio utilis & comprobata à nobis, uel in pueris maxime, habet garyophyllorum, mastichis ana drachmam unam, rosacea ʒ. 6. in duplici uase decoquiro, pueris ligulam dabis bibendam.

Pastilli ad omnem uentris fluxum, Cap. XXX.

Contra fluxum ex uehementiore cathartico.

TRochiscus uel cum febre utilis, habet thuris, sanguinis draconis ana ʒ. 2. s. terræ armeniæ ʒ. 5. balaustiorum ʒ. s. cinnamomi, nardi, succini, mastichis ana ʒ. 1. & si cum multa aqua efflueret, adde aluminis ʒ. 1. s. cum succo portulacæ uel plantaginis conficito pastillos. Alius pastillus uel in fluxu uentris ex uiolentiâ cathartici, imponitur nardi, xyloaloes gummosi, galliæ mulcatæ, cyperi, iunci quadrati ana ʒ. 2. cymini in aceto infusi, et deinde tosti ʒ. 3. seminis porri tosti ʒ. 1. s. balani emblici in succo mali cydonij macerati, et tosti ʒ. 2. s. seminis nasturtij tosti ʒ. 7. passulæ ʒ. 3. baccarum myrti bene tunsi, balaustiorum, cōchularum cineris, thuris, fructus tamaricis ana ʒ. 2. s. ami ʒ. 3. bene tunsa & cribrata uino aultero odorato excipiuntur, deinde exiccantur, deinde uino mali cydonij subseruefiat, uel in myrti baccarum decocto, rursus exiccari permittimus, huius pulueris ʒ. cum syrupo cotoneorum datur bibenda, uel in fluxu ex frigida materia. Alter pastillus in calida materia perutilis, tenet myrti baccarum ʒ. 12. aridæ rosæ, spodiij, rhuissis, sandalorum tritum, florum balaustiorum, gummi arabici ana ʒ. 1. s. nucleorum mali punici acerbi tosti ʒ. 7. seminis acetosæ, plantaginis, & croci, rosarum seminis ana ʒ. 1. bene tunsa cum succo, uel aqua myrti excipiatur, & exiccantur, ex ijs ʒ. cum syrupo cydonij mali datur uel myrti aqua.

Potio salutaris ad omnem uentris fluxum, Cap. XXXI.

Conijciuntur balaustiorum, hippuris, omphacogallæ, seminis rosarum, seminis portulacæ, acetosæ, myrti baccarum, rhuissis, fructus tamaricis, nucleorum mali punici acerbi tosti, spodiij ana ʒ. 3. tunsa in plantaginis succo seruefiat, & aqua rosata pari portione ana ʒ. 1. donec medietas superfit, percolato succo adde syrupo myrtini, rhodofacchari ana ʒ. 6. leuiter rursus seruefacito, & percolato, ex ea potione ʒ. 1. dabis cum myrti aqua uel rosacea, aut plantaginis: addunt alij sandalorum farinam. Alia in phlegmatico fluxu imposito menthæ, absinthij, mellisophylli ana libras duas, in ijs chalybis frusta conijcitur seruefiat, deinde nucis cupressi, tamaricis que, ami, semen nasturtij, porri, cymini tosti, anisi que, cyperi, iunci quadrati ana partes æquales unâ seruefiant, donec dimidium superfit: colato decocto, addito facchari albisissimi quantum uelis, & syrupum conficito, aromatizabis, cum xyloaloe, nardo, ac machir, ex aqua pluuia datur uncia eius potionis singulis diebus uel uespera ante coenam.

Clysteres ac emplastra in fluxu uentris, Cap. XXXII.

Emplastra.

In aluum infunduntur astringentia, lenticulæ decoctum, mili, panici, oryzae que ac balaustiorum, uel hypocythidis, addimus rosas, papaueris capita, rubi mora, plantaginem, rhus, cupressi fructum, & similia. Prodest scænuigræci decoctum, cum oleo myrtino uel rosaceo, iuuant, si additur sinopis rubrica, uel terra lemnia uel similia. Emplastra uero pro morbi uel humoris qualitate styptica calefacientia, uel refrigerantia imponi possunt, eodem modo cataplasmata, epithemata, suffusiones, ac inunctiones, similis effectus, fieri possunt, sicuti balnea, & cum crura brachia que aqua perfunduntur. Rosaceo calido utiliter inungitur uenter, deinde mastichis, galla, ac rosa arida trita conspergitur. Id empla-

emplastrum mire iuuat, habet acaciæ, rhuissis, hypocythidis, galliæ mulcatæ, la dani, iunci quadrati, rosæ aridæ, & seminis ipsius crocini, sandali albi, ac ruffi, gallæ, mastichis, xyloaloes, spicæ, thuris, costi, machir, cyperi, absinthij ana ʒ. 2. bene trita rosaceo temperatur, uel aqua plantaginis, uel uino aultero, dein addito palmulas aridas 12. gummi arabici tosti ʒ. 10. succi mali cotonei ʒ. 4. lenta pruna decoquito, ad mellis crassitudinem, omnia in mortario cōtundito ad unitatem uiscosam, panno superimponitur uentri: alij xyloaloes nidore prius utuntur. Aliter, rosæ aridæ, & seminis croci eius, rhuissis, sandalorum alborum & rubrorum, spodiij, sanguinis draconis, succini, balaustiorum, gallæ, acaciæ, hypocythidis, galliæ mulcatæ, corticis radicis madragoræ, cytini mali granati ana ʒ. 3. camphoræ ʒ. 4. Aliter, corticis mali punici p. 2. mastichis p. 1. cum melle trita uentri imponuntur. Vinctus cum ex humore frigido fuerit malus, olei lentiscini, nardini, absinthij, succi menthæ ana ʒ. 2. ladani, ceræ ana ʒ. 2. succi cotonei ʒ. 1. garyophyllorum, machir, iunci quadrati, cyperi ana ʒ. s. ijs uenter inungitur. Aliter, ex calida materia, constat ex rosacei, myrtini, cydonij mali ana ʒ. 2. succi plantaginis, anagallidis, mali cydonij ana ʒ. 1. s. hypocythidis, acaciæ, gallæ, balaustiorum, hippuris ana ʒ. s. cum cera & galliæ mulcata fiat unguentum. Epithema quod uentri imponitur, absinthij aridi ʒ. 10. in uino aultero seruefacito bene, quo percolato pannus madens sæpe imponitur uentri calidus, dein eo polline conspergitur uentrem, myrto, rosæ, acaciæ, hypocythide, balaustio, galla, tunsa omnia imponuntur. Aliud in fluxu superabundantia, & uirium imbecillitate, miscentur gallæ, acaciæ, cyperi, menthæ, garyophyllatæ, fructus cupressi, thuris ana pares portiones cum uino aultero ueteri & cotonei succo. Aliter, cum febris adest, cōponuntur, rosæ, aridæ, sandalorum, rubricæ armeniæ, spodiij, gallæ, cum myrtino succo, uel aqua rosacea. Aliqui laudauere eandem rubricam cum aceto & aqua myrti temperatâ cruribus imponi. Experimento cognitum est eryngij radicis decocto, sed decoqui plurimum debere, atq; lotis sæpe cruribus fluxum uentris sisti, uel dysenteriam ipsam. Quidam uero in aceto acerrimo easdem radices decoctas, & pedum platis alligatas miro modo profuisse tradunt. Sed & theriacæ uires etiamnum in fluxu probantur, si modo ex abscessu non fuerit, uires enim iuuat uetus præferim, sed & cum uehementi febre non datur. Ex phlegmate nanque crasso & melancholico mirifice medetur. At recens theriaca ceteros uentris fluxus cholericos sistit, nam mordacitatem compescit humoris, ac torporem inducit.

Si cum fluxu febris adsit uel uisit, Ca. XXXIII.

At si febris fluxum sequitur, agitato intus spiritu & humoribus, unde abscessus sæpe eueniunt aut oppilationes, uel humores non reguntur, unde putrefiunt, & putrida sequitur febris, qua fluxus uel augetur, uel humores liquefiunt, nam fluxus & febris contrarijs indigent auxilijs: ille enim siccis, nec humidis sanatur. Sed in actiuis sæpe uariant causæ, ut quando fluxus ex frigida, febris ex calida prouenit materia. Vnde utrique causæ occurrendum est, sed ei quæ periculosior, principalius curam agimus, secunda non omnino neglecta. Verum si æquales causæ fuerint, à curatione fluxus initium sumendum est. At si febris permaneret ex oppilatione, aut humore non educto, eam (ut suo diximus loco) sanabimus. At si febris & biliosus pariter fluxus conueniunt, frigidiora proculdubio subueniunt: uerum si fluxus ex humore frigido fuerit, minus calida offeruntur, quæ alioquin fluxui cōuenirent. At si cum febre hecica flueret uenter, uel cum phthisi, trochisci ex spodio dicti medentur, uel qui ex camphora nomen habent, uel qui hoc modo componuntur, tragacanthi, gummi tosti, spodiij, rubricæ armeniæ, terræ lemnia, camphoræ, succi glycyrrhizæ pares portiones, cum myrti succo aut decocto formantur, ex cydonij mali succo dantur. At si ægro stomachus ardet cum ilibus, ac sitis accenditur, linæolus cum aqua rosacea sandalis, ac caphora efficaciter imponitur. In summa fluxui cum frigore calefacientia cum stypticis iuuant. Cum fluxu quoque incommoda tussis habetur, nam commotione sui, fluxus increfcit, & si quæ dulcia assumuntur, uentri nocent, propterea acetositas ac stypticitas damnatur. Remedia ob eam causam, ac cibi qualitas ex leuiter frigidis agglutinantibus, querenda est, sicuti hordeacea puls ex hordeo tosto, & ouorum lutea aqua cocta, uel indurata. Liquidæ tamen prohibitiones quæ cito in aluum defluunt, damnantur. Peculiaría tamen auxilia ad fluxum uen-

Theriaca.

Profluuij uentris cum hecica uel phthisi coniuua est auxilia.

H 3 tris cum

eris cum tufficula habentur, myrtus, mastiche, gummi arabicum, thus, semen psyllij tostum, spodium, castaneæ, auellaneæ que nuces, tostæ, amyllum cum papauere. Ex misturis ea laudatur: Baccarum myrti drach. 2. gummi arabici, tragacanthi tosti ana drachmam unam, amyli tosti, spodij ana 3. s. pulmonis uulpini aridi, mastichis, thuris ana 3. s. seminis papaueris tosti 3. i. s. penidiarum ex saccharo, rhodofacchari ueteris ana quantum opus sit, modus est drachmam. continuo enim linctu inuat. Vel ea, habet castanearum aridarum, siliquæ pinguis, spodij, myrti, seminis papaueris albi tosti, bene tunsa 3. pondere aridæ dantur, uel cum syrupo myrtino. Qui nimio syrupo utuntur, sicim magis accendunt, nam inflammant, quandoquidem in bilem facile couertuntur. Finito demum fluxu, ad balneum æger ducendus est, tum quæ stomachum iuuant, danda sunt, & uenter unctio nibus commodè illinitur.

De dysenteria eius causis.

Cap. XXXVIII.

Dysenteria generatio.

INter uentris fluxus exitiales, intestinorum tormina annumerantur, profluuij genus est intolerabile, *Dysenteria* græce uocatur, intus enim intestina exulcerantur, ex quibus cruor manat exiguus, unde inter communes morbos collocatur. Ex uirulenta materia oritur id malum ob tetros in corpore humores, ex flaua bili acuta, uel phlegmate falso, aut atra bili adusta, mordacitate. Ex malis interdum medicamentis epotis, adaman te contrito, lithargyro, aut colocynthide male contrita inter potiones. Et damnatis interdum cibis, aut ictu, quod raro contingit. Locinoris quandoque diro abscessu. Mordaces enim humores id omnino efficiunt, exulceratis enim interaneis uenulæ dirumpuntur, aut sanguinis acuti nimia copia, & à feruenti febre semper fit humore, qui uel per se, uel per comixtionem, aut corruptionem suam cõtingit, unde abrodit, mordet que quicquid contingit. Fieri quoque aliquando compertum est ex humore uisoso, qui cum uisceribus adhæret, uiolenter abscedit, &educta crusta, de cuticula membri secum trahit, hoc dictum sit, ne quid de causis deesse uideatur. Cum plurimum enim, Galeno teste, ex flaua bili, nõ naturali fieri animaduertimus, cæterum ex omnibus acutis humoribus, uel sanguine acuto cõtingit, ex membris præterea annexis, uel totius corporis uitio. Ex humorum uarietate exulcerandi interualla diuersa distinguuntur. Ex flaua bili quindecim diebus intestina exulcerationem uereri possunt: triginta ex phlegmate falso: ex atra uero bili quadraginta diebus inchoari exulcerationem profitentur. Sed temporum spacia perpetua nõ sunt. Cæteri humores pro sui mordacitate proprijs interuallis intestina erodunt. Ex humoribus itaque et membris à quibus dysenteria oritur, nomen habet, unde biliosa, & epatica dicitur, uel stomachica appellatur. Intestina itaque uel gracilia, aut pleniora uexantur, & eorundem aut magnam partem, aut exiguam occupat. Eadem quoque aut uix tentata sunt, aut nimium exulcerantur, aut medio afficiuntur modo. Quod si cum putrefactione cõtingit (ut Galenus tradit) ulcera serpentina innascuntur, quibus sæpe malum perdurat, cum intestina interdum perforantur. Dum hæc conscriberemus, ex patricia gente Venera Condalmario cuiusdam puero, sicuti uidimus ex intestino uentris abscessu cum febris acutissima, intestina perforata sunt, ut per umbilicum magnam excrementorum partem singulis diebus emitteret: miramur febrem omnino desisse, & puerum sano similem per domum ambulare. Tres quoque proprias dysenterie species constituere pro exulcerandi ratione: alteram cum quædam intestini supremi limositas educitur. Alteram cum superior membrana ab ulcere sublata ramentorum modo effunditur. Postremam cum ipsius membri substantia putridam demittunt. A tenesmo quoadque oriri tradit Paulus, aut ex uentris aliqua perturbatione. Per se item quandoque oritur, primum biliosa, ac uaria profluuit, mox cruenta, postremo rabe corrupta, qualis ex cadaueribus profluere solet. Ex atra bili inchoans dysenteria letifera adiu-

Diuersa exulcerandi interualla pro humorum qualitate.

Tres dysenterie species.

dicatur, cum exulceratione carcinomata indicatur, hæc Paulus. Sine excoriatione quæcunque materia remediabile malum est.

Signa

Signa ex dysenteria.

Cap. XXXV.

SI tormina antecedant, si supra umbilicum maximi sentiatur cruciatus, ac humor pariter sine stercore, sed cum quibusdam ramentis fluat cum sanguine, superiora intestina gracilia dicta exulcerantur, tum & ramenta minora sunt, ac dolores diuturniores, nec aliis protinus post cruciatus soluitur: profluuium carnis recentis loturæ simile, nõ sine graueolentia. At si inferiora intestina, pleniora dicta, ulcere uexantur, nota termè superioribus contrariæ sunt, dolor sub umbilico minor, ac minori spacio perseverans, & a cruciatus statim sellam petit impatiens: in ea ramenta intestinorum maiora cõspiciuntur, nec tam aquosus humor est, minoris que graueolentia, in ijs exulceratio si modica est, sanatur: si ingens, difficulter sanatur. Si uirus melancholicum est, carcinoma fatetur, uenter ex ijs causis inflammat, extrema frigore corripuntur, uenarum pulsus languidior redditur, ac ægrum tandem linquit animus: urina initio alba exulcerationem minatur. Ac sanguineus fluxus, qui ex repletione corporis euenit, uel ex calidiori inter uenas materia tum purus, ac cõcretus profilit sanguis cum intestinorum punctione, quod in hepatico (ut dictum est) non contingit. At si ex imo ulcere ac profundo emanauerit, minus purus est, sed maioribus tormentis excruciat ægrum. Rupto abscessu, putrida sequuntur ulcera, morbi uetustate, tum ingens profluuium irrumpit, ferè sine dolore, uirulentum grauiter olens. Ex flaua uero bili pura, alius præcedens crocea fuit, ac præsens urina eiusdem coloris est. Ex falso pariter humore, crasso ac uisoso, putridæ ac uireo, nota sunt, si cum uento, ac murmure alius est, mucosa, alba ac lenta, si que ij colores fluxum antecesserint. Ac in quibus uentris partibus ij humores fuerint, ibi dolor insedit continuus, eam uentris partem degrauians. Attram pariter bilim similis antecedit humor, qui acrimoniam quandam, quum ad os effunditur, præ se fert, & ex quacunque parte in terram effusus fuerit, bullans cernitur. Verum si atra materia fuerit, acria non percipit os, nec in terra bullanti similis cernitur, sed feci similis coit. At ulcera ipsa intestinorum phagedenica dicta acrioribus torminibus uexant materia graueolente. In superioribus intestinis sanguis continue, paulatim ater influit. Aegmeta si signa, inquit, exulcerationis stercorei commixta cum torminibus uideris in gracilioribus intestinis, exulceratione dignosces, quæ auxilijs per os assumptis curatur. At si absque excrementis humores exierint, ex crassioribus intestinis malum oriri denunciat: cui quæ per aluum crebro infunduntur, subueniunt. Quum uero plurimum cruoris profluat, epaticam dysenteriam uocant. Egeritur interdum obscurior sanguis, qui secundum naturam à iocinore prauè digerente, & ex imbecillitate reuenticis potentia, & immutata uirtute, sæpe egeritur, loturæ recentis carnis similis cernitur. Lecorariam hanc uocant dysenteriam.

Gracilia intestina exulcerata.

Sanguineus fluxus.

Ulceræ phagedenica.

Prognostica dysenteria.

XXXVI.

SI ex flaua bili sanguinis profluuium acciderit, malum, & cum exulceratione. Et in longa dysenteria cibi tedium malo est, uel cum febris deterius. Si intestina gracilia plurimum exulcerantur, nunquam ferè compleri ulcera possunt, ob id insanabilia. Si contractiones præterea membrorum, singultus crebri, uomitus, si que mente labuntur ægri, letifera signa sunt. Si pustula post aurem sinistram, cum uehementi siti, erui magnitudine orta fuerit, exitum postero die portendit: Quibus intestina exulceratione perforantur, nunquam ferè cicatricem contrahunt, nam stercore naturales uires opprimuntur. Exemplo altero tamen constat, quendam ex ea miseria diu uixisse: acciderat enim ut perforatis intestinis, circa umbilicum orto quodam apostemate, uenter foramento quodam patefieret, per uis igitur foraminibus, excrementis alius singulis diebus exonerabatur: hæc enim raro eueniunt mortalibus. Ex repletione corporis sanguinis profluuium solutis uenarum orificijs, minoris periculi est: Expultricis enim robur ostendit. Si uero ex atra bili (ut Hippocrates docet) inchoauerit, exitialis alius existit, ex carcinomate enim generatur. Vel si inclinante acuta febris oriatur, tum ueluti fex uini apparet, uel cruoris sedimentum. Damnatur & ea quæ aceti odorem affert, quæ que terra bulliat, nam irremediabilia uitia sunt. Ex diuturno quoque uentris fluxu, nigro felli simile profluuium, exitiale existimatur, uel quæ effluunt uaria cum ramentis, ac sine cruciatus ullo, Hæc dysenteria

Letifera signa.

Dysenteria ex falso phlegmate.
 dysenteria non adiudicatur, quandoquidem ex humorum id euenit copia. A phlegmate uero falso difficilis est, nam bilis sua acuitate in imum agit, & phlegma quod plurimum hæret, nec facile diuellitur, quia lentum est, nam & ad inflectionem frequenter agrum excitat. Incestinorum uulnera sine abscessu stypticis facile sanantur, cum abscessu uero difficulter curantur. Nam & rupto apostemate pro saniei qualitate uariam recipit curationem, uirulentam enim non facile est uincere. Idem ex malis medicamentis fieri animaduertimus, si in potu sumuntur. Inter intestina gracilia quod ieiunium appellauimus, si exulcerantur, difficillime uarijs de causis sanantur, uenarum amplitudine ac numero, subtilitate que substantiæ. Ex fellis demum continua irrigatione, ac remediorum lubrico lapsu.

Inestis ieiunij difficilis curatio.

De curatione dysenterie,

Cap. XXXVII.

Hvic morbo protinus subueniendum est, differre enim malo est. Dieta nanque ante dicta huic maxime necessaria est, sed in ediam ferre biduo saltem, ac singulis diebus abstinere remedio est. Ac parcius bibere primum auxilium est. In cibo quod acutum & falsum est, damnatur. Inter condimenta adipem gallinaceum, ac anserinum, seuum caprinum uel hyrcinum potius laudant plerique. Asta in communi iuuant, uel tosta, & multa in aceto condita utiliter comanducantur. Iurulenta ediuerso nocent, nisi stypticis impositis. Paulus portulacam decoctam ex aceto commaducatam laudat. Et oua in aceto cocta. Ex fructibus mora immatura tam ex rubo, quam ex celso, melpila, sorba, cydonia mala, pyra, mala punica, acia, uel medij saporis, glandes & castaneas offerunt plebi. Glandes enim in Hispania uel secunda mensa urbanis etiamnum apponuntur. Panis ex similagine uix fermetatus, bis que furno inditus. Plebs pane nautico gaudet. Si fermentato uti necesse est, aqua pluuia maceratum comprimito utraque manu. Galenus etiamnum cum pluuia aqua confici panem docuit, uel aceto adiecto, in libris quos Curationum inscripsit. Damas oryzam leuiter prius tostam, ac exinde cum lacte caprino coctam uel cum iure gallinaceo pingui. Alij far, & milium dedere, uel polentam hordeaceam ante dictam, amyli quoque cum papaueris albi succo. Quidam sorbitionibus ipsis ceram imponunt nouam. Alij pedes ueruecinos, agninos, hædinos que inter cibaria, nam glutinosa iuuant, oleum rosaceum infundunt inter cibaria, si febris affuerit. Fabas tostas & coctas addito aceto plebi dabis uel pueris. Aut lentem depilatam ex aceto. Præcipuo uictu salutare sunt auiculæ, montanæ præfertim. Pavo salutare est peculiari gratia, perdes, ac turtures in primis expetuntur, lepus iunior assus, inulus, & hædus, uel potius capreolus. Inter pisces uero saxatiles aceto conditi, uel cum myrti baccis, iuuat lac coctum lapide, uel chalybe, addito gummi arabico, uel per se coctum, Galeno autore, coniecto pane, uel cum amylo uel oryza. Aliqui recentem caseum offerunt, nec alium eo die cibum exhibent. Oua recentia Galenus inter pruna munda infundi iubet, atque eo modo decocta prodesse dysentericis. Vulgus feruenti foco ac mundo conijciunt. Alij lutea tantum in aceto cocta sorbida dedere. Alij gallæ immaturæ tritæ modicum addunt, alij rhusis farinam. Si sine febre fuerit, anguillas aut murenas ueru præparant: uitulinam carnem quoque nonnulli offerunt assam: ueteres cucumeres dabant uel semina, cucurbitam, lactucam, satiuam, Praxagora autore, & papauer ipsum, & melopeponis semen. Napi semen tostum, & tritum in aqua calida, sed urinam inhihet, si non lini semen unà bibatur. Cichorium syluestre prodest, magis cum lente. Brassica discocta addito sale & oleo, cymino, polenta ita magis profuturam existimant. Torminibus & dysentericis medetur anisum tostum. Tormina omnia discutit anethum. Portulaca (ut Plinius tradit) in aceto uel pota cum cymino. Aristaltheæ radices infunduntur, & profunt, & succus altheæ potus iuuat dysentericos. Et semen hippolathi duabus drachmis in uino potum liberat, & bubolopathum efficax est, semen lini impositum ex aceto iuuat. Mitigat semen hippomarathri coctum & potum. Torminibus auxiliatur iris ruffa, duabus drachmis pota, succus pampinorum uicium infunditur, & omphacium, & œnanthe ex aceto obolo pota. Et acinorum nucleorum farina & inspargitur polentæ potionis modo. Dysentericos ueteres uinaceorum decoctura, & potione & foru iuuat: uua passa cum suis nucleis sanat dysenteriam. Tormina pellit contusum malum punicum acerbum diuisum, cœlesti que aqua madefactum ternis diebus, uel ex tribus ui.

bus uini heminis decoctum ad hemina, uel olla noua operculo indito in furno tostum, & contritum, potum que in uino. Dysentericos flosculi cytini floris à morte plerumque reuocant. Cera datur in sorbitione, tauis que ipsi in pulte alicæ prius tosta. Tormina discutuntur milio, si prius torretur, eiusdem naturæ est panicum epotum cum uino. Inter experimenta inuenimus lupi fluuiatilis capitis cinerem in potu dysentericos sanasse, uel eius farinam. Faba rursus solita fricta, feruens que in acri aceto coniecta, torminibus auxiliatur. Et lens quoque tribus aquis cocta, efficacius prodest. Exulceratis interaneis succus hordei decocti in aqua cœlesti, digestus in pastillos medetur. Oleum myrteum prodest, ueteris torminibus cinis corticis palmæ elata in uino albo potus. Corna cruda duraxat matura profunt, non autem cocta, quoniam amittuntur constringentem illam uim succi. Tormina sistunt syluestrium prunorum baccæ, uel radice cortex in uino austero decocta, ita ut triens ex hemina supersit. Mori succus immaturi. Et semen myrti fatiæ nigra, & eius succus, & eius seminis inueteratum oleum, & eius folia in uino decocta, dantur potui. Fabæ græcæ, quam alij loton uocant, ramenta ligni decocta in uino profunt. Et eiusdem scobe ex aqua myrti subacta, & diuisa in pastillos, ex ijs drachmarum duum pondus datur cum aqua myrti cyathis tribus, illinitur glans, & cortex ex uino datur. Cremantur gallæ, & ex uino extinctæ illinuntur. Contra tormina datur e pino cortex e uino decoctus: sedat & myrti seminis oleum inueteratum: hoc morbo laborantes, tutos præstant acini hederæ, qui croci succum habent præsumpti potu. Tormina discutit chancri cum aceto, sistit paliuri radice cum uino decoctum, graminis radix cum uino decocta. Dysentericos omnis * genus hederæ flos trium digitorum carptum in uino austero potus bis in die. Cisthi utriusque flos in uino austero, trinis captus digitis, & bis in die potus. Paliuri baccæ profunt. In congio musti lento uapore decoctis malis cotoneis quinta mensura eius quod rhus syriacum uocant, croci semuncia, coquitur usque ad crassitudinem mellis. Prodest rubi decoctum in uino austero interaneis exulceratis ex lacte ouillo. Fœnugræcum cum malua decoctum, addito mulso. Dysentericis in uino potum unice auxiliatur semē eupatorij. Ex uino datur polemonia, uerbasci radix pota ex aqua duorum digitorum magnitudine, nymphæ semen cum uino potum. Radix superior exyphio 3. p. semen plantaginis in uino tritum, uel ipsa ex aceto decocta. Aut alica ex succo eius sumpta. Item cum lenticula cocta, uel aridæ farinæ inspersa potioni cum papauere tosto, & trito, uel succus infusus aut potus. Betonica in uino ferro calefacto. Symphiti radix, dauci & aizoi succus, astragalus in uino rubro rusa, difficile autem tunditur. Torminibus resitit aizoui folijs contritis ex uino cum amylo pota & infusa. Hypocystis dysentericis datur. Fit ærate nostra succus in Creta igni coactus ad medicamenta utilis. Verbenaca ex aqua datur, aut carentibus febre ex uino amineo cochlearibus 5. in cyathis uini tribus, ceratia in cibo dysentericis medetur. Hos deploratos super omnia quinquefolium decoctis in lacte radicibus. & potis. Succus hippuris in uino dulci potus cyathis tribus. Infunditur item aloës lachryma. Elatine cum lini semine decocta sorbitionis usum. Succus polygoni ualeat, si febre careat. In uino datur rhecomæ farinæ 3. sin aliter in aqua, facilius teritur cocta, antecedente madefacta. Ad tormina ideo bibitur, tragi ramorum decem aut 12. cacumina trita ex uino uel aqua aluo citæ prodest. Tormina sedat caseus in uino austero decoctus, rursusque in patina cum melle tostus. Si urit dysenteria, lac caprinum decoctum cum maritimis lapillis, aut cum pitana hordeacea, ouillum quoque infunditur, cornu ceruini cinis tribus digitis captus in aqua potione coagulum leporis in pane subactum. Si uero sanguinem detrahunt in polenta. Aprini uel suilli, uel leporini fimi cinis inspersus potioni, tepidi uini, uituli quoque ius uulgariter datum inter auxilia coeliacorum & dysentericorum tradunt. Lactis asinini potus utilior addito melle, nec minus efficax fimi cinis ex uino utriusque uitio. Equi coagulum, quod alij hippacem uocant, etiam si sanguinem detrahant, uel fimi cinis ualeat. Dentium que eiusdem tusorum farina salutatis dicitur, & bubuli lactis decocti potus dysentericis addi mellis exiguum præcipiunt, & si tormina sint, cornu ceruini cinerem aut fel taurinum cymino mixtum, & cucurbitæ carnes umbilico imponere iubent. Caseus recens & uaccinus datur ad utrumque uitium. Item butyrum heminis quatuor cum resina te.

*Flos hederæ * generis.*

ne terebinthinae sextante, aut cum malua decocta, aut rosaceo infunditur. Datur & seuum utulinum, aut bubulum. Medullae item excoquantur cum farina, & cera, exiguaeque oleo, ut forberi possint, medulla & in pane subigitur. Lac caprinum ad dimidias partes decoctum. Si fiat & tormina additur, & protoropum, quibus satis est remedij in leporis coagulo potio est uino tepido. Cautiores etiam sanguine caprino cum farina hordeacea, & resina uentrem illinunt. Coeliacis, dysentericis uetus caseus in farina tritus, prodest in uini cyathis tribus. Sanguis caprinus decoctus cum medulla dysentericis, iecur asinum prodest, seu hyrci subdito utitur. Caprae a renibus maxime ut per se hauriatur, protinusque modice frigidam forberi iubent. Aliqui & in aqua decoctum seuum admixta polenta, & cymino, & anetho acetoque illinunt. Ad dysentericos utuntur coagulo hœdi in uino myrteo, magnitudine fabae epoto. Et sanguine eiusdem in cibum formato, quem sanguiculum uocant. Infundunt taurinum glutinum aqua calida resolutum. Quinq; ouorum lutea, in uini hemina cruda, forbentur cum iure putaminis oui, et papaueris succo, aut uino. Dant & pullos in ipsis ouis decoctos, commixta uini austeri hemina, aut pari modo olei polentaeque. Fit & aliud remedium singulare, ouo infuso in fictili nouo, eiusdemque oui mensura ut paria sint, omnia melle mixto, mox aceto, item oleo confusis, crebroque permixtis, quo fuerint ea excellentiora, hoc praesentaneum magis remedium erit. Alij eadem mensura pro oleo & aceto, resinaam adijciunt rubentem uinumque, & alio modo temperant. Oui tamen mensura pari piceaeque corticis duabus sexagesimis denariorum rhus, mellis obolis quinque simul decoctis, ita ut eibus post quatuor horas non sumatur. Torminibus multi medentur ouis binis cum alis piscis quatuor unâ atterendo, uinique hemina calefaciendo, atque ita potui dando. Caseus ouillus uetus prodest dysentericis, & seuum decoctum in uino austero, cochlear combustae cinis bibitur, in uino addito resinae momento. Nucleae quae in Africa reperiuntur, utilissimae sunt quinque combustae cum denarij pondere dimidij acaciae, exque eo cinere dantur cochlearia bina in uino myrte, aut quolibet austero, cum pari modo calidae. Caro palumbi in aceto decocta medetur. Tormina sanat lien ouium tostus, atque est uino potus Palumbus ferus ex posca decoctus. Mirum est quod de anate tradunt, ex apposita uentri transire morbum, anatemque emori. Tormina sedat, aqua maris calida infusa clysteribus, uel sal in fassis impositus candens, uel nitrum drachmae pondere, si decoctum bibatur, cum ruta uel anetho, uel cymino, coralliū in puluerem igni redactum, potum cum aqua dysenteriae prodest. Torminibus omnibus castoreū cum aceto uino mixto. Dysentericis medentur rana, testudo & cochlear coctae & commandatae, & uentri impositae fluxum sanguinis sistunt. Argenti scoria infusa clysteribus, cum myrteo oleo, & molybdena temperatur cum spuma argenti, & scoria plumbi fouendo calida, infunditur & alumen. Bitumen cum uino in potu datur.

Simplicia quae coeliacis dysentericis profunt.

Cap. XXXVIII.

Coelica dysenteria.

VENTRIS fluxum in communi coeliacū ueteres scriptores appellauerunt. Qui cum dysenteria quādoque ægrū pariter angit, unde coeliacam dysenteriam uocant. Prior interdum neque fecem, neque spiritum transmittit: in hoc aluus impetu quodam prorumpit. Eadem nanque intestinorum parte, quam uentriculi portam uocauimus exulcerata: hisdem ferè causis quibus dysenterici læduntur, atque accidentijs, febris, siti accensa, uentris dolore ingenti, in quo calu exdem ferme curationes sunt, quas in dysenteria exposuimus. Sed prius peculiaria quaedam subiungemus remedia, quae coelicae uocantur à uetustissimis autoribus tradita. Cum intubo erratico primum satia lactuca prodesse traditur, brassica discocta, cum sale, ut Hippocrates affirmat. Ocymum in cibo sumptum aut succus. Impetus inhibet mentha cum amylo ex aqua pota, anisum cum polenta tritum, papauer nigrum in uino. Coeliacis, dysentericis lapatium sumitur in uino coctum præcipuo remedio, uel lini semen ex aceto. Succus mellisophylli auxiliatur ex folijs uel floribus. Præclare medetur coronopi radix in cinere tosta. Oenanthe ex aceto obolo pota. Et acinorum uuae nucleorum farina, inspergitur polentae potionis modo, uel uinaceorum decoctura, uel potione, uel foru iuuat. Utilis est succus ex floribus cotoneorū cum uino dulci. Et malum puniceū acerbum, diuisum, coelestiq; aqua

(ut di-

(ut dictum est) madefactum ternis diebus, & sic bibitur, cinis ficulnus potus, uel infusus. Coronea cruda duntaxat profunt, non autem cocta, utilis est myrti foliorum arenarium farina. Cremantur gallae & in uino extinctae illinuntur, & per se ternis diebus ex ouo forbili singulae in farinam tritae & potae. Rhus trita cum melle, & illita cum aceto. Et paluumi baccæ profunt, caulium tenerrimorum rubi bibuntur, & illinuntur. Mori flos per menses candidus colligitur, ex uino præcipue bibitur. In uino austero datur betonica, ijs & iberis imponitur: uilius ius (ut supra dictum est) uulgariter datum inter auxilia traditur. Vetus caseus in farina tritus prodest. Coagulum hœdi in myrteo uino, magnitudine fabae epotum. Coeliacis si febris careant, in uino datur rhecoma tusa drachmae pondere, sin aliter in aqua, facilius teritur cocta antecedere madefacta, sicuti antea scripsimus. Vel ramorum ro. rubi cacumina trita, ex uino pota medentur. Lac mulierū utilissimum est, maxime eius quae infantem remouerit. Dantur lutea oui cum uuae passae pinguis pari pondere. Et malicero per triduum æquis portionibus. Et alio modo lutea ouorum trium lardi ueteris & mellis quadrantibus, uini ueteris cyathis tribus ad crassitudinem mellis, & cum opus sit, auellanae nucis magnitudinis, ex aqua bibitur. Item ex oleo frigida terna, totis ouis pridie maceratis in aceto. Coeliacis quoque recreantur alio modo, ouis in aceto (ut diximus) maceratis, nam ibi molliri putamen uidetur, cum farina in pane subactis. Quidam ita resoluta in patinis torreri uilius putant. Quo genere non aluos tantum, sed & menses foeminarum sistunt, aut si maior sit impetus, cruda cum farina ex aqua hauriuntur. Cohibent aluos per se lutea ouorū, ex ijs decocto rursum in aceto donec indurecant. Iterumque cum trito pipere torrentur. Membrana gallinarum tosta & data in oleo & sale, dolores coeliacorum mulcet: abstinere autem frugibus ante & gallinam & hominem oportet. Fimum columbinū tostum, potumque: caro palumbi in aceto decocta medetur. Turdus inaffatus cum myrti baccis. Item merula, & mel in quo apes sint emortuae decoctū. Coeliacis ueteribus infunditur muria, siue illa salugo, uel nitrum. Posteriores uero succo carnis inaffatae in cibo utuntur: plurimum enim alunt, & parum excrementi faciunt in uentre, sed aliquid astringentis naturae commisceri debet. Sed obseruationem cuiusdam cocturae obiter referam. Capum unum & perdiceas duas sumunt bene exenteratas, & mundas, dempta cuti, ac omni pinguedine, in frustra concidito, adde molle panis ac mala cydonia quina, sine cortice ac interiore semine, cuncta per infusibulum distillationibus guttatim excipies, alij duplici uase utuntur. Vires enim firmat, & aluum sistit. In nimio profluuiio assumpto cathartico, fermentum in aqua resolutum cum mellis exiguo simul incoquito, & colatum succum rursum recoquito, ad spissitudinem mellis, mure enim prodest. Panis nauticus cum siliquae decocto feruescit, prodest ad tito anetho, tormina discit interaneorū, & inflationes. In bilioso fluxu cum rhusse siliaco, malicq; cydonij succo, uel pyri acerbi decocto. Et cum ueruecis pedibus, exulcerationes interaneorum sanat. Prodest glandis aridae farina, si cum lactis hemina bibantur ieiunans, item myrti semina in lacte cocta. Oryza quoque in lacte bene cocta & commandata. Coeliacis & tenasi. 10 profunt lutea oui terna cum mellis despumati tantundem in patina simul cocta, donec indurecant, triduo id assumi debet. Lac item coctum cum cymino & gummi arabico iuuat.

De alijs portionibus ad dysenteriam.

Cap. XXXIX.

TAM uariae sunt in dysenteria potiones, quot sunt ipsius morbi causae, ex cathartico nanque exulcerante, praeterea quae potu exhauriuntur, utiliter butyri terna unciae cum sanguinis draconis drachmis binis infunditur. In potu quoque balani citrini ossis puluis cum succo plantaginis sumitur. Prodest & theriaca pota. Alij smaragdi farina semi oboli pondere, ex aqua tepida ieiunans dare soliti sunt. Quidam ualere uel in fluxu ueneno portionatis. Tragacanthum gummi tostum drachmarum trium pondere ex lacte acetoso subuenit. Rhodosaccharum uetus cum mastiche chia, gummi arabico, tragacantho, ac myrti semine, tostis datur, sed praecipue exulceratis intestinis epotis adamantis squamis, aut arsenico. At ex retrimentis aridis aluo exulceratae psyllij seminis decoctum iuuat sua lenticia: addunt alij siliquae succum Aegyptiae, & seminis maluae decoctae succum, aluum enim impune emolliunt. Et eius gallinaeū propinare utile est ex uetusto gallo,

Oua in aceto molliri.

gallo, uel gallinæ saginate, damus & oui recentis lutea. Oleosa pinguis, & oui lutea intundimus cum oleo rosato. Alij lini semen, ac psyllij, malua, & arithaltheæ, si una cū gallinæ iure decoquantur, succum salutarem præstant bibentibus summo mane, nam fluxum sistit, & tormina discutit. Ex humorum uero fluxu, animaduertendū est, an adhuc fluat humor, quod si sanguineus fuerit, uel ex toto uenit corpore, aut aliquo membro solum lutea uena, aut ex rupto apostemate purulentū effluat uirus: Aut quod humores iam finiti intestina exulcerauerint, tum igitur suis causis prius occurrendum est, diuertendo ac materiam euacuando, tum & alstringentibus interanea confortamus. At si humores acuti deiciendi sunt, pharmaco mordente opus non est, ne humoris uolentia exacuatur. Ad id probantur (ut dictum est) balani citrini, ac reliqua genera, cum his quæ asperitate leniant, quale gummi arabicum est, ac tragacanthū, & similia. Nam in materia phlegmatica kebuli conueniunt & emblici. In melancholia uero Indici appellati, sed rheumponico nihil præstantius inuenitur, in mixtis humoribus ij quoque balani cum rheumponico admisceantur, sed si ros syriacus, manna ab alijs uocatur, aut siliquæ ægyptiæ succus ater admisceatur, asperitatem potionis leniunt. Ex trochiscis utiles sunt in feruenti materia. Sumuntur balanorum (de quibus diximus) nuclei offei tosti, rubrica armeniaca, succinum que paribus portionibus, cum gummi & tragacantho pluuia macerato in passulos informantur, uel cum succo plantaginis, cum lacte leparris cocto sumuntur. Impetum uero fellis fluentis ad intestina cohibent, sanguinis ex icoraria uena mislio. Ac ipsi iocinori refrigeratis potentia emplastrum imponitur, & in sanguinis quoque fluxu eadem soluta uena mire subuenit. In phlegmatica materia unde fluat humor quæ membrum infirmum roborant, imponenda sunt, tum quæ phlegma deiciunt, damus, quale id quod habet interioris carthami, amygdalarū depilatarum, anisi & mellis pares portiones, lenæ enim drachmæ cum præfana dantur hordeacea, uel gallinæ iure. Sed digerere materiam prius oportet cum syrupo, ubi geminæ radices imponuntur sine aceti mordacitate. Aliqui eo utuntur decocto balanorū chebulorū, & emblicorum, r. eumponici cum apij, seris, & mellissophylli aqua uel succo. Quæ uero per aluum infunduntur, satis supra diximus, in simplicibus curis. Sed id oleum laudatur, habet samfuci, cymini, salis, foliorū lauri recentis, meliloti ana ʒ. i. olei heminas duas, unā feruefiant, donec tertia pars euanescat, percolato oleo ad infusiones utimur. Ex phlegmate salso nasturtij seminis decoctū iuuat cum aqua & oleo. Ex materia uero melancholica acetosa damnantur, sed agglutinantia iuuant, qualia sunt ouorum lutea, & oryza cum caprino seuo, amygdalarū lacte, seminis papaueris, si friguntur. Tum & digerentia conueniunt, & quæ lienem infirmum recreant. Nam & terra lemnia prodest, aut rubrica armeniaca in potu. Infunditur interea & decoctum oryzae cum seminibus calidis lenientibus, ac alijs stypticis, cum oleo rosaceo, oui que luteo, propterea puluis castanearum corticis tostus, salutariter bibitur, & infunditur in frigida dysenteria, & nasturtij tosti ʒ. 2. cum calida sumpitur. Inter potiones ualet syrupus ex epithymo uel capno. Et catharticum facies cum balanis citrinis, kebulis, & rheumponico, uel indicis, si dysenteria fuerit ex apostemate, unde uirosa fluat materia ex iocinore, uel alio propinquo membro, id eo quo dictum est modo curandū est, ulcus uero uirosū nulla leniendum est, aut aqua sacchari ruffi, uel hordeacea cum melle, uel rhodosaccharo. Si uero infirmum fuerit iecur, unde uirulenta materia ad intestina fluat, mala membri habitudo sananda est, contrarijs (ut dictū est) remedijs. At cum materia fluentis impetum firmaueris, ita ut materia de cætero non fluat, tum ad ulcerum curationem quæ in intestinis sunt, transeundum est, si superiora sunt, potionibus occurrimus. si inferiora infusionibus, Galeno autore, subuenitur: at si media intestina sunt, utraque ratione auxiliamur. Inepte enim facere creduntur, qui protinus in dysenteria & omni uentris fluxu ab alstringentibus incipiunt. Errant è diuerso qui ad animæ usque defectum styptica negligunt, nam ulcus serpere negligenter patiuntur. Sed quæ in potu dantur, non calida assumi debent, sed actu frigida, alio qui laxant membra, soluunt, & putrefiunt. Et à simplicibus inchoandum est, si per ea parum proficimus, ad mixturas profugimus. At cū ulcera repurgata fuerint, sine sordida sanie tum styptica quoquo modo sumpta uel infusa iuuant, quale est rheumponicum tostum, mire enim ac peculiariter ulcera interaneorum

Trochisci idonei in feruenti materia.

Dysenteria ex male affecto iecore.

interaneorum & alui fusi mala sanat cum plantaginis succo uel aqua maceratum, uel in omni uentris fluxu exulcerante & erodente, uel ambulante. Semē rosæ a. idæ de quo dictum est, drachmarū 4. pondere, ex frigida datur coactū, ulcera manantia sanat. Et terra quoque lemnia idē præstare ab omnibus creditur. Succus plantaginis cū herba quæ aster dicitur siue bubonion. Pix arida & trita infusionibus medetur ex Diosc. iuuat & licitū ex Gal. Et reliqua quæ superiori cap. diximus. Sed de compositionibus dicendum est.

Compositiones ad dysentericos, Cap. XL.

Inter compositiones ea celebratur, margaritarum minutarum, corallij ana ʒ. s. sandalorum omnium ana ʒ. i. spodiij grana ʒ. i. maragdi, sapphyri ana grana 6. sacchari albi & aqua plantaginis & rosaceæ quantum opus sit. Si uicium in superioribus fuerit intestinis, succini dabis farinam cum aqua myrti uel mali cydonij succo. Aliud, gummi arabici, sanguis draconis, hypocystidis ana pares portiones. Cum syrupo myrtino, in puluerem redacta dant potui. Addunt alij acaciam & portulacæ tostæ semen. Syrupus & ad dysentericos peculiaris, continet semina myrti, seminis plantaginis ana M. s. cupressi conus, interioris nuclei glandis quercinæ, corticis interioris castanearū, uiræ nucleorū si torrefunt, rhusis syriaci ana ʒ. 3. calicū papaueris M. 2. malum cydoniū unum, mespila, sorb. ʒ. arida numero 5. acaciæ ʒ. 1. hypocystidis ʒ. 1. s. in succo uel aqua plantaginis feruefacito, percolato succo, addes saccharum album, & potionem cōficito, modus est ad ʒ. 2. cum aqua pluuia uel aqua ferrosa. Aliud medicamē ad ulcera sananda, habet aloës, thuris masculi, consolidæ maioris, id est symphiti ana ʒ. 1. hippuris dimidiam, per se singula tunduntur, satis est drachmas binas cum uino acerbo bibisse. Aliud, seminis psyllij, drachmas 10. seminis plantaginis ʒ. 3. gummi arabici, terræ armeniaca ana ʒ. 6. mane ac uespere ante cibum dantur ʒ. 3. cum mali cotonei succo. Potio alia salutaris, habet myrti seminis recentis, libras duas, mali cydonij crudi libram, toris syriaci, acaciæ ana ʒ. s. seminis rosæ unam, spodiij, hypocystidis ana ʒ. 3. gummi arabici ʒ. 2. mastichis ʒ. s. aquæ cœlestis lb. 12. ad dimidium feruefacito, decocto percolato, addes sacchari lb. 3. mellis de spumati dimidiam, uncias duas mane dabis cum aqua rosacea, uel plantaginis. Galeus id medicamē laudauit magnopere, cochlearum cinerem pond. quatuor, gallæ uiridis & piperis albi ana p. 1. bene trisi: Cum uino austero uel cum aqua plantaginis datur. Pastillus in desperata ualitudine, magnis que torminibus, sanguinis draconis, croci, ladani ana ʒ. 1. aluminis, gallæ ana ʒ. 1. s. acaciæ, drachmæ 4. rubricæ lemnis, balustiorum ana ʒ. 4. thuris, hypocystidis ana ʒ. 2. caliculorum glandium, seminis acerose ana ʒ. 1. informabis pastillos cum myrti succo, drachmæ pondere dabis mane, cum aqua pluuia. Conchæ marinæ cinis cum syrupo myrtino medetur potus. Camphora item & spodiij cum sandalorum farina, tragacantho, & saccharo datur utilissimè: nam dysenteriam hepaticam, & cholericam iuuat: xyloaloe si bibitur cum aqua frigida uel ulcera sanat, firmat intestina, & alstringit uentrem. Labruscæ radix pota uentris fluxum sistit. Quæ intestina abstergunt, hordeacea cum cortice decocta infunditur, per se uel cum melle & saccharo rudiori. Vel furfuris decoctum & infusum. Serum quoque caprinum uel potum uel infusum. Humana quoque urina uel pota uel infusa prodest. Vetera ulcera sanat lixiuum infusum. Si uero intestina nimium exulcerata fuerint, quæ abstergunt, exiccant, & alstringunt pariter administrabis, sine pingui, & glutine infundenda sunt. Propterea quidam mordentia pharmaca laudauerunt si uires sunt. Inter medicos quidam in cibo cepas dare solitus est cum pane, sine potu, mane sequenti marinam aquam sine uento infundeat, qui eius mordacitatem ferre poterant protinus sanabatur, imbecilles spasmodicis tentabatur, ac animi deliquio deficiebant, mox moriebantur. Hanc curationis scitiam multi dannauerunt. Eam momentaneam curationem & truculentam Galenus probro dedit, acriore uis mordentia dannando. Eos audaces medicos improbauit, contra & adulatores medicos ægrotis semper obsequentes non minus coarguit, obsequia non salutem queritantes. Sed si quando remediiorum mordacitate intestina torquentur, ijs quæ torporem inducunt, occurrimus, ac frigescentibus stypticis. In medicaminibus igitur ad intestinorum ulcera, opium, ac hyoscyami albi semen admiscet, aut ijs similia, nam exiccant, persanant ulcera, & sensum adimunt. Aliqui ea prius infundunt,

Ad sananda ulcera medicamina.

Quid medicorum genus uisum perandum.

ne sentiant mordacitatem futuram, deinde acutiora in alium mittunt. At refrigerantia & pariter astringentia sunt lentes depilatae, aut glandes impositae, nam cicatricem inducunt. Si cum imbecillitate uirium accenditur febris ac in aetate id contigerit, opportunè cum aqua fructuum refrigerantium resoluuntur ea medicamina, quale est uuium mali punici acerbi, aut uux acerbae succus, & similia. At infusionum ratio est, ut expedite sine dolore, sine uento excipiantur, ac sine intermissione. Finis per purgati ulceris est, ut sine cruore, ac purulentia infusiones exeant. Tum statim lana sedem aegroti fouemus succo thamni, aut rubi infusa, aut uino nigro austero tepente: sed qualia infundi debet laudantur eadem quae potionibus admiscuntur, sed ab imbecillioribus semper inchoantur. Galenus propterea hydromellite saepe infuso eadem ulcera putrida serpentina dicta, ac erodentia sanare professus est, multum enim mellis indunt, ut acius abtergat, eo uehementius est, ubi aqua sale tabefacto infusiones fiant, quibus ulcerum cortices euelluntur. Veteres oliuæ muria utebantur, aut piscium, aut humana urina, aut lixiuio addita in dis farina. Per purgatis ulceribus Galenus rubricam lemniam cum plantaginis succo, aut aqua per sanabat uleera. Cicatricem inducunt interaneis, succus uerbasci, aut hippuris, aut herba quae polygonaton dicitur, nostri centum nodia uocant. Inter clysteres is probatur, succi acetosae, dypfaci, plantaginis, portulacae ana libra s. olei rosacei 3. rubricae leniae 3. cū oui luteo. Aliter hordei nudi, abiecta tunica, lentis depilatae, & tostae ana 3. balaustrorum, rosae aridae ana 3. 4. oryzae lotae 3. 10. seui caprini 3. 6. in aqua pluuiæ lb. 3. in decoquuntur, donec tertia pars supersit, & colato succo, addi oportet rubrica armenia ca, gummi arabicum, cerussa, acacia ana drachmae pondere, cum oui luteo, ac olei rosacei uncia. Aluum supprimi tradit Orisbasius panis molle infuso non fermentati, aliqui oryzae decoctum addunt, aut lentis decorticatae. Dysentericos sanant clysteres, lutea tria recentia cruda cum olei rosacei uncia, & lithargyri drachma, & semi cerussa, tepentia enim consiciuntur. Aliter dysenteriam supprimit & sanat, galla, rhulsis, rubricae armeniacae ana 3. s. tragacanthi, gummi arabici ana 3. 2. succi plantaginis, proiecto sedimine 3. 2. seui caprini 3. 1. s. lutea duo oui, & pluuiæ aquae libra, consiciuntur, sed contineri in aluo diu debent. Nam uentrem sistunt fluentem, & ulcera sanant. Si ipsi ulcera non cedunt, nec cicatricem contrahunt, tum uehementiores clysteres conueniunt: Sed ab arsenico abstinendum est, in cuius usu magna temeritas est, ac similibus exedentibus medicinis, sanant herpetas aetiomenas acuta remedia agglutinantia quae cicatricem protinus inducunt. nec timide differre curationem debet, & acuta inferre mordentia medicamina, antequam ulcera sine modo serpent, negligentia enim medicorum ea eueniunt, tum audacter pastillos ex arsenico subditos infundimus, si aciore ui mordet flaua bilis, siue phlegma, aut atra bilis ad quae aqua in qua sal cappadocus, id est gemma dissolutus fuerit. Sed caue ne id in ulcere recentia fiat, nam nimium exasperat membra. Infunduntur igitur arsenici pastilli pro uirium, aetatis, ac ulcerum sensu, ratione, & corporis magnitudine, & in robusto corpore, sine tamen sensu drachmas 6. infundunt, & in mediocri corpore unam, in minori mediam duntaxat consiciunt, imposito opio & croco, quoniam dolorem leuigant, & soporem inducunt. Sed ante infusionem talem Gal. praesumere in assatam carnem suadet, cum aqua rhulsis syriaci, & uentri imponere emplastrum ex hyoscyamo, opio, croco, ac similibus frigidis astringentibus. Nec temere his acutis uti debemus intestinorum infirmitate, nam ea interdum summota tunica perforatur. In ea curatione si aeger arsenici mordacitatem sustinuerit, facile etiamnum secundam iniectionem perferre poterit, alioquin ab arsenici aciore ui abstinendum. propterea si pus album est, carenti febris, sine flaua bili ac siti accensa, tutius hinc arsenicum infundi potest: tum & olea, pinguiatque omnia submouenda sunt, quoniam putredinem adaugent. Gal. in ea desperatione eos trochiscos laudat, habet seminis rosae, hypocyctidis, balaustrorum, spodij, terrae lemniae, thuris, gummi arabici, seminis hyoscyami albi, aequis portionibus, cum succo plantaginis coguntur: modus est ad drachmas duas, ocysime enim uentrem sistunt. Ex eodem alij pastilli, seminis rosae, apij, acaciae, balaustrorum, gummi arabici, hypocyctidis ana p. 1. gallae immaturae p. dimidiam: Succo plantaginis & seminis eiusdem, & terrae lemniae ana p. 1. modus est ad sesquidrachma.

Infusionum ratio.

Cicatricem inducunt interaneis.

Arsenicus usus.

Medica.

Medicamen ex eodem utile: Sumitur acaciae, tamaricis fructus, gallae, opij ana p. 1. Cum melle conficiuntur, ad fabae Aegyptiacae modum sumitur. Pilulae protinus auxiliantes, croci 3. dux, myrrhae una, xyloaloes, hypocyctidis, licij, succi eupatorij, gallae, opij, tragaeanthi, pipiris albi ana 3. s. cum uino ad unitatem redigatur, semidrachma datur. Aliud supremum medicamen, aqua plantaginis 3. 3. theriacae 3. 2. opij 3. 1. miscetur.

Trochisci ad dysenteriam. Cap. XLII.

Si uere arsenici utriusque 3. 3. calcis uiuae 3. 5. chartae combustae 3. 1. acaciae 3. 7. hypocyctidis duas, cum succo plantaginis coguntur, & in umbra aresunt, modus est ad 3. unam, cum oryza infunditur, aut passulis, aut ex plantaginis succo. Alij alio modo fiunt: calcis uiuae, arsenici, acaciae, gallae ana p. 1. ex aceto componuntur. post trium dierum interuallum orbiculi formantur, satis est unum cum decocto infundere, uel cum mulla, aut plantaginis succo: ij orbiculi in succo uuae pastae formantur, ne uis euanescat. Aliter ex Galeno, cineris chartae, arsenici ruffi, aluminis, succi uuae acerbae, squamae aris, croci, opij, calcis uiuae, cum myrti decocto tunsa coguntur cum succo plantaginis. Addunt alij gallam, calcaethum, panem tostum, sanguinem draconis, gummi arabicum, cerussam, cum oryzae & lentis depilatae & hordei decocto consiciuntur. Si uero gracilia intestina exulcerata sint, mulla prius infundi debet, deinde muria mox in potu terra lenia sigillata dicta cum aceti posca. Datur eadem mulla in potu, multi mellis, deinde aqua ialia. a qua etiamnum repetere debemus terram leniam, post haec quae ulcera sanant & carnem increlescere faciunt danda sunt, styptica agglutinantia. Aliud ad dysenteriam, habet thlipsis, id est, burse pastoris, pulegij, & hyperici floris ana xquo pondere 3. cū ouo sorbili datur matutinis diebus continuis. Experimento constat in ueteri dysenteria, cucurbitulas quendam uentri imposuisse plures quatuor horarum spacio, & sanitati restitutum. Verum auctororum sententia si ex humoris impetu fuerit ex alijs membris influentis, quae aciore ui mordent, damnantur, nam corpora absumunt. Aegineta caninum sterces eorum qui ossa corrosierint, aridum cum lacte coagulato potum, in quo lapides fluuiatiles extincti fuerint, praecipue prodesse tradit. Laudat inter ceteros pastillos, qui continent croci, opij, licij Indici, acaciae, mali purifici corticis, myrrhae, aloes, thuris, gallae, hypocyctidis, aqua portione, cum frigida da ternos obolos.

Si dysenteria cum febre ex bili fuerit ruffa. Cap. XLIII.

Remedia tum intus tum foris frigida danda sunt, rhodosaccharum uetus ueluti ex aqua plantaginis frigida, uel portulacae, uel seris, uel syrupus rosaceus, aut papauerinus cum aqua lactuca, nam humorem urentem compescunt. Ex mixturis ea laudantur, seminis pulyij, portulacae tosti ana p. 1. glandis interioris, gummi arabici, balaustrorum, rosarum, seminis lactuca, papaueris tosti, sem. hyoscyami ana p. s. ternae drachmae dantur, cum refrigerantibus stypticis. In ea causa quae nimium astringunt uitanda sunt, propterea id medicamen utile putatur: habet seminis maluae, amyli, gummi arabici, si torrantur singula ana 3. i. tusa cum syrupo myrrino datur. Infunditur quoque lactuca, plantaginis, succi, rosaceae aquae & seris ana 3. 5. Olei papauerini, nymphae ana 3. s. in quibus rosae aridae farinam ac myrti consicies. Infundimus & aquam pluuiam in qua hordeum nudum incoctum sit cum portulaca, lactuca, strychno, ac plantagine, sed & spodij & camphorae trochisci apte adduntur. Ob eam pariter causam, clysteres fiunt ex his quae diximus, addito nasturtio tosto, si frigida materia admixta fuerit. Si uero dysenteria cum cruciatu fuerit, tum succum hypocyctidis, & plantaginis cum seuo caprino & oleo rosaceo, quae tormina sedant. Et si ulcera putrida praesertim, non sanant. Sed ulceribus interaneorum & cruciatibus subuenit papaueris albi decoctum infusum, nam & ardores mitigat, si nymphae oleum aut myrtinum admisceatur, quida papauer ipsum hordeo decoqui malunt. Si uero cum punctione profluuium aderit sanguinis, tum infunduntur quae dolorem sedant, & quae agglutinant, & lenticia quadam adheret, qualia ea sunt, oryzae 3. 1. hordei decorticati 3. 2. s. rosae aridae una, seui caprini 3. 2. in tribus aquae pluuiæ libris decoquuntur, donec tertia pars supersit, percolato succo olei rosacei 3. additur inflammato uentre. Aliter, hordeum dempto cortice cum semine papaueris coquitur, adde opium, & oleum rosaceum. Cum decocto uero seminis lini tosti, & oleo rosa

Frigidorum remedia diorū macerantur.

I 2 ced:

ceo, protinus dolores sedat. Aliter aquæ cucurbitæ, cū psyllij decocto, maluz, seminis q̄q̄ lini costi, pari portione, lutea oui addito, ac oleum rosaceum, omnia pariter infundes. Verum si tormina non metueris ulcera sanato, si uires constant. At in torminibus cū animæ defectu, seuum caprinum & hordeū iuuat, unice auxiliatur lac papaueris per se, uel gummi arabico, & tragacantho admixto. Et serum item caprinū cum oleo rosaceo, uel lacte ipso addito, ac oui lutei duobus, & anserinus adeps gallinaceus, aut seuū caprinū singula per se medentur: si ea non sunt, prodest oleum cum cera lota iniectum. Nam omnia pinguis agglutinantia, tormina sedant erodentia. Nam & rosaceum per se utiliter infunditur. In pelui præterea insidere in quo decocta sint styptica, cum anetho, althea, ac scenogreco. Si ex torminibus anima deficit, tum stupefacientia cessantia sunt, quæ narcotica dicuntur, unice tamen medetur uaccinum seuum cum hordeacea infusum. In portione syrupus papauerinus, & ex cucurbita prodest ana ʒ. i. cum aqua coelesti. Id q̄q̄ uulter infunditur, olei decorticati, oryza, seui caprini, rosacei, gummi arabici, & cerussa ana partes æquales, adduntur oui lutea duo. Foru medetur milium candefactum sacco impositum, uel panicum uel hordeum, aut cyminum in aceto prius maceratum, & excalefactum eodem modo suffitione iuuat. Lac iuuat in altum coniectum. Oua quoque cū stypticis & abstergentibus immittuntur, nam dolorem sedant, & agglutināt medicamina. At si ex indurato stercore dysenteria contigerit, tum cibis, medicinis, clysteres q̄q̄, ex emollientibus fieri debent. Lutea ob eam causam sorbilia ante cibum & uinū dulce uentrem emolliunt. Siliqua Aegyptia cum balanis citrinis, dyasena, rosaceo, & similia. Quibus inconcoctio infirma est, perdicum, turturum, phasianorum, & reliquarum auicularum pectora commanducata uires recreant, uel fricta cum anatis uel anseris adipe addito cinnamomo iuuat.

Animi deliquium ex torminibus quæ adhibenda.

Dysenteria ex indurato stercore.

De uentris fluxu qui diarrhoea dicitur. Cap. XLIII.

Hic uentri fluxus ex simplici constat humore, sine cibo inconcocto, sine stomachi & intestinorū succo, sine q̄q̄ demum intestinorū exulceratione. Humor enim profluens aut naturalis est aut præter naturam, simplices aut cōpositi emittuntur, aut quædam humiditas aquosa sola uel cū humore permixta. Ex toto interdū corpore, aut ex membro aliquo, interdū corruptus, aliquādo integer humor effluit. Symptomate, aut crismi temporis uolentia, aut pharmaci potentia soluentis, aut ueneno epoto. Rursum aut causa extrinsecus accedit, aut intrinsecus oritur, ex plenitudine humoris, aut praua qualitate, aut utroq̄ respectu: natura enim ingenti sui offensione ad expellendū irritatur, unde expultrix potentia non immerito irritata excitatur. Aut uirtutis retentive imbecillitate. Tum enim æger parum excernit, uerum frequenter, cum uirium defectu, lypothymia, uel animæ defectu cum in sella insident. At ex ui expultrice robusta, siue rarer, siue sæpius altius soluat, plurimum excernit, si humorum copia in corpore fuerit degrauians ac uires affuerint ualidiores: sed in sella humores coloribus suis dignoscuntur tum simplices, tum cōpositi. Sed à sanguine sumamus initium. Is enim fluit aut cum menbrum aliquid amputatum fuerit (ut sæpius dictum est) aut nimio uoluptuario ocio, omiffa corporis quotidiana exercitatione, aut cōtinuo labore, aut simili causa. Alia causa est cum loturæ carnis recentis similis exit inualida uirtute alterante, uel si quando ex oppilatione, aut iocinoris apostemate sanguis ater exit, quoniam ad uenam magnam prohibetur pertransire, unde longiori mora calescit & inuritur, & tãquam nocuū membro ad intestina depellitur, de quibus postremis causis in fluxu hepatico supra dictū est. Alia causa est cum paulatim cruor desicitur quandoque mixtus cum intestinorum ramentis ac punctiōibus, siue ingenti cruciatu, de qua ratione satis supra diximus in dysenteria mentione, qui si cum crebra & inani egerendi uoluntate fuerit, tenefmos uocatur, at cruor qui niger, ac modice fluit, ac circuitu quodam repetit dysenteria hepatica similis, hæmorrhoidum profluuiū uocamus, de quibus mox metio fiet. Sed de primo fluxus genere Hippoc. ex abundantia sanguinis in corpore oriri tradit, quã natura per intestinorum meatus expellit, sicuti per hæmorrhoidas, ac mulierum menstrua sese exonerat naturali ac uectigali onere. In ea enim nullus adest dolor sed certa apparet membrorum repletio, sed de notis reliquorum humorum breuiter dicemus.

Profluuiū uentris.

Hæmorrhoidū profluuium.

De notis

De notis cæterorum humorum in uentris fluxu siue diarrhoea. Cap. XLIIII.

In diarrhoea ex flaua bili, in uentre compunctiones sentiuntur, inflammatio quoque non siue in sedis partibus aciore morsu, adest oris siccitas, sitis, ac febris interdum. In phlegmatico naturali fluxu, neque sitis, neque uentris inflammatio ulla percipitur. At in uitreo, mucoso q̄q̄ & dolor & inflatio infestat cum quodā interdum interrenorum sonitu. Ex phlegmatica uero falsilagine, sitis molesta est, ac uentris inflammatio. In dulci phlegmatico, salua ex ore fluit dulcis, uix q̄q̄ quandoque infestat uentris dolor. Ex acetoso oris adest acrimonia, ac in imo uentre frigus subest, ac spumosa cernitur egestio. Ex melancholia, per caloris adustionem uenter ardet, & dolet, ac sitis urget. Ex reliqua uero ueter murmurat sub præcordijs, ac in imo frigus infedit: hæc humores cuiusq̄ notæ sunt. Cum uero fluxus uentris ex cathartico contigerit importuno, cuius reliquæ uentrem stimulando perseverant, periodicos interdum seruat motus, raro tamen, sed continuo uexat profluuium, aut inordinata. Ventris fluxus ex cibo damnato, non periodice sed quotiens sumitur, affligitur.

Prognostica in fluxu uentris siue diarrhoea. Cap. XLV.

Si ex felleo fluxu dysenteria orta fuerit, malo indicio est, & ex atra quoque bili. In sanguinis item fluxu, dementia, ac neruorum distentiones malo est. Sed oculorū interdum uitia sanat (Ex Hippocrate) uentris biliosus fluxus, ac aurium surditatem.

De curatione fluxus uentris. Cap. XLVI.

Vniuersalis curatio est materiam ipsam euacuatione ac diuersione omnino submouere, tum morbus finitur, nec nisi membra languentia recreare necesse est, ac uires recolligere. At cum crismo motu fluit uenter, altum utiliter susum sistere periculosum est, nisi uires & spiritus subduciantur, tum enim sisti necesse est. Et de membro à quo fluit humor curam habere opus est, ne continue materia regeneretur, sed auertere, sicuti uomitione sinuū præsidium putamus. Nam uomitus (ut docuit Hippocrates) fluxum uentris firmat. Et si diarrhoea cum imbecillitate fuerit retentiuæ, ab altringentibus inchoandum est, alioquin non repente sistenda est. Conferre haud dubium est, si loco frigido odorato æger collocatus fuerit, nam rosa, myrtus ac camphora & similia odoramenta placent, & animæ in primis securitas. Somnus item iuuat, & omnes corporis præter sudorē, euacuationes sistit. In communi omnia frigida, ac styptica medentur, inter cætera hordei puls costi, & alica pariter. In quibus mala cotonea immatura, mespila ac sorba incocta sunt, lac quoq̄ amygdalinum, cum decocto rhusis syriaci cum molle panis simlaginei, & cum uino aultero, si careat febris, si uires non sint paulatim reficendus est æger: molle panis cum pingui iure, tum & oryza cum lacte cocta medetur, lac per acetosum butyro exempto. Lens quoq̄ dempto cortice, ac faba sub cinere tosta uel aceto cocta & commanducata. Oua sorbilia danda non sunt, ac carnem quoq̄ obesse tradunt. Si febris careat æger, ac uirū imbecillitas adsit, ouorū lutea in aceto cocta damus, tum & rois syriaci farinam conspersam damus, sic & auiculas damus, per dices, phasianos, merulas, turdos, turtures, & alaudas, cū stypticis præparatas uino ueluti mali granati, & similibus cum myrto, ac in gelu cōditas. Assa quoque placent si acidulis fructibus farcies, minutarim enim concidunt mala cydonia, & sorba, cerasa q̄q̄ acria siue acerba aqua rosacea macerata siue recentia, siue arida fuerint, inter herbas laudatur quæ frigida potentia sunt, ac altringentis naturæ. At si diarrhoea ex altero bilis genere orta fuerit, porracei coloris, uel æris erugini similis, cum tosto pane mali granati succo macerato, margaritarum, ac christalli farinam unā mixtam dabis, eiusmodi enim humoris profluuium sistit: addunt, & coralli sandalorum q̄q̄ puluerem. Lac item uaccinum decoctū iuuat, dempto butyro, singulis diebus ad hemina mensuram. Sed per interualla uentrem utiliter subducimus balanis citrinis, nam humorem repurgant, & uentrem pariter altringunt. Exinde ex spodio trochisci dantur cum mali cydonij succo, sed & alij sunt præsentaneo (ut dicunt) remedio, habent succini ʒ. ʒ. cornu ceruini cineris, gallæ combustæ, thuris, & seminis hyoscyami albi ana drach. ʒ. ʒ. cum syriaci rhusis informantur. Sunt & alij unice auxiliantes: Rose aridæ, gummi arabici, coralli, croci, spodij, succini balastiorum, acaciz, sumach, terræ leniæ ana drach. ʒ. ʒ. seminis psyllij, & acetosæ ana drach. ʒ. ʒ.

Fluxus ex flaua bili.

I 3 cum

cum succo plantaginis conficiantur. Vix præterea acerba succus libræ pondere ferue fiat, & abiectione sedumine frigidus potui datur, uirus enim humoris compeicit & uentrem protinus sistit. Venter struocamelis aridus lima atteritur, in potu uini austeri datur, sto machum & intestina confirmat, & impetum humoris suspendit. Sic & uentrium galli narum interior membrana per se arefacta trita datur, uel cum corallij & margaritarum

Remedia ad ar dens iecur idoncum.

farina, acacia, & thussis triti puluere. Compositio pro ardenti iecinore: Continet margaritarum, sapphyri, smaragdi, hyacinthi que an d. s. corallij rubentis, sandali ruffi ana d. i. sacchari albi, & aquæ rosaceæ quantum opus sit, iuuat camphora & spodium, tragacantho gummi admixto. Alia mixtura, diacydonites, diacodion, rhodofacchari, tritum sandalorum farina, ana pares portiones, adde corallij, margaritarumque farinam. Syrupus ex aqua rosacea & aqua plantagiuis fiat, addito saccharo albo, addimus interdum rosarum semina crocina, acaciam, & hypocythidem. Pilule in bilioso fluxu quæ sistunt uentrem, & appetentiam excitant. Galenus in fluxu ex humore acuto emolliente medicamine sanari docet, oui candido ac seuo, catapotijs datis. Infunditur quoque

Emplastris foris imponenda.

nam & tormina sedant, nam diu inter intestina tenentur. Forinsecus ea emplastra subueniunt, ex tritis malis cydonijs immaturis, pyris, ac malis syluestribus, mespilis, forbis, ac cornis, cum aceto impositis uel sapius mutatis, tã ante, quã retro ex aduerso uentris. Torrefaciunt & panem & in aceto infundunt, adduntque plantaginis succum, & corticis quercini puluerem, gallæque immaturæ farinam. Aliud emplastrum, acacia, thussis, hypocythidis, gallæ, rubricæ armeniæ, iunci quadrati, siliquæ immaturæ, oryzae ana partes æquales, cum aqua myrti, aut cardui quæ dipsacos dicitur, uel pampinorum uitis, infusiones quoque in pelui, ad umbilicum usque, in aceto in quo plantago decocta sit, aut filix. Cum plurimum enim is morbus ex iecoris ardore contingit, uel fellis uitio, aut stomachi bilicis. Unde si ab eius humoris impetu intestina tueri uolumus, quicquid uiscosum est, inquit Gal.

Phlegmatica diarrhoea cura.

ac gluinosum iuuat si in potu datur, aut infusione, sicuti adeps anatis, oryzae aut zæ de coctum, cum seuo caprino, quod mire tormina sedat. Imponunt excalectum ob eam causam caprinum omentum uentri. At in phlegmatica diarrhoea, dicta. portionesque ex curatione lientericæ facile inueniuntur, nam materia digerenda est, ac deinde perurganda, quod balanis embilicis fieri diximus, a quibus mastiche thussique masculum ante cibum præsumitur per se, aut cum diacydonite aromatico. Peculiariter tamen medetur uetus casus aridus tritus, inter cibaria uel cum forbili ouo. Iuuat mastiche uentri imposita, uel retro liquefacta, & panno prætensa. Melancholicæ uero diarrhoeæ curatio à mis

Melancholicæ diarrhoeæ auxilia.

sione sanguinis incipienda est à sinistro cubito, si ex attrahibile malis fuerit, quæ ad os stomachi nimium effunditur, deinde uentrem apte subducimus epithymo, cuius assiduus usus efficacissime ualet, in farinam enim triditur, & cibarijs inspergitur. Iuuat & balani in dicit in omni melancholico fluxu, & si uitium à liene oritur, de membro mandate, ac de iecore importune melancholia generante, oreque stomachi suscipiente curationis ratio sumenda est. Cucurbitæ propterea lieni imponuntur sine ferramento, ut humorem hauriant. Mox id medicaminis genus sumendum est, nam alstringit & membra confirmat, habet mali punici nucleorum ʒ. 10. aloës tostæ, zedoariæque ana ʒ. 1. succini, seminis rutæ, cymini, ocimi, & oryzae ana ʒ. 2. tunsa, quoquo modo dabis ʒ. binas singulis diebus. Et ex crassiore melancholia feci similia. Tum id catharticum à pluribus laudatur, si uires sunt: habet nardi uel spicæ p. ʒ. ellebori atrij p. 2. quæ unã in aqua feruefiant, dein adde salis cappadoci, uel gemmæ p. 1. quæ in decocto antedicto dissoluatur, id percolabis & potui dabis. Conueniunt in ea curatione & pilule quæ lapidi cœruleo ascribuntur. Imbecillibus datur id medicamentum quod diacatholicon nunc uocamus. Rursum de attrahibili quoque repetenda sunt, ne initio fluxus ipse intestina exulceret. Tum enim iocinoris ardori occurrimus, ac totius corporis feruori, temperatis & intestina ipsa refrigerantibus stypticis confirmamus, ac agglutinantibus iuuamus, & reliqua obseruanda sunt, quæ in renibus non naturalibus consideranda sunt quæ frigida & sicca esse necesse est. Sumitur efficaciter caprinum seuum inter edulia. At de diarrhoea uirulenta hepatica, satis supra dictum est. Cum uero humoris superabundantia lien turbidus cruore se exonerat sine dolore, curatione ulla non eget: si uero fracta uena quæ porta dicitur, sanguis, primum ex

*Turbido cruore.

iecoraria

iecoraria mittendus est, ac subinde alstringentia, et agglutinantia sumenda sunt. Qualia sunt plantaginis succus cum hæmatitis farina, aut rubrica lemnia. Si sanguis ex membrorum plenitudine fuerit sine dolore, tum abstinentia imperanda est, a uinoque abstinendum. Placet cibus medici alimenti stypticæ, crassæque materia, actu potentiaque frigida: sed si uires non liquunt, agrum sine metu id profluuium relinquendum est: nam si importune retineatur, officit. Alioquin sistendus est, magisque si acrius intestina mordet, tormina enim minatur. Tum sanguinem indubitanter dimittimus, & cucurbitulas pluribus in locis imponimus non sine scalpello, uel sanguisugas: si his non cedit fluxus, quæ sanguinem alstringunt sumenda sunt. Cauendumque in primis ne membra principalia refrigerentur, nisi prius materia auertatur. Talem animaduersionem desiderat narium sanguinis profluuium exempli gratia, caput ipsum non refrigeramus, nisi sanguis ante demittatur, post ipsas frictions & extremorum uehementes ligaturas, ac cucurbitulas, quibus materia auerti solet, mox alstringentia, & glutinantia dari debent, hæmatites cote attritus, terra lemnia, margarita, coralliumque, ac succinum, & similia, thus, acacia, berberis, mastiche & rhecoma, cum plantaginis succo. At cum ingens uena soluta fuerit, uehementioribus alstringentibus necesse est uti, si à minuta fluxerit uena, styptica minoris potentie iuuat, qualia sunt thus, succinum, hæmatites, & plantaginis succus, rubi cima, aut uitium pampini & similia. At si malum istis auxilijs non finitur, quæ stupefaciunt remedia assumi necesse est, cum his, quæ pariter alstringunt, semine ueluti acetosæ, & hæmathite lapide. Si sanguis purus fluit succus plantaginis efficaciter infunditur per aluum, aut cardui antedicti cum acacia, & hypocythide. Et si nimium copiosè fluxerit, simi asinini recentis succus utilissime infunditur. Si sine tormentis cum succo fiat plantaginis, rubrica armeniaca ex oleo rosaceo, aut cum aqua strychni, gummique arabico. Utiliter infunditur caseus uetus tritus cum rosaceo, mederi traditur uinum aut aqua in qua flores salicis in cocti fuerint, uel si eadem infundatur. Eiusdem floris farina aridi, cum præfana uel forbili pota, sanguinem undecumque manantem sistit. Vnum subiungam uile cibarij genus, perdicem, aut phasianum uel turturem exenterabis, gutture uino austero uentrem colues, & portulacæ semine semiuicna nasturtijque integri ʒ. 2. farcies, consuto gutture, in cacabo aut olla unã cydonium immaturum, uel forbili percoques, aut pyra torminalia dicta uel acrades, cum carne sumito, ac luteum recentis oui in aceto cocti donec indurescat, unã cum malo cydonio conterantur id in esca dabis saluberrimè, mire enim fluxum omnem sistit & uires firmat labantes, uel in febris dabitur.

Narium sanguinis profluuij curatio.

Auxilia in fluxu sanguinis.

Vile cibarij genus.

De fluxu multitudinis excrementorum, cap. XLVII.

Uidimus matronam Venetæ ex Cauchorij familia cui nomen Albæ, cui cum uterum getaret importune alius substitit ex magna parte. post partum centies crassis excrementis uenter effluit miro modo sese exonerante natura, soluto pariter puerperio. Idem & aliquibus pariter contingit, quibus in uictu damus quæ plurimum alunt, & quæ meatus uenarum aperiant, & uires iecoris in attrahendo reficiant, nã & corpora confri care utile habetur, & ad balnea quoque proficisci necesse est, ut membra quoque nutrimentum in sese contrahant: Sed & missio interdum sanguinis, aut deiectione necessaria est. Ceterum in secunda mensa, caryca, uua passa, uua cum pistacijs, aut amygdalis dari debent.

Exemplum mulieris mirabiliter purgatæ.

De tenesmo, Cap. XLVIII.

Tenesmos græcè dicitur, frequens est (ut inquit Plin.) & inanis egerendi uoluntas, addunt autem cum sedis inflammatione, ac tumore, mucosa & sanguinolenta quædam egerentis, unde in ea crebra desidendi cupiditate, ex uehementi alui compressione ac resolutio lacerto sedes procidere solet, ex quo sedis procidentia uocatur. Cum dysenteria non sine periculo quandoque contingit uel cum febris. Si diu hoc malum perseverat, uigilias, iliacos dolores, & tabem inducit. Ex dysenteria difficilior est, quod accidens est appetitus quidam desidendi præter naturam nimia frequentia importunus, ob intestini punctiones assiduas. Ex uulneribus (inquit Galenus) uel ulceribus sequitur tenesmus magno egerendi conatu, ex quo phlegmaticum nescio quid sæpe egeritur obscurum & atrum, quod si perseverat ramenta ex interiori intestini parte maiora abraduntur. Huius molestissimi morbi causa uel extrinsecus occurrunt ex aere frigido, frigidisque tempestatibus, natationibus, aut super fluminum impetu quotidianis fellis, quales

Tenesmi multiplices cause.

Faruifij aut Veronæ habentur: aut si quis super frigido marmore confederit, uel noctu in pratibus, ea enim tenesmus nothum uocatum efficiunt. In his natura mouetur id inaniter expellendum irrito conatu quod expelli non potest. Idem euenit acuto medicamento epoto, aut clystere infuso, aut glande subdita mordaci. At intrinsecus contingit ex acuto humore in anum intestinum delapso, uel ex dysenteria præcedente, aut phlegmate falso comixto (ut plurimum contingit) humore, uel putrefacto, uel frigido crasso, & uiscoso, aut ex aridis recrementis diu in aluo retentis aut apostemate, aut pustulis, uel ulceribus, fistula, rhagadijs, uel hæmorrhoidi uicio. Mordax enim uiolentia, ad sella ægræ excitat. Viscositas item sua lenticia contumaciter hærens, inquietat, quæ res plurimum contingit. Ex cæteris rarerent euenit humoribus. Ex illis uerus tenesmus efficitur.

Nota cuiuslibet generis tenesmi, Cap. XLIX.

Tenesmus ex
flaua bili.

Ex phlegmate.

Ardet anus acriore quæ ui mordetur, si ex flaua bili oritur tenesmus: ob eam rationem quod excernitur flauum est, aut citrinum, tum & quæ coniunguntur si frigiditas sint leuant. Salsum phlegma saliginosus pruritus indicat, quod excernitur mucosum apparet, calida temperata abstergentia conueniunt. At mucosi humoris nota est, cum sedes ipsa quadam grauitate premitur, quam discutere crebra uoluntas egerendi inaniter conatur, ac si durum frigidumque excrementum sedis partes occupet, quod deijcitur, album est, mucosum sanguineis guttis leuiter distinguentibus, cui calida fomenta medentur. Has speciales differentias, uaria uictus ratio facile demonstrabit. Quod a uento fuerit, murmura aderunt, sine sedis ulla grauitate. Ex ulceroso tenesmo notæ sunt eius partis ramenta cum cruenta sanie, flaua bili permixta, uel falso phlegmate, alioque adusto humore. Nec mirum si tenesmi sordes sine graucolentia emittuntur, quod extrinseci intestini pars facile perfletur. Ex apostemate uero sedes ipsa inflammatur et pondus cum sæuo dolore percipitur, qui maxime ægrum torquet, dum aridum excrementum enixius demittitur, tum & febris non cessat, & quod fluit uirulentum cernitur. Procidere sedes sæpe uidetur cum phlegma ueluti oui candidum emollit intestinum, tum aluus resoluta facile procidit.

Remedia ad tenesmum, Cap. L.

Aluus sicca humectantibus, & emollientibus indiget cibus. Id præstat aristaltheæ decoctum cum tuls amygdalis, ac psyllij lentore. Infunduntur & emollientia. In uat siliquæ ægyptiæ atramentum syrupo uiolaceo, & uiolarum succo. Aut diaprimum medicamen potui. At si uitium ex frigore uel perfrictionibus fuerit, uaporationes ualènt ac calidæ infusiones. Furfures in sacco candefacti & subditi iuuant, uel ex milio & sale & similia sicca fomenta ualent, spongiæ aqua calida infusa & duabus tabulis expressæ & impositæ, uel per se spongiæ excalectæ & suppositæ. Mox cerotario ex partes inungantur, ex anethino oleo & nardino, lentiscino, omphacino, addito uino austero & ceræ modico. Inuat in thermis uersari, uel super arena calida considerare, uel in supremo balnearum folio, aut lateritio lapide candefacto. Cupressi scobem calidam subijciant, uel tabulam. At si ex duricie fuerit lapidis, oleo anethino & chamæmeleo, cum cera & bdellio cerotarium utile ad emolliendum conficies. Et subter dabis ex uino dulci decoctum radicis althææ cum semine fœnogræci ac lini, addita chamæmilla. Fotu quoque prodest ex oleo calido spongia sedi subdita, ex mordacitate medicamenti poti. Glandes ex refrigerantibus stypticis subditæ iuuant, aut clysteres. At ueri tenesmi uitium iuuatur cibo humecto insipido uel exigua dulcedinis: damnantur amara, acuta, salsa, & omnis acrimonia, & quæque excrementa arida efficiunt, & quicquid succi crassi uiscosi que fuerit, * his biduo abstinentia iuuat, nam materiam fluentis impetum suspendit: uel si ex apostemate malum fuerit, obesse que frigora certum est, et conferre temperamentum, uel uaporatio nibus. Cum ad sellam residet æger frigus euitare opus est. Inter escas nocent tubera fungi, rapæ, ac mali citrei caro, mala persica, nam mucida phlegmatica que sunt. In sedis uero interioris inflammatione styptica obsunt plus quam sit uerisimile, sed quæ emolliunt aluum plurimum iuuant. Initio ægrum triduo fame fatigant, pro ægroti uiribus, mox panem lacte decoctum exhibent, quo assumpto biliosam materiam superfluentem per aluum ducit. Prodest & alica ex lacte cocta commanducata. Si uenter per se fusus est, oryzam

* alijs illor.

oryzam dabis, aut far eodem modo coctum. Sed materiam, interea fluentis impetum detrahimus, auertimus interdum, aut transitu obocæcamus, nam & sedis partes confortamus, ea in dysentericis curationibus dicta sunt. Nam eas partes firmat rosaceum cum uino austero nigro subditum, mox emplastrum ex solani succo rosaceo, ac oui luteo, uel subter datum uel insutum, nam tumorem discutit, & dolorem mitigat. Lentis quoque decorticata decoctum cum rosa, & strichno si in pelui infideat quotidiano fotu æger, prodest. Eadem quoque si teruntur cum oui luteo & rosaceo emplastrum utile conficitur. Gallæ item ex aqua decoctum iuuat uel uehementiori medicamine ex uino austero. Potiones interea quæ humorem refrigerant sumendæ sunt. Et si initio morbi missio sanguinis necessaria fuerit, inter minimis manu sinistra digitos imperanda est, aut primum ex iecoraria si corpus sanguinis copia exundet. Suppresso uero fluxu, ex talo de mere opus est: mox iuuat spongiæ expressæ inter duas tabulas impositæ ex myrti, rosæque, ac cypri baccis decoctæ, & collyria madentia in aluum condunt, hordeacea infunditur cum rosaceo, strichni succo, ac oui candido. Increcente morbo, quæ leuiter dissolunt addimus, quæ in statu large imponenda sunt, qualia sunt chamomila et anethum. In utroque tamen tempore oleum medetur cum eisdem simplicibus decoctum. Inclinate morbo anodina medentur, liliaceum, anethinum, irinum, uiolaceum ex lutea uiola. Maturant enim ac dissolunt, fœnogræci & seminis lini emplastrum, cum malua, aut quod meliloti dicitur, uel ex brassica cocta, efficacius est, si cepe decoquatur uel torreatur & misceatur, aut bdellium, nam lenit maturat & dissoluit. Idem præstat cepæ cum butyro cocta & imposita, uel cum æsipo. Aliqui plumbi cinerem lotum, & cerusam & lithargyrum bene maceratum aqua, luteaque ouorum cum rosaceo in mortario diu rutila misceantur, efficacissime illinitur: aliqui opopanax addunt, uerum cadmix farina cum rosaceo, & oui luteo utiliter imponitur. In frigido uero abscessu aluum prius clystere collues, mox oleum sesaminum infundito, nam dolorem sedat, ac tumorem discutit, iuuat fœnogræci & seminis lini malua cum althææ radice decoctum, dolorem enim lenit & discutit apostema, si sedi imponatur. Brassica quoque cum rosaceo & oui luteo bene tusa & imposita dolori medetur. In duricie abscessus, plumbi scoria si comburatur cum anatino & gallinaceo adipe, exiguaque croci iniecto oui luteo, ac rosaceo, quantum satis sit, illinitur utiliter. Aliter, bdellij, croci, cypri, sinapi, cerussæ cum adipe gallinaceo, & anatino, ac medulla cruris uaccini, cum oui luteo & rosaceo misceto. Si uero ulcus cum tenesmo affuerit, uino calido cum melle colluito. Deinde id lenimento conijcito plumbi usti eloti 3. 8. rosæ aridæ, hordei ana 3. 4. myrti duas cum rosaceo linimentum confice. Illinitur quoque eo malagmate, gummi arabici, tragacanthi, aloës lotæ, mastichis, thuris, tusa cum oleo rosaceo, & chamomileo addito ceræ momento. Efficaciter inspergitur pini corticis puluis, uel si ulcus intrinsecus ortum fuerit, nam instrumento ferreo adaperitur sedes, alioquin cum oui candido in collyria digeritur, uel cum oleo ueteri & uuae acerbæ succo infundi debet, & similia quæ leniunt & emolliunt. In cibo amara, salsa, acria, acetosa que pernitiosa habentur, cætera in dysentericæ curatione inuenies. Interea multa cum sale exiguo ulcus abstergito, si contumax ulcus fuerit, oliuæ muria uim abstergendi habet præcipuam. At si sedis cætera uitia in causa fuerint hæmorrhoides, fistulæ, uel rhagades, singulæ enim propriam habent curationem, de quibus sequenti libro dicemus, si deus uoluerit.

Phlebotomia.

Anodina.

Duriciter abscessus
suis quibus discutitur.

ALEXAN.

ALEXANDRI BENE

DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMI

lianum Cæsarem Augusti Imperatoris inuictissimi, de lumbricorum
siue tinearum in intestinis natura Lib. XXI.

Prooemium.



Anguilla generatio.

Lumbrici interaneorum, & tineæ, intestinatæ animalia ἐλμυδες à Græcis dicuntur, ex putrescente intus materia caloreque uiuificante proueniunt, ac sine coitu sicut anguillæ procreantur: & ex strigmentis & cute earum delapsis, quod attritu sæpe euenit, tineæ ex phlegmate crasso interaneæ animantur, utraq; animalia sicco & arido non proueniunt, anguillæ siccis præsertim temporibus, uerum ubi aqua accesserit pluuia, autore Aristot. gignuntur. Vidimus in Creta prata quædam uirentia in compluribus locis effossa infinitas penè anguillas ad capturam effusim præbuisse, quæ præterlabenti humore nutriuntur: sicuti in luteo humefcente lumbriculi, qui terræ intestina uocantur eadem et in mari & fluminibus stagnis que putredinis maxime ratione innascuntur, in his tamen iuxta ripas tantum: calor enim amplius subiens partes, facit ut putrefiant. Nam in materia huiusmodi animalium gignendi uis reperitur, Aueroi teste, sicuti in cæteris perfectis animalibus, quæ ex prolifico procreantur semine. Sed ea differentia inest, quod in his alterum ex altero non nascitur, in illis autem uera inest generatio. Calor enim materiam (ut Gal. scribit) putrem præparat, & ad generationem disponit, quam formarum supremus elargitor perpetuo uiuificat. Exputrescente enim materia, ut in commune dictum sit, genita animalia uel quæcunque homini infesta, qualia sunt culices, cimices & similia, putri materia simpliciter proueniunt, nam & ab aere alioquin noxio, futuram putrefactionem præcipientes absumunt, quod humanæ uitæ conferre creditur. Pari ratione & uermes in humano corpore gignuntur: putridus enim calor in phlegmatis indurati materiam agit præparatam, & unâ cum cœlesti calore uel numine quodam uiuificat, atque ita uniuersi si finem explicat perfectiorem. Talis est & in humano corpore utilitas ex interaneorum animalium generatione, Gal. autore qua corpus à putris humoris sordicie purum redditur, uel membra saltem in quibus ea generantur quæ & à putri uapore liberantur & si ex his tædiâ, dolores periculosa que inde eueniunt symptomata: phthirialis morbus, uomitiones crebræ, febres, colici dolores, distentiones, comitialis morbus, ac animi sæpe deliquia, & interitus: his igitur modis mortalitati non subueniunt enatae tineæ, nisi prius unâ cum excrementis salutari uia expellantur. Arbitratur nullâ ferè corporis partem præter uitalia ab his tædijs immunè esse, et quæ flaua bili, aut melancholia exundant, his enim non proueniunt, sed putrescente cum plurimum pituita crassa, dulci acetosa & salia quandoque procreantur. Satietas enim & crapula in causa est, uel infantium infatigabilis auuiditas, cibaria quoque quæ facile intus uiuuntur, crassa, ac frigida materia: ex cruditatibus quoque & ex farinaceis triticeis que cibarijs uermes proueniunt rotundi inter gracilia intestina. Ex lactis quoque usu uel piscibus, caseo, leguminibus que gignuntur. Augent uitalia balnea, freques ueneris usus cibo præsertim: cucurbitini lati à seminis cucurbitæ similitudine dicti in plenioribus intestinis procreantur, qui quandoque inuicè compacti incredibilem longitudinè 15. pedum complent, ut uidimus, atque ita in unum metiuntur animal. At tineæ paruæ rotundæ in aluo ima proueniunt: ascarides dictæ, quæ & equos infestant, & ad maciè ducunt. Similes in ceruino capite inueniri tradit Arist. uiuos qui & sub lingua nasci solent, ut in canibus in cœcauo enim circiter uertebra, qua ceruici innectitur caput, magnitudine haud minores his quos maximos carnes putres edunt, gigni, uniuersi si, atque cõtiguui solent numero circiter 20. In auribus item, dentibus, pulmonibus, renibus que interdum sub cuti in phthirialis uitio, Scyllæ dictatoris exëplo. Ad nostra quoque tempora id supplicij genus indomita fœditate peruenit. In manibus quidam exilis pedicillus læde minor sub cute serpit, non admodum frequens, in capite si: b. cuti pediculus infantia peculiare tædiu. Tineas rotundas in stomacho procreari multi tradunt, Gal. in causarijs quandoque quorundam habi-

Uermium gignendorum causa.

Uermes in capite cerui.

habitudinibus, in sanis nunquam nasci scribit. Arist. id fieri omnino negat, sed in inferiori duntaxat uentre, quæ sursum potenti feruntur. Quandoquidem cibi concoctio generationem earum prohibeat ex ingenti calore, ac humido bene præparato. Sed quis præterea lumbricorum in stomacho generationem uidit? Ea animalia autumno cum plurimum molestiores sunt ac grauius corpus reddunt: nam maiore putredine arguunt. At lumbrici omnium pessimi sunt, qui os stomachi & præcordia infantibus lancinant, ac uentrem aliquid quando perforasse alios ex umbilico mirabiliter exisse, qui scripserint inuenimus. Sunt & gentium (inquit Plin.) differentie non mediocres, sicut accepimus de tineis, lumbricis que inesse Aegypti, Arabia, Syria, Ciliciae populis. E diuerso Thraciæ, Phrigiæ omnino non nasci. Minus id mirum quam quod in confinio Atticæ Bœotiæque Thebanis innascuntur, cum absit Atheniensibus. Lumbricos aliquos scribit Celsus sub sine morbi descendere, nihil omnino nocere. Sed quia tineæ alui partem infestant, ob eam causam de earum curationibus ad hunc usque locum, mentionem non ab re distulimus, cætera se dis uicia sequetur hæmorrhoidum inflammationis rhagadam, ac infestissima alui proci-dentia, ac eorum curationes dicentur.

Quibus notis afficiantur, qui tineis tentantur, ac earum auguria, Cap. I.

Qui tentantur à tineis his initio statim translucent oculi, nocte sudore profluunt, in somno obloquuntur, dentibus strident, ori digitos admovent, sæpe tussunt, nam & commanducare uidentur. Si quando ad fauces usque penetrant lumbrici, tum subito pauore expergiscuntur. Pruriunt præterea nares, aures sibilos, aut murmura sentiunt interiora. In uentrem facilius accumbunt. Contra lethargici supini iacent. Interanea præterea murmurant, nares sæpe pruriunt, asthmate graui item tentantur. Incre-scere morbo cor supra modum palpitat oculi semi aperti cernuntur. In somno saliuant ora infantibus, die suis magis accenditur, lingua, labiaque arefiunt: si acuta febris affuerit, aliena uerba loquuntur, furore agitantur, aut oculis apertis non conuulsi muti stupent, & in supremo cruciatu distentionibus comitialiter ore spumante torquentur, uenter ueluti tympanico intenditur, tum intercisiones, tormina, uel colici dolores, cum fluxu lientérico cum plurimum sentiuntur, aluus interdum supprimitur, in communi symptomata noctu magis quam die seuiora apparere, reuocato ad interna calore, quo tempore rotundæ tineæ magis infestantur, uel si febris affuerit, qua inter interanea ea animalia seuius accenduntur, prærepto alimento, aut consumpto, tum enim acrius mordent, escam anxij queritantes. Pueri initio protinus cibi tædio inedia excruciantur, et crebris uomitionibus affliguntur, tum lumbrici magis affligunt fame uicti, nam uentrem morsu lacerant. Quosdam pueros mira fames uexat, sed rarè id euenit. Alij somno profundo tenentur, aliqui insomniosi tota nocte existunt, quos tinearum ictus inquietat. Quidam subito metu, formidineque uana excitantur, uel nocturnis quibusdam pauoribus, umbrarumque terriculis falsis profiliunt & clamant, ij sunt qui natura timidi, candidæ cutis, ac carne molliores, in supremo cruciatu uenarum pulsus subducit, quando reuocatur tenuis subsulcit, nam & frigore extrema corripuntur. Incipientibus acutis febribus tineæ rotundæ uiuæ eiectione, pestiferos morbos indicant, inclinantibus uero mortuæ malum quoque augurium faciunt, inter utrunque tempus quo quomodo appareant malo est, cum plurimum tamen ex ore uel naribus reijciuntur, nam nec febris certo horarum uel dierum circuitu redeunt, sed erraticæ apparent noctu seuiores, cum fauni pueros in somno terrent, aut similia, oculi caui fiunt, guttis que sanguineis conspersi, mala que rubicunda cernuntur. Tinearum uero generationem ingens fames, quæ uulpina dicitur, antecedit, cibus que frequens crassa materia, ac stomachi cruditas perseverans. Si latius uentres in uentre fuerint fames aderit uulpina, ac aluus supprimitur, facies pallet, membra pigritantur, uenter grauis est, membra consumuntur, circiter que umbilicum erodunt ea animalia. At parua denique tineæ ima aluo pruriunt ferè semper, ad animam quandoque (ut tradunt) defectionem. Experimento cuiusdam Iudæi constat uermes esse in uentre mane ieiunij pueri frigida super stomacho spargitur, nam in unum congregantur locum.

Latorum uermium nota.

Quomodo sciri possit an uermes in uentre sint.

Curationes

Tineas uehementioribus saepe remedijs adeo irritantur, ut pueros ad spasmatata, syn-
copam, & interitum demum pertrahat. Sed de dieta haec pauca subiiciemus. Qui
d' tinea uexantur frigora euitent, aquilones, & plana loca, nec nudis ambulent pedibus,
his cruditates increpant: longa praeterea ocia ledunt, et somni longiores. Assumpto re-
medio contra tineas equitatione opus est, aut cursu, quibus corpus concutitur, facilius
enim emittuntur acri exercitatione, aut labore. In uictus genere lac summopere dam-
natur, sicut pisces & legumina, & quicquid frigida crassaque materia fuerit ac serae con-
coctionis. Oleosa propterea haud innocua sunt, panis non fermentatus lumbricos ge-
nerat, & dulciaria, omnia humida & quae facile in uentre corrumpuntur. Iuuat mirum
in modum secundarius panis addito aniso, cymino, foeniculo, uel sale subactus. Auicu-
lae esui dantur & syl. pullus columbaceus, ius gallae ueteris, cicerisque atrii, ac brassicae, cap-
paris, oliuaeque salsa commanducata, & cum sinapi cetera sumant obsonia, acetosa item
& oleosa laudantur ad tineas, panicum quoque, & milium in cibarijs prodest, lupini item,
nasturcium, beta, mentha & apium, & raphanus. Muria quoque commanducata iuuat.
Faba ac cicer tineas pellit, ex aceto & sale addito oleo. Alij cicer in uino prius macera-
tum & coctum pueris caufatis dedere singulis diebus, a tinea enim uentur. Latos ue-
ro uermes necant nuce ieiunis commanducata, uel cum aridis ficis. Mane oleum si da-
tur in potu prodest, addunt nonnulli lixiuium. Bibitur & acetum utiliter aqua mixtum.
In omni autem uermium genere abstinentia prodest, qua generatio omnino prohibe-
tur. At cum infestant, exiguo cibo, sed frequenti utendum est, qui maxime conuenit cum
lacerasse desinunt. Si cum febre uenter quoque profusus est, acetosae potiones & acres co-
ueniunt, qualis est aqua in qua rhus decoctum sit syriacum, uinumque mali punici, & si-
milia offerenda sunt.

In summa remedia excalefacientia, exiccantia, & incipientia, amara, salia, acetosaque at
tenuantia medentur: sunt & refrigerantia quae peculiariter tineas pellunt, qualis por-
tulaca est, quaedam in abdita, qualia sunt cornu ceruini ramenta. Sed quae tineas ene-
cant in primis danda sunt, quoniam quo ad uiuunt nocendi occasione semper habent,
difficiliter enim expelluntur: & cum interfecti fuerint protinus ex aluo extrudendi sunt,
alioquin retro uirulentoque uapore cerebrum afficiunt, & corpus pariter inflamant.
Laudatur allij & sinapis acrimonia, si sine febre fuerit. At potio medicamine enecante
uermes stomachus acacia uel hypocythide, cum uino fouendus: idem praestat & rhus, et
anethum & capparis in cibo. Quae enecant cum dulci commode dantur, lacte uel mel-
le, aut syrupo acetoso, quale est abrotonum, aut filix, uel santonicum, quod uulgo semen
sanctum uocat, aut lupinus amarus. Quidam in uermibus triduo potu pueros prius
faciant, mox quae dicta sunt propinanda exhibent. Infundunt & eadem quoque dul-
cia, ut ea animalia ad inferna detrahant. Idem praestat mulla subter data tepida, uel in fe-
bre, in qua lactis usus improbat. Subiicitur & ex melle collyria uel saccharo ad eos-
dem effectus: illincitur & butyrum recens, infusione quoque lac caprinum ea animalia euo-
cat. Cunctaque praeterea hauriuntur ea quae dicta sunt medicamina, pueri nares obturato,
osque subinde aliquo dulci colluito, uel acri. Ex calidis interficientibus annumeratur men-
tha, nasturcium, porri semen, gith, persici mali nuclei, & folia, cortex arboris celsi, & suc-
cus radicis potus, & filicis radix, aquae rutae tineas pellit. Semen apij efficax traditur cum
syrupo acetoso, uel lacte, uel ipsum apium ex aceto, erucis semen ualet. Et apium ipsum
macedonicum dictum uel olusatrum. Absinthium marinum. Gal. autore, hortensi efficaci-
us. Abrotonum eos pellit & enecat. Amygdalae amarae, oleumque prodest. Aristolochia
longa praesertim. Calamentum & potum, & cum oleo infusum, uel crudum cum sale
et melle sumptum. Chamaleonis albae radix imposita necat. Origani decoctum, succus
eupatorii, lapatii succus cum melle potus: centaurea arida tusa cum melle bibitur, inu-
la, silymbrium, urticae semen, hyssopus, zedoaria, chelidoniae succus, & raphani, carda-
momum ex uino. Dictanum necat & pellit, gentiana, graminis radix, brassicae semen.
Lauri baccae & folia, costus, prassion, cyminum, asarum, aloes enecat et pellit, iridis suc-
cus,

cus, tripolium, & agaricus, radicis cucumeris syluestris succus, & elaterium, cucurbitae
erraticae caro, succus, semenque: enicon, uel eius semen, scylla quoque condita, uerrucaria bi-
bitur, radicis mali punici decoctum, succus cedri, hederae albae acini triti ex mullo poti,
& uentri impositi, rotundas tineas pellit aizo succus. Est & herba picris nomine uulgas
Veronensis eam panellam uocant, in Baldo monte nascitur summae amaritudinis, qua-
tuor digitorum altitudine, radice fibrosa tenui citrina, flore cyaneo campanellae similitu-
dine, folijs a terra statim exeuntibus, radix uentris animalia necat. At ex frigidis corian-
drum prodest, portulacae folia, & semen, & radix, rhus syriacum, semen atriplicis necat
& pellit hypocythidis, salix, terra lemnia, omphacium, corallium, & herba eiusdem no-
minis in mari nascens corallij similitudine, cornu ex uini derasi farina, uel cinis, aut ossi-
cula in eorum corde inuenta trita & pota. Eboris ramenta pota cum uino. Plantaginis
semen, & folia profunt, seris, cichorium, acetosa, rubi mora, uel cauliculi cocti ex aceto
commanducati, succus citri, semen & cortex. Extrinsecus uero imponuntur persici arbo-
ris folia tusa, costus, radix iridis, cortex radicis mori, prassion, carthami folia, chamae-
pytis, chamædrys, centaurea, & absinthium, inula radix. Ex refrigerantibus sunt cortices salicis
triti & uentri impositi, myrtus quoque, & atriplex. Lata animalia uentris necant lupini,
aqua portulacae pota, & ipsa herba quoquomodo sumpta. Ex misturis laudatissima the-
riaca bibitur uel cum aceto uel rosacea, nam rotundos & latos pellit, ac necat. Peculiari-
ter iuuat uaccinus calus in cinere redactus, & cum uino potus. Carpesion ite quas cu-
bebas uocant nonnulli, latos pellit uermes filicis radix pota, succi cucumeris erratici stil-
la cum forbili pota uermes latos enecat & pellit, brionia cum uino pota necat et pellit ti-
neas. Sabina quoque eicit protinus cum posca pota, radicis fraxini decoctum bibitur, suc-
cus oeymi. Aloes lachryma per se ualet, nam & mortuos deiecit, oleum per se uidelicet lar-
gius potum omphacium praesertim, nam pro infantibus ita immaturum exprimitur.

EA compositio laudatur, in qua continentur xyloaloes 3. s. zingiberis, machirana 3.
1. cornu ceruini adusti, sem. santonicum 3. s. zedoariae 3. 2. cordumeni 3. 1. sacchari lb. 2.
cum aqua absinthij & methastri ad spissitudinem redigito, uel facito tragemata. Inter
syrupos qui ex absinthio fit uel calamentho, aut prassio laudatur. Vel alium syrupum
hoc modo facito, succi menthae radicis inulae, succi absinthij rutaeque purgati tolluntur,
abiecto sedimento ana 3. 4. succi cichorii graminisque ana 3. 6. in ijs cornu ceruinum tor-
refactum, rhus, semen portulacae, ac mali punici balauftia, & percolato decocto, infun-
de sacchari, uel mellis puri quantum satis sit. Aliter, abrotani, calaminthae ana M. 1. men-
thastri, radicis inulae recentis ana M. s. ex aqua ad tertias decoquuntur, id decoctum da-
tur cum syrupo absinthino, uel oxymelle scyllite. At in febre radicis graminis, hordei-
ana M. 1. ex aqua decoctum datur, larga portione. Cum uentris uero fluxu plantaginis
semen, ac portulacae, uel foliorum decoctum & potum iuuat: mire iuuat mali punici ui-
num cum cortice expressum. Rhus quoque hypocythidis succus, terra sigillata, ac herba
acetosa uel succus uel aqua si bibetur assidue. Syrupus ad idem utilis, succi seris, cicho-
rij, portulacae, graminis, plantaginis, menthae ana p. x. quales cum saccharo potionem co-
ficito, addito acetis momento, cum graminis uel portulacae aqua, uel absinthij, datur an-
te cibum uel mane uel uespere. Alij myxorum decoctum in potu dedere cum seris aqua
uel portulacae.

SI myxa ex aqua deferueris & decoctum cum butyro recenti infuderis, tineas et su-
perioribus ad inferiora detrahes. Si in stomacho fuerint idem decoctum potum ualet.
nam per uomitiones sollicitas eas extrahit. Alij fauum mellis in ore contineri uolunt, ut
alliciant rotundas tineas. Qui abrotani decoctum infundunt cum melle oleique exiguo
laras tineas detrahunt. Alij ex marubij succo conficiunt. Aliqui cum centaury, prassion,
inulae, radicisque mori decocto infusionibus utuntur, alij mel & oleum amygdalinum cum
hiera picra adijciunt. Vehementiora sunt, si centaury & hisopi, carthami, interiorisque co-
locynthidis decoctum inieceris, cum sale. Asphaltum in alium inditum tineas necat, hie-
ra picra per se pota ac ex absinthij succo pilulae sumptae. Galbanum quoque cum penidia

Emplastrū uen-
tri contra uer-
mes imponidū.

tis in pilulas digeritur efficacissimas. Iuuat rheumpticum cum lacte potum, stcehadis
quoq; flores cum melle poti lumbricos interficiunt, & uentrem mollior ducunt. Ven-
tri id emplastrum imponitur, habet farine lupinorum, centaurij minoris, foliorum mali
perfici, & prassij, cum aceti polca contrita imponantur. Aliter, hordeaceum panem tor-
refacito, & in aceto infundito, mox exprimito, & in foliorum perfici mali succo rursus
infundito, calidum cum linteolo uentri imponito: alij farinam lupinorum, abrotanum,
ac taurinum sel admiscunt. Aliter, farine antedictæ, centaurij minoris ana ꝑ. s. aloës suc-
cotrinæ, fellis taurini ana ꝑ. s. cum absinthij succo imponuntur infantibus. Absinthij, me-
lanthij, cornu ceruini cineris ana ꝑ. æquales, cū melle illinuntur, si febris non adsit, um-
bilicum & fūmen, cum melle utiliter illinuntur: in calido affectu cum lacte mox aloës fari-
nam superinspergito, mire enim eos interficit. Linteolus oleo calamentij sæpe infusus
& impositus adiecto cymino trito, uermes pellit. Vtiliter inunguntur nares theriaca ex
aceto, oleo amygdalino amaro stomachus illinuntur, atq; lumbi ex aduersa parte. Alij co-
locynthis interiora cum felle uaccino, succoq; cucumeris syluestris, uel elaterio, addi-
ta aloë ac asphalto: nam & eo die glades ex melle in aluum indito, quibus tinex extra-
hantur. Alij aranciu citrum pruna discoquunt, & diuidunt superaddita aloës farina um-
bilico imponunt saluberrime: ac tinex minutæ rotundæ quæ in aluo ima sedem habent,
si centaureæ decoctum infundatur, necantur: oliuarum quoq; muria ac salforum piscium
idem præstat infusa uel cum absinthij decocto: collyria quoq; addito sale & nitro ac co-
locynthis interiore parte indita ualent. Quidam ex lardo recenti uel ueteri non falso,
à media enim parte collyria confirmant & annecto stylo in aluum indita, tineas impa-
ctas quæ id pingue auide appetit, extrahunt. Carthami quoq; absinthij, hyssopi, rutæ
ac colocynthis decoctum iniectum medetur. At si bitumen in glandis modum inij-
ciatur tineas protinus interficit: lana quoq; felle taurino intincta & subdita. At si ex fe-
bri uel uermium tetrus uaporibus, aut fumidis medicamentibus quæ caput repetunt, ita
ut cum dolore plurimum afficiatur tum bregma, hoc est sinciput cum fronte & tempo-
ribus rosaceo illinuntur efficacissime: uel acacie succo, uel hypocythidis admixto. Alij
fermentum cum croci paulo & aceto imponunt illitis his ipsis partibus, nam somno in
tempestiuo, & cæteris peruersis affectibus medetur.

Ad sedis partem curationes communes, Cap. VI.

Sedis morbi cu-
raui difficile.

Sedis huius morbi uarijs de causis difficulter (ut docet Gal.) curantur: quod ea alui
spars plurimū sensationis habeat, nam acri acutoq; cathartico facile offenditur, uel
iniectis collyrijs, glandibusq; asperis uel acutis irritatur is locus biliosi humoris frequē
ti colluue, siquid excrementis, & alui ad exonerandum frequens importunitas, & na-
turalis sedis humiditas corruante in aluum humore ueluti nauium carina graue olens,
unde medicamina indita uel imposita conuerso sæpe intestino statim labuntur: totiesq;
dolor grauis repetit. Difficultatem item auget secretæ partis pudenda curatio.

De hæmorrhoidum natura, atq; differentiis, Cap. VII.

Cæca hæmor-
rhois.

Hæmorrhoides intra sedis partes innascuntur, immaturi mori specie, interdum si-
ne tuberculo fissuras habent, unde sanguis effluit, interdum leuis rubesq; tumor
est, quo sanguis non remittitur, unde hæmorrhoids cæca dicitur. Circum queq; ani coro-
nam condylomata consistunt tubercula, quæ ubi indurere sæpe manus auxilium desi-
derant, ex inflammatione enim nasci solent. At in hæmorrhoidum capitulis quibusdā
uenarum ora surgentia cernuntur, quæ sæpe sanguinem fundunt naturali ueluti quodā
onere sese exonerante natura: idq; etiam in ore uulue ueluti foeminarum menstruo ue-
tigali incidere consueuit. At quinq; sunt uenarum ora quæ sanguinem melancholicū
emittunt: qui parum tunc interim supprimitur in quibusdam, qui sanguinis eo proflu-
uio imbecilliores non sūt, habent enim inquit Celsus purgationem hanc, non morbū,
ideo quidam cum subsisteret id profluuium, & exitum sanguinis non haberet, inclinata
in præcordia, ac uiscera materia uirulenta, subitis & grauisimis morbis correpti sunt, eius
enim grauitas, aut uirulenta acuitas uenarum ora uel in foeminis patefaciūt. At qui purus
exit membrorum imbecillitate dignoscitur: crura enim labant, corpus nutat. Cum intu-
muerit, quatuor genera constituere, quosdam uerrucas appellantes, quas uereres condy-
lomata

lomata uocant: alias uix acino nigro similes: nonnullas maturo mori callo haud dissimi-
les: uesicæ alias flaccidæ, uel piscium albicantibus uesicis similes. Cæterum naturales hæ-
morrhoides nullam ex ijs speciem constituunt, quæ circum ani coronam sitæ sunt, uel
intus positæ, quæ nisi ferreo specillo non cernuntur, quibusdam uersus colem, aliqui-
bus uersus os sacrum positum habent. Quæcunque igitur quæ sanguinem tempore,
quantitate uel qualitate incongrue effundunt, profluuiū præternaturali laborare dicū-
tur: qui enim ex toto sanus est huiusmodi profluuiū non eget.

De causis hæmorrhoidum, Cap. VIII.

At quoniam mortalium corpora culpata sunt, talem excreticij humoris uitam salu-
tarem inuenit natura, cum acuti, mordacesq; in corpore exundauerint humo-
res, quibus orificia uenarum patefiunt, aut sanguis melancholicus, aut atra bilis (ut tra-
dit Hippocrates) suo graui pondere eos meatus resoluunt. At excrementorum ariditas
angustos quoque transitus ani lacerat. Raro ex phlegmatico sanguine tumet hæmor-
rhoides uesicariæ dictæ, nam condylomata dura tubercula ex melancholico sanguine
oriuntur. At quæ moro similes sunt, sanguinæ esse creduntur. Inter utrunque natu-
ram habent quæ uix acino colore propinquæ sunt. Ex uarijs primū causis extrinse-
cus proueniunt, æstate torrida, aut hyeme nimio frigore, austris uel aquilonibus perse-
uerantibus, longis equitationibus, aut quotidianis sellis circa ripas fluminum. Irritant
id uitium, collyria uel glandes nitro uel sale exasperante sæpe coniecta, uel super mar-
more duræ infelliones: accedunt metus, formidines, animi perturbationes, diurna uig-
ilia, ac immensi corporis labores. Accenditur quoque sanguis longa fame, ac siti, &
in cibis quoque offendunt salsa, acuta, dulcia, & quæ melancholica dicta sunt cibaria,
quales sunt siliquæ, palmula, nigraq; pastinaca, carota à uulgo uocitata, uel à Græcis
gallica, lenticula, faba, & reliqua legumina. Sed lens à Gal. non minus quam à Pytha-
gora faba damnatur: inter olera brassica damnatissima est. Cum his igitur causis turgent
hæmorrhoides cum imparibili quodam dolore, uicinitatis quoque partium uesicæ quæ
& urina sæpe supprimitur, colis, testam, inguinum, & pubis cum osse sacro communi-
catione. At si ex intumescunt ac nihil prope remittant, cæcæ, hæmorrhoides dicuntur
omnium deteriores. Harum profluuium post uentris opus cernitur, in sine enim destil-
lat sanguis sine ullo dolore, & sanis, per certa temporis interualla, ualitudini mire con-
ducit, si ater est, uel quoquomodo si morbidum corpus exonerat. Supprimendus est
cum diluitor exit, & si corporis imbecillitatem affert copiosus: dilutus color biliosam
materiam indicat si præterea mordet, & frequenter desidendi desiderium excitat. Ex
frigore ater est & niger, tum & ima aluus quodam ueluti pondere grauis est. In sum-
ma tale profluuium non improbat, si corporis colorem iucundiorē præstat. Alio-
quin immodico fluore pallorem & plumbeum colorem reddit. Si uersus colem ea in-
commoda tumet, quam quæ extrorsum turgent, deteriora sunt, nam urinae meatum
supprimunt interdum: quæ & si præciduntur periculum afferunt. Cum uero exulceran-
tur clysteribus frequentibus incaute, non sanguinem perpetuo, sed & uirulentam sæpe
saniem emittunt, quam orta intus ulcera haud dubio euomunt.

De communi hæmorrhoidum curatione, Cap. IX.

Pro corporis commodo, hæmorrhoidas, aut supprimunt, aut euocant, nam nimitū
effluere, aut importune hæere, uitium est. Sistimus fluxiones earum nimias, cū cor-
pus languet, cum cibi adest tedium, cumq; faciei buxeus admonet color: nam & id ui-
tium festinationem non expetit: sed sensim cohiberi uult. Obest præterea cum per se ex-
toto supprimitur, aut imminuitur, aut intermittitur: per se nanque uarijs rationi-
bus supprimitur, sicuti & mulierum menses: sed in uiris præcipue cum sanguis intus co-
cretus fuerit: id nanque ex frigore, aut calore contingit: aut uictus uitio. Fluere præte-
rea non sinit cutis earum quæ ambit natura crassior, aut cum cicatrice cum
inuruntur indurato callo, his causis aut singula, aut
plures intumescunt, dolentq;.

Hæmorrhoidū
4. genera.

Hæmorrhoides
uesicariæ.

Hæmorrhoides
quæ irritent.

Profluuium hæ-
morrh. quando
supprimitur.

SI corpus supra modum sanguine turget, abstinentia primum iuuat, ac cibus modice superfluitatis, leuiter astringens, damnatur triticum, & farris genera, farinacea omnia, lens, ac faba, et similia. Iuuat in cibarijs portulaca iniecta uel plantago, aut rhus syriacum, acerba pruna, laurocerata, acria uel uua acerba arefacta, quæ omnia si cibum antecedunt, damnantur, nam uentrem incommode supprimunt, eadem quoque obesse traduntur cæcis hæmorrhoidis, uel moratibus, sed ea necessaria sunt quæ & menses morantes trahunt scemini: mutæ enim sunt utriusque mali curationes. Quibus igitur intempestiue substitere iuxta poplitem aut ex talo sanguinem mittimus, si dolor ac tumor ex oppilatione contigerit. Contra nimio fluuio fluentes narium sanguinis fluxus medetur, tanta est fluentis humoris diuersio. In scemini uero si ad mensium prorumpit abundantiam, sanatur hæmorrhoidum profluuium, leuato onere, quibus remedijs si non occurrerit sponte nature, medicamentis non inscite procurabimus: uicem subeunt cucurbitula inter scapulas impacta & scapello scarificata, nam hæmorrhogiam nimium fluentem, aut hærentem auertunt & exonerant. Sed curationis initio prius mala corporis habitu do, iecoris, lienisque distemperantia remedijs præparanda est, deinde materia digesta repurganda est. At quibus tempestiue fluunt melancholicis & nephreticis, Hippocrate autore bono est, neque pleuretici, peripneumonici, phthisici, furentesque unquam fiunt, neque lepra, scabie, impetigine, carcinomate, igne sacro, cacoethe, neque alopecijs, pustulis ullisue serpentibus ulceribus tentantur. Addit Gal. comitiales morbos, aut hydropem ullum iecoris uitium non pertimescere: uel herpetas non imminere, quæ ex naturali & innaturali progenerantur melancholia: qua repletæ corporis uenæ ad membra natura regerere solet. At post sanguinis missionem, digestam materiam his catapotijs repurgamus, in quibus ea inferuntur, balani indici, bellarici, chebuli ana ʒ. 7. seminis porri ʒ. 2. s. gentianæ ʒ. 2. bdellij ʒ. 5. gummi in aqua porri macerari opus est diei interuallo, cætera bene tusa & commixta in pilulas formabis, modus est ad ʒ. 3. intermissis tamen diebus, triferam paruatam sumendam dabis. Sed unum interea remedium præseruatorium referam ab eo tædio, non tentari, si qui sepe in balneo sedem aqua fouebit: omisso melancholico uictu, uitari debent præter quæ dicta sunt legumen omne, salsum, cætaria, palustriaque omnia, coenosa & in piscinis limosis capta, syluestria quoque & uetera omnia præsertim quadrupedia, inter acria sinapis, piper, & quicquid uehementis amaritudinis est, palmula nocent. Commendantur in primis ouilutei, pullus gallinaceus, hœdus, uitulus, ueruecis iuuenis caro, uel agnina citra bimatam, auicula, perdice, phasiani, saxatiles pisces squamosi, iurulenta pinguis, nam assis supprimitur aluus. Mollia cibaria esse debent, inter olera, buglossum, lactuca, seris, cucurbita, malua, uiolaque laudantur: inter fructus siccis recentes maturæ, uua dulcis pensilis præsertim, mala punica dulcia, mala persica, ac quæ melimela dicuntur, amygdala & bellaria omnia ex melle saccharoque cõfecta. Sunt medicamina in hæmorrhoidum quoque obseruatione quæ & aluum molliunt. Pilula quæ bdellio ascribitur ijs præfunt quæ per circuitus redire solent. At fixis continuatisque doloribus quæ aluum emolliunt, damus, qualis est ros syriacus ab alijs manna non incongrue uocitata, cum gallinaceo iure qui uetus fuerit, aut cum siliquæ arameto, uel amygdalino oleo additis penidijs, uel cum myxorum uel prunorum decocto. Nam & ius ueteris galli per se mire prodest, * sine hæmorrhogia, & sedis cõuersa uexatione. Extrinsecus uero uideo ueteres sedis inflammationibus seuo uituli cum ruta occurrisse, recentiores melimellis pomis coctis sub cinere, & saccharo addito doloribus mederi.

Ad cæcas hæmorrhoidas tumentes auxilia, Cap. XI.

SI cæcas hæmorrhoidas rhagades, uel abscessus pariter infestauerint, ab ijs primum sinchoandū est, mox hæmorrhoidas aperimus, paulatimque demisso humore exinanimus, assuetis præsertim: indicium facit corpus graue. Quidam prius sanguinem demere malunt ex manu aperta lienaria dicta uena, alij sanguisugas imponere malunt, alij qui materiam duntaxat digerunt, & sanguinis spissitudinem attenuantes, ijs quæ modice aperit, calidiora enim sanguinem magis urunt & inspissant: demum humorem melancholicum deiciunt, remedijs quæ sæpius dicta sunt. Interea eas partes sedis fouemus

mus lenientibus ac aperientibus, uel frequenti aquæ fotu, uel oleo nucleorum mali perlici, uel armeniaci, anaro amygdalino uel medulla ceruina, bdellioque, tumetibus maluiam, althæamque addimus, cynoglossam, peculiaria ad id malum remedia, immiscent alij qui chamomilam, melilotum, scenogracum, lini semē, stachadis flores, et emplastra eodem modo conficiunt, uel unguenta, eadem quoque ex aqua decocta uaporationes præstant saluberrimas, alij spongas uel lanam succidam madentem subdunt. Tumores eos discutit macianum pomum sub cinere tostum addito saccharo, uel cum sapa coctum abiectis lignis interaneis, adiecto croci scrupulo tusi, & molle panis ad carati spissitudinem, nam emollit, discutit, & exicat, & membrum pariter infirmum corroborat. Aliud remedium, adipis anatis, anseris, gallinacei, liquati ana ʒ. 2. resinæ, picæ albæ, thuris, galbani ana ʒ. 2. olei rosacei, uncia, ceræ quantum satis sit, unctum conficiet quo quater in die eas partes illinito. Iuuat per se ceræ tostæ & subditæ uel cum butyro coctæ in olla porrus item, portulaca trita & imposita, passum, persici folia trita illitaque, tenuis scamoneæ folia cum oleo uiridi imposita. Coryledon mire sanat, quinq; folium, aloës lachryma admota miro auxilio est, uel mulieribus à partu. Lapis Arabius cum lanugine lintheolis superimpositis, cyeni adeps sanat, uel anserinus cum cera punica, cerussa & rosaceo. Interea bdellij pilulas damus, uel hieræ drachmam addito bdellij scrupulo, uel pilulas sandarachæ dictas.

Ad condylomata remedia, Cap. XII.

Condylomata (ut dictum est) tubercula sunt, quæ ex quadam inflammatione oriuntur. Id ubi ortum est (inquit Celsus) quod ad quietem, cibos, potionesque pertinet eadem seruari debent quæ proxime scripta sunt. Tū columbina oua coquenda sunt & ubi induruerunt purganda, deinde alterū in aqua bene calida iacere debet, altero calido foueri locus, sic ut inuicem utroque aliquis utatur in fouendo tuberculo, sed desiderare homo ante in aqua debet, in aqua uerbenæ decoctæ sunt cum reprimetibus. Tum recte imponitur, & lenticula cum exigua mellis parte, & sertula capani ex uino decocta, & rubi folia contrita cum cerato ex rosa facta, & cum eodem cerato contritum uel cotoneum malum, uel malicorij ex uino cocti pars interior, & chalcitis cocta atque contrita, deinde ceypo ac rosa excepta. Iuuat item ceræ succus lana impositus, aut tauinū fel, aut cyclaminis radix imposita, aut cucumeris anguini succus, uel staphilagria, aut eadem ex melle coacta, aut colocynthis cum amygdalis amaris imposita. Id præstat nucleorum mali perlici, aut armeniaci amari oleum addito allio cõtrito exiguoque ceræ. Iris quoque ruffa imposita. De ueterum uero medicorum obseruatione hæc pauca subiungam. Cinis samentorum uitium, uinaceorumque ex aceto, succus crudorum cotoneorum, uel pruni syluestris, nuce græcæ per se illitæ, rosamarinum, coryledon, quinq; folium, aloës lachryma, uel arida uel ex passo, iridis succus uel foliorū oliuæ, uel flos per se uel oleastri, oleum amygdalinum cum meliloto, uel myrteum cum squama aris & cera, & myrti folia cum cerato purgant: uel galla in uino extincta, ex melle illinitur. Foliorum rubi succus cum rosaceo cerato sanat. Fel caprinū per se uel lupinum ex uino, ceypum item cum meliloto, ac butyro. Lutea ouilutea igne indurata, ut calore quoque profint. Capitis menarū cinis utilis est, sicut pelamidum salfarum capitum, uel cybionum cum melle, rubigo ferri ex aceto. Arsenicum tostum condylomata tollit: lotura plumbi, aut ipsum uisum in medicamentis additur, & ferri cum oleo uetere, ac picæ decocta, polline quàm maxime calido mire curantur. Recentiores ouiluteo ex oleo uiolaceo uti docet, uel amygdalino, aut butyro, ac scenogracæ. Apud uero antiquos medicos ea cõpositio laudatur: Quæ habet thuris p. 1. aluminis scissilis p. 2. cerussa p. 3. spumæ argenti p. 4. quibus duntaxat inuicem rosa, & uinum instillatur, lintheolo aut panniculo adalligatur. At si uetus (inquit Celsus) condyloma iam induruit, neque sub his curationibus desedit, aduri medicamento potest, quod ex his constat, eruginis p. 2. myrti hæ p. 4. gummi p. 8. thuris p. 12. stibis, papaueris lachrymæ, acaciæ singulorum p. 16. Si hoc parum in condylomate proficit, adhiberi possunt etiam uehementius adurentia, ubi consumptus est tumor. Ad medicamenta lenia transeundum est.

K 3 Quæ

Veteris cõdylomatis curatio.

Quæ hæmorrhoidas aperiunt, & morantes trahunt, Cap. XIII.

Hæmorrhoidum tumores ex sanguinis exundantia, præter quæ dicta sunt, leuatur, si scapello leuiter feriuntur, eo modo crassiores sanguinem elicimus, aut sanguisugis impactis, aut fici folijs, aut telæ uel panni asperitate cum cepæ succo, uel taurino felice, cum aceto & aloë trita. Perdicum quoque si confricantur tumidæ hæ partes: aperit radix hermodactyli cum marubij succo, radix quoque aristolochiæ contusa, & cū origano imposita, interior pars colocynthidis p. 3. 3. cum oleo amygdalino amaro trita & cum collyrio indita sanguinem euocat. Nam & cyclaminum efficaciter aperit imposita radice glandis modo. Aliqui a huius radice utuntur, uel cepæ, melligo item anacardina mire trahit illitis hæmorrhoidis: sex olei lilini iuuat, sed ascaloniæ cum eodem oleo indite aperiunt, magisque si sedis partes prius methastri decocto foueantur, uel terrestres hederæ, aut aquæ fotu saltem: Addunt alij staphisagriam ad collyria, aut simum columbinum, quo haud dubio aperiuntur: iridis quoque radix cum suo illita oleo ciet: oleum item laurei, felle taurino (ut Dios. scribit) illito collyrio soluuntur. Alij felle aloem addunt & aceti stillam acris, lacte foliorum fici intincta lana, ari uel dracontij radix glandis modo subdita elicit. Collyrium ex galbano & asphalthe ualeat: sed quaternis prius diebus oleo laureo partes illæ præparandæ sunt, uel irino. Verum si acri medicamento anus morderi non patiat, oleum rosaceum illitu pruritus tollit. Inter portiones aperiunt hiera, et aloë per se pota, diacalamintha, diatrion pipereon, cyminum si sæpe commanducatur idem præstat. Qui poros eos nuper obstruos aperire sine molestia desiderat linteolum in oui cado admixta mastiche, aut thuris polline, aut sanguine draconis, admoueat, at que ita donec arefcet contineat, mox repente paniculum detrahe, quem crusta meatuum sequetur cum profluuiio.

Quæ hæmorrhoidiam sistunt remedia, Cap. XIII.

Quæ profluuium narium, et quæ sceminarum menses sistunt huic quoque morbo medentur. Ab acutis, salis, amaris, nimiumque dulcibus cauendū est, & astringentibus initio mensæ, ne aliis durior profluuiū moueat importunt. Obese quoque exercitationes, uigilias, ac ueneris munera haud dubitū est. Alioquin inter cibaria stypticis utendum est, ac glutinosis, qualia sunt animalis crura, & capita. In potu uinum nigrum austerrum acribitati proximum, in quo aqua ferrosa admixta sit: utuati ægro syrupus rosaceus cum pluuia datur, aut plantaginis aqua uel portulacæ. Sed mire profluuiū id auertitur aperta uena iecoraria basilica dicta aut quæ inter minimos sita est digitos: sed paulatim pluribusque uicibus demendus sanguis est. Sistunt cucurbitulæ uentri impositæ, Gal. aut rore, sine ferro: at inter scapulas, inter renes lumbosque circumcidere necesse est. Verum si profluuij acuta materia in causa fuerit cathartico epoto repurganda est: si per circuitus id uicium repetit, pilulæ ex bdellio efficaces sunt. Alioquin impetus earum hoc medicamen unice sanat: habet balanorum indorum, emblicorum, belliricorum ana 3. 5. nardi, schænoanthi, ciperi, piperis, zingiberis, ami, thuris ana 3. 2. scorix ferri præparatæ 3. 15. mellis puri, cocti in aqua in qua decocti fuerint antedicti balani Aliud quod & menses sceminarum sistit, imponuntur squamæ ferri præparatæ, seminis porri, ami ana 3. 2. capparis non salis uel tamaricis aridi 3. 4. bene tusa cum aqua porri 3. datur uel cum calidæ 3. 2. At si profluuiio imbecilliores facti fuerint uel corporis habitus cum coloris deco re amissus fuerit, magnum (inquit Aegineta) periculum imminet. Vel si nimium profluat, aut sicut in quibusdam parum tuto supprimatur, utriusque ut tradit) curatio difficilis, si plura nancque uenarum ora sanguinem fundunt, unum purgationis gratia meatum relinquere necesse est: si intus sunt ij & non apparent difficulter curantur. Quædam sanguinem non fundunt, ob id & ingentes dolores afferunt, harum ora si cyclaminis succo illinantur aperiuntur. At hæmorrhoidiam sistit si in aqua acanthi ægyptiæ, sambuci foliorum, artemisiæ ana p. 5. ad dimidiū decoquantur & sideritis p. 4. abiectis herbis, aridum id ad miscatur calcanthi rotundi 3. 8 lithargyri 3. 4. gallæ 3. 3. misis 3. 2. soleos 3. 2. decocto ea arida dilues, & in die septies locum perfundito, sequenti die, acus punctione sensum tentabis, uel si sanguinis profluuium non suppressitur, decoctum idem pariter prodest, uel erycis cimas sumito, gallas, cerustam, acaciam, hypocythidis succum, tedæ cortices

tices, & thuris amineæ, æqualia arida imponuntur, sed prius uino austero eluantur. Aliud, scorix plumbi, rhusis Syriaci ana 3. 8. rosarum 3. 4. myrrhæ amineæ 3. 2. eodem usu. Aliud, tedæ corticis, manne, lithargyri ana 3. 8. conus aridi, molibdenæ ana 3. 2. in usu sit, & ipsius ægroti urina infusa iuuat.

Ad phlegmonem ex Aegineta, Cap. XV.

Psymithium in uino & rosaceo in plumbeo mortario, ac rudicula pariter plumbea pariter dissoluit, & illito, aut psymithion cum oui candido & rosaceo agitabis donec ad spissitudinem redigatur, & illito. Hedricon ad dolores hyoscyami foliorum & portulacæ utrinque tenerrimorum mollis panis in uino austero infusi, lutei ouorum recentium tantundem, rosacei quantum satis sit post calefactum locum, rosarum ac meliloti decoctum superimponit.

Hedricon opium ad sedis inflammationes tumoresque, Cap. XVI.

Psymithij, lithargyri, ammoniaci, thymiamatis, bdellij ana oboli 6. terebinthina 3. 1. ceræ dimidia, arida diluio succo strychni, hyoscyami, aut portulacæ, admixto rosaceo, & phitotychi medicamentum, & quod ex molibdena ad sedis inflammationes.

Ad sedis tumores, Cap. XVII.

Sedis tumoribus, ea condylomata uocari uideo quæ cum inflammatione (ut scribit Paulus) sunt, is trochiscus præcipuo remedio illinitur, in quo ea imponuntur psymithij p. 3. pompholigis p. 1. lithargyri p. 1. mastichis grammata 7. ex hyoscyami succo coguntur, si uero sine inflammatione fuerint cupressi conus cinis imponitur, sed prius uino collui debet, aut colocynthidis aridæ corticis cinis, aut ossium palmularum, uel testæ ouorum cinis, uel marathri, aut maligranati foliorum succus, uini quoque tantundem albi, ijs septenis diebus colluio tumores, putridis uero tumoribus titanum & arsenicum cum aceto aëri dilutum in sole illitum prodest, hæc Paulus.

Alia remedia ad hæmorrhoidas, Cap. XVIII.

In uerbæ decocto desidere prodest. Aut malicorium cum arida rosa contusum & impositum: & ex inflammatione cum rosæ folijs lutea ouorum ex passo subacta. Oleum rosaceum cum eodem oui luteo, ac adipe gallinaceo, mire dolorem sedat, sed uino albo prius colluio. Vetus hæmorrhoidibus sandaracha inspergitur, deinde id aridum medicamentum imponitur, squamæ æris, auri pigmenti singulorum p. 4. 5. saxi calcis p. 4. 8. postero die (inquit Celsus) acu compugendum. Adultis capitulis sit cicatrix quæ sanguinem fundi prohibet: sed quoties is suppressus est, ne quid periculi afferat, multa exercitatione digerenda est. Præter ea & uires & foeminis quibus menstrua non proueniunt, interdum ex brachio sanguis mittendus est.

Ad sedis uicia ueterum remedia, Cap. XIX.

Sedis uicij succus rosæ illitus prodest, uel iridis, aut mellissophylli ex folijs tantum cum sale decoctus succus, circa has partes excrecentibus carnibus profunt boleti, minunt enim eas, & tempore absumunt, uerucæ cadunt radices sylphij crebriori suffitu: has extrahit radicitus heliostrophium quod tricocum appellatur: uicij omnibus prodest cenanthe, uinaceorum cinis, ex aceto. Malum punicum, fici sicæ decoctæ & illitæ. Læs cocta imponitur cum rosaceo, uel cotoneo. Acetum per se calidum in spongia appositum auellanae nuce imponuntur, oleum coccinum cum murice cinere, lentisci lachryma, & myrri foliorum arenium farina. Rhus tritum ex aceto, succus caulium rubi, fel uisnum cum adipe. Quidam adijciunt spumam argenti, ac thus. Prodest & butyrum cum adipe anserino, ac rosaceo, sanguis caprinus cum polenta, lutea oui igne indurata, ut calore quoque profint, metha trita imponitur, canini capitis cinis, uel sumi cinis cum rosaceo, squama æris cum flore inest, si prius lauuntur.

Ad sedis erysipelas ex Paulo Aegineta, Cap. XX.

Dlachili & rosacei quantum satis sit, panis mundi libram, opij & croci ana 3. 1. crocus ac opium in sapa macerentur, ac in aqua ipse panis, mox temperatis additur diachilon, & rosaceum & ita miscentur, facit autem & ad feruentissimas podagras.

K 4 Ad hæmor-

G Albanum drachmarum duum pōdere si sumitur, sistit hamorrhoidam, aut pilule bdellij. Aluminosi fontes in quotidiano usu, uel suffitu sanant, & styrax quoq; uti liter bibitur: anacardus suffitu conuellit hamorrhoidas, per se enim cadunt. Aut bdellij aut tamaryce, myrtus uel fotu frequēti, aut eadem mixta cū porri semine, sandaracha suffitu per se, serpentium q; senecta. Quidam conus cupressi & corticis glandis tusos in uino austero feruefaciunt, mane & uespere anum abluunt, cornorū succus lana collectus & impostus, uerrucas tollit, si sēpius imponitur: oleum sicinum idem facit. Rosmarini recentes cimas in rosaceo feruefacito, & cum hordeacea farina emplastrum cōponito, prasiū in uino austero coctum & sale adiecto impostum, porrum tostum & cum butyro bubulo imponitur: sed per uices radix capparū cum porri semine uaporatione iuuat. Cardamomi radices in uino decoctæ & bene tuse in æneo uase ad usum seruantur, hamorrhoidam interiorē sanant si intrōmittitur, nam & extrinsecus iuuant: eo nanque medicamento uerrucæ sanantur. Anethi semen si imponitur tumentes hamorrhoidas, & condylomata soluit ex Dioscoride, thymum ex aceto eisdem, & uerrucas & sedis super excrecentes carnes sanat, uel cinis eius. Pannus laneus glasto tinctus, cornu hircinum, mali granati cortices in cinerem redacti, & inspergantur biduo, hamorrhoidas distentit tumentes & dolorem sedant, & pinne cinis farine modo inspersus, aut myrti foliorum, uel lauri, uel hircini cornu cinis: aliqui probant mali punici uel cymini cinerem. Vinaceorum cinis ex aceto, tumores sedat, & cōdylomata sanant, oleū lininum in quo scarabei incocti sint, & onisci, illitum iuuat.

Si ea ani uitia medicamentis (ut nunc mihi dictum est) non uiuuntur, manus auxiliū desiderat: commodissimum prius est aluum ducere, ac in brachio uenā secare, mox scapello singula præter unam excidere. Alij cauterio utuntur, uel acutis & adurētib; medicamentis: aut, ut alij uolunt, singula deligant præter unum uenarum capitulum. Id enim in primis sine periculo sineq; metu uel facilius fieri potest, si cauterio ea auferre uolueris capitulum, q; integrum esse uolueris, & intactum id medicamento ne lædatur tutum reddes, cera uel linamēto integes. Non nouū est cōdylomata ipsa & hamorrhoidas crudo serico deligare, Gal. autore, ita pluribus dieb. artata cadunt: quidam more impatientes præcidi iubent. Quæ intus ac minus manifesta nec oculis subiecta difficulter curantur, anus tamen cucurbitula inuersa attrahitur, aut medicamentis irritantibus præfectis capitulis sanguinem fluere non inutile est, nam locum illum ab inflammatione tutatur, mox calchanti farinam inspergimus, qua sanguinis fluxus sistitur, atque crusta pariter superinducitur: aut aloë, thus, & sideritis bene tula imponitur, & inde panniculis fascijsq; ita deliganda sunt, ut non facile excidant. Utuntur alij fuligine cum oui albo, aut gallæ farina, uel leporino uislo. Qui oleo feruētī cauterizat spasmū immemores sunt. Puluis ad idē, arsenici utriusque ana p. 1. lapidis calcis p. 2. acacia p. 1. per quadraginta dies in aceto macerentur, mox in pastillos informantur, & ad usum seruentur. Aqua præterea aluminosa, calchanti, & fabrorum frequenti aspergine profuuiū sistit superabundantem: Timemus contra si nihil penitus fluat, ne ad præcordia inclināe dira materia, cordi & capiti pestem afferat: tum à cubito sanguinem demere opus est. Amputatis capitulis, à dolore tuentur cepe cum butyro coctæ, aut porri eodem modo cocti & imposti: desiderere præterea iuuat in uerbena, aut gallarum uel mali punici corticis decoctio, aut aqua plantaginis uel rosacea, aut uerbasci, mox rosam aridam bene tusam cum cerussa inspergimus. Post doloris & inflammationis præseruationem quæ excrecere carnem faciunt superimponimus. & cicatricē demum inducimus. Sunt & alie in deligādo obseruationes: paruas hamorrhoidas radicitus deligamus, maiores p magnitudine sua in medio arctius deligantur: sed à nimio dolore cauedum est, tum bdellij uaporatio subdita iuuat, adeps ex cameli struma, deinde porri cum butyro emplastri modo imponuntur, inflammationē enim imminētē arcet: ualeat & similagineus panis cū oui luteo ac rosaceo, & infusions cum lini sem. althææ porriq; decoctio. Ea tamen omnia parum professe uidentur, si aluus ante ligaturā substituerit. At medicamina alia adurētia sunt, quale bdellium

Quæ medeatur doloribus.

bdellium & ammoniacū, liquefacta cum flore æris addito calcantho, & arsenico: id dimittendum est donec denigrescant, deinde spōte cadunt, & liquidū medicaminis genus qd pariter adurit: ex aqua calcis uiuæ, saponis, aluminis, & calchanti, addito arsenico mixta, aut utriq; arsenicum cum melle mixtum. Est & balnearum psilothrum in usu, quo pili defluunt, quod ex sapore atro & calce uiuæ fit. Fit & aridum huiusmodi medicamentum ad eisdem usum. Est & aliud q; hoc modo fit: cineris fecis acetū, salis gemmæ, nitri, sanguinis uerris aridi ana p. æquales, cum una mellis parte, & duab; axungie suillæ ueteris, bene subacta in mortario cū panniculo imponitur bis singulis diebus per uices, tamen locus cū mulso abluatur: si id non est, uinum austerū cum mellis puri exiguo feruefacito, alij stillam acetū infundunt, æstate præsertim, cum plurimum ea medicamina præfectionibus præferunt multi: nam minus terroris habent.

Ad eandem fumo gallinaceo arido, ac recenti cum oleo dissoluto utitur. In frigidis uero tumorib; oleo uetere calefacto & imposto frequēti suffitu. Aut bdellij oleum, lilinum, cum porro decocto, ac bubulo butyro in mortario miscetur. Valet & oleū quod in caua cyclaminis radice efferbuerit illitū. Dolorē lenit liquida dicta uernix, qua pictores tabulas illustrant. Sedis ardores & dolores mitigant mellimela sub cinere calido tosta, & repurgata cum rosaceo & psyllij lentore mixta & imposta: strychnum cū seuo ueruecino imponitur. Anguilla quoq; pinguis, cum decoquitur q; innarat pinguitudo abiectis interrancis, & capite & cauda, addita filipendulæ herbæ radices farina imposta dolorem sedat: uel si intra anum uitium fuerit infundatur oleū rosaceū cum oui luteo, & uini albi modico. Aliter sumunt oniscos q; porceliones uocant, & in gallinaceo adipe incoquant, ac butyro, & oui luteū addunt ad dores leuādos: uulgus cōmuni seuo utitur, quo candela cōficiuntur. At in summa doloris desperatione opitū in rosacea dissolutum cum linamēto, aut lana succida, aut gossipio imponitur, & sedato dolore protinus amouent. Quidam dracuncij radices aut ari arefactas & tusas ac similagineam farinam cum sesamino oleo eas subigunt, adiecto fermento, ac sale, & eo modo in furno cōcoquant: panis modo, ex eo semuncia mane cum dulci cōmanducata, triduo sanat hamorrhoidas uel interiores. Ad eandem & galanga pota cum dulci ualeat. Alij hermodactylorum semidrach. cum ouillo butyro ueteri mixta & imposta cum linamēto triduo, peculiari remedio sanant. Serpentis senectæ farina inspersa haud dubio ualeat. Cōualescere promittunt si supra lutriæ pelle sedent. Hinc ad rhagadas transeamus.

Anus præterea alio quoq; morbo afficitur, rhagades circiter innascuntur, ita Græci uocauere & rhagadia, nostri fistula siue sedis rimas, quæ in pedibus manibusq; ac labijs & in quacunq; corporis parte fiunt. Id malum & foeminarū naturalia infestat. Ex dysenteria sedis rimæ sæpe proueniunt, uel duro uentris retrimento, hamorrhoidū, uel abscessus uitio, & turpissima cinedorum turba hoc morbo infestat. Emplastrū ex humore acuto mordente fieri solet, & fallitudo quoq; in causa est, utrunque ex siccitate contingit. Inuenio & quorundam serpentum plagis membra pleraq; & corpora rimas unde quaq; proficindi ex uirulento humore. Infunduntur plerunq; in aluum quæ rimosas eas partes efficiunt: ex ijs rimis cum ingenti pruritu & ardore uirulentus cū retro odore humor perpetuo effluit, uerendam enim curationem habet, ac difficilem.

Rimarum sedis generatio.

Calida & sicca regione, cubiculo, uel thermis habitandum non est, exercitationes, uel equo uehi plurimum obest, ea dieta esse debet quæ humidis constat. Acuta, salsa, acris, austeratq; nocent, aut nimium dulcia, quæ aluum emolliunt assumenda sunt, & in cōmuni humectaria lenientiaq; iuant, cibo, potu, suffusionibus, unctis & emplastris, qualia sunt sem. lini, aut foenograci uel malux leniticia. Addimus adipē anserinum, oleū amygdalinum, uiolaceum, cucurbitinum, ac quadrupedum medullam: hæ tamen rerum facultates omnes non omnibus prodesse uidentur, pro habitudinis enim qualitate calida aut frigida deligenda sunt, ubi uetus malum non est, ex frigore, medulla cruris uaccini, ceruiniq; ana ʒ. 10. ceræ albæ quinque, olei uiolacei ʒ. 2. mixta illinuntur. Ex calore

calore uero cum cerussa, oui cādidō, oleo uiolaceo, camphoræq; exiguo, addita cadmiæ farina & alba cera. At si ex humoris uitio contigerit, difficulter sanatur, si recens præsertim malū non est: Nam quiescere homo primū debet, & si uenter nihil reddit, pilulas dari censemus quæ ex bdellio componuntur: mox in aqua calida desidere oportet, columbinaq; oua (ut tradunt ueteres) cocta, atque dura repurgata inuicem imponi prodest, alterū iacere in aqua bene calida debet, altero calido foueri locus, sic ut inuicem utroq; aliquis utatur. cælypumq; recens miscendum cum cerato liquido ex rosa factō, aut eisdem cerato liquido plumbū elotū adijciendū. Aut resinæ terebinthinæ, myrrha, aut spuma argenti uetus oleum. Ex simplicibus amurca ex uino sanat. Caprifici cinis ex melle, oleum myrteū cum æris squama, & cera. Pix emendat, uiticis semē ex aqua urina imposta iuuat, & cælypū ante dictū medicamentū, cum meliloto ac butyro, canini capitis cinis, aut menarum, uel pelamidum salfarum capitum cinis. Rimas sedis per se aloē inpergitur: sanat & dipsacos. Axungia item cum illa rotarum ferrugine, præclare medetur taurinum sel, rimas enim ad cicatricem perducit. Folia uiolæ luteæ cum cera rimas medentur: cancerorum fluuatilium cinis ex oleo & cera rimas emendat. Item marini canceri farina. Lotura plumbi, aut ipsū uisum in medicamentis ualet. Hæc ex antiquis collegimus. Recentiores iecinoris habitudinem prius emendandā instituunt, ac totius corporis si opus est, & in diuersum præterea humores trahi docent, & eos qualescunque sint repurgant, sed eos per urinæ meatus tutius ducere haud dubium est: ac aliuū emolliiri necesse est. Veteres tamen rimas persanant, si prius panni asperitate, aut fici foliorū, uel peristerij eas adfricant, donec cruentæ fiant, & ora rimarum auferantur languentia, alioquin persanari nequeunt, tum quæ cicatricem inducunt commode imponuntur: in terea cauendum est ne rursus findantur suppressa aluo, aut uirulentis humoribus. Medicamen quod lenit & persanat, commiscetur adipis anatinī, medullæ ceruinæ, iuris, ceræ, cadmiæ lotæ, cerussæ, loturæ plumbi, seminis crocini rosarum, cælypi, succi feris, ac strychni rosacei, cōgruas pro arbitrio tuo portiones. Aliud in quo cælypi, medullæ ceruinæ, aut utulinæ, pinguedinis caudæ ueruecinæ, amili loti, adipis anatinī, aut gallinacei ana p. æquales, cū cerussa unguentū facito: Rimas frigidas emēdat id unguentū, habet medullæ uaccinæ, picis naualis, pares portiones pruna miscetur. Rimas calidas uero sanant id, habet cerussæ, medullæ antedictæ, rosacei, ceræ, et lithargyri æquas portiones. Si ex rimis sedis uirulētū tetrū exit, lithargyri ꝑ. s. cadmiæ, cerussæ lotæ, aloës lotæ, mastichis, thuris, sarcocollæ, myrrhæ, gallarū, balustiorū, rubricæ armeniacæ añ ꝑ. i. bene tusa cū rosaceo rudicula in mortario plūbeo commiscetur, sed locus prius uino acido colluatur.

De prociua sede, de causis, & curatione, Cap. XXVI.

Ani musculus adeo quandoq; resoluitur, ut facile prociadat, ob id sedis prociadentia uocant. cōmune cum uulua uitū, nam & sedem prociadā uocant, nimia humiditate, uel alui interiore abscessu, quo sedes depressa extra deuoluitur: pueris frequentius euenit nimio humore, senibus uero raro contingit. Si anus igitur, aut os uulue prociadit, uiuendum est an id quod prouolutū est, purū ne id sit, an humore mucoso circūdatum, si purum est digito sæpe retromittitur, aut cucurbitula imo sacro osse imposita. Alicqn in aqua desidere opus est cum uerbenis cocta, uel malicorio: si humidum, uino austero subluendum est illinendumq; fece uini combusta, ubi utrolibet modo curatū est, intus reponendum est, imponendaq; plantago cōtrita, uel folia salicis in aceto cocta, tum linteolum, & super sanaæ que deliganda, cruribus inter se deuinctis. Inter ueterum uero obseruationes melilotum recentem ex aqua decoctam uel e passo inuenio. Infantium uero tactu urticæ resillire, & infusō aceto corrigi: rosmarino, succo e folijs mollissimis myrtū, in pila tulsis adfusa aqua paulatim coelesti. Sanat idem radix mori in uino decocta, ad tertias partes fotu, succus cochlearum punctis euocatus, & inanium cinis admixtus ceræ, bitumen suffitu reprimat. lens palustris, torpedo appollita. Aurū ex melle cū melanthio decoctum. Et molibdena tēperatur, cum argenti spuma, & plumbi scoria calida fouendo. At quæ aliuū interea emolliunt danda sunt, ne suppressa aluus nimīū quæ opus sit, in soluēdo uētre irriteretur anus. Tum & materia aliqua digerēda est ac deficienda, supra iam dictum est. Reprimat & id medicamentum, cerussa, stummi quod antimonium uul-

Stummi antimonium.

nium uulgares tabernæ uocant, gallæ, aluminis, omnium pares portiones, trita & bene tusa rosaceo prius illa sede insperguntur. Eadem alij cum acaciæ succo uel hypocythidis in collyria digerunt, & imponunt. Ex Galeno, resoluta ano, gallæ, cerussa, glandis, myrti foliorum aridorum, acaciæ, hypocythidis, corticis pini, thuris, myrrhæ, bene tusa imponuntur prociadentia ano asperita uino austero. Aliud medicamentum Asclepiadis, habet scoria plumbi, thuris ana ꝑ. s. rosæ ꝑ. 4. myrrhæ ꝑ. 2. eo modo arida insperguntur, sed uino austero prius colluendum, in quo lentisci folia incocta sint. Alij nices cupressi addunt uel tamaricis fructū. Valet & intelsio in iuniperi decocto in uino austero, aut ferrariorum aqua uel si in ea antedicta astringentia incocta fuerint. Aliqui oleum laureum laudant illitum, deinde myrrham, myrtum, cupressi conum, gallam, balustia, & similia in farinam redacta inspergunt. Senecta serpentis suffitu sedis & uulue prociadentiam reprimat, bdellium item. Fotu quoque iuuat peristereon, calamintha, absinthium & menthastrum. At anus ex abscessu quandoque non resillit, aqua calida in balneo fouendus est, mox oleum chamomileum, anatinumq; illinitur, deinde digitis reponendus est: quidam in ea aqua mollientia incoquant & quæ dolorem sedant, qualia sunt malua, fenogrecum, lini semen, & melilotum: si ijs non cedit apostema, emplastrum ex uiolis impositum iuuat, per se uel cum hordei farina, initio tamen uaporibus iuuat, rosaceo decoctum cum lente & strychno. Demum antedicta astringentia medentur.

De ulcere fungo simili in ano, Cap. XXVII.

Fungo quoque simile ulcus in eadem sede nasci solet (ut Celsus tradit) id si hyems est, eglida aqua, si aliud tempus, frigida fouendum est, deinde squama æris inspergenda, superq; ceratum ex myrteo factum, cui paulum squamæ, fuliginis, calcis, sit adiectum. Si hac ratione non tollitur, uel medicamentis uehementioribus, ferro adurendum est.

De ani dolore, Cap. XXVIII.

Sedis dolor si ex praua fuerit habitudine immateriali, solis alterantibus remedijs sanatur. At si cum materia fuerit qua ea pars tumescere solet, quæ digerunt & uentrem subinde leniunt danda sunt: mox dolorem id medicaminis genus mitigat, habet adipis anatinī, gummi, pistaciorum, meliloti in uino decocti ana ꝑ. i. trita in emplastri modum imponuntur, nam & tumorem discutunt. Aliud efficacissimum, habet lithargyri, amyli, ana drach. s. cerussæ duas, ceræ ꝑ. 3. butyri & adipis anatinī ana ꝑ. 2. olei sesamini quantum opus sit ad e cogenda, iuuat peristereon per se cum oleo decocta & imposita. Aliter gallinaceum finum imponunt (siue recentis, siue arido uti licet) oleo si temperatur ac tegula calida excalefiat, dolorem & inflammationem tollit. Ingentem inflammationē leuat malipunci ex passo decoctum affusum, uel cum oleo rosaceo admixta emplastri modo trita, & imposita ualent. Aliuū uero emollit passulæ, melligo, penidia, siliquæ, atramenti flos, olei amygdalini omnium ꝑ. binæ: misceantur, ex eo linguæ duæ dantur ante prandium.

ALEXAN-

ALEXANDRI BENE

DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXI

milianum Cæsarem Augustum Imperatorem inuictissi-

mum, de renū affectibus Lib. XXII.

Proœmium.



Enes inter instrumentarias partes ac seminarias annumerauimus: ij longe in corpore sepositi sunt, autore Aristotele, quandoquidem ueneris intemperantia his attributa est: sub iisdem membris lumbi locatur, musculosi oblongi, secundum spinam utrinque collocati, peritonaeo integuntur, ad robur, & motum necessarii, renibus ueluti quodam tomentum consternuntur, qui & suas quoque penas sentiunt,

Positio renum.

quæ à renū in his uix interdū discernuntur. Renes ipsi peculiari dote liquorē ex iocinore & uena grandi extrahunt, sanguinē enim repurgāt ab serosa humiditate, quæ prius in iocinore pro idonea cōcoctione necessaria expebatur, ut per omnes eius uenas in quo ueluti ductu succus perficeretur. Crassa alioqui sanguinis densitas irrigationi inepa foret. Fūcto igitur natura officio ea humiditas (Gal. autore) quæ superfluit, uel uena pariter grandi à renibus ad uescicam expellitur, & quotā sanguinis cōmixti portionem, qua aluntur, in sese retinet, reliquū humoris uenis geminis, quæ albida sunt, ureteres dicitur, exangues per ilia ad uescicā defertur urinando subterlabitur. Inæqualis longitudinis aut uenæ sunt, renum quibus fungitur diuersa pōsitione, dexter enim altior pōsitus est, sinister uero inferius deprimitur, uerum aliquādo e diuerso, sed raro, ueluti prodigiolo, situ reperti sunt. Nec alia uena à maiori ad renes tendit: pro sui alimento, uerum abhorta duæ grandiusculæ huic tendunt. Renes durioris materiæ callo cōstāt, ne cōtinua humoris salitudine uel mordente humore tabescerēt, nam & mollem materiā crassus humor penetraret, unde & oppilationes crebræ intercederēt, quæ ob causam materia duntaxat tenuis & aquosa demittitur. In membrana tenuissima integuntur, & exiguis nervis adalligantur, quibus & sensum habent. Singuli renes geminos meatus possident, superiores emulgentes uocamus uenæ grandi annexos & gibbo iecoris, inferiores ureteres uocatos, per quos arenæ & calculi maximis cruciatibus per ilia ad uescicā feruntur, duobus utrinque orificijs distributis mediā membrana ueluti cribro tensa, qua percolatur humor supra quā neq; arena neq; calculi impietas progeneratur. Renes ab interiori parte caui sunt, exteriori uero gibbosi quasi ex pluribus renibus contexti, bubulis similes, subibus & cæteris pecoribus rotundi, lumbis colligantur nervis. Nec ab re dexter sinistro rene altior collocatus est, iecoris in dextra parte à natura constituti ratione, cum quo & uena grandi breuiore meatu cōmittitur: quo facilius humor attrahitur: in sinistra uero parte ubi lien inferius positus est, longiori tractu altera uena cōmittitur, cum quo uena superior emulgens e diuerso longiori tractu copulatur. naturalis enim eorū membrorū habitudo calida est, omnes fere uirtutes continēs, quæ si infirmatur sanguinolenta demittitur urinam nec renes alimentū capiunt. Nā si nō attrahunt, parū liquidū excrementū in uescicā delabitur: contra uero cum nimium attrahunt, urina cum quadā fluitate pinguedine excernitur: quæ in uenis progeneratur, ex humoribus intrus liquefactis, ea à renibus calidioribus attrahitur, qui cum in suo temperamento fuerint, nihil præter urinam contrahunt. At cum ex imbecillitate nihil aut parum attrahunt, aut ad cauum humor funditur, aut per corporis uenas distribuitur, unde hydrops, aut hypofarca, Auerrhoe autore, sequitur. E diuerso cum ualidior attractrix, urinæ profluuium oritur, diabetica pōsio dicitur à Paulo, uel dipsacos, hoc est siticulosa: in eo affectu nec retinēdi, nec digerēdi uis cōstat, unde urina aquosa & incōcocta effusim demittitur, nam eodē

Renū officium.

Renum confusio.

Quare renum dexter sinistro altior.

Attrahandi potentia.

Auerrhoe autore, pro imbecillitate retentiue attrahendi potentia robustior redditur: ea enim inuidia non est, sed de socia uirtute anxia languente, plurimum attrahendo opem ferre conatur, ut quod mora effici non potest, officij continuata sedulitate, occasione præstet,

præstet, alioqui renes sine alimento facile tabescerent. At expellendi quoque uis in ijs in firma, sicut & uescica sibi subiecta oppilationibus continuis lacessitur.

Renum mala,

Cap. I.

Renes quoque uarijs ac acutis morbis periclitantur, qui ubi affecti sunt, hepaticos & hydropicos interdum efficiunt, in communi nephritis morbus dicitur, unde nephriticus: ij abscessus, calculos arenas que patiuntur, in quibus & pili generantur, ex quibus cum urina profluunt. At plus iusto inflantur, consumuntur, & infirmantur, cum urina cruenta deijcitur, supprimitur, unde urinæ tormina, angustia, difficultates, stillicidia que sequuntur: Nimum interdum fluit, quæ diabetes & incontinentia dicitur, quosdam acriore uim mordet urina ingenti cruciatu. Interdum toruosior, crassa, ac grauius olens demittitur. Venam in renibus rumpi facile est, Galeno autore, sanguinis copia, ex ictu interdum.

De renum pinguedine, ex Aristotele,

Cap. II.

Percolantur (ut dictum est) per renum corpus humores, plurimum enim cauum illud subeunt, unde renes omnium maxime uiscerum lotij sœdum odorem reddunt. Pingue præterea plenus renes ambit, quam reliqua uiscera, quod & necessario fieri uidemus, cum excrementum per renes transmissum coletur: quantum enim relinquatur sanguinis puri, facile concoqui potest, finis autem probæ cōcoctionis sanguinæ adeps in homine est, seuum in cornigeris, ut enim, inquit Aristoteles, in combustis siccis uelut cinere aliquid ignis relinquatur, sic in calidis humidis, nonnihil caloris qui effecerit, relinquatur, quo fit ut pingue leue sit, et humoribus resideat, atque fluitet. Non intra, inquit, ipsos renes, quoniam densa huius uisceris materia sit, sed circum renes est, siue adeps siue seuum fuerit, nam salutis causa renes calidi sunt, cum enim pōsiti sint ultimo loco, calore desiderant ampliore, tergum enim carnosum est, propterea uice carnis adipe renes obsepti sunt. Quin etiam humorem melius discernunt, & sua pinguedine concoquunt, pingue omne calidum est, calor autem concoquit, renes ijs de causis pingui mutantur. Dexter omnibus minus pinguis, quod natura dextræ partis siccior est, & mobilior, motus autem contrarius est, liquat enim pinguedinem, & consumit, quo fit ut in dextero aliquid deesse uideatur. Homines qui uitio renum laborant, quanquam pinguescere iuuat, tamē si pinguiore efficiuntur, dolores profecto accidunt letales, humore spiritu que incluso celeriter præsideratione intereunt, nanque per uenam ahortam & maiorem statim uitium ad cordis sedem transfuehitur, meatus enim ex ijs uenis ad renes continui protenduntur. Hæc Aristoteles de renum pinguedine.

Fædus odor renum unde.

Obesitas renum morbi periculosiores.

De ijs qua renibus annectuntur, ex Galeno,

Cap. III.

Renibus annectuntur uenæ illæ exangues, Galenus poros siue meatus ureteres uocauit, prælongos, robustiores, qui ad uescicam feruntur. Ex ijs dexter iocinori: deo breui emulgente uena, committitur ut interdum sese contingant, sinister uero alter uena emulgente uenæ maiori longiori spacio copulatur, arteriæ quoque gradiuscula huc redunt, cum tenuissimis nervulis adalligantur, ea enim arteriarū amplitudo non solum spiritum ad renes fundunt, sed pro generatione, & spiritum & materiam (ut dicemus) subministrant, nam in cauum usque membri transigunt, propterea uasorum magnitudo necessaria uisa est: & aliud præterquam ad excrementi liquidum suppeterere renes uiderentur. Nec ij solum modo uenas à bile flaua & sercitate repurgant, alioquin parui renes exiguis indigerēt arterijs, quas à natura magnitudinis iecoris haud dubio negatas assueuerant anatomices peritissimæ: unde quidam incassum, autore Asclepiade, naturam elaborasse arteriarum huiusmodi amplitudinem arbitrantur. At Erasistratum naturam commendantem, sed de ratione magnitudinis causam prætercuntem demonstrat Galenus. Copiosam enim renes excrementi liquidum materiam attrahunt, & in uescicæ conuexum ueluti in subiectam peluim excernunt per illos exangues meatus. Sed quibusdam exactius serositas illa educitur, quandoquidē in quibusdam emissio à uena brachij sanguine, nihil interdum humiditatis secernitur in uase, aliquibus exiguis conglobatus sanguis circumfusa serositatis copia cernitur. Nam plurimum cum urina flauæ bilis trahitur, & emittitur, & in cauum quoque sanguinis illa parua portio penetrat, quæ

L in totam

in totam renum substantiam diſeminatur: ut inde ſiue uenarum officio alimentum capi-
pant: et ne cum urinae tenui humore interfluat ſanguis, ſicuti antedicta bilis tenuiſſima,
ſpiſſam membrorum denſitatem natura conſtituit, nec uenarum diſcursu ſicuti in liene
opus fuit, qui materiam inter ſe uenis ſuis operoſius digerit & ſuſcipit.

De renum calida diſtemperantia, & de noſis eius, Cap. IIII

Venus importu-
na renibus obest.

Renes, ſicuti reliqua membra, prauam quoque contrahunt habitudinē, ſimplicem
uel compoſitam, uel materialem. Ex remotioribus cauſis ſalacitas, uenus que im-
portuna plurimum afficit, ſubſcribit & ſupinus accubitus. Natura calidos renes prom-
pta indicat libido, mor dux urina, & rubicunda, & in diuturnitate affectus membra ma-
cie conſciuntur, humidum enim naturalem diſſoluunt, & attrahunt, uitium auget plu-
mea culcitra & mollis, quales nunc ex cycno facere conſueuere hodierni mores: & cir-
ca ſpinam calidiora indumenta, unde de facili inflammationibus tentari ea membra ui-
dentur, nam & calidos ſubinde humores contrahunt. Calidiores præterea renes ſticu-
loſos homines efficiunt, trahunt enim à iecore, id uero à ſtomacho, ij neque frigida potu
frequenti hauſtu refrigerari poſſunt, quandoquidē ad ea remotiora membra non fa-
cile remedia penetrant, aut contraria inſeſtant. De quorundā prodigioſo uini potu (Ga-
lenus autor eſt) ex earum partium continuo feruore, integras uini amphoras breui ho-
rarum ſpacio plures haurire ad oſtentionem uifi ſunt, & pro potus portione ſupra mo-
dum urinantes, uelociffimo renum officio, qui ſubito & continuante motu de hi mori-
bus diſcrimen agunt. Apud noſtros Tricongius Mediolanenſis (ut Plinius ſcribit) ur-
bis congijs, unde cognomen illi fuit, epotis uno impetu ſpectante miraculi gratia i be-
rio principe. Ferunt & L. Piſonem urbis Romæ curatorem biduo duabus que nocti-
bus per porationem continuaffe apud ipſum i m principem: nanque eodem autore &
hæc neceſſitas uitium comitatur, ut bibendi cōſuetudo augeat auiditatem. Scitum que
eſt Scytharum legati, quanto plus biberint, tanto magis ſi ire Parthos. Calida uero ha-
bitudinis ſanguinea notas oſtendunt, urina purpurea, craſſa ac puluerulenta, renum &
lumborum grauis dolor, et omnium membrorum ferē immodicus calor, uenæ turgida,
ac præſertim quæ ſupra talum ſunt. Hiſ notis fauent, ætas, habitudo, ac præcedens diæta.
At ſi biliſa fuerit materia, urina tenuis & flaua cernitur, interdum craſſior, ſi lutea bilis
in cauſa fuerit, in qua & quædam capillamenta conſpicimus, uel in imo uitro: addunt &
in imis renibus inflammationes ſentiri.

Prodigioſi pota-
tores.

Frigida habitudinis nota, Cap. V.

Si frigidi renes ſunt, alba urina & aquoſa redditur, pallor faciem occupat, ſine ueneris
deſiderio uiuunt, in ima que renum parte frigiditas ſentitur, quam calida indumenta
iuuant. Cū pituitæ uero dominio, decolor urina ſed turbulenta ac craſſa ce nitur, in qua
capillamenta alba ſubſidunt, tum frigidi renes ac graues ſentiuntur. At ex atra bili tenuis
urina emittitur, uel liuida, ſpumans, inter diſt glauca & craſſa pro humoris quabrata, cum
quadam circa lumbos grauitate, cura ſtupent, ſi ambo renes afficiuntur, aut alterum ab
ea parte qua dolor incumbit. In ſumma, renum uitia in ſenibus diſſiciliter ſanantur, oſi
cit enim (inquit Galenus) operis membrorum ſedulitas, ac conſtantes humores, ua-
na que præſtituta auxilia. Nunquam, inquit, uidimus à quinquageſimo ætatis anno ſe-
nem nephreticum conualuiſſe.

Renum uitia in
ſenibus curatu
diſſicilia.

Curaciones nephreticorum, Cap. VI.

Dolor renum
ex flatibus.

Si calculi ſigna non ſunt, nec colici notæ, nulla que præterea in renibus grauitas affue-
rit, nihilominus grauiſſimi in renibus dolores torquent, tum ij incluſo ſpiritu diſten-
duntur, nam ſubito oriuntur, præſertim ſi calidis fomentis dolor remittitur, nam & inter-
dum locum mutat. Leuat alui deiectione, uel uentris flatus emiſſus. Conqueſcere oportet
prius nec corpus inclinare, molliter cubare iuuat, aluum medicamento, aut iniectione inſu-
ſionibus mollire prodeſt. Inedia iuuat, uel tenuiſſimæ materiæ cibus, qui flatum diſcar-
tiat incluſum, exiguo cymini uel aniſi adiecto, ut anethi, uinum tenue, auſterum efficaci-
ter bibitur. Tum cataplaſmata ex cymini uel anethi decocto imponuntur, uel ruta ſemi-
nis. Veteres medici ius braſſicæ in potu dabant, uel ſemen apij, uel aniſi decoctum. Do-
loribus ſuccurrit nardus gallica ex uino uel aqua, amygdalæ amaræ uel eorum oleum.

Arenibus

Arenibus dolorem trahit crethmi præcipuus uſus folio uel caule, lac bubulum renibus
utile habetur. In renum dolore leporis renes iuuant commanducati, uel crudi deuoran-
tur, illinitur oui luteum, ſorbetur que crudum: ius gallinaceum prodeſt, addito apio, uel
aneitho. Infunditur nitrum ex herbe decocto, quæ centum capita dicitur, ſiue cetaurea,
uel ex aqua mulſa ſemen paſtinacæ erraticæ ex eadem aqua mulſa. Ruta cum ſicu deco-
cta ad dimidias partes ex uino, & cruda, uel decocta conditæ medetur.

Ex calida cauſa curationes, Cap. VII.

Ineo affectu motiones obeſſe non dubitamus & equo uehi: molli cymba nō nocet:
Inflammat calidum cubile, ac thalamus, indumenta que corporis calida, obeſt fames,
ſitis que, & quicquid urinae ciet calida natura, & quæque uenerem excitant. Piſces iu-
uant, & in gelu cocta animalium extrema. Ex oleribus lactuca, ſeris, & cucurbita, ac cu-
cumis. Ex animalibus lac aſininum, & caprinum potum iuuat, aut bubulū, dempto bu-
tyro. Sed calculorum iniuria caueto, tum enim ius ciceris atri datur cum frigidis ſemini-
bus. Inter potiones matutinas damus quæ frigida ſunt, et aquam inſundimus cum oleo
cucurbitino, & ſimilia: illinitur idem oleum cum camphoræ modico.

Ad frigida cauſa uitia, Cap. VIII.

Ineo uitio aer calidus ac temperatus, corporis motus iuuat, tum & in molli pluma ſo-
limum ducere conuenit, uel ſupinis, & antedicta ueſtimenta ſubueniunt, quæ priori-
bus cauſis inimica ſunt, nam & edulia aromate condita profunt, quale eſt cinnamomū
& galanga. Perdices & phaſiani per ſe ſine aromate utiliter comeduntur, pulli que co-
lumbacei, turtures, & auiculae alaude dictæ, peculiariter dantur. Ex hortensibus apium,
aneithum, petroſelinū, daucum, paſtinaca, maiorana, ocymum, mētha, ſaluia, ſtaphylinos,
prodeſſe compertum eſt, Galeno autore, braſſicæ cymas coctas & expreſſas cum ſalis
exiguo, nouenis diebus à ieiuniis commanducatas, ita uitia renum ſanari miro auxilio.
Auellanas quoque nuces ac paſſulam, carycas, pineas nuces, & piſtacia, amygdalasque
amaras prodeſſe non dubium eſt. Obest crapula, ac uenus ipſa. Efficaciſſime olea caleſa
cientia inſunduntur, cum adipe gallinaceo, aut butyrum bubulū, uel ſeſaminum oleum,
foenugraci decoctū uel anethi, ius capitis arietini, uel pulli columbacei. Peculiariter pro-
deſſe ſcribunt caudæ arietinæ pinguedo ſi inſunditur, renes enim excalefacit, & corrobora-
rat. Illinuntur uero extrinſecus uulpinus adeps, aut lupinus, oleum laureum, uel coſtiniū,
inulæ foliorum decoctū ex uino imponitur. In mixturis cyminum efficaciter admiſce-
tur. At ſi uitium ex frigida fuerit materia, ea prius digerenda eſt, mox per purganda, nam
& in diuerſa trahi debet, ſi multa ſit: poſtremo quæ urinam ciunt damus, nam reliquias
humorum ducunt, ieiuniis mane ea dari conuenit, ſi uehementiora ſunt, reliquæ uel in ci-
bis dantur, quales cappareſ ſunt, Galeno demonſtrante.

Renum effectus
ex frigida mate-
ria.

De renum ſiccitate, Cap. IX.

Arefiunt renes, ita ut tabe quadam conſciantur, ſyncetes enim pati dicuntur, ſu-
pra modum enim extenuantur, nam & id pingue quod ambit, renes primum col-
liquatur ex habitudine cum plurimum calidior, qua membra conſumuntur, quæ tan-
dem ad ſummam frigiditatem perducit. Ingēs præterea frigiditas eorum membrorum
membra pariter conſumit, digeſtione ſublata. Id euenire tradunt uenere conſumptis, aut
poſt longam diuturnam que diabeticam diſpoſitionem. Huius morbi notæ ſunt, totius
corporis macies, urina multa, alba ac frequens. Demoritur præterea uenus, in lumbis &
ilibus, & imbecillitas, & dolor eſt: caput & oculorum acies afficitur. Hos nephreticos
quæ bene alunt, bene ſuſtinent.

Sicciorum reo-
num ſigna.

De eorum curatione, Cap. X.

Dieta ex loci temperie querenda eſt, uerum leuiter humeſta iuuat. Ira, mæror pro-
cul eſſe debent: ſed ocia cum ſomno, & molli pluma conueniunt, non ſupinis ta-
men. Exiccantia damnantur, ſalfa ac acuta, acetofa, uel auſtera. Vinum uetus obeſt: ſitis
præterea & fames inimica eſt, ſicut & omnis deiectione: exercitatio omnis peſtifera eſt, &
equitatio in primis. Quæ hecticis & tabe conſectis ijs conueniunt, quoniam corpora re-
plent, iuuant quotidiano uſu gallinæ pingues, capi, agnina caro pinguis, ac hædina, uitu-
lina ue ab ubere pinguis, gallinacea item iocinora, oua recentia, non hypenemia dicta,
L 2 testesque

400
 testes que gallinacei, si haberi possunt, iuscula pinguis adipe gallinaceo, aut uitulino pingui reddi debent, aut anserino adipe recenti. Vitio caloris lac recens adiecto saccharo albo efficaciter bibitur, in esculentis lac seminis papaueris albi commodatissimum est: uel semen cucurbitinum, aut cucumerinum, uel melopeponis. At in frigida causa que urinam ciunt, temperata tamen caliditatis data sunt, si uero materia ad renes effunditur, aromata pariter astringentia in ferculis imponenda sunt, nam calorem excitant & confortant: laudatur panis recens calidus, ius ciceris atris: plebs iure fabarum uel faseolorum uti potest. In secunda mensa salutare sunt nuges iuglandes, auellana, pinea, amygdala, ac pistacia saccharo albo inuoluta. Edulia ex bubulo lacte, uel lac per se decoctum saccharo albo iniecto, iuuant renes in obsonijs coniecto aromate, quale est cinnamomum, & galanga, nam & in alijs escis commiscetur utiliter. Quidam hœdorum & arietum capita, aut testudines, cochleas que terrestres in aqua concoquunt ad tertias, & spongijs renes & lumbos sapius fouent, nam & dolori propitium est. Sed & id utiliter inungitur glutinis gummi arabici, tragacanthi seminis, althææ, seminis cotonei, seminis lini, radicis althææ decocta ex aqua addito hordeo, passula que, ex omnibus lenta uiscositas colligitur, cui addimus olei uiolacei, rosacei, cucurbitini, amygdalini ana ʒ. i. s. adipis gallinacei, sanguinis testudinis, axungie recentis, butyri bubuli ana ʒ. i. lenta flama componuntur. Quidam summam mire congruere tradunt, que genituram augent, que heceticis, & atrophie conuenire demonstrant autores. Ex profluuiio urinae consumptis, infunditur ius atris ciceris cum seuo caprino, ac medulla ouilli, uel cum testibus arietum una decoctis cum butyro & lacte, addunt alij pinguedinis caudæ ueruecinæ. Aliter ex ariditatis causa, uel frigore, infundimus sœnugraci, anethini que decoctum cum uaccino seuo, cum nucum oleo uel amygdalino amaro: per se enim mire iuuat oleum cucum iuglandium, siue bibitur, siue infunditur. Ex ardore inflamante, pusana cum oleo cucurbitino infunditur ualidius. Lac quoque recens infusum miro modo eximie uile est.

De renum imbecillitate, Cap. XI.

Quibus causis nephretici fiât.

Renū expulsi-
cis potentia sub
late symptomata.

Cum renes ægrè digerunt, aut laxi non retinent, nephreticos faciunt: id peculiare senibus uitium est, uel macie cõfectis. In spina quoque percussis id malum contingit, aut longis diuturnis que equitationibus, uel lassitudine quamlibet perniciosa, nimia item uenere defatigatis. Nam & urinae profluuium laxos & infirmos reddunt renes. Nam & pinguedo eorum, ac substantiam ipsam exinaniunt. Amplitudo præterea uenarum emungentium infirmat renes, Galeno & Oribasio testibus. Imbecillitas ipsa, quo quidem uictus est, eo difficilior habetur, unde serositate illi: in ualide cõficiunt, ac sanguinem non separant. Afficiuntur item renes alio uitio, nam expultrix potentia sublata urinam non emittit, sed retinet, ac una cæteros ad eos fluentes humores. Notis deprehendimus tales affectiones, nam si loturæ carnis similis est urina, imbecillitatem indicat renum, sicuti de iecore dictum est. Urina modica extenuatos & constrictos renes ostendit. Meatum uero amplitudinem faciei pallor, ac corporis macies præ se fert, membra enim urinae fluore consumuntur, & urina multa cruenta cum crassis autem humoribus effluit: quandoquidem renes nullum contrahunt alimentum, tum nec ullus adest dolor, Oribasio autore: Intercedit item & aliud uitium, nam renum substantia siue caro que alioquin solida est, mollior fieri solet. In eo quoque affectu cibi adest tædium, uenter & ilia dolent, crura que languent, in ima urinae parte sanguis subsidet, & in summo ueluti spuma maris innatat: in iecoris uero & uenarum imbecillitate urina (ut sæpe dictum est) lotura carnis similis emittitur, uerum interdum urina cruenta cum superfluente materia excernitur, unde corpus opifero auxilio leuari sentitur ex quo et animi sequitur congrua tranquillitas: nec ob id membra macie consumuntur, sicuti & hæmorrhoidarum sæpe haud inuili profluuium. At cum urina crassa emittitur, que exinde lymphida redditur, renum inconcoctionem significat.

Curationes, Cap. XII.

Cum ex praua malum fuerit habitudine, contrarijs occurrimus qualitatibus: si uero cum materia ea prius digeri, mox detrahi debet, aut uomitu, aut alui deiectione. At ubi extenuati renes uidebuntur, iam remedia paulo ante descripta sunt. Ex uenarum ue-

rum uero emungentium laxamento, diabetiis auxilijs propitium est occurrere, paulo tamen magis exiccantibus, unde cubiculi facies in orientem aut aquilonem uertere debet: ita & de prouincie statu par ratio quaerenda est, calida & humida regio nocentior habetur, in qua longiores somni secunda que ocia salutaria sunt, & lauacro duntaxat styptico iuuari iuuat, & astringentibus quoque cibis glutinosi que uesci conuenit, qualis est mulagine purus panis, sine multo fermento subactus: in cibarijs oryza memorabilis usus est, uel ætate nostra, panicum, milium, lens, faba, alica, pitana, polenta ante dicta, triticum, & farinacea esculenta conueniunt, in obsonijs suilla caro, hœdina, uitulina, uaccina caro ex aceto uel myrto cõdita prodest, pedes, intestina, ac piscium ferè omnia genera, uel gelu astricta, oua præterea forbilis uel plebi utilia sunt, nobilibus turdi, coturnices, palumbes que myrto condita uel eximie utiles sunt: secunda demum mensa mala cydonia, mespila, pira, sorba, corna, castanea, nuges iuglandes, palmula uix maturæ, siliqua, ac ijs similia suauiter offeruntur. Inter olera plantaginis fasciculus inditus ut pariter cum iure effereat, medetur: acetosa ite uel portulaca, que in umbra ad usum, phyme in ollis seruatur, ex aceto, uel mali punici succo, uel uix acerba uino, mala præterea medica et que arrantia uel limones uocamus, optima sunt: minus tamen acerba ea omnia pro stomachi infirmitate ratione, pro eo, que facilius digeruntur, dari debent: inclinante symptomate, que renes exinde defectos recreent, & pinguiore faciant, studiosius subministramus, quale est lac ouillum, quo defecta corpora facile implentur: idem præstat asininum uel camelinum, nam renes firmant efficaciter, & meatus laxos astringunt. Oribasio que sanguinis profluuium situnt, addi iubet. Mire medetur acerbiuscula sapa uel defutum, aut uinum nigrum subausterum, quale in Patuino agro, marcionem dictum, non ex toto solibus concoctum, sed parum immaturum. In uniuersum uitanda sunt, que urinam maxime ciunt. Inter emplastra ac unguenta salutaria sunt que in stomachi & iocinoris infirmitatibus dicta sunt, uel cum hordeacea farina, cum palmulis immaturis, & acacia, aceto adiecto, ita ut styptica & refrigerantia sint. Succus præterea hypocythidis additur cum uino acerbo siue pontico decoctus, iuuat aqua cœlestis pota, uel fontana ferro candente sapius extincto, laxos enim meatus & renes firmat. Verum si affectus is recidiuus fuerit, in tante profluuii sanguinis, uenam utiliter secabis: & si ex improuiso malum oritur, forte à missione abstinere, ne uires intempestiue demas.

De renum doloribus de causis, Cap. XIII.

Dolent adeo renes, ut interdum exitaliter hominem torqueant, mala habitudinis causa, aut ictu uel lapsu uel uulnere, aut incluso spiritu, aut innato calculo, uel harenis aggeratis, aut abscessu. Addit Galenus ex superfluentibus quandoque fieri humoribus oppilando siue calidis siue frigidis. Excruciat mirum in modum crassa intus collecta materia, unde periodicus dolor oritur, confluente alia materia, sæpe que idem repetit cruciatus, interdum ex eadem causa continuat imparibilis: Qui per ilia ad uesciam, & testes, supremum que penem, ac imam spinam, ubi sacrum os habetur, pertinet. Nam renes, eorum que meatus facile obstruuntur, attractis crasis in sese humoribus. Ex renum doloribus continuis stomachi & iecoris imbecillitas, cibi tædium, nausea que, ac uomitus sequuntur.

Signa cuiuscunque cause, Cap. XIII.

Si ex oppilatione uitium fuerit, periodicus dolor erit, qui sæpius repetitur: tum & urina statim supprimitur, que cum meatus aperuntur, multa nigra, arenosa, uarijs humoribus mixtis emittitur. At cum urina cyanea emittitur, tum aut caloris uehementiam, aut defectum ostendit, quandoquidem sanguis intra renes, neque unitur, neque similis fit, uel interdum unitur, unde cyaneus ille color exit. Accedit & renum siccitas quæda que sanguinem in sese non immutant, unde uix ea membra coaluntur: & sanguinem ipsum in albam substantiam male uertunt, unde adustior redditur, et cyaneo quoque colore inficitur urina: Ea siccitas ex uentris & musculorum tensione deprehenditur, & uniuersa corporis habitudo macie conficitur. In summa urina arenosa, cyanea spissior, turbulenta, sedimine ueluti granuloso, renum imbecillitatem ostendit & imminem calculum: rufafa uero malum protrahi, limosa cum uarijs humoribus augeri in dies dolore significat.

L 3 Paulus

Auxilia idonea uenis emulgentibus male affectis.

Lactis usus in renum morbis.

Oppilationi renet obnoxij.

Cyanei coloris urina.

* colicis.

Paulus Aegineta inquit, nephreticis & iliatis communes notas uideri, initio uentrem si sti, summos cruciatus sentiri, cibi tedium, sine concoctione, peculiaria * iliatis eadem esse, uerum diuturniora inueniri. Ex colicis in dextris cum plurimum sibus uexari, & ad stomachum pertinere, & iecur & lienem, & aluum prius supprimi, ut ne flatum quidem per inferna transmittat, & si reddere aluum cogimus, quod excernitur, uentosum est, bubulo simile, uel uitreum emittitur phlegma, urina que alba cernitur. At ex renum causis, acutus haeret dolor paxilli adacti uicem referens, ac eiusdem partis ubi infixus dolor est, testem dolere, ac coxendicem torpescere facit. Aluus quoque rara est, minus astricta. Clysteribus iniectis cum crepitu biliosa excrementa educuntur, cum urina exigua, arenosa, ac uirarij meatus pruritu. Hae sunt renum & calculorū (ut inquit) indicia in uiris : pueris in uesica potius calculi oriri consueuerunt, horum autem signa sunt, urinae cruditas & albedo, cum arenoso sedimento : ijs intenditur exiguum inguem, ac prurit, urina que destillat, uel agre lotium it, haec Paulus. Si dolor praeterea extrinsecus & circa spinæ uertebras insedit, extrinsecus quoque oriri apostema demonstrat. Contra, si intrinsecus in renibus collectiones fieri haud dubium est, acutus enim dolor ex acuto duntaxat humore progeneratur. Ex incluso quoque spiritu abscessus fiunt, ex dolore enim acuti humores de facili ad membra dolentia trahuntur. Nephreticos tradit Hippocrates in senibus non sanari, ex ulceribus praesertim: ex superfluitibus humoribus dolores deiectionibus uel cataplasmatibus non sanari, quos uomitiones efficaciter finiunt.

Calculorum signa.

Curationes.

Cap. XVI.

Si ex humoribus oppilantibus uitium fuerit, ij extrahendi, distrahendiq; sunt, si fluere non desinunt, iuuat, si opus est, sanguinis missio, uomitus ac deiectio: profunt & modice aperientia. Nephreticis haemorrhoides si sponte fluunt, in bonū cedit, autore Hippocrate, ex melancholicis & adultis praesertim humoribus iuuant uel si euocantur, deum diureticis opus est, quae materiam ex toto per urinas deturbent: ea enim ante deiectiones, diuersiones que omnino damnantur, importune enim materiam ad urinae meatus locum que doloris secum contrahunt, initio praesertim morbi, ob id necesse est per purgatum reddi corpus. Quaeque urinam ciunt, in ulcerum doloribus congruere uidentur, siue calida semina fuerint, siue frigida. Nephreticis omnibus, aluum infusionibus molli, aut leuiter ducere in primis prodest. Ex humore calido cucurbitulae renibus impaetae, & scalpello concisa efficaciter conueniunt. Mox in emplastrum modum id imponitur. Qui candidum adiecta sandalorum farina, lactuca, portulacaeque semine contuso, foenu-graei que farina, & serici stuppa cruda ac canabina, studiose & bene concisa, permanere tam diu debent, donec per se cadant: tum enim & dolorem leuari dicunt. Ex humore uero frigido eadem cucurbitula sine ferro profunt, exinde mel decoctum despumatumque & calidum illinitur, iniecto seminis foeniculi puluere, apij, dauci, carui, petroselini, semine tuso, addito zingibere, spica, thure, mastiche & absinthij tenui farina, superimposita eadem serica & canabina stuppa, quo dictum est modo. In calida causa mitigatorium fomentum id probatur, floris chamomilae, uiolae, meliloti, nymphae, rosae aridae & seminis lini. At frigidam causam fouemus, chamomila, meliloto, anetho, stoechade, iride, foenu-graeo, ac lini semine. Emplastra quoque salutaria componuntur in calido affectu, id habetur, seminis papaueris albi, & calicum eiusdem, sandalorū, rosarum, coriandri praeparati ana ʒ. i. farinae hordei ʒ. 2. cum psyllij lenta mucilagine, seminis que lini, ac foenu-graei cum rosaceo, & aceti exiguo. In frigido uero id emplastrum laudatur, myrrhae, thuris ana ʒ. 3. feseles, schœnoanthi ana ʒ. 4. farinae foenu-graei, seminis lini ana ʒ. 1. s. floris chamomilae, meliloti, seminis anethi, iridis ana ʒ. 2. s. olei chamomilei, cicini ana quantum opus sit. Oleum per se e cinnamomo illinitur efficacissime: decoctum radice uel seminis pœoniae e uino porum iuuat, aut e radice graminis. Verum pro tormentis renum impatibilibus stupefacientia anodina pro tempore damus, quale est philonium romanum, & similia, nam sedato dolore, eadem remedia reperenda sunt. Si anodina stupefacientia metum aliquando afferunt, quod calorem natuum opprimant, eum balsamus & myrrha reuocant & excitant: tum enim & balneum damnatur, nam humores praecipites facit. Peculiarem uim ad ea tormenta habere dicuntur uulpes et lepores cominanducatae, quarum adipe inter unguenta

Que post anodina data sunt.

unguenta utuntur. Ex uentoso dolore ami ʒ. 2. ex uino pota medentur, aut betonica cum mulla, uel cum diureticorū decocto, prodest & urticae semen uel in causa frigida, oleum item amygdalinū, amarum, uel carynum si illinuntur, cinnamomū quoque, schœnoanthos, galanga, peculiariter medentur, & schœnoanthos drachmarū trium pondere, uel balsamum eodem pondere sumptū iuuat renum dolorem ac uescicæ, ciceris atrij ius cum radice apij, ac petroselini, uel foeniculi, addito amygdalino oleo, meatus enim aperit, & crassos humores euocat. Idem praestat asparagi radice & seminis decoctum, erinacei caro inueterata & trita cum mulla pota renum dolori medetur, et in somno mingentibus. Ex calculis cruciatibus medetur oleum amygdalinum amarum, in quo emortui fuerint scorpiones, si illinitur, caprinum simum, ut scribunt, cum uino seruefactum & illitum dolori subuenit. uatrachion renibus & uescicæ prodesse aiunt, asarum renes & uescicam firmat: sion quoque modo sumpta & imposita iuuat. Passula commanducata ex Dioscoride, renibus prodest, ac uescicæ: Turdus, ut Plinius tradit, depasta myrti semina, renibus prodest, & acori quoque radix sumpta, nephreticos sanat, iuncus quadratus cum gramine & apij semine medetur. Folia item brassicæ in uino cocta & imposita. Nuces pinæ commanducatae crassos e renibus humores detrahunt, ac uescicæ. Ex antiquis simplicium alia facultates, cichorium renibus prodest, callitriche, scandix uel eius succus, uel caucalis, uua passa exemptis acinis, alba uelior, lens cocta cum polenta imponitur, col leuant enim & pinæ nucis nuclej, portulacæ succus, addito cucumeris semine, harundo in Media Syria que nascens duobus obolis pota, plantago, betonica, alum quoque potum, radice trita, & in uino decocta aliquando superhmitur. Cordylæ semen silis dicitur, & radix & succus trinis obolis haustus renes sanat: & fici sicca & imposita & commanducata profunt. Therax uitia renū dissoluunt. Ex frigida uero materia anisum aqua potum subuenit doloribus, hippomarathri radix cum pilana sumpta, siue decocto succo, siue semine sumpto, nardus gallica, in uino uel ex aqua succurrit. Anticellū ʒ. 3. onochelion in aqua mulla datur, si febris sit, sin aliter ex uino bibatur. Thus terræ peculiariter utile est, nam & decocta cum farina hordeacea imponitur. Radix peucedani decocta, in dolore sulphur cum adipe imponitur. Radix & semen smyrnij datur in potu.

Dolorib. ex calculis que auxilia lientur.

De renum abscessu.

Cap. XVII.

Suppurant renes sicuti & alia iam dicta membra, ex dolore ingenti, casu ex alto, ex dictu, aut thoracis astringentis incommodo, duro que incubitu, ex cibo crasse materiz, pisce, legumine, aut alio saepe commanducato uel raphano uel similibus acrimonijs. Quidam alio modo in quotidiano cibo alio urinam cruentam eminxerunt: ex lapidis quoque scabri iniuria exulcerantis suppurant renes: saepissime tamen renum uel attritione contingit nimia, sanguinis quoque uitio exundantis, aut nimium feruentis contingit, quo renes inflammantur. Impetu nanque decurrentis cum utina humoris quum plurimum oritur, ocyus que cum urinae meatus obsessi sunt. Ex crasso igitur sanguine uel bilioso, aut bile per se flaua, aut ceteris humoribus, sed raro id uitium euenit. Vnde abscessus aut magni sunt, aut parui, quidam superiora, aut inferiora, aut gibbium, aut interiora renum obsident. Itaque rupto parte ad uescicam materia putris innocentior fluit: uel per uenas emungentes sursum ad iecur repetit, ad mesentericas uenas ad intestina delabitur, quae perniciosa est. At terribilissima est quae rupto apostemate uentis caui complet: quae effreni nisi perforato uentre non potest. Renum praeterea apostemata in calculos saepe mutantur, aut duricie iniuncta interdum tenantur: raro delitescunt, & ad uina permutantur membra.

Quibus ex casu sit suppurant renes.

De communibus notis abscessus renum.

Cap. XVIII.

Dolor infestat, ac frigus initio plurimum a tergo cum continuata febre, inordinate corpus * procurrit, nā & summus pronis dolor est, supinis ferè nullus, ueluti perpendiculo grauitate pendente, & collectione in alterutro rene facta, cum in contrarium latus incubuerit æger, dolore torquetur ingenti: plurimum excruciat, quum sub tunica renum fuerit tumor, uel iuxta neruos quibus alligantur, ac suspenduntur: & in quacunque parte confederit, nec stare, nec ambulare potest æger, maximo cruciatu affigitur, cum uis ac sternutamentis quatitur, tum enim cocuntur. Aluus praeterea subsistit, sed urina

Renum abscessus in calculos mutari.

* al. percurrere

L 4 sed urina

Magnū in uro-
que rene aposte-
ma.

sed urina frequenter destillat. Cum malum in suo fuerit uigore ex calida præsertim materia, febris ardor adcrit. In frigido uero abscessu ante tamen collectionem periodica apparebit. At si geminos renes ingens apostema occupauerit, licet ex frigida materia fuerit, continuata febris ægrum laborare necesse est, alioquin erraticæ aderunt, quæ incerto temporis spacio redire solent cum rigore aut horripilatione: in quibus pulsus ad intima (in cæteris febribus contingit periodicis) non reuocatus delitescit, sed semper foris pulsatur, & corpus subinde inflammatur, ac rursus in eadem instat horripilatione: uaria enim ac incerta materia ad ea decurrit membra. Interea cum summo dolore increfcit tumor, & extenditur membrum: tum compatitur iecur, si collectio in dextro fuerit rene, mox coxa, uesica cum pene affligitur.

De curatione apostematis renum in communi, Cap. XVIII.

al. supinum.

Loco constituendus est æger pro humoris qualitate, sed ad temperamentū uergeri debet: in quo securus sine motione esse debet: incubitus supinis gratus est, uel in latu in quo præcipue quiescit. In cibo conueniunt quæ facile concoquuntur, damnantur mucosi & glutinosi succi, salsa quoque & acria, aut nimia feruentia & dulcia. In primis abstinentia iuuat, in eo affectu placet lactis usus, uel sine butyro, si morbi principium à calido fuerit, tum enim & lac acetosum medetur potum singulis diebus. Obest frigida pota mali initio, uel calida si datur. Inter utrumque tepida probatur, nec tamè largius pota. At quæ materia digerunt & deducunt, aut distrahunt, pro humorum uarietate distribuuntur, de quibus mox dicturi sumus. At in quo sanguis exundat, missio summo opere necessaria est: cum uires, ætas, ac anni tempora subscribunt, ac eorum constitutiones. Magna enim differentia est, an autumnus, an hyems sit, si aquilo an nothus perferat. Nam & si febris ardens fuerit, tum à cubito materia demere necesse est: ab ea parte qua renis dolor affuerit. At ubi plurima fuerit repletio (quam plethoriam uocamus) à nigra uena uel cephalica prius inchoandū est, post hæc uero à poplite utiliter demitur, aut à talo. Diuretica præterea calida quæ assumuntur, improbantur. In deiectione uero uentris mordentia pharmaca nullo modo danda sunt, sed lenia duntaxat emollientia, qualis manna est syriaca, ac siliqua ægyptia cum strychni aqua, aut lactis serum: summā enim curationem complet, nam uentrē ducit, abstergit, refrigerat, maturat, cluit, & membra recreat. Mulsā quoque datur, uel quæ ex saccharo fieri solet modico. Tum & clysteres quæ emolliant uentrem, nec renes plurimū comprimant, cæteris præferuntur. Rursus ex hordeacea præclare facere tradit, oleo addito, ac seminis lini, uel aristaltheæ radicis decocto, uel similis. Alij sesaminū oleum addunt, uel foenugræci decoctū ac meliloti, suppresso materia impetu, ac repurgato corpore, diuretica efficacissima sunt, si subtilis sanguinis ac modici notæ sunt, sine crassitudine sponte quandoque per urinam fertur. At attenuata ac aperientia apertissima sunt, si sanguinis spissa densitas affuerit, sed & modus seruandus est, nam calida sunt, & materiam attrahunt. In hac sententiā Galenū uideo, qui diuretica pharmaca magnopere damnauit, quando circa renes, & uesicam, ac pudenda ipsa inflammatio nes oriuntur, nam uicium augent, deriuata ad eas partes materia, ob eam rationem mulsā, aut ex saccharo aqua decocta laudatur, seruato affectus modo. At ubi humor acutus ac mordax fuerit, in sorbitionibus damus quæ uim comprimant, & mordacitatem leniant: quod aqua per se pota facit tepens, quoad resoluatur materia: quo tempore & quæ urinam ciunt, damus, quibus & suppurato apostemate utimur. Sed de abscessibus particularibus dicendum.

De calido renum apostemate, & de signis, Cap. XIX.

Renū dolor pro-
pter sanguinis
uicium.

Rursum calidi abscessus aut ex sanguine, aut ex flaua bile oriuntur. Sanguinis uicium, pondus, inflammatio, sitis, febris ardens, ostendunt, in qua & mens interdum commouetur, phrenum communicatione, & ad faciem & oculos notæ deferuntur uapore ad sublimia raptō, unde & anhelitus difficultas ac cibi tedium efficitur. Dolet & in spina, inquit Auerrois, ac urina unā supprimitur: quidam eam plurimum profuere tradunt: idem autor & punctiones quasdam sentiri exposuit, alioquin frigidum apostema dijudicandum, urina præterea fulua apparet, ac tenuis interdum percolato ob oppilationes humore, mox rubens demittitur, sæpius tamè rubra cernitur spissa

spissa densitatis, cum & uenæ turgidæ cernuntur, in extrema præsertim tali parte, cum capitis dolore in priore parte, quæ bregma dicitur, siue sinciputis notis fauent uictus antecedens, hoc est frequens crapula. At ex flaua bile notæ sunt renum inflammatio maior, cum punctione in ipsis frequenti, sitis accensa, corpus tenue, urina citrei coloris, diætaque præcedens, qua facile bilis adacta fuit. Eucnit que ut & pinguedo in urina innatet, dissoluto à calore nimio quo inuoluuntur renes pinguedini. At exustione & interdum ex sanguine cōcocto rubens ueluti pilus tenuissimum capillamentū egreditur per urinam.

Auguria in renum abscessu,

Cap. XX.

Ex igneo apostemate cum acuta febris, si delirium sequatur, nec diaphragmatis communiōne contingat, certa mortis prælagitura est. Si uero cum humoris digestionem urina alba fuerit, cum sedimento purulento, collectiones salutariter dirumpi denunciat: si tamen mucosa perseverauerit, malum præstat augurium, nam materia ad eas partes continenter confluere creditur. Rubens itaque urina in qua quod residet, digestum sit, nec duriciem, nec suppurationem minatur, sed utilem resolutionem denunciat. At cum indigestio perseverat, urina clara ac tenui fluente, aut pus, aut duriciem abscessus minatur. Salutare signum est cum febris finitur, ac reliqua diminuantur accidentia, si que urina multa sit, ac quod subsidet, concoctum sit. Quod si globosum, purulentum cum graui fuerit odore, damnatur. Ita & quæcunque tenuis fuerit demissa perseverante febris, nec accidentibus remissis exitialis habetur. In omni abscessu, extenuatum corpus in senibus præsertim, irremediabile malū est, uel si coxendices stupore tentatur. Ex diuturno apostemate macies contrahitur tabida, in qua & femora & crura dissoluuntur.

Curationes in renum apostemate calido,

Cap. XXI.

Diæta talis esse debet, ut quiescere æger omnino debeat, nec iactari, aut omnino moueri inutile habetur: balneum damnatur, nec nisi finito morbo ualere dicunt, tum temperatum prodest: culcitra non plumea, sed uentosa, æstate, aut lana hyeme substrata, ne febris magis accendatur. Iis cibis esse debet, qualem supra annotauimus, boni succi, facilis concoctionis, qui parcius offerri debet. At initio morbi quæ refrigerant & discutunt, mox quæ abstergunt, emolliunt, & dissoluunt, in augmento & morbi uigore. At in declinatione quæ abstergant, & resoluunt sine ullo discussorio auxilio, aut mordente medicamine. Tum eadem antedicta aqua mulsā conuenit, uel ex saccharo exiguo composita. Foris initio quæ refrigerant, imponuntur lumbis. In potionibus aqua cucumis grandis rotundi datur, uel in furno decocti: aut similia refrigerantia. Imponitur cum hordeacea farina, sandali albi ac rubri, papaueris albi, intubi que succus, uel aqua cum strychno, uel cucurbitæ ramentis adiecto oleo uiolaceo. Eo modo emplastrum utile conficitur: Interim cucumeris satiuū interior pars uel cruda, aut cucurbitæ decocta, aut melopeponis, uel portulaca uel eius semen drachmas duas, cum frigida potum, uel syrupo uiolaceo, ac in potu hordeaceam aquam, uel faliis damus. Iuuat lac seminis expressi melopeponis uel cucumeris, aut rotundi grandis uel cucurbitæ, nam utrinque materiam educit, ac mire refrigerat. Aliud item cataplasmatum genus efficacissimum perhibetur, habet cucurbitæ interioris, succi plantaginis, & portulacæ ana p. æquales, acetum partem unam, sandali albi & rubri farinam, pro modo & ratione quantum tibi satis uidebitur. Et si refrigerationem maiorem requiris, adde strychni, succi partem unam, unā miscetur, & in eis lincolis tepentibus infusi imponuntur uicissim, donec calorem sentiant. At in morbi acceptione althææ, ac maluæ decoctum cum lini mucore, ac oleo rosaceo infunditur. Et inter cataplasmata hordeacea farina fabacea que cum uiolis imponitur, procedente morbo chamomilam addimus & althæam, exinde foenugræci, ac seminis lini lentorem, ac oleum sesaminū demum, uel carthaminum, & similia, quale est oleum anethinum cum althæa. Vel inclinante morbo id emplastrum laudatur, ex hordei farina cum aqua mulsā, in qua foenugræci semen cum radice lilij, anetho & althæa, ac chamomila componuntur. At si cruciatus impatiens magis fieret, uires proterens ægri, necesse foret papaueris calices, aut mandragoræ cortices cataplasmatum imponere mire enim iuuant. At si tumor non discutitur, atque ad octauum iam diem peruenierit, suppuratio imminet manifesta, tum grauitas ac febris in summo uersatur. Remedijs igitur maturantibus, atque aperientibus

aperientibus opus est, atque demum abstergentibus. Imponuntur itaque emplastrum modo chamomila, feminis lini farina, addito sulfure, & oleo sesamino. Prodest anethi & althææ ex oleo decoctum, atque ita calidum imponitur. Puls quoque ex tritici farina atque mulla unâ decocta, aut ficuum pinguium ex eadem aqua decoctum, mihi enim maturat, & dolorem lenit. Aliud emplastrum, continet acanthi, malua, uiolæ ana quantum manu capi potest, ex aqua decoquuntur, mox eas conterito, & cum dialthææ unctulo, adipe q; anatino uel anserino aut gallinaceo permiscebis. Id enim mire ualet, efficacius erit, si absinthium adiectum fuerit, cum lilij cœlestis radice, uel iride trita, cum chamaelæ semine, quam coccognidion uocant, nostri piper montanum appellant, uel rusticis nostris familiare. At cum maturit tumor, & collectionem fecerit. Tum utiliter cataplasma tis addes urticam, absinthium, eruum, iridem cum resina terebinthina. Addunt alij fimum columbinum, ac coccognidium siue thimelæam. At id emplastrum utile esse scribunt, nam maturat & aperit: Hordei farina, fœnugræci, seminis lini, meliloti que, cum althæa, uiolæ que arida, cū fici aridæ decocto, addito oleo uiolaceo. Si difficulter maturatur, adde fimum columbinum, ac farinam e parietibus collectam, mirifice enim iuuat, nam suppuratorium & mitigatorium est medicamentum. In potionibus uero farinæ, seminis lini pulstem, aut feminis althææ decoctum, subinde ficuum pinguium decoctum. Prodest & oleum amygdalinum uel amarum in poru, & exinde dormiat. Prodest si interea decoctum infunditur, althææ, acanthi, meliloti, iridis, & fici aridæ cum sesamino oleo, nam maturant (ut dictum est) & aperiant. In balneo quoque aquæ tepētis insidere iuuat, at lac si infunditur, & bibitur. Præterea quæ urinam ciunt, damus, qualis est acorus, & agnus, & pus, nam pariter aperiant. Sicut schœnoanthos & chamaepyris cum uino dulci sumpta, uel cum pulte comanducata hordeacea, aut ptisana ex mulla. Si ea non aperiant clysteres uehementiores infunduntur efficaciter, uel adiecto tandem elleboro, in eo enim conatu sepe pus erumpit. Quidam ad saltum ægros euocant, alios que similes motus ut e gradibus descendant, ut spina uertebras laboriose concutiant, nam & in equum suscipiant. Rupto uero apostemate pus albi & qualiter, sine odoris grauitate per urinam utiliter effunditur, finita ex toto febris. Difficilior est materia quæ per intestina & alia fertur. Rursum q; deterior (ut dictum est) quæ in cauum uentris colligitur uomicæ nomine. At omnium pessima uomica est, quæ extra renes non prorumpit. Ridiculum est quod eam manu aperire profitentur. Fluente pure mulla cum semine melopeponis frequentiter potum medetur, aut cucumeris semine syrupo q; uiolaceo. Tum ulcus (ut scribit Galenus) diligentiori cura atque protinus perlanandum est, diuturna enim ulcera difficulter implentur, ob eam rationem terram lemniam cum mulla potam frequentiter haultu profuisse inuenio. Ita & de thuris polline ac siderite quam sanguinem draconis uocari ob similitudinem nonnulli scribunt cum strychni aqua, aut seris. Qui eam curationem negliger ad dies prorogant, ulcus insanabile reddunt.

De renum abscessu ex Paulo Aegineta,

Cap. XXXII.

In sessione frequēti dolores leuari tradit Aegineta. Ac cataplasmate digyreo oleo, & resina, aut loliæa farina ex melle, aut cardamomo, aut columbino fimo cum carycis. Purulenta urina emissa abscessus denunciat, & in quibus partibus ulcera esse possunt, quoniam & sine apostemate urinarij meatus exulceratur, cum rumpuntur, aut eroduntur ex acri humore, uel calculo scabro dirumpente.

Quid Galenus de phlegmone sentiat,

Cap. XXXIII.

Quoniam de phlegmone in plerisque locis mentio habita est, de eius natura atq; origine hoc in loco, ita Galeno demonstrante, nobis referendum est. Aegrotare idem autor tradit membra, aut calorifera duntaxat discrasia, aut cum forte comprimuntur, aut utraque causa, ex qua ea dispositio sequitur, quam Graeci phlegmon uocauerunt, inflammationis genus, quod est malicia complexionis diuersa, musculis eueniens, ob eam, inquit rationem, quum sanguis qui in his habetur, exæstuat, & paulatim inflammatur, uenæ pariter ac arteriæ feruere incipiunt, exinde & quæ circumquaque existunt partes, necesse igitur, inquit, est, ut ad alterum res deducatur, aut uincat superfluitates, quæ in musculum effunditur, & corrumpit membri partem, quam superat: aut omnino

Emplastrum maturans & aperiens.

Pessima renum uomica.

omnino uincatur, ita quod membrum, natura duce, ad naturalem redeat dispositionem, itaque aut humores resoluuntur, aut in collectionem transeunt. In ea enim collectionis uictoria ex dominio malæ complexionis membrorum actiones corrumpuntur, pro legitimo temporis spacio. At salutis & naturalis uictoriæ signum est, cum resoluatur materia, aut ita corrigitur, ut ad simile mutetur. Indicium est, quum dolori nullus relictus sit locus, teste Hippocrate peritissimo: Dolor, inquit, membris euenit, alterata membrorum dispositione, aut corrupta, uicta natura, ipsarum uitio qualitatum, aut sectione aliqua soluta continuitate, inter quas calefcere & refrigescere, primas & potiores partes possident: reliquæ uero qualitates minus ualide dicuntur. At cum membra aliquid morder, aut pungit, aut erodit, distendit, comprimit, aut dirimit & determinat, & conuellit, tum pati membrum necesse est. Ex eodem autore, febres ex apostemate pro uehementia causa agentis, & pro corporis uiribus proueniunt, nam in quibusdam uehementiores sunt, in nonnullis inualidæ, in aliquibus non sentiuntur. Quod in renum & aliorum membrorum affectibus dicendum arbitramur.

Febris uindæ.

Note frigidi abscessus, & curationes,

Cap. XXXIII.

Si pondus graue in renibus sine inflammatione fuerit, frigidum apostema indicat, Galeno autore, tum & renes extenduntur uel frigidiores, ad munus suum minus idonei: ægro facies pallet, & cum quadam mollicie tumet, quæ & subiecta quoque afficit membra nephriticis ijs semen genitale humidum & aquosum effluit. Et urina inchoanti uitio alba, mox crassa, liuens, quibusdam piis albis discurrentibus, purulenta demum effunditur. Astipulatur antecedens hominis diæta. In curatione uero huius morbi hæc pauca summam subiungemus materiam nanque digerimus, atque detrahimus, siue crassa siue mucosa fuerit, quam & uomitu frequenti, qui efficacissimus est, ac frequentius insi si nonne alii distrahimus. Subinde calefacientia imponuntur, emplastris, ac inunctionibus, uel fomētis. Magnam curationis partem implent lauri folia, ac baccæ, uel oleum cum ruta, di. lthæa quoque illinitur. Atque id emplastrum efficax habetur, quod ex amaraco, cymino, ani o, fefeli, apij succo, anethino oleo, uiculi medulla, butyro, anseris adipe, cum palmulis maturis atque carycis: & diuretica item quæ celerius per urinam transeunt, damus, de quibus satis supra diximus.

Ad renum duricies curationes,

Cap. XXXV.

Et si renum duricies ægerit: sanantur, quæ tamen ab autoribus celebrantur, breuiter trademus. Si sanguinis primum melancholici indicium fuerit, uenam lienariam secundam ducimus. A subinde emplastra imponenda sunt qualia in iecoris duricie supra diximus. Sed ea compositio mire iuuat, in qua semen marubij, semine lini, fœnugræci, ac carthami, sine ulla potione, sed arida tusa deuorentur dracmarum duum pondere. Si uero urina affuerit stranguria, addes apij semen, quo facilius urina cietur. In si ea uero aluo siliquam ægyptiam dabis. Aliud medicamentum frigidæ nature, eiusdem tamen effectus: Seminis cucumeris fatiui, rotundi q; & magni, cucurbitæ, althææ, malua, lini q; drachmarum trium pondere arida dantur, delicatioribus cum uiolaceo syrupo, sed et uehementiora interdum danda sunt, quale id quod habet, bdellij, ammoniaci ana ʒ. s. cum aliquo diuretica decocto, sicuti chamomilæ, tribuli aut meliloti, nam & polypodium in potionibus datur. Interea & id decoctum utiliter infunditur: Fœnugræci, lini que seminis mucilaginis acetabula quatuor, chamomilæ, seminis brassicæ, meliloti, arithææ, & furfuris decocti quantum satis sit, prodest si sæpius infundatur, nam lenit, maturat, & resouit, & dolores mitigat. Illinuntur per se oleum costinum, aut nardinum, anethinum, chamomileum, & laureum, uelica enim aut lana imposta, fomentum præstant ualidissimum, si calidiuscula imponantur. Faciunt & per se emplastrum efficacissimum semina lini, ac meliloti in farinam redacta cum chamomilæ flore. Valentius est quod habet bdellij, ammoniaci, sagapeni, adipis ursini leonini q; medullæ uaccinæ, seu q; ceruini pares portiones. Nam emolliunt, dissolunt q;. Non minoris potetie habetur uulgatissimum emplastrum diachylon, mirè enim duricies emollit. Probatum & quod continet farinæ fabaceæ ciceris q;, passulæ, chamomilæ, meliloti farinæ ana partes æquas, cum seuo caprino & oleo chamomileo unâ componuntur. Diligentiores animaduertunt, ne infusiones quæ ampliores sunt,

Renū morbi ex sanzume melancholico cura.

sunt, renum abscessus comprimant, atque cruciatus maiores inferant: cauendumque ne cathartica ingeras. Omnia præterea stupefacientia damnantur, præter philonium.

De renum ulceribus, Cap. XXVI.

Aqua potus ex fontibus calidis nocentissimi.

EXulcerantur renes, uesica, ac intermedij urinarij meatus proscissis interioribus uenis, aut percussis membris, aut intus suppurata & rupta uomica, aut lapidis scabio- si inter angustias uitio, aut humoris acriore ut mordere, uel (ut aiunt) deglutinato phlegmate, uel ad aperta iocinoris uomica, cuius uirulentia renes pariter ulcera patiuntur. Ex pleuritide quoque idem euenire solet, sed rarer. Aqua quoque ex fontibus calidis si bibitur, continuis diebus ulcera parat ac cruentam urinam. Ex lassitudine quoque, ac athletico præsertim labore immodico, sæpe contingit. Mollis item culcitra hos affectus parat. Sed ex falsis cibis calidis & acutis medicamentis, amaris que portionibus, aut herbis, & diureticis excalescentibus, & ex ueneris intemperantia maximam inueniunt, et nephreticis ferè omnibus exulcerationes imminet, ut Auerois Arabs tradit, sicuti & uesicæ, quas quædam scabiem antecedit. Nam & ea uitia piscium cibo sæpe gignuntur. Ulcera præterea alia erodunt, & quædam compleri nequeunt, nam ulceri uetustati nullum ferè remediū est, aliqua non facile sanantur. Urina, inquit Hippocrates, cruenta uel purulenta, renum, aut uesicæ exulcerationes augurat, si continuatur (ut dicunt) malū. Vidimus Methonæ hominem lapsu scalarum ad dimidium matulæ sanguinem mixtisse, qui assumpta protinus rubrica lemnia miro cõualuisse remedio, sine enim urina cruorem emiserat, qui forte ex colis propinqua parte eruptione contigerat. Si uero plurimum sanguinis cum urina demittitur, aut ex renibus, aut ex superioribus emungentibus, uenis erumpit, aut cum paulum reiciatur ex orificijs uenularum apertis, aut poris sine ullo languore exire uidetur. Id tamen corporis uires paulatim subducit. Renum denique cuncta ulcera dolore mordente denuntiantur: ea in communi dicta sint.

Ulcerum differrentia.

Nota specialis exulcerationis, & de lumbis exulceratis, ex Paulo, Cap. XXVII.

REnum ulcera dolore circa lumbos iudicantur, sicuti in ima spina, ac coxendice. Si in summa uesicæ parte fuerint, in pectine cruciatus ingens erit. Si uero in uenis intermedijs albis (ureteras dicimus) in sibus punctiones ac intercisiones sentiuntur. Purulenta urina, ut tradit Paulus, abscessus denūciat, & in quibus partibus ulcera fuerint. Nam & sine apostemate urinarij meatus exulcerantur. cum uero uasa lumbura aut eroduntur, ex acri humore, aut calculo lacerante. Sed de lumborum exulceratione, inquit, primū dicendum est antequam de uesica & meatibus urinarijs dicamus. Lumbi itaque exulcerati tergi grauitatem & dolorem præ se ferunt, sed sine offensione urina demittitur, uerū putres carnis particula cum urina mixta profluunt. Hæc Paulus. Renum præterea ulcera nulla urinx difficultas sequitur, quando in uesicæ ulceribus, aut meatibus stillicidium inuenitur, si uero cum sanguine, aut purulenta ueluti albæ squamula substiterint, uesicæ exulcerationem ostendunt, nam tum urina alba est, & grauitas olet: Quod nec renibus, nec meatibus infra renes contingit, ex quibus plus uirulentia subrubicunda excernitur, quandoquidem natura calidi & humidus sunt. Ex uesica tamen plus substatur puris quam exulceratis meatibus, eo renibus nanque Galeni sententia, putres ueluti caruncula, uel concreti sanguinis guttae apparent, ex uesica fursuracæ uel squamulis similes prodeunt. Urina item exigua pinguis siue crassa, exiguo sanguine, aut pure substante uesicæ offensionem indicat. Multa uero & pinguis, in qua quædam ueluti rubicunda affuerint capillamenta, ex renibus effluere dicimus, Hippocratis testimonio. In uesicæ & meatuum ulceribus præterfluente urinx mordaci liquore, ingentes & frequentes sentiuntur cruciatus, parturientibus haud dissimiles. Si præterea emisso pure sanguis sequatur, Galeno autore, ulcera quæ serpunt, indicare *quædam* uocant Græci, quod nomen sine modo esurientium est. Ex ulceribus item renum febris non sequitur, sicuti uomicam. Veruntamen membra paulatim tabescunt. Iniqua ulcera ex substante multo pure, atrii coloris, grauis que odoris dignoscuntur, imparibili cruciati, irritis medicamentibus, morbi uetustate damnantur irremediabilia. Velicæ difficiliora sunt sanguine humoris exasperante.

Temperamentum renum.

Ulcera maleficia notæ.

Remed

Remedia ad renum ulcera, Cap. XXVIII.

EXulceratis renibus, domicilio temperato continendus æger est, paulum tamen sicco, ob eam causam paludosa uitanda sunt, ac ueneris in primis petulantia, exercitationes, uehicularum, uel quæcunque iactationes, curru uehi plurimum membra quatit. Iuuant frictiones circa extrema, ac diurna otia, longus que somnus. In cibis uitanda sunt quæ modo diximus, salsa, acra, acetosa, amara, uel nimium dulcia, præpinguia quoque, & oleosa damnantur. Summæ cõmendationis sunt auicula, & perdices, uel assæ præcipue, oua forbilia, & gallinacea caro uel tosta, si putrida fuerint ulcera. Inter piscium genera, qui salubres uocantur, utiles sunt. Inter olera atriplex, beta, sorbitiones que medentur, si exsecundaria fiant farina, uel hordeacea, ex amylo placent, addito lacte. In phagedænis hordeaceam laudamus atriplicem, portulacam, cucurbitam, cucumim, uel ingentem rotundum, lactucam quoque ac maluam. At cum ulcera compleri uidentur, hæc diuina carnem uel gallinaceam sine metu offerimus. Auxiliantur amygdalæ depilate tostæ cum saccharo uel melle, pinex que nuces, ac passula, ac uua passa omnis, si dulcis fuerit, & cum nucleis commaducata, pistacia pariter & auellanæ, mellimela quoque mala, pyra, ac mala cydonia, punica dulcia, & melopepones, & quo dulciores fuerint, cucumis quoque ater & ingens dulcis, ac bene maturus iuuat, nam & sitim accensam sedat. Ab omni schola medicorum fici arida in ea causa magnopere damnatur, nam & nimium abstergunt, & ulcera non per sanari sinunt. Sed lactis usus in eo uitio maxime laudatur, asininum præsertim, quod repurgare & sanare dicitur. Secundi meriti equinum est & camelinum, postrema laus bubulo & ouillo, nam bene alunt: caprinum uero alit & repurgat, camelum proximum, purgat enim, corroborat, & agglutinatur, bubulum & ouillum bene alunt, quoniam pinguiora sunt, media potio est 3. 4. nec nisi tepes datur, addita salis mica, & mellis exiguo, ieiunis datur, nec nisi coacto aliud assumi debet. Addimus item & quæ ocus per sanare faciunt, quale est gummum arabicum, & tragacanthum. Corallium succinum, adiecto apij semine, uel dauci. Cum pus uero finitur, lac camelum utilissimum est. Verum si urina nimium mordet, ouillum præfertur. In siti aqua parcius damus, uinum dulce utiliter bibitur, sed modus seruandus est, nam renū causis medetur, sicuti & in cõdimentis passum.

Quod genus cibi idoneū, quod non.

Lactis discretio.

concocto.

De mauiinis potionibus, Cap. XXIX.

SAlutares potiones sunt, aqua melopeponis, & cucumeris, uel cucurbitæ succus, uel scarix, papaueris albi, ac zizyphorum decoctum, & cancrorum fluuiatiliū. In magno sunt usui trochisci Galeni, ex papaueris albi lini que semine, addito gummi arabico, tragacantho, & amylo, ex aqua hordeacea. Potio utilis, qua humores acutos & salios mitigamus, habet hordei, seris, lactucæ, hepaticæ, callitrichi, capni floris, ac malux ana manipulum unum, seminis cucurbitæ, cucumis, melopeponis, ac rotundi cucumis, passulæ, zizyphorum, myxorum, seminis papaueris albi ana drachmas tres, florum uiolarum purpurearum, nymphetæ ana drachmas duas, glycyrrhizæ fucci, seminis albae ana drachmas sex, prunorum memphiticorum, id est, tamarindorum 3. 2. prunorum nostratium 3. 4. cum aqua fontana serueant, & percolato decocto addes roris syriaci, id est, mannae, uncias tres, & sacchari quantum uis, ad passi spissitudinem, binæ uncia dantur cum aqua strychni, uel hordeacea.

Potio humores mitigant.

De sanguinis missione, ueniarum, ac uentris deiectione, Cap. XXX.

SImissione sanguinis opus, a iecoraria demendus. Sed prius alius mollienda est, si bilis ruffa infestat cum acuto sanguine, mannam damus, cum ægyptia siliqua, prunis memphiticis uel nostratibus, syrupo uiolato, & similibus, temperant enim humores, & uentrem leniter mouent. Si materia salsa est, ac adusta, serum caprinum cum epichymi decocto, syrupo que ex capni herbae succo, aqua præterea hordeacea iuuat, & seminum frigidorum quæ communia uocantur, succus uel papaueris seminis ex aqua uesicaria, uel alterius strychni, syrupo uiolato, aut nymphetæ. Mire enim prodesse dicimus nuces pineas in aqua calida macerata, semina que comunia paribus portionibus, si unâ deuorantur. Sed materiam efficaciter auertunt frictiones brachiorum, ac crurum. Nam & uomitus in primis summæ cõmendationis est, impetum enim decurrentis materie efficacissimi me diuertere traditur, assuetis, uel ex partibus, & a cibo præsertim dulci & pingui uel

Utilitas ex uomitu.

M oleoso.

oleoso. Mouent enim uomitum ebulli semina ex acinis maturis cum melle pota, uel geniste flores recentes duo uel tres commanducati. Assuetis suauiter uomitiones mouet tyrrupus acetosus ex aqua tepente, si digesta prius fuerit materia.

Remedia ad sanandum renum ulcera,

Cap. XXXI.

Renum leuia ulcera sanat semen maluarum, uel althææ cum mullâ potu, addito semine fœniculi, uel apij, aut schoenoantho, uel aqua pollitrichi, uel hordeacea. Prodest & asininum lac potum, nam purulentiam repurgat, & dolorem uel uescicæ sanat. Rupta uomica recenti, passulæ, amygdalum, ac syrupus uiolaceus iuuat: uel uescicæ semina: qui dam in primis potionibus semina communia dari suadent, cum papauerino syrupo, si ea prodesse non uidentur. Trochiscos utiles & efficaces hoc modo conficito: Seminum communium 3. r. papaueris albi ac nigri ana 3. 3. amyli, gummi arabici ana 3. 2. seminis uescicæ aridi 3. 2. cum mellis ligula, & lactis muliebris uel asinini quantumuis 3. 2. bibitur, drachma cum dimidia singulis diebus. Si materia acuta non est, nec mordet, lupinos dabis cum fœnugræco. Vbi putridum ulcus fuerit, ac uetustum, uehementioribus opus est auxilijs, qualia sunt iridis radices tusa, cum mullâ pota, uel marubium, hyssopum uel, aut erui farina, cum pollitrichi decocto, uel uino dulci, uel glycyrrhizæ succo, nam abstergit, exicat, ac glutinat. Noces item pineæ, de quibus diximus, ac polypodij decoctum, aut dauici seminis ex uino dulci, uel addita rubrica armeniaca: ualeat & portulacæ sem. Cum uero ulcera sananda sunt, finito ferè pure, quæ sanguinem inspissant damus, qualia sunt myxa, zizypha, coriandri semen, oryza, ac myrti semina, terram lemniam, succinum, & corallium, cum ijs tamè, ut Galenus scribit, quæ diuretica sunt cum melle, ut ad renes uim medicamentorum deferant, qualia sæpe diximus, apij, petroselinii, dauici que semen. Interdum gummi aliquod commiscebis, aut amyllum, ut cicatricem afferat, nam & sarcocolla utilis perhibetur. Medicamen doloris mitigatorium, repurgatorium, & ex omni parte absolutorium, habet semina communia dicta refrigeratoria, papaueris fatiui albi, maluarum, & portulacæ, ac myrti, tragacanthi, ac gummi arabici, pineæ nucis, pistaciorum, amygdalarum, succi glycyrrhizæ, mucillaginis psyllij seminis ana 3. 1. terræ lemnis, rubricæ armeniacæ, sideritis, spodij, rosæ aridæ rubentis ana 3. 2. sacchari albi quantum opus sit, addita mellis portione. Renum exulcerationibus apud ueteres crocum mederi inuenio, quod utique admisceri censuerim. Ulcera quæ difficiliora non sunt, eo emplastro iuuantur, hordei farina, thuris manna, cum oleo cyprino, aut lentiscino, nam serpere ulcus non sinunt. Serpentina uero ulcera sanare dicuntur, quæ in dysenteria ualere diximus. Aliud emplastrum in phagedænis utile, erui farine 3. 6. hypocysthidis 3. duodecim, cum uino austero conficito. Sed interdum illinitur eryngij radix trita, cum oleo addita cera. Alij lentem abiecto cortice, cum cydonij mali carne, ac pyri, uel melimeli, addita galla, & myrti semine, rosâ ac papauere. Verum si æger grauitatem emplastri ferre non potest, id illinitur unguentum, habet rhullis, rhamni, rubi, prunorum syluestrium unâ decoctorum, succum quem percolabis, addes gummi arabicum, balaustiorum que farinam, acaciam, amyllum, donec ad spissitudinem mellis fiat, lumbi & ima spina illinuntur. Sed quid hoc in loco rhamnos sit, diximus. Ex ea arbore licium fit in India præstantissimum: radice decocta in aqua ramos spargit rectis aculeis, non ut cæteri aduncis, folia amygdali fert, ueluti folliculos: candidior magis astringit, collectionib. & uulneribus aptior. Folia utriusque & cruda & decocta cum oleo illinuntur cauliculi tenelli gustu amygdalis tenellis nondum maturis suauem acerbiteratem quandam nobis (sæpe commanducauimus) referunt. In Græcia ac Dalmatia frequens est, nam & uulgo ita à Græcis uocatur: quidam ex nostris rubum esse arbitrantur.

De lumborum imbecillitate, ac dolore exulcerationeque, ex Aegineta,

Cap. XXXII.

Pro lumborum firmitate, ueneris cupiditas.

Lumborum robore ac firmitate tam maribus quam fœminis ueneris auaritates constant, contra eorum imbecillitate uiriliter robur extinguere magna ex parte putamus. Nam & urina, ut tradit Aegineta, sæpe contineri non potest, & ipsa genitura interdum, uel in fomnis. Sed laxior ex uenis sanguis demittitur. Sed & aliquid cruenti spissioris & conglobati sæpe renes deponere consueuerunt, certo dierum numero, ut hæmorrhoidis contingit.

contingit. Sed id profluuium leuamentum præstat, in qua re nullo auxilio opus est, per se enim sistitur. Alioquin à cubito uena aperienda est, & ijs præsidijs opus est, quæ in sanguinis reiectionibus, renum que & uescicæ cruenta urina fieri solent: sed præcipui remedia est symphiti radix, tragacanthum uino maceratum, sic & polygoni, plantaginis que succus cum aceto, aut amygdalæ amaræ ex passo. Aut id, aluminis scissilis drachma, tragacanthi binæ, comæ oboli duo, cum dulci sumuntur. Cataplasma id laudatur ex farina hordeacea, aceto ac rosaceo, aut diaphœnicu emplastrum & siligini cum acacia, aut hypocysthide uino austero cocta, aut aceto. At lumbos exulceratos grauitas & dolor tergi, ut dictum est, indicant, & urina sine poena ulla dimittitur putribus carunculis commixtis, hæc Aegineta. Plinius ueneris raritatem prodesse scribit. Et in balnearum solijs pronos urinam reddere mitigatorium haberi. Carnes item hyenæ, de qua & Aegineta sæpe mentionem facit, è lumbis edendas censet, illinendas que cum oleo, & cornicis carnes arefactas siue mandi siue bibi tradit. In lumborum quoque doloribus crocodyli carnes, excepto capite & pedibus, elixas mandi, ursinus adeps perfricatur, cinis aprini aut suilli fini inueterati spargitur potione uini. Leporis testes in eodem dolore deuorari suadent. Lana succida, nitro, sulphure, oleo, aceto, piceliquida, quam calidissima imposita bis die. Cochlear tres contrita cum testibus suis, atque in uino decocta, cum piperis granis quindecim. Multipeda quoque, quam *δυσκορ* uocant Græci, denarij pondere medetur ex uini cyathis duobus pota. Sulphur impositum cum adipe mire dolori prodest, bitumen mitigat cum farina hordeacea impositum. Semen cucumeris erratici sole siccatur, deinde tritum cum aqua hemina datur trium denariorum pondere: sed uereor ne modicum ea datio superet. Cucurbita herbacea eiecto semine clysteribus aptius, ut puto, infunditur, raphani fatiui commanducantur, semen pastinacæ erraticæ ex aqua mullâ: dolori inuolâ folia illinuntur. Vescendas aliqui dedere coctas cepas, & succus porri potus, scyllæ semen ex melle tritum imponitur. Asparagi leniunt uino cocti. Et succus radice apij cum uino maxime mitigat. Hippocelini radix sedat in uino decocta, et frequenter pota. Sinapis cum pulvere ex aceto illinitur. Ruta cum ficu decocta ad dimidias partes, pota que ex uino, & cruda decocta condita ue medetur. Menthastrum tritum imponitur, cortex caparis duabus drachmis, triginta quinque diebus subuenit. Succus anisi medetur: sanat lumbos sagapenion: oleum illinitur expressum in quo sinapis semen madefactum fuerit. Iris cum resina illinitur. Vitia lumborum sanat heliochrysum potum. Centumcapita auxiliatur ex aqua mullâ, & abrotanum. Doloribus lafer cum melle decoctum & illitum. Lumborum sanguinem concretum trahit illitum semen tricocci, & potum in iure gallinaceo. Vitij uua labruscæ cum folijs tusa prodest, & erysimon, debilitati lupini profunt uel syluestres. Thus terræ in uino doloribus totum conuenit, chamæpeuce medetur, enneaphyllon lana circumdata ne urat latus imponitur, continuo enim pustulas excitat. Acinorum cuculi nigrorum cyathus succi cum mullâ duobus prodest.

Ad spina dolores simplicium facultates,

Cap. XXXIII.

Svecus cucurbitæ herbacæ cum oleo si inficitur, sedat. Sanguinem in ea parte concretum uel corruptum trahit illitum semen tricocci, & potum (ut diximus) in iure gallinaceo, aut in beta, aut in lente. Spinæ doloribus uulgaris harundinis radix in aceto illita medetur, uel chamæpeuce, leuat agaricum potum, ut in tussi: Iræ stæchadis, uel betonicæ farina, ex aqua mullâ. Medulla hyenæ prodest illita, uel phraxmatis radix recens tusa, ex aceto pariter illita. Sed & de spinæ malis libro 28. dicitur.

De calculis,

Cap. XXXIII.

Exitialis quandoque calculus habetur, qui non solum uiros & pueros, sed & fœminalis quoque affligit, impari tamen discrimine, hos *λιθωνίους* uocauerunt Græci, in renibus primum, in uescica sapius, in medijs interdum meatibus inueniuntur. Cum colicis communes notas habere tradit Aegineta initio uentrem sisti, plurimum dolere, cibi tedium, sine ulla concoctione. Peculiaris tamen signa esse, cum acutus hærensque dolor est, infixi paxilli modo, eiusdemque partis (ut in colicis diximus) testis dolor, ac coxendicis torpor, alius rara quidem est, sed minus tamen allicita. Clystere iniecto & crepitu uentris, & excrementa biliosa educi, cum urina arenosa exigua. Adest & urinarij meatus pruritus.

Signa calculi.

M 2 tus pruritus

Exulceratorum lumborum nota.

Puerorum calculus.

In quibus partibus calculi nascantur.

tus pruritus, hæc sunt, inquit, renum & calculorum in uiris indicia. At pueris calculi in uesica duntaxat oriuntur, unde urinae cruditas & albedo cum arenoso sedimento apparet. Inguem intenditur, ac ferè semper prurit, & urina paulatim destillat, interdum agrè it. Hæc Paulus. Lapillum progeneratum in pulmonibus fidem facit Galenus, alij in intestinis, quibusdam sub lingua inuentum scripiere: in fellis folliculo sæpius, bubulis ferè semper: in locis mulierum aliquando uisos narrant, & articulos in nodosa sæpe podagra.

Signa ex Galeno in lapide renum, & quomodo progenerentur calculi, Cap. XXXV.

Colici cum lithannicis similem inueniri dolorem ostendit Galenus, uehementior namque iliæ doloribus & nausea & uomitus est, siue ex flaua bili fuerit, siue ex incocta pituita, aut cibo reddito: nam in superiori quidem parte insedit dolor, nec in una permanet sede, sed intestina intus luctante spiritu torquetur. In calculosis item urinae sedimentum arenosum est, uel calculi in imo iacent, uerum sæpe enim uero ante arenam exitum circa pectinis partes sæuit dolor, arenas igitur & calculos tñ renes tum uesica progenerant, reliqua membra ferè immunia sunt. A quarum uitio in plerisque locis in renibus gignuntur lapides, alicubi uini culpa. Cibi uero quales pisces sūt, palustres, sine squama, ostrearum & concharum ferè omnia genera, legumina, triticum, pastilli farinacci, lactis usus, caseus recens, uel tostus, oua fricta, aues palustres, panis similagineus, male coctus uel male fermentatus, dulciaria quoque damnantur, & malorum ferè omnia genera, aqua frigida pota, & musta, uel quæque turbulenta. His ascribuntur, ætas, habitudo, stomachi que infirmitas, frequēs crapula, & a nimio cibi subita exercitatio. Nam & expultrix uis si imbecillis est, ad calculos facit: si corpus præterea, aut pedes frigore correpti fuerint. Ex ijs itaque causis uiscosa pituita progeneratur, quæ lapidis materiam præbet, accedente calore igneo supra uel citra interdum temperamentum cum idoneo temporis spacio. Ex pure nanque, ac coagulato intra renes sanguine fieri interdum traduntur. Verum si eadem materia minus mucosa fuerit, ac lenta, cōminuti ueluti in frustra calculi eijciuntur, cum coherere partes non potuerint. Latericij enim lapides ex lenta & sequa ci argilla igni apte indurescunt, quæ si minus lenta fuerit, igneo uapore in frustra eliduntur. Ex pura uero terra non lapides fieri, sed ex tenaci materia constare tradit Aristoteles, exhausto ignea ui humore. In renibus enim uel uesica uiscosa filamenta cum urina labuntur, quæ obstructis meatibus intercluduntur. Vidimus lapides ex uesica eiectos magnitudine oui gallinacæ, quos paulatim uiscosa materia obducta, ueluti in crustas, uarij interdum coloris igneus calor induruit, atque ita increfcere sensim tractantur. Margaritæ enim in conchis fieri eo modo cernuntur, gemmarij uarios ueluti in cepis cortices torno deregētibus. Ob eam causam corpora phlegmatica ac melancholica, puerilia, uel senectute consumpta calculorum cruciatus sentiunt. Ex quibus calor uarietas uarios affert affectus, nam si uehemens fuerit, in duriciem miram cōcoquunt materiam, tepor uero ad magnitudinem facit. Vtraque uero causa uel naturaliter, uel per accidens contingit. Quidam propterea calculosi fuere, qui subinde mutata dieta uitio caruere. In uesicam, tradit Aristoteles, quædam sicca excrementa descendunt, ex quibus calculi conficiantur. Iam nonnullis talia in uesica constiterunt, quæ nihilo differre à conchylis uiderentur, hæc Aristoteles. Facit & ad calculorum originem uiarum supra renes amplitudo, qua mucosus sanguis cum urina facile suscipitur, atque infra renes meatuum angustia, unde retenta materia & humore consumpto, in lapidem indurescit.

Quibus rationibus lapides uesicæ à renum calculis distinguantur, Cap. XXXVI.

Magnitudo lapidum in uesica.

Quæ corpora potissimū obnoxia calculo.

Puerorum uesicæ lapis.

Uesicæ lapides renum calculis duriores sunt, nec dolorem illum afferunt, nisi cum mouentur: cum uero in renibus gignuntur, cruciatus afferunt, & maiores quum detrahuntur. Magnitudine quoque differunt, nam ob receptaculi amplitudinem in uesica amplissimi reperiuntur, ac albi uel cinericei, aut nigri, quos uidimus. At ex renibus rubent foraminulenti, porroides lapides à Galeno dicti, in modum enim leuis & fungosi tosi in renibus constiterunt, exiccato humido, reliquo crassescente humore. In uesica puerorum nitrosus in micæ salis modum cōcrefcit: ex salilagine humoris multa, propterea

urere

urere ac mordere urina ea uidetur, turbulenta, ac spissa ita adustione humorem torrefaciente, quod in senectute non contingit. Nam à trimatu, ut scribit Gal. ad duodecimum annum uexatur calculo puerilis ætas ex uehementia caliditatis. Cum plurimum aut ex lactis uel casei adustione contingit, aut continua crapula, continuaq; exercitatio, à cibo præsertim ad quod uitium prona est sicca ac tenuis pueri habitudo, cum calido iecore, quibus indigesta protinus ad renes remittuntur, unde materia facile in lapidis duriciem in uesica detatur. Virgo illa quæ acum crinalem deuorauerat (ut in anatomicis diximus) oui magnitudine gallinacæ lapidem in uesica humores mucidi circa acum sensim accretione ad ultimam ferè tabem redacta, patefacta ceruice, magno impetu, lapidis ingens pondus in fellam demisit. Cæterum in adulescentia ac iuuentute raro calculus apparet in uesica. In quacuncq; igitur ætate, ut Gal. autor est, mollior aluus, ac uesica teporati calor ampliorisq; meatus, ijs lotium nō difficulter it, nec quid turbidi in uesica remanet, quo fit ut nullus fiat lapidis meatus, ob eam rationē raro foeminis ac uirginibus, quoque ex breuitate ac ceruicis uesicæ amplitudine id malū oritur. At uiri, quibus corpora pinguiscula sunt, renū calculis facile periclitantur. Contra extenuatis & consumptis lapis uesicæ minatur exitum, & si nulla præsertim in urina, residet arenosa, & sæpe tortuosior reddatur, calculosi raro fiunt. Id uitium sicuti & pleraque hæreditarium est, septentrionalis nanque regio infantiam plurimum infestat.

Quæ propria signa sint in renum calculis, Cap. XXXVII.

Urina rubens, aut lactea, ac subinde clara reddita, Gal. autore, calculos in renibus progenerari auguratur, ingenti lumborum cruciatus, cum per ilia delabitur. Leuat urina ac turbulenta, si clara pariter subsequatur urina. Sæuiori pœna interea cruciatur æger, eodem autore, si in renum ipsa substantia oriatur lapillus, minus uero affligit si in cauo progeneratur, sequitur cum permeatus trāsit urinarios. Cumque in ilibus ac pectine dolor est, obortum lapillum in renibus dijudicamus, quem distentus cibo stomachus auget. Dolor idem ex partibus intollerabilior est. Dolent præterea testes ab ea parte qua renes patiuntur, coxendices pariter & crura torpescunt utriusq; (ut aiunt) ueræ communicatione. Et confecto iam calculo infixus hæret dolor ueluti membro impacta spina, cum nauis ac uomitu crebro perturbatur uenter, ac aluus nihil reddit: Ilia uehementer torquentur. Colici haud dissimili cruciatus initio præsertim morbi, magna medicorum interdum ambage. Nam colici dolores coniectis clysteribus sæpe leuantur, qui lithannicis magis sæuiunt. At qui utroque morbo sæpenumero afflicti sunt, de morbi genere facilius dijudicant. Si urina præterea paulatim destillet, ac ui acriore mordeat, si arena pariter subsidet fidem calculi facit. Si medicamenta quoque (ut Galen. docet) quæ calculos cōminuunt de morbo certum faciunt indicium, exempta arena. Nam tum inquit audacius de eodem medicamine ægro dabam propinandum. Cum uero calculus per albidas uenas per ilia ad uesicam detruditur, aut ui medicinae, uel sponte naturæ ad inferiora paulatim dolor detrahitur. At cum ex carne renum exturbatur cruenta protinus emittitur urina, qui si gradusculus fuerit, letalis est & hydropem minatur. Urina denique atra, ac turbulenta copiosius emissa, exturbatum in renibus calculum, & salutem pariter denantiat. Calidos nephreticos, acutus dolor, urina rubens mordaxq; uel cruenta interdum emittitur, in qua arena subsidet rubra. Febri ac siti cruciatur æger, nam & ij cum plurimum salaciores sunt. Contra à frigida causa segniores habentur, & in renum partibus non acutus, sed grauis duntaxat hæret dolor, urina ijs lactea est, uel tenuis alba, in qua arena residet cinerea.

De notis calculi uesicæ, Cap. XXXVIII.

Cum calculus in uesica oritur, urina alba et tenuis cum arena redditur, in qua interdum oleaginis modo subsidet materia, cum lapis præsertim concrefcit. Et cum lapillus exiguus est & ceruici opponitur urinam suppressit, quæ uix destillat. At ingens lapis non ex toto meatum oppilat & tum urina lymphida est, ac sine arena. Arenacea urina friabilem lapidem demonstrat, qui de facili comminuitur, contra si nihil arenæ affuerit inuictam ostendit duriciem. Lapis quifuis fuerit in uesica mingendi semper affert de-

M 3 siderium,

Exemplum uirginis quæ acum deuorauerat.

Quibus raro aut nunquā lapis in uesica generatur.

Urina calculū indicans.

Colici dolores.

Urina calculo laborans.

siderium, nec à stillicidij regio homo liber est. Si urina squamas continet surfuraceas, uelut rammenta lapidis scabriciem indicat, qua interdum cruenta emittitur urina, si leuis fuerit neutrum uitium affert. Calculosi ferè nunquam dolent, nisi commoto intus lapide, aut distenta multo lotio uesica, aut lacerata ceruice. Colus pruritu affligitur, qui in pueris præcipue intenditur, atque contrahitur. In peccine sæpe dolor sentitur, sedes fere semper procidua, & uenter subsistit. Cum calculus ceruici oppositus est, ac urinam supprimit. lupinus æger crura contrahat, quæ si concutiantur, facile ab hostio dimouetur, unde urina confestim profluit, uel manu leuiter compresso peccine. At si calculus è renibus in uesicam delapsus fuerit, & nondum eiectus, renum dolore leuatur æger, is quandoque in uesica augetur: quem artis magister in aluum indito digito comprehendit si æger supinus fuerit.

Qualis dieta esse oporteat in calculi obseruatione, & quæ prius uitanda sunt, Cap. XXXI.

*Quæ uitanda
calculum timen-
tibus.*

Calculum inter hæreditarios morbos esse diximus, propterea si quis in eo metu securus non fuerit, aut eo uitio à natura tentatus fuerit, ne rursus ualitudine corripatur, ea integer obseruare debet, ne curru primum, neque equo concutiat, aut pila parua, athleticaque exercitatione, uulgus arte sutoria plurimum offenditur, ac fabrilis arte, aut fornacea. Omnibus uero obest thermarum usus, multaque uestimenta, ac mollis culcitra. Cinctus item latus atque arcte pressus nocet, quo Dalmatæ utuntur. Cauendum est ne frigore pedes corripantur. Iuuat igitur cœli temperamentum, leuelque deambulationes. Fatigationem uero, ac plurimum ocium, somnumque meridiano danamus, sicuti & nimiam uenerem. In uictu uero, cruditas ac crapula uitanda est, & quæque succu generant, crassum aut lentum, qualis è similagine confectus panis, uel si male fermentatus fuerit, uel inepto coctus. Damnatur oua præsertim dura, ac fricta, caseus, pultes, ex tritico cibaria, uel farre, legumina ferè omnia, lens, oryza, inter obsonia bubula caro, hyrcina, ouilla, gallina, ac suilla, gelu cuiuscunque generis, anates palustres, anseres, interanea præterea à mensa esse debent, renes, corda, cerebella, & iecora præter gallinacea. Infanti bus ex calida nutrice lac facile calculum gignit. Omnibus pisces uitanda sunt grandifculi præsertim, acetaria omnia, quales caniculae sunt, raia squatinae, & cartæ, murenæ, anguilla, pastinaca, quæ selach in uniuersum appellauit Aristot. primus. Nos cartilaginea uocare possumus. Et mollia quoque damnantur sicuti urtica, loligo, sapia ac polypus. Et omnia canerorum genera, sicuti quos carabos uocamus, locustas, & astacos, in concharum genere ostreas, conchylia, pinas, & echinos, & quæque sanguine carent. Im maturi præterea fructus acerbi, ac asperi uitandi sunt. Siliqua, sorba, mēpila, pyra immaturo, ac cydonia mala, citrea præterea mala omnia damnantur, præter quæ dulcicia inueniuntur. Acrâ non laudantur præter porrum & armoraciam si uti inter olera quæ uehementer excalefaciunt, inflammant enim renes. ueluti inter aromata piper utrunque, ac macropiper cum zingibere. Damnatur apium & petroselinum ac asparagus syluestis, & similia quæ urinam uehementer ciunt. Inimica traditur esse tuberum ac fungorum natura. Vina præterea multarum uirium austera damnantur, Rhetica, Cretica, Falerna, nigra præsertim atra, ac dulcicia, qualia ex Dalmacis insulis uehantur, chara patriæ, uel uulgo grata, & Martionca, Patauina dulcicia & atra. Musta omnia inutilia sunt. Sunt & aquarum uitia, inueniri fontes audiimus, quorum haustu calculi progengerantur, palustris damnatur et ex liquata niue, Venetæ cisterninæ aquæ salutare sunt. Salluginosæ insalubres.

*Quosdam fontes
calculum generare.*

Quæ calculosi utilia sint, Cap. XL.

Panis inter pistoria secundarius laudatissimus est, nam poros suaues facit, id est, urinae uias. In calidiore habitudine hordeaceus, uel qui ex zea conficitur. Inter obsonia phasianus, perdix & attagena præcipui saporis, primas tenet partes in regali mensa, sequuntur turdi, alaude, merula, ficedula, lusciniæ, & his similia, pulli deinde gallinacei, columbaceique est & præcipue gloriæ auis, præter regulum omnium, inquit Paulus, minima, quo uno maior habetur, colore haud dissimili, medio inter cinereum & uiridem, acuti rostri, in muris & parietibus degit, Troglodytes uocatur, peculiari auxilio celebratur, ad hunc usum sale asseruatur. Nam & recens deuoratus calculus eicit gignique

gigni que prohibet, tostus item cum pennis uiuus aut cinis per se siue cum exiguo pipere ex melle potus idem prestare dicitur. Quotidiano usui utilis est uitulina caro, hocedina, ueruecina, capreoli, leporis tenelli, herinacea peculiarem ad id uitium medelam facit. Quorum lutea sorbilia quotidiana mensa offerri possunt, de prima tamen mensa hæc pauca percurremus. Cerasia dulcisa, & quæ acris sunt, mora, pruna que matura, armeniaca, ficci, uua que matura, ac pensilis, uel passula, uel quæcunque alia exemptis nucleis, fici sicca, caryæque, persica que matura, si modus adest non inutilia sunt. Obseruare ut & nucleos excultos pariter allumant, iuuant item melopepones, & quo dulciores sunt, ac suauiores. Cucumis quoque æstatis feruoribus qui ingens est ac rotundus lato nigro que semine carne molli, ac dulci, quæ de facili in aqua succum liquefcit, cucumeris que uulgaris cum semine immaturo interior caro, offerri potest. mala que punica dulcicia non inutilia sunt, cœna capparum inter oblectamenta. Thamus, asparagusque altis, lupulus inter salicetarius, & his similia non inuuliter damus. Tertia uero mensa regibus pistacia damus & diuitibus, amygdalas purgatas, ac sine tunica pineas nucs. nam & amaræ nucs uel saccharo inuoluta ab eo malo tuentur: quinas satis est commanducasse, castanearum usum, quia grauis in stomacho sunt, improbamus. Quidam iuglandem dari uolunt citra tamen capitibus grauedine, sicuti & auellanas nucs, quæ recentes sunt renum meatus suauiores faciunt. Biliosis cucumeres inter cibaria damus cum iure coctos, cucurbitasque, sed cum beta uel atriplice. Nihil utilius inter feracula malua est, cuius cauliculi decocti ueluti asparagi, ad primam ueniunt mensam, nam calculos eximie (ut Galen. scribit) comminuit, & eicit. Utillissimus è zea cibus, eam alicam uocauimus, brassicæ ius, ac atrii ciceris, nam arenas exturbant à ductibus. Inter reliqua olera beta, atriplex, buglossum, fœniculum, lactuca, cichorium, pastinaca, & quam gallicam uocant Græci, albâ, ac purpuream, apte subcinere torrētur, petroselinum, olusatrum cauliculus ex primo germine siser, plebi rapum damus, urbanioribus uero napi. Saxifrage genus est quæ uulguis pimpinellam uocat, ea peculiari remedio cum fœniculo, mentha, ac petroselino, uel apio aut anetho inter acetaria admiscetur, sed crethmo siue crudo siue cocto ex aceto summa laus est ad calculi uitia. A sale in primis abstinentum est in condimentis, ac cibarijs uel acetarijs, una sola inter herbas salilaginem secum affert crethmum littoralis uel satiuæ, nec ob id obesse traditur, obiter de sale differendum non erat. Afferam interea moreti genus, in quo petroselinum, serpillum, apium, metha, si rapum, thymbram, uel abrotanum, addito cinnamomo, uel zingibere, cardamomo, machir, ac croco, bene tusa cum aceto non acerrimo addita olei amygdalini stilla in mortario commiscebis, addita salis mica, alij salem detrahunt. At de uino dicere huc distulimus, albu enim & clarum nullarum uirium aut paruorum in usu sit, aut aqua salubri infractum, aut cocta. Per interualla dierum, hyeme præsertim uinum dari potest in prima saltem mensa, quale quod Pucinum diximus uel Falernum, aut Græculum in Venetiæ prouincia. Galenus mustum in calculorum causa laudauit, nam & genitum lapidem pellit, sed in primis aluum soluere expedit, & si aliter non responderet, etiam infusionibus ducere opus est, cum apij, fœniculi, betæ, aut peristerij decocto, addito siliquæ ægypticæ atramento cum oleo chamomileo, & sale.

salat differendum.

*Quale uinum cal-
culosi idoneum.*

Aliæ obseruationes communes aduersus calculum, Cap. XLI.

In sanguinea habitudine si corpus plenum est, mittere sanguinem è brachio multum salutare, quoniam æstuantem refrigerant sanguinem, ac renum feruores. Cæterum uomitibus fere omnibus necessarius est phlegmaticis corporibus, oculis si: & pinguis, miro enim enim præsidio uentur ab eo cruciatur: sed interea parcus esse, ac exercitatione opus est. Quibus uomitiones molestæ sunt uel difficiles, ijs matutinas damus potiones ad humores preparados, pro habitudinis uarietate, & primam ad calidam eorum uitamur, habet seminis uesicariæ, strychni enim genus est, in folliculo acinum continet cerasi magnitudine & colore rubetrem unciam unam, seminis hibisci, malua, seminis melopeponis, cucumeris, cucurbite, ac cucumis rotundi ana. ʒ. ʒ. callitrichi recentis, lupulorum ana. M. s. cichorii, sonchi, feris, apij, fœniculi ana. M. ʒ. radice dulcis ʒ. ʒ. radice petroselini, asparagi ana ʒ. ʒ. in aqua fontana feruescant ad dimidium, adde sacchari libram, atque lenta flamma syrumpum conficito, cui aceri binas uncias coniicito, adde que nardi parum,

*Commode ex-
uomitibus.*

M ʒ cum

cum aqua feris potionem summo mane dabis. Alius syrupus pro frigidiuscula habitudine hoc modo conficitur, radicem foeniculi, apij, asparagi, brusci, pastinacæ, seris, cichorii ana ʒ. saxifragiæ, chamomillæ, chamædrydis, polij ana M. s. seminis anisi, foeniculi, petroseliniani ana ʒ. 3. eodem modo conficito. Si materia lentior fuerit, acetum scyllitis addes modicum. Calidiora uitanda sunt, nisi materiam in duriciem inspissant, præparatis humoribus calidis, sicut quam datus in aqua callitrichi, aut maluæ dissoluta, aut cum radicis dulcis decocto, meatus enim aperit, idem facit cum aqua melopeponis, aut caprini sero, alij rheum ponticum commiscet, uel agaricum, ubi materia lenta fuerit, diacarthamum datus. Habet seminis interioris carthami ʒ. 12. penidiorum ʒ. 4. cordumæi, zingiberis ana ʒ. 2. nucis pinæ elotæ ʒ. 1. sacchari quantum opus est, pastillos unciæ pondere conficito. Cataportia quæ calculum gigni non patiuntur, dissoluunt enim, & dolorem sedant, habent interioris colocynthidis, sagapeniij, salis cappadoci ana ʒ. 4. diagridij ʒ. 3. esulæ ʒ. 1. s. garyophylli, croci, machir ana ʒ. 1. seminis apij, lithospermi, folis milium uulgus uocatur, petroseliniani, ami, cymini ana ʒ. 2. cinnamomi, galangæ ana ʒ. 1. aloës ʒ. 12. cum succo apij in pilulas digerito. Drachmam deuorasse satis est. Aut uomitionibus Galenus calculosos assuetos sanari tradit, tanta est uis uomendi, auertit enim crassos humores, & a calculo præseruatorium unicum est. elleborum enim assumi tradit, præparatum quod raphano satiuo facere consueuerunt. Sunt enim & alia quæ urinam ciunt, & renes a crassis & uiscosis humoribus leuant, sed uehemetiora cauenda sunt, ne malum serum trahant, quæ raro danda sunt, aut nunquam. Semina enim melopeponis saccharo albo inuoluta medentur, uel cucumeris magni, ac parui idem præstat maluæ uel hibisci semen, ac antedictæ uescicariæ, uel eorum decoctum ex iure gallinaceo. Ius quoque ciceris atrij, aut ius cum radice apij, petroseliniani, uel foeniculi. Nam & scolopendrium idem præstat in iure decoctum. Galenus pastinacam satiuam & syluestrem commendauit. Semen item pæoniarum pro pueris præsertim, cum uino potum subtili, silybrium item ualet, & fenationes dicitur. peristereon quoque medetur, nam arenas trahit. Asparagi item commanducati, & eorum decoctum potum. Sed ueteres medici uescicæ exulcerationem timent. Inuenimus floribus aqua si mane bibatur, arenam e renibus pellere. Qui calculos comminui putant, lapillis in uescica humana inuentis, Galeni experimento uano credere desinant. Sed ad curationes transeamus.

Balneum calculosis accommodum.

Quia calculo cruciantur, in balneo calido ad renes uel supra desideant, in quo diacarthamum, melilotum, maioranā, farnuchum, brassicæ folia, hibiscum, & maluā, cum apio & butyro feruefac bene, et percolata ægrum macerabis, quoad per uires licuerit, id enim dolorem leuat, meatus aperit, & calculum detrahit, exempto ægro, ac linteis calidis siccato corpore, oleo anethino uiolaceo quæ ex uiola lutea renum partes illinito, sicut prius quæ in die id facito. si singulis diebus eo balneo usus fuerit, ualidum auxiliū inueniet. Aestate in balnei tepore collocandus est, in quo celerrime non refrigerescit. A balneo uero, astate præsertim, id dabis propinandum, constat ex melopeponis, cucurbitæ, cucumeris utriusque semine tuso detractis corticibus omnium pruna, seminis foeniculi parte dimidia, cum mulso dabis egresso protinus a balneo, uel ex uino albo tenuissimo. Volunt nonnulli sulphuratos fontes calidos ualere, uel si calchanti mixturā habeant. Item si per tormenta licet succussorio equo aut curru utatur, aut de gradibus uelociter descendat, aut de sedilibus desiliat, concussu enim admouentur calculi, semel atque iterum tantum assumat, atque bibat, quod plurimum alat, nec impleat ut Galenus docet, uino utatur quantum possit excellenti. Ante cibum datus quæ calculos frangunt atque eiiciunt, per dies, & reliqua quæ mox diximus, offerri debent, auiculæ enim montanæ cæteris edulijis præferunt, elixæ autem parcius assæ, nam urinam ciunt & calculos pellunt. Altilis gallinæ, aut capri præpingues inutiles sunt, placet Galen. cohortales pulli, ac hœdi, capreoli quæ tenuem enim materiam præbent. Laudatissimus est & attagen si domi non educatus fuerit, in Cypro insula hodie domi aluntur, lepores calculos comminuunt commanducati. Hyrindinum caro ad id uitium salutaris perhibetur, peculiariter facit & herinacci syluestris caro, sed animalis sexus, humano sexui respondeat. Ante cibum persicorum quini nuclei saccharo

Remedia aduersus calculum communia,

Cap. XLII.

saccharo obducti commanducati iuant, uel amygdalæ amaræ, cappares aceto non mordaci conditi, aut saccharo, ut ætate nostra luxus docuit. Aliqui & oliuas muria seruatas laudauere, uel quæ paulo post dicturi sumus. At si aliis eo tempore nihil reddit, quæ do lorem mitigant, et uentrem soluant, infundimus ex fœnugræci, seminis, ac lini, althææ quæ maluæ, mercurialis, betæ, peristerij, achanti quæ decocto, cum anethino, chamomileo quæ oleo, adipe anserino, ac gallinaceo. Soluta aluo, in pelui collocandus est in aqua calida, in qua chamomila, peristereon, melilotum, petroselinum, apium, fœnugræcum, si lini lauri quæ folia incocta sint, in eo immorandum est horæ spacio, in quo renes lumbos & ilia fouemus. A quo æger lectulo excipiendus est, et in eo pannis calefactis abstergentibus, tum uinum album cum gummi cerasorum potandum datus, ac ubi dolor infedit, oleo ueteri in quo scorpiones diu macerati fuerint, perfundi debet. uel chamomileum, anethinum uel, aut liliuum, addimus & adipem antedictos.

Potiones aduersus calculum saluatare, ex uarijs autoribus, Cap. XLIII.

Quotidie mane potiones quæ lapidem frangunt pellunt quæ dantur, quales ex callitrichi, apij, raphani quæ aquis fiunt. Aut lithospermi seminis drachma, ex petroseliniani aqua pota uel succo aut decocto, theriacæ quoque compositio ex uino pota medetur, aut diaprasion, aut mithridatis mixtura. Quidam sanguinem hircinum præparatum laudauere, adamanthis antipathicæ argumento, an efficax sit calculosis, uarijs nos ipsi experimentis defecrauimus. Sed alia quoque portio salutaris est, in qua asparagus, bruscus, gramen, asplenon, crethmon, callitrichon, saxifragum, millefolium singulorum manipularis portio, ciceris atrij ʒ. 2. ex aqua una feruefiant, & percolato succo, adde acetum scyllitis uncias duas, sacchari albi, uel mellis puri libra. Idem præstare uidetur saxifragi aqua cum raphani, & petroseliniani succo, si cinnamomi & lithospermi semidrachmam tuam addideris. Alia portio, castæ, croci, myrrhæ, costi, nardi, cinnamomi, radicis dulcis, balsami, hyperici pares portiones conteruntur. deinde uinum lene instillatur, & pastilli fiunt, qui singulæ habeant drachmæ pondus, singuli quæ quotidie mane ieiuno dantur. Aliud medicamen, habet costi, xylobalsami, radicis ponticæ, carpobalsami singulorum obolum, spicæ, zingiberis, acori, cinnamomi, pseudobuniij, pipiperis, saxifragi, omniū ʒ. 2. garyophyllorū, cyperi ʒ. trita cum mero dantur. Aliter, quod habet cucumeris seminis nudi cortice, olusatro, myrrha, costo omnium partibus 6. castæ, cinnamomi, phu omnium p. 4. trita ligneo mortario, atque tudicula, melle excipiuntur, lupini quæ magnitudine deuoratur. Posteriores in summa laudauere omnia calidiuscula & amara, & quæ feruentis sunt naturæ damnauere, quoniam caliditate materia si quæ latet, facile lapidescat, in uescicæ tamen lapide calidiora esse necessaria. Iuuat per se palmularum decoctum si bibitur, uel plāginis succus, ubi calidiora medicamina obsuissent, præcipuus est, tum enim & hordei decorticati, uiolæ, althææ uel hibisci, surfuris, chamomilæ decoctum infundimus. cauendum est ne humoris copia infusi distantis renibus tormenta maiora inferas. Calculosus quidam terna allij capita decocta mane assumebat, eodem die rupto calculo, protinus urina profuebat, et dolore leuabatur. Alter hederæ acinis linguæ mensura tritis, & ex mero potis. Tradit antiquitas, autore Plinio, animalium ossæ genitæ præcipuo inueniri remedio, siue luporum, uulpium, mustellarum quæ ac uiuerræ, quæ & marti quoque sunt, quem martorallum uulgus uocat, gallinaceorum maximus insidiator. Satiui quæ raphani decocti mane poti, ad ternos cyathos calculos comminunt, & eiiciunt. semen asparagi, uel eius radix trita, & ex uino albo pota, apij semen uel eius radix ex uino uetere, summo mane bibitur. Hipposeliniani radix, quam olusatrum diximus uocari, in uino decocta & pota. Pulegium utrunque ex uino albo prodest, & omnes dolores sedat. Anisum pellit, uel succus potus, lapacij radix in uino decocta. Sucus aristalthææ tepidus illinitur. Semen sinapis contritum & potum cum aceto. Et silybrium syluestre, præcipue hyppomarathrum siue succo siue decocto. Cyperum, parthenium uescicariæ sæpe dicta, tribulus aquaticus, urticæ succus uel semen, anthemis, uerrucia, baccaris radices tres quatuor uel decoctæ ad tertias partes, & potæ. Callitrichon calculos frangit. Radix asphodeli in uino decocta & pota, renum lapides extrahit. Caucais succus, sonchus albus, radix lauri, semen myrti syluestris, glandis fagi ci-

* obseruauimus

fagi cinis supra renes ex aceto illinitur. Rubix radix frangit & expellit cum cortice radicis capparidis, paliuri semen, rubi pilulæ castaneis similes, in quo rosa nascitur, theriagon à renibus extrahit. Agaricus quoque cum farina fœnugræci, in grauissimo etiamnum cruciatu, polimonia ex uino pota. Plantaginis que radix uel folia ex passo uel uino, si bibatur. Brusci radix decocta, alternis diebus pota, radicem pridie erui oportet, postero mane decoqui ex aceto sextario, uini cyathis tribus misceri, uel aliqui crudam radicem tritam ex aqua bibunt. Et betonicam ut in iocinore dare consueuerunt. Verbenaca decocta ad tertias uel radix eius ex mulso calido, millefolium æquis portionibus ex aqua singulare remedium est, cotyledon & eius radix. Ebulum tenerum cum folijs tritum ex uino potui damus. Artemisia ex uino dulci, hyperici semen ex uino, trifolium ex uino, sumitur chrysanthemum. Anthemis, cuius radix etiam trita ualeat. Fuluiana trita ex uino, nomen inuentoris habet. Notha tractantibus urtica, daucum, plantaginis semen ex uino, & canisæ radix, empetron recens decoctum in aqua uel tusum. Qui fidem promisso quarunt: affirmant lapillos, qui subferuefiunt, simul rumpi. Contra calculos puerorum utrumque granum glycydis datur, incipiente stranguria. Raphanum concisum in aqua decoquunt, addito melle & cinnamomi exiguo, eo modo in potu sumitur. Cydonij mali aqua pota, mire calculos frangit, & educit. Frangunt & pellunt lapilli sicuti margaritæ, in cacuminibus nascentes herbæ lithospermi drachmæ pondere, poti in uino albo. Capillus abiectus calefactus & supra positus prodest. Semen graminis, urina apræ, & ipsa uesica pro cibo sumpta efficacius, si prius fumo maceratur utrumque, uesicam elixam mandari oportet, & à muliere fœminæ suis. Inueniuntur & iocinoribus lapilli haud duricie lapillis similes candidi, sicuti in uulgari sue, quibus contritis atque potis in uino, pelli calculos aiunt, leporis renes inueterati in uino poti, in perna suum articulus esse dicitur cuius decoctum ius facit urinæ, utilius asinini renes inueterati triti que, & in uino mero dati uesicæ medentur. Lienes equini calculos pellunt ex uino aut mulso poti quadraginta diebus. Prodest et ungulæ equæ cinis in uino aut aqua. Item fimum caprinum in mulso dedere, efficacius syluestrium, pili caprini quoque cinis. Fimo murino illinire uentrem prodest, uermes terreni communiunt ex uino. Limaciæ coctæ cum testis suis contritæ 3. numero in uino bibuntur, sequenti die binæ, & tertio una. Cinis scorpionum idem præstat cum locusta potus. Item lapilli gallinaceorum, & columborum syluestrii, contriti & poti. Et stomachi gallinarum interior pellicula arida bibitur, & si recens est, affetur. Fimum columbinum in faba sumitur. Cinis uero plumarum syluestrium columborum cum oxymelle sumptus prodest. Turturis fimum in mulso decoctum, uel ius eius. Corallium igne crematum, & in farinam tritum ualeat. Cancris abiectis pedibus, tribus obolis cum myrrhæ drachma. Scorpio marinis in uino necatus, & echinus contritus, & in uino potus. Lapilli in spongijs reperti ex uino poti, & lincurium inter cætera pellere traditur.

Simplicium facultates aduersus calculum, ex recentioribus autoribus,

Cap. XLVIII.

Celebrant lapidem iudaicum, lapides spongiæ, quos diximus, scorpionum que cinerem, & lincis, quem nunc lincurnium uocauimus, leporis cinerem, ac ouis testas, hirci sanguinem, cinerem moticillæ, putamus ex Pauli sententia, troglodytem uoluisse dicere, auellanæ cortices tritas, palmularum ossa cremata, hyrundinum pullos, tineas rotundas, lapides in uentre gallinaceo repertos, mustellæ uesicæ, aprinam que, ceruinum cornu, scarabeos exiccatos, cinerem plumarum anseris, & gallinacæ uentris interiorum membranam, & ex selle uaccino repertos calculos, renes item asininos, & alia quæ ex hisdem antiquis autoribus accepere, non parua antiquitatis gloria, & Plinij diligentia asseruata, sicuti de cinere glandis faginæ, & calculos in uesica apræ. Ad lapidem uesicæ iudaicum lapidem cote tritum cum aqua in potu dedere, pro renum uero calculis etiam efficacior. Oleum scorpionum in uesicam infundere docuere. calculum humanum tritum & potum ualere prædicant, sicuti & cimices potos cum calida, uel in uesicam eorum cinerem infusum prodesse. Mespilorum quoque nucleos tritos ex uino albo miraculo. Semen althææ calculum rumpit, aut radicis decoctum. Sed peculiarem uim habet

cerasi

cerasi gummi ex uino. Galenus & amygdalæ laudauit, uel pruni, gummi item pini. Nam & semen graminis prodesse scribit Galenus, smyrnion uero, ut Dioscorides scribit, calculum pellit, scolopendrium quoque laudatur, nam comminuit calculum in renibus & uesica. Cuminum syluestre, chamæpitys, armoracæ succus uel aqua, scordeon. Cauliculi item tenelli uitæ albæ, & syluestris ruta. tradunt nucleis pistaciorum si commanducantur, renum calculos frangi. Sed cypero magna laus est, et bdellij quoque magna uis est, nam calculum exturbat: arabicum præfertur. Cortex radicis lauri, renum & uesicæ calculum minuere prædicant utrum uisum ex uino potum. Gummi ex uulnere uitæ cum putantur, calculum rumpit. Thlaipis semen theriacæ familiaris, ualeat succo ac semine, nam arenam trahit: & artemisicæ decoctum iuuat chamomila. Tradunt fimo murino cum thuris polline ac melle prodesse, carpesion siue cubebæ dictæ nunc à nostris, è uesica pellit lapidem. Aliqui ceruinum sanguinem laudant. Alij feminis papaueris albi cum uolis decoctum, si mane bibatur, paucis diebus calculum comminui scribunt. Quidam cantharides in potu dedere, quibus calculum elidi arbitrantur. Et cicadis eundem effectum inueniri, si cum nardo & cinnamomo dantur. Radicis quoque brassicæ cinis, succus callitrichi, genista utriusque uitæ subuenit. Petroleum laudant in quo lincurium feruefactum fuerit, et in uesicam iniectum, sed decocta malua pecten cum cole, si imponitur, iuuatur. Sagapenio quoque mira uis est, nam in utroque membro comminuit lapidem. Paulus bdellium laudauit, carpesia, sion etiam commanducatum & potum, scolimi radicem, nitrum combustum, erysimum, phu, meu, asarum, & polonitem: uideo & sanguinem hircinæ laudasse arefactum, cicadas demptis pedibus & alia. Et similia.

De mixturis ad calculos eijciendos,

Cap. XLV.

Aegineta hanc compositionem celebrauit, in qua rutam syluestrem & maluam pariter erraticam, apij radices ex uino coctæ, & expresso succo, cyathos duos dari iubet. Et in eo carpoballamum, spongiæ lapillos, aridum pulegium, malux syluestris semina æquo pondere contrita, horum ligula datur, uel cum uino mixta. Sed recentiores eam mixturam laudauere, in qua semen cucumeris magni purgatum continetur, lithospermi, uetri adusti, dauci ana pares portiones, tunsa bene cum melle miscetur, aut farina per se 3. pondere cum iure cicæris datur atri. Callitrichi farinæ 3. 3. ex apij uel raphani aqua pota è renibus & uesica exturbat calculos. At scorpionum cineris 3. 3. s. gentianæ 3. 4. s. zingiberis unâ, piperis albi & nigri ana 3. 2. s. feminis uesicariæ 3. 5. s. castorei 3. cum melle trita componuntur, & ad usum seruantur, post sex menses utiliter datur, fermentari enim eo modo creditur, ex apij radicis decocto sumitur drachmæ pondere. Aliud medicaminis genus, habet feminis melopeponis, uesicariæ, nucis pinæ, bdellij arabici, amygdalarum amararum, feminis hibisci ana drachmæ mediam, melle uel uino excipiuntur, tunsa in fantibus & pueris urinam cit, ardorem mitigat, & calculum minuit. Medicamen refrigerans, calculum minuens, habet semina quatuor refrigerantia singulorum drachmas quinque. feminis apij binas, fœniculi que unam, lapidis spongiæ tantundem, uetri combusti drachmam mediâ, bene tunsa cum hydromelite datur drachmæ tres. Aliud carpoballami, pinearum, lapidis spongiæ, feminis melopeponis ana partes æquales, cochleari mensura datur ex uino aqua diluto. Aliud ubi calor non affuerit, habet zingiberis drachmas tres, piperis longi quinque, gentianæ unam, castorei obolos duos. Cum melle bene trita excipito, despumato, seruat ad menses sex, datur 3. cum uino. Aliud uehementius in ualidis renibus, habet cantharidarum abiectis pedibus capite & alis obolum dimidium, simi columbini tantundem, mane datur trita ex miraculo ueteri. Aliud magnæ (ut putant) religionis, nam quod terit, ferrum non habeat. mortarij tudicula que ambo lignea sint: habet feminis dauci, olulatri montani, quod oreoselinum dicitur, feminis cucumeris sine cortice ana 3. 6. castæ, cinnamomi, spicæ ana 3. 4. uino in trochiscos 3. pondere digeruntur, ex uino dantur scrupuli mane summo, uel cum mulsa triginta diebus calculum rumpit & eximit. Compositio Galeni qua calculus comminuitur, & frustra eximuntur. Habet dauci feminis, cucumeris, petroselinij, myrrhæ ana 3. 6. castæ, baccarum lauri, cinnamomi, nardi ana 3. 4. Aliter ex eodẽ autore, continet feminis cucumeris, canchros, olulatri, myrrhæ ana 3. 6. castæ purpureæ, cinnamomi, phu ana 3. 4. cõfice cum melle despumato trochiscos ad lupini

Preciosum medicamentum.

ad lupini magnitudinē, & eadem quam nuper diximus, religio obseruetur, ne ferrum tangat, ne ue gultet. Medicamen quod de cicadis fieri solet, hoc modo cōficitur, pedes abijciunt & alas, terunt que cum lithospermi semine & saxifraga ana unciam unam, piperis, galangæ, cinnamomi ana ʒ. 2. ligni aloës ʒ. s. mellis puri quātum opus sit ad omnia cogenda, in balneo bibitur ex uino meraco. Aliqui garyophyllū addunt, zingiber, asparagi & leuistici semen. Aliud compositum regalis impentæ ad calculum mire ualens. habet mythridati ʒ. 2. opobalsami unam, cantharides mundas quinas, aut ternas pro uirib. ægri, uno haustu dantur. Aliud efficacius, continet cineris scorpionum ʒ. 2. cantharidarū mundatarum drachmam unam, sanguinis hircini, cineris uitri, radices que brassicæ, cineris troglodytis, cineris calicis oui ana ʒ. 3. lapidis iudaici, spongiarū, & qui in felle bubulo inueniuntur, cyperi, dauci, seminis hibisci, gummi cerasi, lithospermi seminis, scelis, carpobalsami, xylobalsami, callitrichi, seminiū frigidorum 4. ana unciam unam ex melle excipiuntur, cum crethmi decocto mane & sero ieiunis datur p. drachmarū duūm. Aliud efficacissimum quod experimento cōstat. Imponitur scœnogræci, callitrichi, aspleni, atriciceris, croci singulorum pares portiones in scœniculi decocto potui datur. Alij millefolium laudant, betonicam & uerbenas æquo pondere mixtas. Aliud medicamen quod lapidem frangit, & urinam ciet. Putaminis auellanæ cinis, amygdalini, gummi ana partes æquales, lithospermi seminis, tantundem datur ex uino ʒ. duūm pondere. Aliud habet cinnamomi, xylobalsami, seminis anisi, scœniculi, olusati, lithospermi, saxifragæ, seminis asparagi, radices ligni dulcis, castæ ana ʒ. s. cum melle uel saccharo ʒ. 4. pondere datur ieiunis cum uino meraco, lapidem conterit, & à generatione tuetur. Fiunt & potiones matutinae ad calculum ex ijs quæ dicta sunt, ex raphani succo, saxifragæ, uerbena lithospermi, radice apij, scœniculi, petroselini, oreoselini, olusati, pimpinellæ folijs, melopeponis uel cucumeris semine, amomo, ami, phi, mei, cicere rubro, scolopēdrio, polypodio, & his similibus, cum melle & saccharo percolato decocto, syrupū faciunt. Alij alarum, scœnoāthon, semen asparagi, brusci radices, dauci semen, scelis, betonicam, parietariam, costum, gentianam que addunt. Aliqui radices capparis, folium, spicam, cinnamomum, cyperum que imponunt, diu noctu que uino & aqua prius macerata feruasciunt, chamædrys ab alijs imponitur, & cum uehementiorem facere uolunt cantharidum farinam, aut cicadarum, aut hircinum adijciunt sanguinem, acetum que scylliticum. Alius syrupus qui meatus aperit, et calculum cōminuit, continet radices capparis corticis, apij, raphani ana unciam unam, inulæ, scyllæ, dauci, seminis petroselini ana drachmam unam, sacchari albi lb. acetū ʒ. 3. syrupum ita conficito. Potiois genus doloris mitigatorium, nam & meatus urinæ aperit, habet zyziphorū, myxorum, carycarū aridarum ana p. 1. radices dulcis, callitrichi, seminis hibisci, apij, scœniculi, polij, tribuli, ami ana p. s. in aqua libris tribus decocta sint ad tertias, dantur ʒ. 3. cum syrupo acetoso. At sepiissime ea mixtura usi sumus, qua calculum diminuimus, & cōglobatum sæpe sanguinem eduxit, habet rosarum rubearum, flosculos croceos ʒ. 2. pondere, cinnamomum ferè duplo pondere, zedoaricæ tertiam partem, tribus enim potionibus matutinis damus, rarerer quin tertiam potione calculum exturbet.

Mitigatoria potio.

Infusiones ad calculum utiles.

Cap. XLVI.

Cum primum dolor inuaserit, urina humana aluum colluito, uel bis & iterato. si alius nondum soluta fuerit, mox uomitum prouocabis. mox hanc cōmpositionem dabis, quam ab effectu sotyræ uocauere, habet nardi, zingiberis, piperis albi, & nigri, garyophyllorum, cinnamomi, pyrethri ana ʒ. 5. mastichis, rosarum rubearū, flosculi crocini, salis capadoci, seminis scœniculi, carpobalsami, petroselini, nardi ana ʒ. 1. oreoselini, lithospermi, seminis brusci, cardamomi, machir, galangæ, hermodactylorū ana ʒ. 6. diagridij ʒ. 3. polypodij, tripolij, id est, turbiti ana ʒ. 2. s. croci drachmas tres, succini drachmas duas, sacchari & mellis quantum opus sit, cum aqua saxifragi mixturam conficito, diagridij enim uis miro modo compescitur, & ab ijs medicinis inenarrabiles uires recipit. Aliud clysteris genus, habet foliorum acanthi, mercurialis, malux ana manipulū unum, rutæ, peristerij, calamēthi ana M. s. carycas siue ficus aridas 10. sagapenij ʒ. 2. fursuris p. 1. percolato decocto, ad mellis puri et crudi ʒ. 1. s. misturæ benedictæ ʒ. olei chamomelini, anethini,

anethini, lilini ana ʒ. 1. rursum eo die uomitus concitandus est. ab eo infusions iuuant, delidere enim in aqua debent, in qua anethum, chamomila, scœnogræcum althæa incōcta sunt, nam & olea antedicta commisceri debent, sed dupla portione. Alij spongijs in aqua eadem infusis utitur, exinde renes & ilia oleo inungunt anethino, ac scorpionū. aut si dolor ijs non mitigatur in patella calefacito parietariam cum oleis antedictis & superimponere: dolores enim leuat ocysime. nam & palmularum decoctum potumque dolores discutit. Quidam uomitum damnauere, quippe qui calculum descendere prohibeat. Scœnogræci item decoctum cum radice althææ fursureque ex oleo anethino utiliter infunditur. Emplastrum quoque ex hordeacea farina imponitur, ac triticea, ex sesamino oleo, anethino, & chamomelino uel rutaceo imponitur, calidum enim esse debet, quod cum tepuerit protinus amouendum. Aliud infusionis genus, ex ijs constat, mercurialis, althæa, ruta, calamintha, parietaria, fursureque. Adduntur decocti mellis cyathi duo, olei anethini, chamomelini, lilini, ac benedictæ compositionis sesquiuncia. Exinanita alio renes eo unguento illiniantur cum ilibus, habet sagapenij, opopanacis, bdellij, acori ana ʒ. 1. adipis anati ʒ. 3. olei anethini, lilini, scorpionum, terebinthinæ ana unciam unam, exiguum cere adijcitur, iuuant enim fomentis & emplastris, quibus meatus suauiter aperiantur, nam emolliunt, ac leniter aperiant. Idem praestat oleum rutaceū superinfusum, addita galangæ farina, ac chamomila, uel castoreum si calefaciendus locus est. Iuuat & per se oleum uiolaceum ex lutea uiola. Leuigar cruciatus triticea farina ex sesamino oleo facta puluere & imposta addito sale trito. Sed interea cucurbitulæ admouentur paulo infra doloris locum, nam ad inferiora calculum detrahunt & arenam pariter exturbant, sic & frictions cum infusionibus & oleis antedictis uel fomentis iuuant. eadem in balneo, & cum in aquis decoctis desident mire utiles habentur, tamen sciscia alij medium ægrum cingunt, ut quæ in ilibus sunt urinae meatu ualidi turgescere incipiant, sic enim defacili calculus loco dimouetur & ad inferiora pondere suo dilabitur. Eo tempore siliquæ Aegyptiæ atrum succum damus efficacissimum, cum oleo amygdalino dulci, aut amaro, cum althææ radice decocto. Suaves enim meatus ante dictos reddunt. Laudant aliqui bis in die in balneum descendere aut in pelui immorari ac perfundi, ac in eo antedictas portiones assumere, quæ iuuare maxime uideantur. Si per cruciatus licuerit pila utatur parua, uel de gradibus concussa quodam descendat, aut equo ut dictum est, succussorio. At cum lapis in uescicam delapsus est dolor protinus cessat, ac æger liberatus quiescit.

Emplastrum imponendum.

Cucurbitulæ in hoc effectum usur.

Exercitationis genus cōuenit.

De uigilijs immodicis, & de sedando dolore, Cap. XLVII.

Cum uero cruciatus, ac uigiliae pariter ægrum inquietant, Paulus sotyræ, ac philonium laudat. At sanguinis iuuat plerumque detractio: si corpus humoribus morbidum est, quod & uentris quoque deiectione leuandum, & à balneo ieiunos antequam uinum bibant, aquam egelidam prius hauriant, hæc Paulus. Cuius sententiæ & nostros quoque posteriores assentiri uideo, postea infusions laudamus quales nunc à nobis dictæ sunt. Interea parietaria tegula aut hymbricæ cōperso aceto calefacto imponitur ad sedandos dolores, quo summoto is unctus illinitur, cōficitur ex oleo lilino, uiolaceo ex uiola lutea, oleo uulpino, ac eius adipe, exigua cera adiecta, & si cū calida dispositio fuerit. iuuat si ex oleo amygdalino dulci fiat, chamomelino, anethino, cum mucilage hibisci, seminis lini, ac scœnogræci ana ʒ. 2. butyri recentis, adipis gallinacis, ac axungitæ ceræ que uncia. Et uomitus in primis dolores sedat, & materiam auertit, alioquin (ut dictum est) damnatur.

Qua curatione in uescica lapide utendum sit, Cap. XLVIII.

Vescicæ lapis remedijs minus cedere uidetur, quam qui in renibus oriuntur, duricie, ac membri longinquitate obuia, maioris igitur negocij est lapidem magnum comminuere atque eijcere. Valere creduntur, quas diximus medicinas. Inter cætera remedia uerbena succus prodest per fistulam iniectus, uulpinus sanguis recens uino albo temperatus & infusus. Quidam hanc mixturam laudant, cineris scorpionum, lapidis spongiæ, omnia æquo pondere ex aceto liquata bibuntur. Alij cerasi, gummi, pini, persicique arboris cum uerbasci succo potu dedere continuis diebus. Aliter cardamomi ʒ. N lauri

lauri radice corticis, duas cum mero dari uolunt. oleumq; ex scorpionibus per se inie-
ctum ualere tradunt. Calculum rumpi hac cōp. sitione prædicant, habet seminis rapha-
ni, dauci, olulatri, carpobalsami, radice capparis corticis, iunci, cyperi, nardi, casia, gen-
tiane, aristolochie rotundæ, cordumeni, ammoniaci, sagapenij, bdellij, asari, acori, pipe-
ris, singulorum partes æquales. gummi opobalsamo liquandum est, cæteris tritis in pi-
lulas digerantur, ex quibus drachmam mane damus. quidam scorpionum oleum infun-
dunt. Cum uero his præsidij lapis non comminuitur, nec ullo modo eximitur, curatio
chirurgica adhibeatur: & per fistulam prius, qua humor profusus dolores leuet. Ali-
qui intus sine plaga lapidem conterunt ferreis instrumentis. quod equidem tutum non
inuenimus. Nunc inter anum & colem recta plaga ceruicem uesicæ incidunt, nec ni-
si ad ipsum exordium suæ ceruicis & ferreo instrumento cronoso, ne captus lapis effu-
giat celeriter corripunt. Quam curationem, quia non est sine uitæ pe-
riculo, multi euitant.

ALEXANDRI BENE- DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMI- lianum Cæsarem August. Imperat. inuictissimum, de uesicæ inurijs Liber XXIII.

Proemium.

Veterum con-
stitutio.



Vesicæ situs.

Membrana uesi-
cæ durior cæteris.

Veterum in ue-
sicam admiran-
da insertio.

LXcrementariū urinæ cōceptaculū est uesica, ad quā (ut dictū est) ge-
mini insignes meatus, quos ureteres, & uenas albas diximus uocari
ab Aristotele, quæ à renibus exangues feruntur, singulæ ex singulis,
eiusdem ferme cum uesicæ materiæ, utriusq; simplex mēbrana est, quæ
nancq; membrana est, ne liquido, acri, mordaciq; humore lædatur, qui
continue in eo excrementicio uase continetur. Intestina nanque & stomachus duplici
cōstant tunica cōcoctioni instrumētariæ partes. Quarum altera corrupta ne in perniciē
protinus labatur homo, ut altera superesset, duplex constituta est, Gal. autore. Ab ante-
riore parte positum habet uesica, retro uero aluus ossi sacro uicina, in quartū medio uul-
ua in fœminis sita est, quo fit ut fœminæ uterū gestantes, uix urinā præ pōdere cōtineā,
sed stillicidio uexantur. Durior enim cæteris membranis uesica est, quoniam biliosum ex-
crementum suscipit, & diu illud se cō:inet & magis quā renes elaboratum, ij enim (ut di-
ctum est) aquosam cum sanguine mixto exundantiā recipiunt, & protinus transmittūt.
Vesica uero liquoris asperi ueluti peluis est, in cuius extremo, hoc est ceruicis initio, mu-
sculū ambientē fidum urinarij profluuij custodē constituit natura, ut unā cum aluo imū
uentrē seruato cū naturalib. pudore possideret. Meatus à renibus exangues ad uesicam
præduri, sunt longi ac ualidi, uesicæ annexi, per quos ingens ac perennis humoris copia
præterlabitur in calculorum q; uexationibus imparabilis sustinant cruciatus, ingēs pro-
pterea uesica procreata est, ut receptaculum plurimi potus capax fieret. Quas ob res na-
tura neruos pariter ualidos & ingentes, uenas, ac arterias euidentiores pro hominis &
membrorum portione adiecit. Ea nanq; neruos ab amplo osse imæ spinæ sacro appella-
to, & à proxima parte ortos recipit, sicuti uenas & arterias breui pariter ductu à fontib.
ortas excipit, ubi magnæ & ingentes uenæ ad crura diuiduntur. Sed pori ureteres obli-
qui ad uesicā feruntur, & qua parte annectuntur duplicem tunicam subeunt, immensa
summi creatoris sapientiā, nā alterius tunicæ foramē superiori obuiū non est, ne recepta-
culo humore repleto ad superiores uenarū meatus humor facile restagneret: tunica igitur
superior, foraminis interioris cooperculū idoneū facit, unde quāto magis intumescit, eo
magis foramē præcluditur, & obturatur. In uesicis inflatis id uidere licet, ceruice clausa
nihil flatus trāsmitti, quæ si forte magno crepitu tumida dirumpitur, alibi quā ubi du-
plex est

plex est, profcinditur, per has meatus subterq; has duplices tunicas præterlabitur cum
urina calculi, & in caua uesicam diuino auxilio reperto foramine profiliunt. Sed cerui-
cis ille custos musculus magna naturæ sagacitate adnexus est, ne importune inurba-
neq; homo frequenter uel assidue urinam demittat, magno studiorum, ac calidorū ne-
gociorum incommodo, uitio enim quandoque præternaturalis incontinentia sepe in-
nascitur. Ob id naturæ opere multifariam ines conueniūt, obliqui præsertim, qui humo-
rem continent & pondus tumescētis uesicæ aut partus sustinent, quousq; turgida ni-
mium cum cruciatu ferme fatiscit. At cum excernendi tempus est cæteris filamentis sta-
minis laxatis, soli transuersi humorem comprimunt, atq; ita uesicam exonerant. In co-
opere & musculi uentris non parū (inquit Gal. opitulantur, ueluti enim manu uesicam
comprimunt, ita ut magno impetu prorumpat, uel longius in iuuenē eiaculetur, senib.
uero laxo musculi officio, aut sensim aut guttatim it locium.

De uesicæ uitij, Cap. I.

Vitia quoq; uesicæ plura sunt, ex habitudine, compositione q; mala, ut si urina are-
na uel calculo apposito supprimatur, uel si uesica naturaliter nimium angusta sit, aut
si uasitate dānetur, uel præternaturali positione nimium foras intumuerit, quod uitij &
de stomacho dictū est. Vulneratur exitaliter, Hippoc. testimonio, uesica, unde inguina
dolent, nam aut urina per uulnus exit, aut sanguis emingitur, stomachus item afficitur,
bilem euomat, aut milere singultiant, frigidusq; subinde sequitur, ex quo est mors. Ve-
sica præterea inflammatur exulceraturq; cuius affectibus cerebrū, stomachus securq;
afficitur. Sequitur urinæ tormina angulosi uel asperitate lapidis iniuria, stillicidia, inco-
nencia, difficultas, ardor urinæ, plurimum enim afficit si sanguis intus concretus fuerit.
Dannatur urina cum grauitate olet, si arenosa nimium si purulenta, tortuosaq; sit. Ve-
sica nanque facile frigore corripitur, quæ supra natura frigida est, propterea & septen-
trionales prouincie id malum sentiunt: nam & senes stillicidia fatigant. Huius membri
morbi uehementioribus medicinis, longinquitas enim id facit, uix sanantur.

Musculi in cere-
uice uesicæ usus

Vulnerata uesi-
cæ symptoma.

De frigida calidæ uesicæ & remedijs, Cap. II.

Frigidiorem indicant, urina alba, mucosa, furfuracea, intus ueluti squamulis discor-
renibus, quæ guttatim defillat, ac ex interuallis. At calidiore ostēdunt urinæ acris
mordacitas cum dolore, quæ & tenuis est. Auxiliantur quæ & de renibus dicta sunt, ca-
lidiori tamen (ut experimento cōstat) psyllij mucillagine subuenimus. Infunditur tamē,
uti iter rosacea cum camphoræ exiguo. In potu frigida profunt, in cibo autē portulaca,
cucurbica, ac cucumis, cum melopepone, medētur ex aqua frigida spodijs potiones ma-
tutina, æstate præsertim, lac item asinum. Inunguntur extrinsecus rosaceum, uiolaceū
ac cucurbitinum oleum, cum camphora. Frigiditatem uero uesicæ emendat nardinum
aromaticum, oleum anethinum, illitum purgaminumq; in cibo diuretica calida uesicā
excalefaciūt. Emplastra quoq; renū affectib. quæreda sunt, ne idem sa pius dicatur.

Calidiori uesi-
cæ cōuenientia.

Frigidam uesi-
cā emendantiā.

De uesicæ phlegmone ex Aegineta, Cap. III.

TAm in renibus quā in uesica phlegmone, ut scribit Aegineta, oriri solent: in utrif-
que partib. grauitas cū ardore indicij facit, febris adest, ac delirij, ac biliosæ uomi-
tiones, cum urinæ difficultate, hæc Paulus. Posteriores raro uesicā inflamari circa cerui-
cem arbitratur, dissimili mēbri habitudine, uerū ex calido humore haud dubio afficitur,
cinis impetu facile inflamatur magna uenarū occasione uel in pueritia maximè, lapidis
duri offensa ne, uel humorib. calidis illuc effusis. At frigidi abscessus eadē sunt, quas in
renum affectibus diximus, cause. Sed dura nanq; apostemata ex calidis antedictis, pge-
nerantur, uel ictu interdū. Sepe inflamatur uesica cum lapis importune eximitur, q; ma-
gnitudine, aut chirurgi impericia cōtingit, qui lapidem queritando ægrum excruciat. sa.

Frigidi in uesi-
cæ abscessus cau-
sa.

Note cuiuscunq; abscessus, Cap. IIII.

EX calido abscessu uesicæ cōtinua & ardoris febris oritur, uesica cum uehementi
dolore tumescit, difficultas adest anhelandi, sitis accenditur, frigore subinde ma-
nu, ac pedes corripuntur, quod uinci nequit fomētis, bilis quādoq; uaria genera uo-
mitu cōitantur, dolor præterea capitis, ac immodicæ uigilia hominē uexant, facies cum
oculis rubore suffusa cernitur, aliena loquūtur, lingua aret, cum nigricie, Oribasio teste,
ca tamen

Calidi abscessus
signa.

ea tamen symptomata uehementiora sunt in puericia atq; adoleſcētia, quæ calidis diureti-
cis magis exalperantur, uel catharticis acutis mordentibus. His ſubſcribunt præcedēs uictus
ratio, atq; cōtinuata diæta. Aluus quoq; ſuppreſſa nihil aut durum reddit, & urina quo-
que cohibetur. Sed exitioſior abſceſſus habetur cum ardens febris perſeuerat, ſi ueſi-
ca ac aluus nihil reddunt, cum ingenti cruciatu, uel ſi in urina nulla prope digeſtio appa-
reat. At mortem in 7. portendit ſi ſub ala panus ortus fuerit. At frigidi abſceſſus notæ
contrariæ cernuntur, febris cum dolore ac ſiti remiſſa cernitur, os non æſtuat, neque tu-
mor, ſed grauis tantum ſentitur, æger ſomniculoſus eſt, pituitam uomit, facies pallēt, lin-
gua ſaliua madet. & cætera quæ dicta ſunt ſatis indicant. Sua enim diæta facile in prom-
ptu erit. At ſuppuratis collectionibus atque ruptis urina purulenta demittitur, graui-
ter olens, tumor reſedit ac dolor quieſcit. Si duricies emolliiri non poteſt, exitium mina-
tur. Cum uero extrinſecus in anteriori parte rumpitur apoſtoma innocentiſſimum quàm cum
intus in cauum erumpit, habetur.

*Frigidi abſceſ-
ſus notæ.*

De curatione cuiuſcuſque apoſtematis ueſicæ, Cap. V.

Vena protinus in eo metu, inquit Paulus, aperienda eſt, ac uaporatiōibus, empla-
ſtrisq; inflammationem placantibus opus eſt, ex ruta, anetho, ſcœnogræco, althææ
radice: & aluus emollientibus ducenda eſt. Infunditur ex oleo papauer & anſerinus
adeps, in ueſicæ uero inflammatione opij obolum cum myrrha & croco, & oleo infun-
dimus, & muſſum in potu damus, & quæ urinam uehementer mouent prohibemus, ac
largiores itē potiones, niſi acris & bilioſus humor plurimū inſtauerit, tum enim largiſ-
ſimo iuuantur potu. Et frigida quæ urinam ciunt, ac leniter emolliunt medentur, propte-
rea lini ſeminis p. i. amyli p. i. cucumeris ſatiui ſeminis, ac melopeponis aſſumant. Si ue-
ro febris adſit, renibus ſuperimponitur pannus oleo rhodino, aut hydrorhodino inſuſus
cum croco. Aut cerotum ex diacroco, rhodino, & chamomelino, et ouorum luteis mix-
to aceto exiguo, & polygōni ſucco. Poſtremo & diachylon cum chamomelino pro-
deſt, nam & quæ magis excalefaciunt, eo magis obefſe creduntur, nam materia protin-
us ſuppurat. pari ratione & quæ plurimum refrigerant, nocent, quibus renes facile in-
dureſcunt. In phlegmone balineis abſtinemus, in quo & uictus genere utimur, quem in
febricitantibus offerre ſolemus, ſed phlegmaticos duntaxat cibos diligētē aſpernimus.
Hæc de renum & ueſicæ inflammatione Paulus. Nam & poſteriores medici cōmunem
eam curationem faciunt.

Curationes apoſtematum ueſicæ ſecundum recentiores, Cap. VI.

Collectiones nanque initio e cubito protinus ſanguinem demere tradunt, ſi mate-
ria calida fuerit, ſi q; confluere uideatur, alij à dextro, alij à ſiniſtro inchoant, proce-
dente tumore à talo materiam ſubducimus collectam, tum clyſteribus aluum ſoluere
neceſſe eſt, & ſi aliter non reſpondet etiã emollientibus ducere bilem, acria enim me-
dicamenta, uel quæ inſunduntur maxime damnantur, qualia ſunt uiola, althæa, myxa,
pruna, manna ſyriaca, ſiliqua Aegyptia, & ſimilia. In morbi uigore ac paulo ante diure-
tica lenientia iuuant, qualis eſt melopeponis cum apij aqua, autore eodē Paulo, uel cu-
cumeris. Quæ uero in ueſicam inſunduntur initio ac incremento morbi quæ frigida mo-
dice diſcutiunt conijcienda ſunt tepida, extrinſecus uero quæ diſcutiunt imponenda ſunt,
ſed addunt quæ mediocriter emolliunt, mēbrum enim neruoſum ex facile q; diſcuſſorijſ
læditur, ob eam cauſam uiolacei apte inſundunt, uel egeſidam aquã & id ternis diebus
inchoato morbo. Et ſi uitium intrinſecus ortum habet, ſtrychni ſuccū uel ſemperuiui,
cum uiolaceo & cera alba illiniunt. Subinde hordei farina imponitur emplaſtri modo.
cum cadmix puluere, arida uiola, ſandalis, cum aqua ſtrychni ac cucurbitæ ramentis, &
uiolaceo addito. Subinde & emollientia imponimus, uel initio, placēt enim inflāmatio-
num dolores ex anethi, ſcœnogræci, althææ, hibifci q; radicibus decoctis, lana enim ſucci
da inſuſa leuiter q; expreſſa ſotu medetur. Laudant & ueſicas aquæ tepentis plenas of-
ſi pubis impoſitas, nam ſi idē decoctū in ueſicis iſidē impoſueris, mire dolori ſubuenire
creduntur, nam & tumore ſedant. Poſt ſeptimū diem chamomilam, lini ſemē, fabarum
farinam, cum ſapa decocta efficaciter imponuntur, dolorem enim ſedant. Eiuſdem effe-
ctus eſſe debent quæ intus inſunduntur. Iuuat mirum in modum piſyllij decoctum mu-
cidum

cidum cum aſinino lacte. Eo quoq; tempore ſemē cucurbitæ, cucumeris, melopeponis,
& alterius ingentis cucumeris rotundi omnium 3. ſem. portulacæ 3. 4. maluæ, hibifci, ſin-
gulum 3. 3. bene tuſa drachmarum trium pōdere cum ſyrupo uiolaceo mane damus.
Napi quoque decocti, aut rapum ſub cinere toſtum uel aqua coctum emplaſtri modo
impoſitum, iuuat. braſſica cum hibifco decocta & impoſita, ſi abſceſſus nimium feruens
non fuerit. At in ſtatu morbi, farina fabarum, ſeminis lini & chamomila cum ſapa cocta
medentur, ſi tamen nimium tumet adde uiolam, ac maluam. Tum & in balneo deſide-
re maximo eſt auxilio, quo ſepe æger in ea uaporatione urinam demittit & hominem
exhilarat, leuato ueſicæ onere, balneum ex emollientibus & reſoluentibus conſtat, & in
eo ſpicam, cordumenum, ſcœnoanthum, ſcœnogræcum, melilotum ponimus: ea enim
dolorem ſedant, & materiam reſoluunt. At ſuppurante apoſtimate, decoctum inſundi-
mus, meliloti, chamomilæ, & ſcœnogræci, cum ſemine lini, cum oleo uiolaceo purpureæ
uiolæ ac luteæ, nam & idem inſuſa ſpongia prodeſt impoſitū. Interea & emplaſtrum id
imponitur mitigatorium. ſit ex meliloti farina, ſcœnogræci, ſeminis lini, chamomila, adi-
anthe, tritis cum arida ficu, adipe gallinaceo, ac anatino, ac oleo uiolaceo ex uiolis lu-
teis. Eadem quæ dicta ſunt in renum phlegmone, ſed uehementiora medentur. Si apo-
ſtoma tandem induruit nec remedijs ceſſerit antedictis, tum oleum amygdalarum dul-
cium ac ſiliquæ Aegyptiæ ſuccum atrum cum aqua melonis, apij, & foeniculi & ſimiliſſi
damus utiliter: duricias enim mitigant apoſtematis, utiles quoque potiones facit ius
braſſicæ, uel ſeminis decoctum ex oleo amygdalino. Extrinſecus imponuntur quæ dur-
ris renum abſceſſibus fieri diximus, emollientia enim maxime iuuant. Deſidere quoq;
iuuat in braſſicæ & chamomilæ decocto, cum uiola & radice althææ, ſimilia quoq; ſuſ-
ſitionibus medentur, uel in ſeſſione frequenti. At cum duricies mitigari incœperit, pau-
latim diuretica in potu iuuant. In frigido uero apoſtimate ueſicæ, ex renum curationi-
bus auxilia inuenies.

*Emplaſtrum
mitigatorium.*

*Ad dura apoſte-
mata.*

Ex antiquorum experimentis quæ ueſicæ uitijſ profunt, Cap. VII.

Veſicæ prodeſt ſuccus decoctæ ariſtalthææ, iuncus ex Africa, ueſicaria in primis: ci-
chorium ex muſſo, ſcandix, caucalis, thus terræ cum farina hordeacea deco-
cta, & portulacæ ſuccus ueſicæ uitia magnopere ſedat, athamanticum ſiue mēu, uua paſ-
ſa exemptis acinis, alba utilior, & muſtum quoque, acetum in primis ueſicæ nocet, oleū
myrteum, liliū illinitur, & myrti ſatiuæ ſemen nigrum ex uino. Radix cupreſſi, amo-
niacum potum, & millefolium, ueſicæ imponitur mercurialis, & decoctum eius cū myr-
tha, & thure. Agaricum cum farina ſcœnogræci, auxilium eſt grauiſſimis cruciatibus, ac
cori radicis decoctum uel ipſa trita pota q; dolores ſedat, ex uino nymphæ heracitæ ra-
dix. Idem effectus eſt crethmo ab Hippocrate laudata. Anthillion in uino pota, cha-
mæpitis in uino cum aſparagi radice, idem hypericon præſtat, callitrichon trita & data
ex uino albo. Plurimum prodeſt ſilauſ cocta, ut olus acidum. Xiphij radix ex aqua da-
tur illinitur q; folia hippuris bibuntur, glycyſidis radix ex aqua datur uel uino, ueſicam
enim ſanat. Dolori illinuntur folia polygōni, phelandrij ſemen bibitur ad ueſicæ incom-
moda. Radix ſmyrniij, lauri decoctum, ex baccis maxime uel folijs, lac bubulū. Coralli-
um in puluerem igne redactum potum q; cum aqua auxiliatur. Inflammationi auxilia-
tur crocum, dolores ſanat thymum, abrotōnſ decoctum ad tertias, uel radix œnanthes,
halimum crudum illitum, napum, quod bunion uocant, ueſicæ medetur decoctum po-
tum q; ex aqua muſſa, uel ſucci drach. ueſicas inanit poſtum in uino decoctum, & po-
tum. Doloribus medetur amyllum, cum ouo & paſſo ſeruefactum à balneo, ueſicæ ui-
tijs datur in potu cortex palmæ elatæ tener. & ſi cruciatus ſenſerint gramen ex uino
decoctum ad dimidias ualet, ita bibi iubent, ueſicas exinanire dicunt myum iure, om-
nia enim adaperit.

*Veſicæ inflāma-
tionem medentia.*

Quæ ueſicæ exulcerata cauſa ſit, Cap. VIII.

Veſica, inquit Aegineta, ſi exulcerata fuerit, ſub pube dolet uehementer, & difficili-
le ſtillicidium patiuntur, & a miſſione urinæ purulentum protinus deſtillat, gra-
ue olens, ac teluti ſquamæ, ſurfuracæ q; ueluti laminæ in liquore diſcurrunt, ſic ſedaten-
ta ſurfuracea imo reſident uetri. exulceratis uero meatibus urinarijſ, de quibus ſupra di-
ctum eſt

*Accidentia eui-
cerata ueſicæ.*

Ulcera uesicae
causa.

ctum est, purulenta inter utrumque hoc est uesicæ & renes, materia demonstratur, & qua si pili in urina cernuntur, ac dolor inter lumbos & uesicam percipitur. At si, inquit Paulus, purulenta uel sanguis sine urina emittitur in nullo eorum quæ dicta sunt uitium est, sed colis pudendæ partis exulceratio certa est: quæ ex inflammatione oritur interdum. At sine apostemate urinarij meatus eodem autore exulceratur, quum uasa distumpuntur, aut eroduntur, ex acri humore, aut calculo trexante, hæc Paulus. Percussus quoque inquit Gal. exulceratio uesicæ contingit, exemplo cuiusdam, ex uehementi enim icctu triduo abstinentia usus est, quarta die uespere chirurgo curante, urina quæ antea substerit per os uulneris egressa est hemina mensura, hoc est drachmis 60. ac statim dolor sub pectine senus, cum grauitate leuatus est. Ulcera cum plurimum ex ardenti fiunt urina, hos iquat hordeacea aqua ac frequens balneum. ex abscessu interdum uel pustulis intus ortis exulceratur uesica, uel in cauo ipsius uel carnosa ceruice.

Nota uesicæ exulcerata, Cap. IX.

Ulcera uesicæ
causa quam renu.

EXulcerationem certam indicant odoris summa grauitas in urina, siue purulenta sit siue cruenta, ac squamosa Hippocratis sententia haud dubia, & cum urina demittitur, extrema colis pars ingenti dolore torquetur, sensus enim maximi sedes est mēbrum imula glandis dicta, & si quid intromittitur urinae & uirulentæ colluione facile eluitur. Tradunt ex meatuuum superiorum ulceribus urinam nunquam grauiter olere. Ceruicis exulcerata nota sunt, cum ante urinam pus egreditur, & profluente urina dolor est, ac ingēs ardor excruciat, magisq; cū urina acrior fuerit. In summa uesicæ ulcera difficilius sanantur, quam quæ in renibus fiunt, ea enim neruosa est, ij uero carne cōstāt: ceruicis uero exulcerationes facilius curantur.

Curationes ulcerum uesicæ: & primum de uisū, Cap. X.

PAulus mullum, scenogracum q; laudauit in potu cum melle, aut cucumeris semen cum passo, qui purulenta, inquit, per urinam fundunt, rubricam armeniacā bibant, aut ferulæ cinerem, quantum ternis digitis capies cum melle, & lac quoque in potu medetur. At uetustiores nucleos pinæ nucis laudauere, addito cucumeris semine, portulacæq; succum, rosionibus exulcerationibus q; luteū ouī illini utiliter tradidere, sorberitq; crudum, cucurbitas q; utilissimas esse, semen gramini prodesse ad cruciatu uel ipsum gramen ex uino decoctum ad dimidias, lactuca quoque (ut perhibent) candida copiosior data. Hæc in simplicium cura tradita sunt. At nos prius de uictus ratione hæc pauca subiungemus, æstiuū enim soles, ac hyems uehementer frigida, lassitudines, pila, curfus, acres deambulationes, equo distrahi, obesse ea omnia solent, paludosa item nimium humectantia loca incolere, grauiā ulcera fatigant: montana propterea sana habentur. Placet in hoc affectu plurimum animi securitas, balnea uitanda sunt, ac supinus incubitus, uel nimium pluma mollis, inter cibaria, acria, salia, acetosa, nimiumq; ue dulcia obesse solent, sicuti & nimia amaritudinis. Vinum item damnatur multarum uirium, quæ præterea difficulter concoquuntur, uel ignaui alimentū, qualis raphanus est, bulborumq; omnia genera, aromata item uniuersa, uel quæque ijs condita fuerint, ius nanque ciccis atrī ulcera uesicæ exasperant, simili modo & asparagi, autore Plinio, sed mirus altiles. Damnatur porrum, colocasia, arum & similia sicuti inula & maiorana, origanum, pulegium, piper, ligusticum, & ijs similia, caryotarum quoq; usus damnatur, ac carycæ uel ficus aridæ quotidiano cibo. At in communi utilia esse traditur agglutinantia, ut lactis ferē omnia genera, ius gallinacū, uel ipsi pulli gelu non acri cōditū, addito myrti sem. ac sandalorū farina. Inter pultis genera id laudatur, habet amyli, farinæ fabaceæ, lactis quantum opus sit, alij ex simlagineo fursure coquunt, addito saccharo oleo quæ amygdalino, pisanā quoq; hordeacea plurimum medetur, alij ex oryza cibaria cōficiunt, addito lacte iureq; gallinaceo. Panicum quoq; ac milium eadem coctura laudantur. Placent oua forbilia, & inter aues turdus, phasianus, perdix, atragenæ, alauda, fidecula, merula ac similia, & minima quoq; aues si pinguiusculæ sunt, non damnantur, hædi uel cerebella eorum, agni, uituli, & eorum pedes, ac capita, si frequenter ad mensam, ueniunt. Placent fluuiatiles cancri, laudant nonnulli & cōchulas marinas, sed falsedo meret, piscium genera multa salutaria habentur, ram fluuiatilia quam marina, cetaria dam-

nantur gratis concoctionis, inter iuscula symphiton uel radicem imponunt, alij planta ginitis folia ingerunt uel semē, sed abijciunt exinde. Laudantur palmula, passula, uel quæ cuncta passā cum nucleis commanducata, pinæ nuce, afinino lacti & equino: summa laus est. 25. diebus quotidiano potu, præparato tamen prius uentre, obsonia fere omnia potius assa quam elixa placēt sine sale præparata, uinum nullarum uirium laudatur uel multa aqua infractum decocta uel ferrosa. In ea curatione abstinentia maxime iuuat, uel in primis parcior potus, restius fortioribus, cucumis, lactuca, cucurbitæ, melopepones, ingens cucumis, & eorum semen, uel papauerinum album duntaxat, succus uiræ acerbæ neque is nimis acerbus, iuuant pyra, mala cydonia, uel condita puro tantum saccharo. Iuuant acerba cerasa marisca dicta a uulgo, uel syluestria, qualia in moribus agri Veronenis inueniuntur, ea enim hoc tempore saccharo condiuntur suauiora: acerbitas enim condimento mitigatur.

Curationes ex quotidianis potionibus, Cap. XI.

ULcera curamus haud dubio uniuersa, cum materiam prohibemus, cumq; præparamus, aut alio auertimus, & cum ulcera demum repurgamus, ijs enim modis persanantur, sed magnam quidem partem ex antedictis renum remedijs inuenies. Itaq; à missione sanguinis à cubito, si per uires licuerit demas, si id non expedit acuta uel salsa materia præparanda est suis potionibus, ac uictu quotidiano, tū damus quæ uentem materiam detrahunt, & auertunt, tum uomitu, tum alui leui deiectione, syrupus nanque uiolaceus ad intestina uim humoris ducit, si balani citrini uel indici aqua uiolacea macerati fuerint, sed utiliter admiscetur siliqua ægyptia, manna q; syriaca, cum aqua herbæ fumariz, aut lupuli liquefacta. Fieri solet medicamentū ex passulis, semine refrigerate quatuor generū ana 3. 1. uiolarū aridarū 3. 2. aridis prunis. 15. zyzyphis 20. buglossi, seris q; manipulo, polypodij, fenæ corniculis ana 3. 2. carthami. 1. s. machir 3. anisi, foeniculi ana 3. 2. seris trib. balanis fuluis, ac kebulis ana 3. s. in aqua fumariz ac lupulorū calidius die macerentur, feruefacito eadē subinde ad dimidias, & expresso decocto addito siliquæ expris corticibus 3. 1. sacchari sex, ad mellis spissitudinem rursus feruefiant, septenis diebus singulis semūcia datur mane. Si id aliu non mouet, integrā dabis cū calida. Aliter pruna sumito damascena uel uiridacia à calore dicta, dulcia em sunt zyzypha, myxaria, singulorum octona, uiolæ, rosæ q; aridæ, radice dulcis ana 3. 2. passula, siliquarū senæ, polypodij ana 3. s. anisi feminis, ac foeniculi ana 3. 3. in aqua eodē modo decoquito, pondere ib. 3. Mox siliquæ succi 3. 6. manne 3. syrupi uiolacei 8. ex uiolarum succo, nam eo modo dari possunt, uel paulo ante prædij horam, uirus autem humoris mitigamus syrupo uiolaceo, nymphæo, cucurbitino, cū lactucæ, uel seris, uel strychni aqua matutinis horis uel interdū, uel ante cœnæ tempus. Sed ea quæ ulcera abstergunt referemus, id præstat hordeacea cum saccharo pota, uel per se aqua addito saccharo, uel mulla quoq; idem facit. Verum si nesciæ ulcera sordidiora forent, uehementioribus opus esset abstergentibus, sicuti mulla cum ficis aridis, aut fursuris marcor, uel decoctum. At si putria ulcera & atra fuerint, lixiuū ex ficulneo cinere infundito, aut querceo, uel abrotoni decocto. His uehementiora sunt si trochisci ex cinere æris admisceantur cum mulla, si uero minus putria fuerint, mulla per se ualet, aut serum casei recentis infusum. Addunt alij trochiscos quos officinæ ex uesicariæ rubentibus granis conficiunt, ex mixturis, inquit Paulus, lini feminis, cucumeris q; tragacathi ana 3. 2. amyli quatuor, orbiculos confice. Aliter, nucum pinearum. 20. cucumeris semina 40. amyli 3. misce in ligulis duabus ex nardi decocto 3. 5. apij feminis 5. Archigenes uero inquit in quadam epistola, stillicidio superueniente, sume papaueris albi feminis, triti drachmam ex lentisci decocto, aut calami, aut radice dulcibus, ulcerum tormina id sedant, cucumeris semina purgata 30. nuce pinæ 32. amygdalæ amaræ 3. 5. croci quantum opus est ad medicamentum inficiendum, ieiunium quotidie datur ex lacte, suauius emollit & mitigat, si pro pineis maluz feminis tantundem excipiat. In uetustis, inquit, ulceribus id ualentissimum inuenimus, et nullo alio indigui, chamædryos, chamæpyteos ana 3. 24. asari, piperis albi 3. 7. cinnamomi 3. 1. cum cretico passo cochlearia bina damus, si febris adlit ex aqua ternis, hæc Paulus. Nostri mitiores in remedijs id tragema in usu habuere, ad repurganda ulcera, pineas nuce aqua elotas, pistaciorum ana 3. s. radice dulcis drach. 2. feminis papaueris al-

Ulcera curatio

Quæ ulcera ab
stergant.

bi 3. i. seminum communium refrigerantium omnium 3. i. s. seminis lactuce, seris ana 3. s. passule tribus, cinnamomi 3. 2. sacchari omnium portione, dabis frequenter ligulam uel binas. At quæ ulcera perlanant subiungemus. Paulus palmulas imponi iubet cum passula, galla, & acacia, hypocyttide, ac alumine. Tormina uero sedari si in pube imponitur cerotarij ex celsypo lota ac butyro, et anserino adipe, ac styrace. In uesica infundimulsum, aut lac cum melle, uel cum cucumeris semine temperato, aut oui alborem, aut quoduis medicamentorum quæ dicta sunt, hæc Paulus, sed alia sunt quæ per sanare traduntur. Inter potiones ea laudatur: Habet succi plantaginis, utriusq; symphyti ana ʒ. i. rosaceæ dimidiam, sacchari duas, compositæ potioni, & percolatæ, adde rosam & sandali puluerem, cum exiguo camphoræ, cum aqua uesicariæ dantur ʒ. 2. orbiculi utiles. Rubricæ armeniacæ, terræ lemnis, acaciæ, thuris, seminis melopeponis, cucumeris repurgati, gummi arabici, rosæ, amyli ana pari pondere, ex myrti aqua conficiantur, ij frequenter sumi debent. Medicaminis genusest efficacissimum, continet spodiij, myrti, seminis, corallij, succini, seminis rosæ crocini, plantaginis, portulacæ, mastichis, thuris ana ʒ. s. seminis apij, sceniculi, uesicariæ ana ʒ. i. sanguinis draconis, lapidis hæmatitis, sandalorum omnium ana ʒ. s. seminis melopeponis & utriusq; cucumeris decorticati ana ʒ. i. s. sacchari in rosacea liquefacti, quantum satis sit ad omnia unâ cogenda, ex eo ʒ. binas deditte satis est, bis in die. Aliud eiusdem effectus miscetur, thuris succini, terræ lemnis, sanguinis draconis ana ʒ. i. gummi arabici, tragacanthi, amyli, seminis myrti, balaustrorum, acaciæ, hypocyttidis ana ʒ. s. seminis anisi, sceniculi, nardi, cinnamomi ana ʒ. s. rhodofacchari, quantum satis sit, sed hippuris per se ualere, efficaciter traditur, uel decoctum eius, uel arida per se, Galeni autoritate, nam mire exiccat, inquit, neq; mordet. Indicium inter colores quo tinctores utuntur secundum obtinet gradum. At interea quæ apte infunduntur ex aqua uirgæ pastoris, strychni, rosaceo, et muliebri lacte, modice croco addito, aliqui cerussæ unguentum infundunt cum rosaceo, sarcocolla, amylo, cerussa & lacte. Se. id unguentum utile tradit, quo pubes illinitur, habet olei lentiscini, myrtini, cydoniorum ana ʒ. i. s. styracis liquidæ, ceræ ana ʒ. i. s. rubricæ armeniacæ drachma, sed superimponitur id emplastrum, habet mastichis, thuris, rubricæ armeniacæ, lemnis, hypocyttidis, myrti ana ʒ. 2. farinæ liliacæ ʒ. 2. olei rosacei, myrtini, quantum res expedit. Aut eadem ex aqua rosacea, ac plantaginis succo feruefacta, panno infusa imponitur.

Ad uesicæ tormina exulcerata sedanda, Cap. XII.

IN maximis præterea cruciatibus uesicæ ac uigilijs immodicis, sotyrix ac philonij laudantur remedia, quæ etiamnum exiccando exulcerationibus conueniunt, ob eam causam & collyrium album opiatum cum lacte, aut mulla conijcitur, nam summos sedat cruciatus, & id pariter medicamentum conferre uidetur. Ex his constat, hyocyami seminis albi, sceniculi, apij ana ʒ. 6. seminis cucumeris ʒ. 5. seminis acetosæ, croci, opij ana ʒ. 3. nucis amygdalæ amaræ pinæq; auellanæ tostæ ana ʒ. 3. seminis uesicariæ ʒ. 5. nardi ʒ. i. cum passio ad unitatē rediguntur. Aliter habet mucosum psyllij decoctum, seminisq; mali cydonij, seminis maluræ, ac lini, collyrij albi: ex lacte alinino liquefacta in uesicam indita iuuant, tepentia mane ac uespere. Quidam acetum non acre infundunt, ardorem enim leuigat. Alij strychni succum, in potu uero tormina sedat id medicamen, seminis hyocyami ʒ. i. opij granum unum, seminis cucumeris repurgati ʒ. 2. seminis lactuce, portulacæ ana ʒ. s. mixta dantur mane, pluribus diebus, in potu auxiliantur cadauera in Aegypto asseruata: si drachma datur, uel conijciatur in uesicam. Vidimus eos cruciatu leuari frequenti potu ex agrimonis decocto. Frequenti cōstat experimento, aquæ potu tormina mitigari præsentaneo remedio drachmarum duum pondere, quæ ex nucibus auellanis recentibus fieri potest.

De uesicæ scabie, Cap. XIII.

VItij uicinitate de scabie uesicæ aliqua subiungemus, ex peruersis enim humoribus generatur, aduritur enim urina quæ & furfuracea emittitur. Eo inueterato morbo contabescit corpus, Hippocratis testimonio, ac uesica intus prurit. Nam & urina grauiter olet, & quod in imo residet, furfuraceum cernitur: & assidue æger mingit, & cruentam

cruentam interdum cum altius sabies penetrauerit. Curationes cōmunes sunt cum his quæ de acutis uesicæ ulceribus mox diximus, & si uesica (inquit Plinius) scabiē sentiat panacis radice sanatur, aliter inutilis uesicæ. In cibo pitana hordeacea frequētius data iuuat, acrem enim humorē mitigat, oua itē sorbilia, ac tritici decocti ius, uel cibarij ipsi commmanducatum: nam & lactis omnia genera ualent: & ex quadrupedibus extremorum partes utiles sunt, quia uiscosæ sunt & mucidæ, iura q; pinguia dantur ex amygdalino oleo: inter olera uniuersaliter commāducatur, lactuca, beta, spinachium, atriplex, intuba, ac seris fatiua, inter fructuum genera pruna acidula, cerasa acra, cucumis, melopepon, cucurbita uel saccharo, ut nunc fieri solet, condita, passula, amygdala dulcis uel recēs potior, nuces item pinæ aqua maceratæ et cōmanducatæ, in potu hordeacea aqua, syrupus uiolaceus, uinum q; uel aqua multa infractum aut quod leuissimum dicitur. Leuari id uitium tradunt glycyrrhizæ succo, iuuat semen portulacæ singulis diebus in portionibus datum. Summo remedio est si frequēter alui deiectio facta fuerit, subrahimus enim utiliter malos ac indignos e corpore humores salos uel acres, quibus scabies oritur. Mane damus efficacissime in potu syrupum papauerinum, ex zzyphis, uel psyllio: iuuant interea infestiones in aqua tepente, per se uel si in ea emollientia ac mitigantia incocta fuerint, nam & muliebri lac cum rosaceo efficaciter infunditur, interea singulis diebus, sub pube, ac sub renibus id emplastrum imponitur, quod habet rubricæ armeniacæ, rhusis, acaciæ, mastichis, rosæ, & quas portiones, trita cum aceto mixta.

Vesicæ sanguis concretus, Cap. XIII.

Sanguis in uesica cōglobatur ex uulnere, uel ictu, lapsis quoq; ex alto (ut uidimus) Sin coxa percussis sanguis in uesicam delabatur, ac ibi inspissatus permansit, uitio interdum renum contingit, ex sanguine quoquomodo concreto frigus intercedit, ac horripilatio febris, spiritus cum lipoptychia subducitur, pulsus quoq; deficit, sudor q; frigidus extrema corripit: nauis q; perturbant, emissio (ut scribit Paulus) sanguine, per urinam, quæ sub inde supprimitur, concreti sanguinis indicium est: sanguis enim cū extra uenas diffunditur, alioquin naturæ proximus, exuto tēperamento naturali, tantum uirus contrahit, naturali causarum transitu, Hippoc. autore, ut ueneni uires facile surripiat, cuius turulento uapore uitalia inficiantur, unde terrētia symptomata oriuntur. Itaq; densatum sanguinē diu non sustinet, sed dissolui debet ac protinus extrahi necesse est. Tum enim cum concreti cruoris frusta exeunt, aut cruenti humores (ut placet Aeginetæ) artemisiæ decoctum in potu datur, & heliochrysi, ea herba Illiricæ & Græciæ maxime nota est cuius flore nunc statuas in tēplis coronat, odore non ineleganti abrotoni, florem habet auro similem, ut Dioscorides & Plin. scribunt, eam Italiæ ostendimus, syluestris est, folio rosmarini tenui ac albo, cauliculo gracili, ac duro, arecenti simili, hoc coronare se magi cōsueuerunt, quæ et ab effectu quoq; amaranthon uocauere, aurea coma, ad solis repercussum aureæ lucis in orbem ueluti corymbis dependentibus, qui nunquā marcescunt, qua de causa deos coronat illo, quod diligentissime Ptolemæus rex Aegypti obseruauit. Prodest & conizæ decoctum, raphani semen, ac laser, siue cyrenaicus succus, apij quoq; singula ex aceto mixta bibuntur, ualet et leporis coagulū, uel hœdinū ex oxy mellite, cinerem quoq; cū oleo in anum & scrotum, aut spongas cum muria circūponimus, aut cinerem calidū, si cruenta cōglobata non exeunt, peritonæū incidere opus est, ut in uesicæ lapide eximendo: tum cōglobatum sanguinem educimus, quos trumbos Græcos uocare diximus, hæc Paulus. Posteriores medici oxymel scylliticum laudauerunt, nam dissoluere, ac abstergere potest, succurrit & carpobalsamum potum dulcem drachmarum pondere, succus item abrotoni mire ualet, cyminum cum apij semine bibitur ex mulso. Amarcus item Galeni testimonio prodest in potu sumpta. Hyfstopi cinis, uel quodlibet lixiuum infusum iuuat. Ruta cum cymino mixta & contrita imponitur, subuenit infestio in balneo, quod pro calculosis fieri solet, ut supra dictum est. Sanguinem (tradit Plinius) concretum non patitur thymum cum melle potum. Densari prohibet oleum balsaminum, & densatum, extrahit chamæpytis, detrahunt folia oleastri pota. Concretum sanguinem detrahit aqua maris pota, non sine tamen stomachi in iuria, qui si in stomacho fuerit densatus illum alterutra parte reddit. Bitumen discutit, cum

Quibus causis sanguis in uesica cōglobetur.

Sanguinis corrupti malitia.

Iuniorum curatio sanguinis cōglobati.

cum aceto potum & detrahit. Per urinam pellit alumen, si pilulis sumitur. Sanguinem concretum uentris, ac uesicæ absumit heliochryson cum mulso.

De paralyti uesicæ, siue urinae incontinentia, Cap. XV.

Lapsu ex alto uel ictu resoluatur intus uesica, ad eum loco suo sæpe dimoueatur, siue deorsum, siue in alterutrum latus, unde non facilius urinam quandoque dimittit. nam uineula aut musculi, aut disrumpuntur, aut relaxantur. Cum spina luxata fuerit, aut percussa, tum crura miro modo attenuantur. Nam & uesicæ ceruix si extenuatur oppilatio inde attenuatoria dicta, contingit, ex qua, uel inuoluntario urina fluit, uel supprimitur. Paulus si uesica paralyti corripitur ex musculis circumstantibus, uesica nihil reddit, at si in musculo fiunt ceruicem ambiente, incontinentia sequitur urinae: laxantur autem musculi & ligamēta ex dicta pariter frigoris ac humistica antecedente frigidaque natatione, in qua casu cætera affectuum signa non cernuntur.

Curationes ad urinae incontinentiam, Cap. XVI.

Ex icta uel lapsu missio sanguinis protinus necessaria est, cucurbitula, frictions, ac uentris deiectiones, & quicquid materiam auertere potest fluentem: si uero interitus ortus fuerit causa uires neruorum resolvente, quæ supra mihi dictum est de paralyti diæta, potionibus, & uentris deiectionibus. huic causæ necessaria esse haud dubium est. Nam esculeta omnia calefacientia esse debent, ac exiccantia, unde assa uel sicca conueniunt, fontes propterea calidi, ac marinæ profunt natationes, perque interualla uomitiones si concitantur, iuuant, nam uentrem, pituita exonerat, & raphani succo, in quo surculi elebori albi infixi fuerint, addito cinnamomo. Aliqui elleborum in aqua concoquunt cum eodem cinnamomo, uncia pondere, atque ita paulatim ex eo decocto addunt, donec idonea fiat uomendi potio, ualent item deiectiones uentris quibus phlegmata educi solent, siue stomachi uexatione. Et Paulus oleum rutaceum commode infundendum tradit, & cucumerinum erraticum, cum butyro, & castoreo, uel galbano, opopanax, uel scordolafere, nam ea exiccant, & discutunt. Alij infundunt rutæ decoctum, agni feminis, & cymini, cum lilino oleo, aliqui uehementiora infundunt centauream, cum colocyinthidis interiore, uel oleo cicinno, iuuant in potione aromata alstringentia, & eadem ubi imposita. In potione matutina mithridatica compositio ac theriaca uerus dari debet. Mixtura in uesicæ paralyti quam probatissima. Constat ex baccarum lauri foliorumque, ana ʒ. 4. castorei ʒ. 3. salis cappadoci ʒ. 2. tunsa cum oleo nucis pinæ coguntur, & cum melle depumato distemperantur, modus est ʒ. 1. s. pondere. Valet diacyminon. Et tacita abditaque potentia, testes leporini sumpti medentur, huic uitio, ex mero poti. Paulus ite in uesicam infundi iubet oleum rutaceum, cum butyro cocto & castoreo, ac oleo cucumeri no erratico, nam peccen & ilia ex ijs illita iuuant, idem facit oleum lilinum & laureum, frictions quoque ex cyprino oleo, cum aceto et nigro conueniunt. Paulus pueritiam eo uitio teneri affirmat, lacerti ceruicis uesicæ uitio resoluti, in quo casu refrigerantia damna uit, qua paralytis efficitur, sed calefacientia laudauit, id uitium sanari docet gallinacei uentris interiore membrana, torrefacta & pota ex aqua tepete ieiunis. Aut lecanthemii flores, aut calamentum, aut myrrham, ante cenam si bibuntur, aut rutæ syluestris semen aridum per triduum potum. Inungi quoque iubet uerenda perdicij succo, si urinae quoque profluuium, siue punctione, siti que accensa, ac corporis macie fuerit, rigoris uitium est, quod & senibus contingit, ubi non ex frigidis natationibus euenerit, retentrice musculi uel extincta. Id medicaminis genus ualet, habet glandis aridæ farina ʒ. 5. thuris masculi pollinis ʒ. 3. myrrhæ ʒ. 1. s. seminis rutæ, acori, cyperi ana ʒ. 1. ex myrti seminis decocto ʒ. ternæ mane dantur, ualet & inula cum thure & myrrha, eodem modo pota. At rutæ syluestris aridæ semen ex melle continuis diebus.

Frigidioris uesicæ signa & au xilia.

Que in simplicium turba urinae profluuium sunt, Cap. XVII.

Ruta syluestris cum oleo cocta & pota, cyminum Aethiopicum cum melle in posca, uesica aprina, cohibet si assa mandatur, unguentum apri, uel suis cinis portioni inspersus, uesica sceminæ suis combusta, ac pota: item hœdi, cerebrum leporis in uino: testes eiusdem tostii, coagulatum cum anserino adipe, renes asinini, in mero triti, potique. Stelliones mire prodesse traduntur, capite, pedibusque interaneisque demptis, reliquum corpus inassa.

inassatum, in cibo id sæpius datur. Urina infantium muribus elixis in cibo datis cohibetur. Alij porcæ uesicam laudant, uel tauri uel capræ, sicca tritam ex uino nigro, ex oleo rutaceo pubem inungunt.

Alia que raro contingit urinae incontinentia, qua diabete siue dipsacos dicitur, Cap. XVIII.

Dlabetis uitio (ut Paulus demonstrat) quæ bibuntur protinus per urinam demittuntur: uix a natura concocta, uel immutata, ex humoris superfluitate, sicuti potioribus contingit, ex renum immoderata caliditate fieri solet, quæ humoris plurimum in sese contrahunt, ac profundunt: Id malum indicat perpetua sitis, renum caliditas, in quibus dolores, punctionesque sentiuntur. Echinus contra urinae stillicidia ab Aristotele ualere traditur. Causam huius immensi renum desiderij exquisitissime inquirat Gal. sicuti enim canino desiderio est, ut cibum supra uires concoctionis attrahat, ita et renes hunc liquoris appetitum continent admirabilem, ille præter naturam in naturali quadam appetentia perpetuo tenentur. Hic affectus cum diminuitur aut increfcit in uitium transit, cum parum, aut nimium humorem ad uesicæ receptaculum depellit. Inter ea tamē membra ea differentia est, in stomacho namque ea actio naturalis sensilis est, at renibus naturalis illa appetentia cum in summo etiamnum uigore fuerit sine ulla sensatione inest. Nam primum aquosus ille sanguis sine ullo sensu a renibus attrahitur, quo attracto uenæ quæ in icore humoris alimentum exigunt, exhauriuntur, quo rursus exhausto ab intestinorum stomachique mesentericis uenis successione quadam naturali repetunt, unde uenæ quæ in ore stomachi sitæ sunt exhaustæ ægrum sitibundum ad potum summo desiderio excitant, unde uehementer sitis accenditur: sumpto igitur e diuerso quam largissimo potu securi irrigatum reficitur, unde renes protinus alimentum importuni creditores exigunt naturali potentia. Itaque is affectus ex ueloci motu materię egredientis ob similitudinem uentris dissoluti, lienteria nephretica dici potest, unde inter uitia renum magis quam uesicæ id uitium annumerari debuisset, sed quia urinae motus est inuoluntarius, ob eam causam ad uesicæ mala autores transferre uoluerunt.

Lienteria nephretica.

Curationes diabete incontinentia, ex Paulo alijsque autoribus, Cap. XIX.

Retentrice lumborum infirmam accusat Paulus, ac ualidiorē attractricem ex immodico non naturali calore membra consumente. In hoc affectu, inquit, cibos damus largiores, ac non facile concoctibiles, minimeque humectos. Qualis est oryza, lens & far cum rosaceo, aut hydromylo, aut rhodomlylo cum uino non uetulo, quod & parcius dandum est. Caldiora namque (ut tradit) damnantur: ex oleribus intiba, seris, lactuca, piscesque saxatiles ex aceto, suilli que pedes, uuluresque gallinæ præpingues, pyra, malaque, uel punica, frigidique potus, polygona præterea succus iuuat, ac helenium ex uino nigro, uel palmularum myrti que decocto. Hypochondriaque ac renes pulte hordeacea, addito oxyrhodino, folijsque uitis et cotyledoni, helxinis, portulacæ que, sudor item auxiliatur, ac uomitus, qui frigidis concitatur. In summa cuncta diuretica damnantur, ac sanguinis de tractio, quæ initio morbi non inutilis adiudicatur. Alij styptica refrigerantia huiusmodi compositionis laudauerunt, myrti semen, acaciam, rhus syriacum, spodiumque, ex uino nigro, coriandrum, rosa arida, lactuca, portulacæ semen, plantago, acetosa gummi genera, camphora, rubrica armeniaca, ex mali punici succo acido. Ea compositio laudatissima est, quæ ex ijs constat, succini, rubricæ armeniacæ, balani indici, glandis interioris, lentis dempto cortice, omnium ʒ. 2. coriandri semen tostii, in aceto macerati drachmam 1. tunsa mane uesperaque datur arida. In eo affectu omnis acrimonia in cibo laudatur, qualis est uix acerbæ succus, ac mali assyrii, cuiusque generis, acres deambulationes nocent, ac uenus in primis. Renibus uero ac lumbis strychnum, ac sempertuum, lactucam, portulacamque alternatim imponimus, addimus & non inefficaciter balastium. Aliqui plumbi laminam imponunt, cubitusque sibi sternunt folijs uitis, uel agni ramis uel humida arena somnos capiunt, die frigida iuuat natationes, nam & ferrosi fontes ualent, nam & stupefacientia infusa uel imposita lumbis medentur. Inter poma cydonia præcipue damnantur, & si frigida sint & alstringentis uirtutis, nam urinam mouent: sicuti & frigida diuretica, quales melopepones ac cucumeres sunt, uel cucurbitæ.

Cydonia.

Verum

Verum lac laudatur dempto butyro, & quod acetosum est, nam & uitium pampini tenelli uel clauiculae commanducatae sitim sedant, mali punici acerbi uinum ex frigida potum, cerasa acra, pruna, mora, persica mala, punica duntaxat acida, & similia conueniunt. At si ea incontinentia ex frigore contigerit, parum sitire uidentur aegri, qui temperato coelauu continendi sunt, quos balnea calida iuuant, in quibus etiam sudare cofert, si non humoris uitio euenerit. Vigilae humores absument, cibi q; calidi, ac styptici conueniunt, gallinacei pingues, oua forbilis ac merum in potu dandum est.

Potiones in calida diabete, ex recentioribus medicis, Cap. XX.

Quare sitim extinguunt, acida, quae sanguinem crassum reddunt & refrigerant, liberalius danda sunt: quae tamen stypticam uim etiamnum possideant. Nec differendum est, ne fera medicina tabefactum inueniat corpus: syrupum igitur papaueris cum hordeacea dari iubemus: cum mali punici succo, aut spodij trochiscos cum prunoru decocto, uel eorum saluberrime quae memphyticam dicuntur, nostri tamarindicos uocant, uel ipsum spodium cum uino mali punici, si per haec parum proficimus, lac bubulit damus coniecto antedicto trochisco. Syrupus hoc modo conficitur huic uitio utilissimus: constat ex prunis quinis, coriandri, myrti seminis ana ʒ. 2. rosa, nymphaeana ʒ. 3. in aqua feruifacito, huius decocti ʒ. 8. cum capreolorum uitis succi quatuor permiscebis, addes sacchari quantum uis. Trochiscus efficacissimus continet psyllij mucidi decocti, coriandri seminis praeparati, spodij, corallij, succini, sanguinis draconis, sandali rub. farinae ana ʒ. 2. camphorae dimidia, cum antedicto mucore in orbiculos digerito: quos cum lacte ouillo dabis butyro exempto. Aliter rosae aridae ʒ. 1. s. acaciae ʒ. 1. balauistorum ʒ. 2. gummi arabici, tragacanthi ana ʒ. 1. cum eodem psyllij marcore conficito, cum frigida ʒ. 1. s. mane sumitur. Adijciunt si opus est & lachrymae papaueris obolum, sitim sedat portulacae commanducatae succus aut tenelli pampini uitis, uel tamarindorum succus uini modo frequenti potu: uel cum nymphaeae syrupo. Incipiente tabe, compositiones quae ad refectioem corporis fiunt, efficaciter damus, ex testudinis carne uel ranarum, cum lacte asini: no quotidiana portione, addunt gummi arabicum aut tragacanthum, spodium, cenanthen, ac succum radicis, dulcis, iuuat & odorata rosa, uiola, si ea non sunt camphora per se. Si origo mali ex frigore fuerit, sicuti per niues itinerantibus, aut longis ex naufragio narationibus, conclauae calidiusculo continendi sunt, ubi thymiamate ladanum, styrax, thus, uel myrrha, nidorem praebant suauem: garyophyllum cum citreo cortice in aqua rosacea infectum. Carbonibus aeneo uase imp: sito suauissimum praebet thalamo odorem. Imponunt alij alia pro aegroti desiderio, si uitium cum materia fuerit, uomitus iuuat, & aluum soluere aut infusionibus, aut aloeticis pilulis. Medentur cucurbitulae frequentes pluribus corporis partibus praeterquam in renibus impactae, sicuti & frictionibus naturalem calorem reuocamus. Balneo calido largo sudore identidem efficit: reuocatis uiribus uinum damus nigrum, & austerum, gradario q; equo suauiter incedat uel nauicula reuocet animum. Vbi sitis accensa non fuerit, theriaca salubriter datur, calorem enim restituit, torpescencia membra recreat. Idem et mithridaticum medicamentum praestat, diacyminum, diamuscum, diacastoreum, & his similia. Inter emplastra ab origine calida, id fieri solet, glandis calculorum, balauistorum, acaciae, rosae, rubricae armeniacae, hypocythidis succi ana ʒ. s. ladanij ʒ. 2. cum myrtino decocto conficiantur, aut sandali pollinem, spodium cum hordeacea farina & myrtino decocto, strychni, semper uiui, & portulacae succo, adde & cucurbitulae rameta exiguo rosaceo, et aceti stilla addita. Nocte inunguntur renes ac lumbi unguento populeo, uel oleo mandragorino cum spodio & papaueris succo. Si aluus interea nihil reddit, eam ducere oportet, syriaca manna, prunorum decocto memphyticoru, siliqua atrae succo, syrupo q; uiolaceo. Quidam sitis ardorem sine periculo extinguunt, na aqua largius bibunt, sed protinus uomita reddunt.

Simile uitium diabete, Cap. XXI.

Diabete Gal. raro contingere pronunciauit, nec nisi bis id uitium uidisse affirmat. In qua summum est renibus in humore attrahendo desiderium, quo maxime de grauati sese protinus exonerant expellendo, ueluti altera nephretica (ut mihi dictu est) licentia, in qua plurimum appetunt, sed protinus oneris tacto uenter expellit. Huic simile

Compositiones contra diabem.

mile uitium est, quod rarissime euenit, Gal. autore, supramodum enim cibum sumunt, & primum non custodito modo peruersae famis incremento duplicato, modo cibum capiunt, nec crapulae, inquit, pondus sentiunt, nec id uentris fusi, aut urinae profluuio exoneratur, non item uomitu, neq; sudore, nec corpus ipsum nihilo magis augetur, cito enim materia alimeti dissoluta euanescit: licet affectus eodem a uentre, reformidari debet, nam remediabilis est initio praesertim, uerum adeo increfcit, ut quatuor aut quinque hominum capiat cibum. Ex ueloci ualida q; omnium membrorum consumptione, attractrice, appetitu q; uehementi, qui ad cibum reuocant, & excitant, ea enim membroru corporis potentia desiderabilis auiditas dicitur: Corpora enim cibum non sentiunt. An idem uitium sit, quod Gal. atrophiam uocat, de quo saepe mentio est, eius uerba subiiciam, relicto cuiq; intelligendi arbitrio, de qua in libris therapeuticis innutricationem uocat, ueluti tabefactis ex paralyfi uel distemperamento corporis, cui contraria est praepinguis & onerosa corporis dispositio, qua corpus ita obesum redditur, ut ambulare nequeant, & eminente uentre propenso aqualiculo (ut aiunt) post sellam anum reterege, nec anhelare commode possunt. Hanc extenuant exercitationes corporis, acres & uehementes, fames, animi motus solliciti, exigui potus, aestus & qui in meridiem uergit cubiculum, & quae calidiorum, sicciorum q; reddunt crassum, inter caetera ruta semen syluestris praesertim cum ipsis pariter corimbis, aristolochia rotunda, minor q; centaurea, gentiana, polium, & quaecunq; diuretica uehementia, sicuti petroselinu: nam uiperinus sal peculiariter corpora extenuat, sed caueant qui modice pingues sunt, qui ea curatione perulto sanguine perierunt. At contra defectu corporis auget, ocia, pingua cibaria, animi securitas, somnus idoneus, uenus mediocris, & reliquae quae ad corpus refectus faciunt: corpulentia auget, dulcia, pingua, ac potus. Minuitur uero corpora siccis acidis, frigidis q;, ac sitis: quanquam non sine admiratione sit, anferes, ac gallinaceos praepingues fieri, aridis hordeaceis pastillis sine ferme ullo potu, eo modo uidimus iecur anserinum uncias quadraginta octo pondere excessisse, ganax Iudaeorum suauis gustu.

Quae corpora extenuant.

Quae corpora auquant.

Iecoris anserini uncio.

De urina sanguinea, & de causis eius, Cap. XXII.

Urinam cruentam ex alto delapsis statim emitti uidimus, nimia quoq; uenere, Theophrasto autore libro 9. mensibus suppressis, trunca manu uel pede, aut quoquomodo pleno corpore, abscessu ulcere q; cruenta urina demittitur, calculo scabro exente. Renum iecoris q; uitio idem contingit, ex uesica uero ea nota distinguitur, quoniam in urina cruor subsedit, dolor q; in pube sentitur. At qui subito prorumpit collisam uenam significat, qui uero paulatim destillat uenas paruas erosas denunciat. Quae uero carnis ueluti sanguinolenta lotura cernitur, aut uitio renum, aut iecoris contingit, quoniam non bene concoquunt, nec discriminis rationem habent, demissa cum sanguine urina, ut in fluxu uentris dictum est: qui salutaris quandoque iudiciali die ad iudicatur quo corpus leuatur onere, qui etiam per circuitus redire solus interdum symptomaticus non sine periculo apparet: cantharidum quoque dira portione exulceratis interaneis & uesica sanguis demittitur, nam ad saeva ulcera perducit. At purulenta quoq; urina, uel pneumonia, iecoris abscessu rupto, renum & uesicae ulceribus contingit, de quibus suo loco dictum est.

Cantharides huiusmodi quid inferas periculi.

Nota urina cruenta, Cap. XXIII.

Purus sanguis cum demittitur sine dolore corporis plenitudinem indicat, ex iecore praesertim, ex renibus non sine lumborum dolore profluit: ex uulnere copiosior erumpit: ex apertis poris sensim manat caeteris diluitor, qui si ignitior est, ac flagrans, pudentum in exitu mordet. Ex uirium imbecillitate suis notis distinguitur, si uis continendi prostrata est membra ipsa minuuntur. Ulcera demonstrat continens dolor erodens, & paulatim distillat atrii coloris, foedit q; odoris, na purulenta est urina. Si e renibus sponse ac subito irrumpit sine alijs causis, in ijs uenam solutam indicio est, Hippocratis uerbis, nam uenae turgidae apparent, & ex uesica nisi modice effluere potest. At ex iecore rupta uena, sine dolore exit, plurimo q; urinae humore permixtus cruor, cum uero uesicae causa demittitur, in imo uase residet sanguis exiguus. Cum item ex liquefactione contigerit renum aut iecoris, ex ardenti febre id malum oritur, qua membra diminuuntur.

tur & arefcunt, ficuti in icorario fluxu denarrauimus, loturæ enim carnis recentis fimilis est: fanguini tamen magis proxima est talis fluxio: quæ si continua fuerit malo est, nã difficulter fanatur.

De euratione cruenta urina, Cap. XXXIII.

SALUGO in omni cibo, uehemensq; omnium rerum acrimonia damnatur. Frigidam bibere nocet, nam angustias urinandi efficit: iuuat panis lacte detracto butyro madens: obsonia uino mali punici condita iuuant, quales turtures sunt præpingues, perdices, ac phasiani, nam & uires recreant inualidas, si id non est, aceto condiantur, uel uix acerbæ uino. Cæterum uini austeritas & magnarum uirium damnatur, nigri acerbum duntaxat offerri potest: uel aqua multa infractum, si uires recolligunt album multa aqua dilutum utiliter datur, ut uias repurget, si uena patefacta fuerit, diuretica caueri debent, qualis est aloë & polypodium, ob eam rationem conuulsis, contusis, lapsis ex alto, intus ruptis, & grauiter incussis datur. Sed ijs protinus sanguis è brachio mittendus est, è plaga tenui, nec ullum utilius remedium est, ac trochisci subinde dandi sunt, quos è succino facere solent, succusq; hypocyttidis efficacissime datur: percusso membro imponitur rubrica armeniaca, acacia, aloë, licitè, ex aceto liquefacta. Probanur id medicamen, succi marubij p. 2. aceti acris p. 1. ieiunis datur uncia pondere bis singulis diebus. In cõmuni omnia quæ astringunt, agglutinant, & stupefaciunt, dari debent: nec interea diuretica omnino abroganda sunt, quale id cõpositionis genus. Acacix, balaustrorum, feminis hyoscyami, apij, feminis apij, anisi, terræ lemnix, gummi arabici ana pares portiones cum succo marubij in orbiculos digerantur: trium obolorũ pondere. Interea materia cucurbitulis auerrenda est. Insidere quoq; iuuat in aqua in qua incocta fuerint styptica qualis plantago est, ac portulaca, polygonos, hypocyttis, rubi cauliculi, balaustra, rosa, hyoscyamos, thannos, salicis folia, uel agni semẽ. At si uitium ex nimia sanguinis superfluitate euenierit, missio eadem sanguinis quã maxime necessaria est, ex talo præsertim: nec styptica protinus danda sunt, nisi urina de repurgato corpore indæuerit, nonnulli tradit Oribasius per interualla sanguinem demittunt, & signum futuri profluuij prænunciat, pondus grauis & dolor, quibus alleuatur æger cum sanguinem emixerit, ijs maxime euenit, si membro aliquo debilitati fuerint, antequam igitur erumpat sanguis per inferiora, signo dato, sanguis è cubito demendus est: atq; ea diæta opus est, ne sanguinis copia superabundet, si uero tenuitate sanguinis causa fuerit, frigida agglutinãtia profunt. At si sanguis è uesica exierit id probatur in potu medicamen, habet aluminis scissilis ʒ. 1. s. dragacanthi ʒ. gummi arabici ʒ. cum uino dulci propinanda sunt. Aliud, rubricæ armeniacæ, hypocyttidis, gummi arabici, opij ana pares portiones, trochisci efficacissimi in cruenta urina, cū exulceratione ac ardore, habet feminis melopeponis, cucurbitæ, portulacæ, spodij, succi radicis dulcis ana ʒ. 2. feminis lactucæ, malux, amyli, rosæ, dragacanthi, feminis papaueris ana ʒ. 1. feminis gossipij siue cottoni, mali cydonij, acetosæ, gummi arabici ana ʒ. 1. s. terræ armeniacæ, acacix ana ʒ. 2. s. croci ʒ. 5. cū succo plantaginis conficiantur. Quib. urina sanguinea est ex immodica uenere, eã potione assumat, habet plantaginis ac eius semẽ, portulacæ, myrti cauliculos teneros, et uitis palmites ana M. 1. succi glycyrrhizæ, ac radicis ipsius, anisi, fœniculi, in aceto macerati atq; tosti ana ʒ. 2. feminis papaueris, lactucæ ana ʒ. 3. tunfa in aquæ hemina maceretur, deinde ad tertias decoquantur, adde sacchari podo, & syrupũ conficito, ex eo uncia sumito mane, cū pulueris obolis binis, quæ hoc modo cõponitur, rubricæ armeniacæ, succini, rubricæ lœniæ ana æquo pondere trita dantur in potione antedicta. Infunduntur uero intra naturalia plantaginis succus, uel portulacæ, cardui quoq; syluestris aut myrti decoctũ uel rhussis syriaci, cū rosæ succo, uel acacix liquefactæ, addit alij terræ lemnix pauli. Spongia item aceto calido infusa naturalibus circũponitur uerendis, & ilibus, cucurbitulæ quoq; iisdem partibus impactæ medentur, materiam enim auertunt, ab his rubricam armeniacam & lemniam cum gummi arabico, & tragacantho, semenq; portulacæ emplastri modo imponito. At de ex superabundantia sanguinis in ulceribus, ab infirma cõcoctione icorioris uel renum suis locis dictum est. Vbi uero iudicialiter à natura propellitur, remedia necessaria non dijudicamus, nisi uirium defectum cognouerimus.

Vinum quale conueniat.

Styptica.

Sanguinea urina ex uenere curatio.

Quibus fluxionibus remedia non adhibenda.

Quæ

Quæ urinam cohibeant, & suppriment, Cap. XXXV.

EX modico potu urina diminuitur, uenere nimia, uentris profluuium, uino acerbato, lente, uel falsamentis commanducatis, sudor quoq; nimius, uehemens exercitatio, uel ætate præsertim, inclusio uento aut frigore, uel ictu, imbecillitas præterea renum attrahentium, uel icoris expellentis, aut discrimen habentis imbecillitas, qua ægrius humor it ad renes, sicuti in cachexia, & hydrope contingit. Aut opposito calculo, coagulato sanguine uel arenosa materia, uulux pœnis, uel restitit inflammatione, ex lethargo, neruorum contractione uel resolutione aut abscessu aliquo intus innato, uel si caruncula aut uerruca increuerit in cole uel renib. nam & diu spote reuenta urina stranguriam facit.

De dysuria siue stranguria, hoc est uesicæ stillicidio, Cap. XXXVI.

VRINÆ difficultas siue angustia, siue stillicidium, à Græcis dysuria uel stranguria dicitur, uel substillum, cum sine calculi uitio uel inflammatione euenit, unde ijs ægriolorum it, aut guttatim urina fluit: uel in totum supprimitur cum pubis cruciatus tæuillimos, stranguria quãdoq; in decimũ et ultra diem protenditur, magna uesicæ uexatione, nam in pube grauitas, tumor, punctionesq; ac in summo colis sentiuntur. In eo uitio si nullus tumor subest, nec grauitas in imo uentre, nec in renibus dolor est, expultricis uis offensio manifesta est, tum fomenta calida utilia sunt, ciceris atri ius prodest, asparagus, rapum, napum, pastinaca, petroselinum, apium, fœniculumq;. Herinacæ caro peculiari ter subuenit. Si febris non est, lac caprinum, asinumq; utiliter bibitur, ac cum cibo merum aqua temperatum iuuat, raritasq; ueneris conuenit, reliqua suis locis inuenies, nã ammoniacum à drachma ad ternas commode datur in stillicidio, inanit enim uesicas. Sed ea cõpositio à ueteribus celebratur ad urinæ difficultatem, in qua coniunguntur, acori radicis, quæ rotunda est, oliuæ magnitudine, quam uidimus, ea commode ad hos usus saccharo uel melle condita seruatur ʒ. 20. phu ʒ. 12. nardi ʒ. 12. dauci 10. cinnamomi 16. piperis ʒ. 7. s. opobalsami tantundem, myrrhæ, carpobalsami, feminis apij omnium ʒ. 8. castæ 6. asari 12. amomi 8. saxifragi ʒ. 1. radicis dulcis rubicæ, singulorũ 8. tragacanthi ʒ. tunfa melle digerantur, in pastillos, qui ex uino diluti dantur. Ex ictu uero si urina cohibetur. Aluus si nihil reddit prius emollienda est, mox eadem hora sanguis è brachio mittendus, ac subinde in pube aquæ calidæ suffitum cum spongia opus est, ab ea oleum nardinum, ac irinum illinitur, demum frictionibus continuis molli manu excitandus æger est, ut urinam demittat. Nam & absinthium ex uino coctum linteoloq; impositum, dolorem sedat. At si sanguinis coagulati, siue purulentum quid ceruici opponatur, ita ut humorem strangulando fluere non sinant, dissolutoria igitur danda sunt medicamenta, quæ paulo ante dicta sunt, quale raphani satiu decoctum, aut succus ex uino potus, uel ea mixtura in qua cyminum regium imponitur, myrrham, rubicæ radix, iuniperi bacca, ammoniacũ, æquis portionibus, ex quibus catapotia formabis, quæ bis tertie in die assumuntur, nam & oxymelle in potu utendũ est. Iuuat & quod diacalamentum uocant, ex uino. Sanguinẽ in uesica concretum dissipat, & extrahit oleum balsaminũ infusum. Fortioribus stomachis aqua marina bibitur, aut lixiuum ex ficulneo cinere, aut uitis, uel fabarum siliquarum, iniecto, sanguinem concrefcere non patitur thymũ ex melle potum, & densatum extrahit chamæpytis, et oleastri folia, concretum discuit bitumẽ cum aceto potum & detrahit. Alumen pellit pillulis sumptum. Absumit uentris & uesicæ sanguinem cõcretum heliochrysum cum mulso. Ruta ex oleo amygdalino amaro subferucta, & imposita medetur. Cuniculi axungia illita peculiariter urinam elicit. Quidam uiuos cimices, aut pediculos colis glandi imponunt, titillatuq; urinam mouere creduntur. si obiectu uero calculi, angustia obstruantur, à chirurgo calculus imposito medio digito intra anum calculus loco dimouetur, si iam paruus ceruicem penetrauerit stilo in uesicam pellendus est, uel manu (ut uidimus) trahendus est. Si ingens fuerit, ferramento opus est, sed anrequam manus subeat medici, periculis sepe obuijs, testamẽto cõpositis rebus, de diuinis cura prius habenda est, nam inter sectiones plurimi imbecilles paruicq; animi interiire uitæ tædio exagitati.

Acori radix rotunda.

Dissolutoria medicamenta.

Periculum eximendis calculis ferramento.

O 3 De

ET si phlegmone, calculo, alijsq; affectibus, de quibus dictum est, stranguria con-
tingat, quæ acriore tamen humoris uel oriatur scribendum est, quod ex uniuersa cor-
poris habitudine, notisq; cæteris bilem acriorem mordentemq; indicantibus, dignosci-
tur. Necessarium igitur, inquit, est, quæ id uirus immutant assumere, qualis est hordea-
cea pilana, siue cremor eius, pisces, balneaq; ac uictus ratio similis. Acria uitanda sunt,
uinum, exercitationes, ira, famesq; importuna, si urina alba est, ac tenuis, cæteris subscri-
bentibus signis frigidam demonstrant habitudinem, tum merum dandum est, ac con-
dita, & quæq; urinam incitant, ac omnis eiusdem naturæ dicta & quæ deforis fomenta
conueniunt. Candida item urina, ac crassior ex phlegmatico humore proueniens, cerui-
cem uesicæ sepe obstruit, in eo casu oxymellite occurrimus, & his quæ ex hyssopo sunt
compositionibus, & pulegio, origano, thymo, aut silphio, in mulso decoctis. Nam et fo-
menta calidiora iuuant, hæc Paulus.

Vesicæ ceruicæ
quibus obstrua-
tur.

Remedia quæ à posterioribus in stranguria obseruata sunt, Cap. XXVIII.

IN cibus ciceris ius, asparagus, cochlear, aqua florum fabarum, uel ius cum amygdali-
no oleo, ubi urina non mordet, sic rapum & napum, & pastinaca & panis
quoq; secundarius datur. Quidam & suillam carnem non damnauere, & lactis pariter
usum, si febris non est, nam & uinum si à causa frigida uictu fuerit, mederi traditur libe-
raliter potum ab Hippocrate: dysuriam, inquit, uinum sanat, nam frigora intus discutit,
& materiam concoquit, & extenuat, nam & uentum pariter dissoluit. In calidis uero af-
fectibus, album et tenue subuenire creditur. Si uictio apostematis substillum acciderit uri-
næ à talo demere sanguinem idem autor docet, alij à cubito prius si nimium corporis
uenæ turgent. Ex musculi uero resolutione siue paralyti, tum castoreum, chamæpytis, et
similia dari debent, si frigus musculum corripuerit oleis excalescentibus opus est. Ad
id facere scribunt columbinum simum drachmæ pondere ex pueri urina, & balsamini
potum. Si uero feruens causa fuerit, semina refrigerantia profunt, & lactuca semen ex
uino albo tenui potum, uel mali punici uino acidulo. At ex ariditate oleis humectantibus,
(ut Galenus tradit) sanatur. Si mordax urina causa fuerit, aut salisago, cibus ac remedijs
refrigerantibus & mollientibus mitiganda est, & quæ ad ardorem dicta sunt. Tum oui
candidum cum lacte muliebri, glutinosa, ac refrigerantia indita iuuant, nam urinæ mor-
dicitatem deaciunt. Ex sensus imbecillitate, cerebrum omni præsidio firmandum est,
cum spinæ medullæ: ipseq; exinde musculus urinarius ille custos insensus, ac languens
reficiendus est, theriaca uel mithridatico medicamine potu, ac oleo anethino, rutaceo
uel balsamino indito, & ijs pariter locus illinitur, sic mentha, ruta ac maiorana empla-
strum conficiunt salutare, ita & bacæ lauri, & similia. Sunt & uehementiora quæ tor-
porem debellant, qualia sunt castoreum, ruta syluestris et laserpicium. His quoq; expul-
sionibus si inualida sit iuuatur, calidis enim ac stypticis occurrimus, quale est oleum
nardinum: tum inguina frictionibus excitantur, in potuq; spica nardus, casta, cinnamo-
mum, acorus, machir & similia odorata ualent. Infectiones quoq; medentur, ac fomen-
ta eadē, ac brassica in aqua decocta, cum carthamo, scœnogræco, anetho, ac rubia suffita
medetur. In balneo uero urinam æger efficit, si corticis aridi melopeponis puluerē te-
nuem cum uino tenui biberit, ubi uero astringentium usu urina supprimitur, cum cali-
dis & humectis succurrimus, inferioresq; partes oleo rutaceo ac cucumeris erratici illi-
nuntur. At partus interdum nuper editus, urinam non demittit, non adaperit meati-
bus, cum obstetricis officium est, suctu uesicam colleuare, & ipsum in balneo in quo sty-
ptica decocta fuerint paululum continere id uesicam inanire solet.

Quid faciendū
si nuper editus
infans non reco-
dit urinam.

Simplicium facultates ad dysuriam ex uarijs autoribus, & primum
calida, Cap. XXIX.

Galenus has in primis commemorat simplicium uires: Ex calidis, ami, oreoselinū,
ruta, meum, eruium, piper, sefelis, myrrha, cardamomum, nardus, maiorana uel deco-
ctum, asarum, balsamum, sauina, erucæ semen, cinnamomum, porrum, cæpe, radix dra-
cuntij et rosamarinij, sisymbrium, cyperus, folium, iris, iuniperi semen, methastrum, origa-
num, costum, calamus odoratus, inulæ decoctum, salua, scœniculum, anethum, fumarina,
ocimum,

ocimum, chamæpytis, amygdalæ amaræ cum passo, radicis rapi decoctum ex uino po-
tum urinam graue olentem purgat, senetio utraq;. Alij decoctum ex uino, raphanus, ius
ciceris atrij, cyminum, acori radicis decoctum, chamæleontis herbæ radicis decoctæ suc-
cus potus & thymbra, uel serpillum, scolopendrium, urtica, artemisia, inulæ radicis sylue-
stris (ut dicitur) decoctum ex quo syrupus ʒ. p. cum aqua eiusdem urinam & menles cit.
Rosmarini radix arida ex uino pota menles & urinam mouet. Agrimonie radicis deco-
ctæ cum uino: filipendulæ radicis decoctæ succus, ex uino protinus urinam ciet, papa-
ueris cornuti radicis decoctæ syrupus, crassam urinam & arenosam trahit, nam & ab
articulatio morbo tuetur. Absinthium ex Gal. prodest, asphodelus, agaricus, agnos ʒ. 2.
p. semine ex uino. Allium cum nigra olea commanducatum & amomum, anium, api-
um montanum uel fatuum, uel crudum commanducatum, staphylinos, uel syl betoni-
ca, bdellium, chamædrys, chamomila, castoreum cum sisymbrio potum, centaurea, car-
pefion, credimon, daucus suo semine, dictamum, phu, leuisticum ex uino sumptum, se-
men fraxini, marubium, popanacum cum mulla nucis græcæ magnitudine, & polij,
sagapenium, scylla in bulborum genere, terebinthina ex Dioscoride cum melle, hyperi-
con, simus columbinus. Ex frigidis uel qualitatibus temperatæ simplicia ad urinæ stillici-
dia, rubia, semina melopeponis, cucumeris utriusq;, scœnoanthos, myrthi semen, hy-
pericon, capparidis radicis cortex, strychnum uel semen, uesicaria, mala punica, melanthi-
on, aqua hordeacea, lactuca, hyppuris, lapis iudaicus, corallium rubrum. Adeps colum-
binus, efficacissimum tradunt oui corticem abiecta interiore membrana ʒ. pondere, cū
sacchari tantundem: & corticem iuglandis farinam cum uino uel foliorum aridorum,
radicis rapi decoctum ex aqua urinam graue olentem trahit, ac per urinam alarum
grauolentiam efficit, & totius corporis foedum odorem. Sicut asphodeli radices: nam
& maxillæ lupi fluuiatilis puluis uel cinis ex uino potus urinam ciet efficacissime. Ra-
dix uerberæ cum mulla calida pota. Hyrundinum nidum ex aqua potum urinam con-
citare tradunt, herinacei terrestres suffitiones iuuant nisi ex apostemate uel lapidis obie-
ctu. Flos labruscæ medetur stillicidio ex uino potus, nam uentrem sistit. Narrat cantha-
rides abiectis pedibus, alis et capite, remedia exacuere diuretica sine molestia renum, ac
uesicæ iuitia, callitrichon mire subuenit. Fumarina quoq; medetur, & gramē sine folio,
radice uel semine, & melanthion & uulgaris asparagus. Cuniculi adipem celebrant re-
centiores, omentum uitulinum uel taurinum, sartagine excalesfactus peccini & genita-
libus impostus mire medetur: & uesicæ damæ arida ʒ. 3. cum mero odorato pota mede-
tur, & canceri marini cinis ʒ. 2. a pueris si bibuntur stranguriam sanant. Infantibus ex la-
cte materno, uel nutritis.

De emplastris ad stranguriam, Cap. XXX.

GAlbanum emplastri modo imponitur, uel in summo inguinis. Alsiue siue parietaria
uulgo dicta, abiectis folijs in olla sine ullo liquore decoquatur cooperta, eo
modo macerata in pube circumponitur calida. Abrotonum item eo modo impostū
urinam concitat. Insidere in ciceris decocto cum brassica & scœnogræco pariter feruifac-
to, per uices oleum liliūm & sampuchū illinitur. In balneo quoq; infectiones iuuant.
Imponimus certo experimento simum bubulum excalesfactum. Apium item cum fur-
sura triticeo unā decocto ex uino auxiliatur. Aliter, abrotonum, sampuchus, nardus,
ruta, lauri folia, chamomila, melilotum, scœnogræcum, althæa, ex butyro imponuntur,
uel arida uel recentia unā feruifaceta. Potu quoq; uesicam colleuat artemisicæ decoctum
atq; ipsa herba pubi imposta. Quidam cantharides tres contritas ex lacte caprino im-
poni iubent. Nam & in potuonibus abiectis alis, pedibus & capite tritas impostuere, cæ-
tera enim diuretica exacuunt, sed modus seruandus est, alioquin sanguinem trahunt.
Alij candefactas tegulas uino meraciori extinguunt, atq; ita inferiores partes uapore
tali uaporandæ sunt, & eo modo dolores suffiri uolunt. Aliter, oleariam cucurbitam in
cacabo aquæ pleno feruentis conijcto, coles et inguina lento uapore suffumigada cu-
rabis, parafacto ore cucurbitæ, quantum opus fuerit membra indita uaporabuntur, do-
lorem enim leuat, & urinam mouet. Allium quoq; contritum et impostum ualeat. Myr-
rhæ polline cum oleo anethino infantis urinæ difficultas leuatur. Fœminis menthastrū,

○ 3 nepeta,

nepeta, & pulegium imponuntur, lapathum ex uino decoctum medetur impediti uel
suffitu. Ruta quoque per se uel addito leuistico idem prestat. Cōsiciunt alij in urinae me-
atum croci filum, alij pediculum inditum ualere scribunt. Sed reliquorum quoque mem-
brorum in utroque sexu genitalia uocauimus, & naturam & affectus pariter dicemus.

ALEXANDRI BENE DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMIL

ianum Cæsarem August. Imperat. inuictissimum, de geni-
talibus partibus Liber XXIII.

Prooemium.

*Voluptatis ue-
neris causa.*



Necessarium esse animantium generationem, Plato asserit: quam uo-
luptas, mali maximum allecramentum, excitat: & ob eam causam cu-
pidinis aculeus impactus est à superioribus, qui à capite per ceruicis & spi-
nae medullam fistulae modo spiritum infundunt: Quod quidem semē
nuncupauimus, hoc autem ueluti animatum, ac respirans, qua parte
spirat, per eandem uitale effluendi desiderium gigni, atque ita gene-
randi amorem nobis interuere. Quapropter uerendorum naturalibus in uiris insita
uis petulans, atque imperiosa, & quasi alterum animal non exaudiens rationem, furio-
se libidinis exagitarum uiolentia, subijcere sibi cuncta conatur. Vulua quoque in fo-
eminis eadem ratione animal ueluti auisum generandi, quando procul à foetu per æta-
tis florem, aut ultra diutius impatienter arcetur, egerrime moræ impatiens plurimum
indignatur. Passimque per corpus oberrat conuersa, strangulat, spiritum intercludit,
exanimat interdum, uel summis uexat cruciatibus, & angustijs, morbis denique om-
nibus premit. Quousque utrorumque cupido stimulata, amorque quasi ex arboribus
foetus, fructusque producunt, ipsos deinde decerpunt, & in foeminae uterum uelut a-
grum inspergunt. Hinc animalia primum talia, ut nec propter paruitatem uidean-
tur, nec dum appareant formata, concipiunt, mox quæ conflauerunt, explicant, maiora
intus enutriunt, demum educunt in lucem animaliumque generationem perficiunt.
Hæc Plato. Sed quid de humano semine subtili quadam ratione sentiat Aristoteles,
nunc subiungemus.

Verèda uirilia.

Vulua affectus

*De generatione, deq; seminis natura, an ex toto, an ex partibus
decedat. Cap. I.*

*Semen bifariam
intelligi.*

*Utrum semē ex
toto secedat.*

** alijs secedit*

Non enim, inquit Aristoteles, quodlibet ex quouis semine oritur, sed hoc ex hoc,
neque ex corpore quolibet semen quoduis effertur, principium namque & efficiens
rei quæ gignitur, semen dicitur: sunt enim hæc natura, & proinde semen enim ipsum ge-
neratio est, finis autem substantia, utriusque autem istis prius illud à quo proficiscitur. Se-
men enim bifariam accipitur, uidelicet ex quo & cuius natura, & à quo decessit, eius se-
men est, ut equi, & eius quod ex illo futurum est, ut muli, ad hæc semen non nisi potentia
est. Nec causa generationis est, quod ex toto decessit, sed alio quodam modo. Nam
si causæ esset secessus, ut putant, non ex cunctis secedet partibus censendum esset, sed
ab agente, creatriceque tantum, uelut à fabro, non à materia. Causa autem ut uoluptas
rei ueneret uehementior sit, non quod ex toto secesserit est, sed quia prurigo uehementis
accidit. Quamobrem si quis frequenter ea re utitur, minus uoluptate afficitur. Item ea
uoluptas in fine coitus potissimum sentitur. At si ex toto secerneretur, non simul, sed
singulis partibus, alijs prius, alijs post exultaret. Causa uero quamobrem ex mancis
manca proueniunt, eadem est, & cur filij similes parentibus prodeunt, sed non man-
ca etiamnum ex mancis gignuntur, ut & dissimiles suis parentibus. Item si semen non
à foemina emittitur, eadem ratione profecto, nec ex toto secedere probari potest, &
si non ex toto secedit, nihil rationi repugnat, si à foemina quoque non secedere: Ea
natura semen est, ut ex eo primo oriantur ea, quæ secundum naturam constituuntur:
fit enim ex homine semen, & ob eam causam genitura uocatur, quod à generan-
te pro-

te proueniens causa est, quæ prima obtineat principium generationis, uidelicet in istis, quæ
coire natura uoluit: semen autem est quod ex ambobus coeuntibus illis originem tra-
hit, quale semen plantarum omnium est, & animalium nonnullorum, in quibus sexus
distinctiua non est, uelut id quod ex mare & foemina, primum miscetur, quasi coceptus
promiscuus quidam, aut animal. Hæc enim iam habent, quod ex ambobus requiritur:
utilissimum autem quod ultimum est excrementum, & ex quo iam unum quodque gi-
gnitur membrum. Nam ex toto, sed ad totum suapte natura facit. Pro eo præscriptus
locus utilis, seminalis uterus dicitur à mare & foemina, quæ generationis principia sunt:
& melius magisque diuinum est principium motus, quod per generationem mas obti-
net, foemina enim materia est, sed coit & iungitur ad generationis officium, mas cum
foemina: id enim commune ambobus est: semen namque & habere animam, & esse po-
tentia palam est: nam nulla anima in alio esse potest. Propius autem & remotius idem
à seipso potentia esse potest, sicut geometra dormiens remotior quam uigilans est, isque
remotior, quam qui iam contemplatur. Sed enim seminis nulla pars causa est genera-
tionibus, sed quod primum extrinsecus mouet, id causa est, nihil enim seipsum generat,
sed post quæ generatum est, seipsum auget. Quamobrem non simul omnes partes ge-
nerantur, sed una primum, eamque primum oriri necesse est, quæ principium augendi
contineat, principium itaque generationis cuiusque est mouens primum & procreans.
Sed quemadmodum coceptus & genitura habeat animam, & quemadmodum non
habeant, definitum iam est, potentia enim habent, actu non habent, & eam uegetalem
esse constat & potentia & non actu, priusquam eo modo, quo coceptus, qui iam se-
parantur, cibum trahat, & officio eius animæ fungantur, principio enim hæc omnia ut-
tam altricem, hoc est stirpis, uiuere uidentur. De anima quoque sensuali pari modo, at-
que etiam de intellectuali considerandum est, omnes enim potentia prius quam actu
constare necesse est. In semine ipso calor tantam ac talem habet motiogenem, & actionem,
quanta modice ad quamuis corporis partem accenditur, quod si deficit uel excedit
rem, quæ sit, aut deteriore efficit, aut laxam, aut mancam. Fertur enim semen in locum
suum sponte naturæ sine spiritu, quando per somnum exit, si meatus laxi, plenique fue-
rint: uel in uoluntario tam maribus quam foeminis lumborum uitio ut mox dicemus.
Maris genitura quod humidissimum est inutile est, tum eadem emissionem, tum in diuer-
sis: prior enim emissio minus foecunda est, quam posterior, minus enim caloris anima-
lis continet propter cruditatem. At uero quod concretum est, crassum & corpulentum
est. Plurimum item in mensuris humoris inutilis continetur. Semen præterea quod
crassum albumque est ac sincerum cum prodit, spumosa naturæ ex aqua & spiritu con-
stat, idem refrigeratum, humidum ad aquæ speciem redditur, colorem etiam accipit a-
quæ: & sub diuo non crassescit, sed diluitur, quasi à contrario concreuerit, concrefcere
enim semen nullo modo potest, sed spumosum est, unde Veneri nomē inditum est. Ve-
rum humor qui à foeminis cum uoluptate emittitur nihil ad conceptum conferre no-
tum est, sed potissimum inde uideri potest, quod ut maribus sic & foeminis accidit no-
ctu per quietem, quod pollutionem appellant: uerum hoc nullum indicium est, nam &
adolescentibus idem euenit, qui & si emissuri aliquando sunt, tamen nondum emittunt.

*Principium mo-
tus ex mare.*

** sue.*

Venus.

Pollutio.

De generatione ex Galeno, Cap. II.

In partes tres Galen. humana membra diduxit, prima qua uita hominis constat, qua.
Ile cerebrum cor & iccur est. Altera ut bene, ac apte uel commode uiuat, quales o-
culi sunt, nares, & aures. Postrema ad generis propagationem constituta est, & cum ad
corruptionem, mortalium, ob miseræ materis conditionem, arteriarum, uenarum, ac ner-
uorum textura de facili putrescente summus creator exposuisset: ob id generandi suc-
cessionem perpetuam procurauit. sic ciuitates conditoribus durature seruantur. Eodē
naturæ priuilegio bruta, ac plantarum genera gaudent uel sponte nascuntur: ob eā cau-
sam animalibus & stirpibus generationis instrumenta & semina coaptant, non sine mi-
rabili successione desiderio, quod cupidinis summæque uolupta-
tis ueneno copulauit.

*Tres animalium
corporis partes*

Implicati transi-
tus meosimorum
& testium.

VT igitur, inquit Galenus, diutius permaneat cibus, ac magis denique alteretur, angustia ad exitum disposita sunt, uentri quidem quae pyloron dicta est, in intestinis uero implicamenta plurima: & apud testes pariter facta sunt tum uenarum tum arteriarum uariciformiter inuoluta, & quae sub cerebro supra ualidiore membrana arteriarum confusa ambages in retis modum oblitterata, unde nomen. Cum enim natura perficere aliquid cunctando concupiscit, instrumentorum sinuosas spiras admirabiliter parat. Et uenae siue meatus seminarij ab Erophyllo primo Iulio: Polluce parastatae uocantur uariciformes, nam & adeniformes partes additae sunt inter testes & seminaria uasa, quales in faucibus reperiuntur ad perpetuam salutaris uomicam constitutae: nam & omnibus adenis eadem facultas est, humectant enim & emolliunt meatus, ueluti oleosa pinguitudo, ut apte tum urina, tum semen profiliat, ne igitur importune exiccetur id agit. Et nuper (inquit idem autor) quidam difficulter urinam mittebat ijs exarefactis adenis, nec nisi ingenti urinae pondere exonerabatur uelica, perfundi eas partes unctioibus, ac uniuersum corpus instaurari iussit: sic libero urinae meatu, sanitati restitutus fuit. Eos meatus per quos genitura est testibus ad urinam pariter uias deferunt, uariciformes, & parastatas, spermatica quoque conceptacula uocant, quae de industria inuoluta sunt, ut copiosius materiam continerent, ut quoque diutius temperamentum caperent, earum partium quae foris pendent, refrigerio, utque homo rei ueneris impetu minus exagitetur. Ea seminaria uasa in maribus tunica ualidiore constant, quam in foeminis, quod in uenere maxime fatigantur: nam & in periculis uarijs sunt obuia: longiora enim sunt & plurimum protenduntur, ijs uenis ceterisque inguinis partibus carthilaginosis, glande, ac integente cute. Voluptuosae ueneris instrumentariae partes maxime sensibiles constitutae sunt, in foeminis locorum orti & naturalibus partibus respondent. Ex uenae & arteriae, ac carthilagineae grandes ob eam rationem cernuntur. Cum iecur, lien, renes quoque minimis neruis ac carthilaginosis partibus alligentur: sensus enim ea membra minus indiga sunt.

De pene & testibus, ex Aristotele, Cap. IIII.

Veni testium
meatus.

Nulla seminalis
genitura in me-
dullis.

Genitale membrum homini foras propendit carnosum carthilaginofum quoque, & quae parte carnosum est, non tumet neque inflatur, reliqua uero pars subeunte spiritu intumescit excrefcitque. Turbinata carnosaque cum integente cuti pars praecipuum dicitur: quod Iudaeos a ceteris distinguit nationibus recutitos. Huic parti testes subiacent cute rugosa obducti, quod scrotum nominant. Sed de meatibus ijs hoc modo Aristoteles definiuit. Meatus duo uenales ad capita testium de uena ahorta pertendunt, & alij totidem a renibus eodem deueniunt, sed non sanguinolenti, illi quos mittit ahorta exangues sunt: a capite autem ipsorum testium meatus excipitur ipsius illo superiore, atque neruosiore, qui progressus per testem flectit sese inde, & caput eiusdem repetit, unde uersus in idem coeunt, & in parte priore subeunt genitale. Qui caput repetunt, ipsi tam continua membrana obuolantur, eum ijs qui residet testibus, ut unus esse meatus uideantur, nisi membranae diuortium feceris. Humorem adhuc sanguinem continet is, qui residet, sed minus quam illi superiores. At uero qui reuersi ceruicem subeunt genitales, humorem iam habent candicantem. Quin etiam de uelica meatus perferunt, & se ad ceruicem applicat, quae uelut putamen canaliculatum ambit id quod penem uocamus. Specta, inquit Aristoteles, ea quae dixi, descriptione hac: sit aa. initium meatum, qui de ahorta & renibus proficiscuntur. cc. meatus descendentes ad c. pira testium. dd. qui ab his adsident testibus. bb. qui repetunt, scilicet quibus humor candicant continetur. E genitale. F. uelica. oo. testes. Excisus detrahitur uel testibus, meatus sursum se retrahunt. Vnde taurum aliquando excisum initu protinus acto progenerasse, saepe commemorat Aristoteles. Qui nonnullos damnauit, seminalem genituram in medullis inueniri arbitantes. In qua sententia & Platonem fuisse uidimus. Seminarij praeterea meatus illi reuolutionem anfractus quoque habent, ne libido uehementis crebra quoque citeatur. Testes autem ad hanc rem emollita natura est, motum enim excrementi genitales stabiliorem faciunt, nam & replicationem seruant. Nullam enim partem meatum

tuum testes complent, sed adiecti pendent, eo modo quo pondera texturas telis annectunt, his enim detrahit meatus intro se retrahunt, quo fit ne excreta possint generare, nisi ita retraherentur, possent generare, tauri superioris exemplo. Testes scroto atque alia interiore membrana tecti sunt, ut feruentur, & ut semen genitale perficiant, haud enim fieri potest ut frigentes, & gelidi possint retrahi, atque emittere genituram. Testes excreta in foeminam mutant, & uocem foeminae similem reddunt, & formam: nam & uires laxantur, meatibus seminalibus immutatis, quorum origo ex corde habetur, iuxta ipsum principium quod uocem moueat. Mutantur seminaria illa uasa in ea qua semen excernere possunt, atque. Pars illa quoque una cum ijs immutatur, qua immutata uox etiam muratur, maribus praefertim. Sublatis igitur testibus, tentio quoque meatum laxatur, quomodo in fiducula, & stamine sublato pondere, laxatis ijs principium quod moueat uocem, eadem ratione laxatur: principia enim quamuis magnitudine parua sunt, tamen facultate sunt magna. Hoc est enim principium esse, ut ipsum sit quidem causa multorum, sed ipsius nulla sit superior causa. Vidimus & gallinas ad sanguinem castrati sublata & excreta matrice, lutea ouorum nihilominus lumbis haerentia progenerant, quae tamen intra sese absumunt, nec oua edunt.

Ex quibus partibus penis conficit, ac testium dydimus, Cap. V.

Scroto ex rugosa cute media futura quadam distinguente constat: intus membrana, testes & parastatas ambit: illud ex pubis cute dependet, haec ab interiore, qua peritonaeum uocauimus: quam seminaria uasa utrinque transigunt ad testes, ab ea enim dydimus ortum habet. Nam sicuti supra diaphragma membranae omnes ab hypozoco ta superiore lateris utriusque membrana oriuntur, ita reliqua sub praecordis ab inferiori re ambiente intestina membrana peritonaeo originem ducunt, nam uenae & arteriae per inguina ad testes eo modo quo uasa seminaria, duplici tunica ueluti fistula obteguntur, ad interioremem membranam deferuntur, & ad singulos quoque testes protenduntur, quos geminos canales nonnulli uocant, Graeci κρεμασπρας appellant. Ab his altera ualentiore est, quae testes (ut diximus) continet edarion dicta. Penis uero supra pendet ex inguine cuti annexus, magis quoque quam cetera membra portione sui neruofus, carthilaginofus quoque existit, omitto arterias uenasque innumeras, cum pubis osse carthilagine committitur, & sacro osi neruis connectitur. Cutis ipsa plurimum sensus possidet neruofa naturae. Ex his partibus genitale constituitur, omnium membrorum solum inanitate quadam suarum partium gaudet, quas spiritus facile subit & inflat, facilliter quoque eo eualescente flaccescit. Cordi, iecori, renibus, spinae medullae, lumbis, ac cerebro pariter annectitur. Spiritu attollitur, imaginationibus, attractu uel odoris suauitate, unguentis excogitatis, quae & adulterum uel pertranseundo inuitant. Animaduertit Galenus utrinque geminos inueniri neruos, quos musculos alij uocant, quorum ductus spiritui inflantur & attolluntur, unde genitura profilit facillius, horum gemini utrinque per transfuersum feruntur a pubis orti, ijs penis ad umbilicum sursum uersus extollitur: si uterque munus suum complet, alioquin alterutro inualido in alterutrum latus reuocatur membrum, quod obtortum apparet. Sed de morbis iam uirilium partium dicere incipiamus, a genitales semine orti.

De uirij genitura, & de uirilium partium malis, Cap. VI.

Virij genitura profluuium, quam γονορροια Graeci uocant, saepe euenit, hoc praefertim tempore dum haec conscriberemus, ueluti enim pestilentia plurimos afflixit. Nam & per somnos saepe effunditur. At uirilium infirmitas pluribus molesta est, uxorem enim habent, nec progenerare queunt. Quosdam interdum rei ueneris impetus, quem περιπισμὸν Graeci uocant, nos ueneris concitationem quandam nominamus, Galenus κινναλκισμὸν uocat, plenitudinem & inuoluntariam tentiginem ex fumo spiritu ortam. Sunt & uerendorum alia uitia, pruritus ueluti, ulcera, epiphora, inflammationes, ramices, enterocoele, hydrocoele, bubonocoele, cum quibus & umbilici prominentis curationem ponemus: Demum quae pubertatem custodiunt, & psilothra subiungemus: sed de conceptu & partu, ac de abortiuo sequenti dicemus uolumine.

De uirili

De uirili genitura, & ex quibus partibus formam accipiat, Cap. VII.

Immodica ueneris incommoda

Quibus morbis proficit uenus.

Sectis post aures uenis castrantur homines.

Qui a uenere ledantur quicquid uentur.

Cum semen genitale proficitur emittitur, non sine magna uoluptate effunditur, principalium membrorum actione. In qua re assidua naturam maxime laborare certum, oculi caui, obscuri que fiunt, & in ipso actu attolluntur, mens nimia uenere como uetur, labant genua, nares extenuantur, renes tabescunt (ex Aristotele) ac uires languescunt, salacibus palpebrae fiunt, anhelitus defatigatur ac maleolet, sermo intercidit: quidam & in ipsa uentre periere, ob eam causam Democritus non ab re uenerem damnauit, ut in qua homo alius proficeret ex homine, eo genitili & prolifico semine: sensus omnes fere animales, uirtutes ac naturales, subducto spiritu facile tentatur, ac imbecillies redduntur. Constat tamen multa morborum genera primo coitu finire, sicuti potentia foeminarum mense, aut si id non contingat longinqua fieri, maximeque comitiales morbos. Quin a serpente & scorpione percussos, coitu leuari produnt, uerum foeminas uenere ea ledi, auctore Plinio. Est propterea raritas eius utilior, athlete tum torpentes restituntur uenere, uox reuocatur, cum ea candida declinat in fuscam, medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente capitis, & melancholicis, ac morbis omnibus pituitae causa ortis, ut Aristoteli placet: semen enim ex tertia concoctionis superabundantia fit, sine ulla damnata qualitate, qualis in foeminarum mensibus inuenitur. Sed genitius spiritus cum naturali calore geniturae substantiam spumeam, uiscosam, uel prolificam informat ita elatrescente materia: Aristoteles cordis id munus esse asseruat, Galenus uero iecoris, quod principium nutrimenti esse uideatur: & cum generandi potestas naturalis sit, & in eo membro haud dubio sedem habeat. Hippocrates cerebro fere soli eas uires attribuit. Propterea tradunt alij ea principalia membra uel aliae quoque corporis partes, ex quibus sudor quidam tenuissimus prolificus pariter reludando geniturae per uenas & arterias commisceatur: quo fit ut in rebus quoque minimis assimilatio oriri possit. Ex membris enim principalibus per uenas et arterias seminalis materia diffunditur, unde fit ut sectis post aures uenis castrantur homines, damnato semine. Alij testibus generandi potestatem omnem attribuunt, quando quidem relectis tota forma uocis, & habitudo ipsa commutatur, a toto enim corpore attrahere uel quadam tacita & occulta creditur. In seminalibus conceptaculis tantum interdum concocti seminis inuenitur, ut paruis ex interuallis ueneri ter quaterue aut saepius satisfiat, unde a propinquis uenis & arterijs geniturae duntaxat effundi indicio sit, & non ex omnibus extremis (ut putat) membris propterea post album semen ad sanguinem usque uentum est. Nam & ueneri assuetis, qui deinde tempestiue abstineant, lumbos & renes degrauari sentiuntur, ueterique subinde leuari. Tradit Galenus temperatoria corpora uenere in iuuentute fatigari, quosdam abstinentiam ledere, unde concoctiones stomachi cibi que tedium oriri solent. Alios melancholicos, & mentis commotos extitisse. Robustiores castitate plurimum ledi, & bile exagitari tradit Aristoteles, qui & melancholicos uenere saepe tenari in quae stionibus tradit, sed illos interdum felle suffusos reddit castitas, uel uirilginosos. Alij tentigine immodica non sine uexatione tentatur. Tempestiua uenere somnus conciliatur, uires reficiuntur, seuior animi impetus mitigatur, sensus capitis purgat, & excitat, stomachi concoctione, ac appetentiam praestat, aciem oculorum exacuit, genitalia fouet. Pituita morbos sanat teste Hippocrate, nam corpora exiccat, sicuti uigiliae immodicae, ut phlegmaticis adolescentibus contingit, unde calor excitatur.

De genitilis seminis incontinentia, & si per somnos effunditur, Cap. VIII.

Gonorrhoea, inquit Paulus, est profluuium geniturae inuoluntarium, quod continenter sine penis distentione profluit ex imbecillitate retentricis uirtutis. Eo uitio tradunt rabe hominem posse consumi. In comitialibus quandoque morbis id euenit, uel neruorum uitio, uel humoris expurgantia, tum enim sine metu profluit, uel humoris inconcoctione, quod & foeminis commune malum est, alba uocamus foeminarum profluua, uuluae saepe rheumatismo, quae rhoicis dicuntur, quae praenimio pudore quandoque periclitantur, interdum ex nimia caliditate, addita humiditate membrorum, magisque si a uenere diutius abstinerint. Tradunt & acutis humoribus irritari expultricem uim. Euenit ut si mulier ex ijs conueniant causa, materia superuacanea, mordens

mordens, ac liquida, cum profluuium nimium concitatur, uitium augent, ueneris somnia, imagines, cogitationes, contrectationes muliebres, uerba impudica, uel si alienos uiderit amplexus.

Nota huius mali, Cap. IX.

Importuna uenus, aut nimia abstinentia saepe causam ostendunt. Sed retentricis imbecillitas, aut profluuii tenuitas, nullam afferunt tentiginem. At exundantiam indicant corpus morbidum, & in profluendo quaedam uoluptas. Tenuitatem significat continuus fluxus uel in lincolo non glutinosus humor. Si uero in summa glande mordet materia, uel renes calidi sunt, urina uiridis, aut crocea, acutum profluuium denunciat, quod & uictus praecedens fidem facit certam. At cum penis intenditur, aut distentionem significat, aut uires expellendi uehementiores esse praefert. Ex infirma contentrice potentia corpus contabescit, ac corporis color in pallorem mutatur.

Curationes, Cap. X.

Ex materia calida & acuta, ocia iuuant in conclauis frigidiusculo. Verum si humiditas ac neruorum resolutio in causa est, in calido & sicco cubiculo locandus aeger est, in illa frigida iuuant natationes, in utraque causa frictions salutare sunt, damnantur ueneris colloquia, aspectus, uel auditus, corporis item exercitationes, somni que supinis corporibus uel in molli (ut dictum est) pluma. Ex humida causa balnea calefacientia, ac exiccantia profunt. E diuerso in calida causa frigida ac styptica ualent, qualis est agnus siue ligos, quam uirgines in thesmophorijs aduersus ueneris impetum, sibi sternebant. Alij plumbi laminam lumbis imponunt foraminulentam: profluuium enim sistit, & uentris impetum mitigat. Exundantiam uero humoris frigida ac styptica cibaria iuuant, exigui tamen alimenti, tum & ieiunia profunt, nam & caro gestu atricta conuenit, uel cum myrti baccis condita, uel citri succo acri, uel similibus. At mordacitatem comprimit, lactuca, portulaca, stulla caro, ac agnina, capita, ac pedes, farris omnia genera, pulres, & acetosum lac. Tenui uero profluuii styptica calefacientia medentur, uel quae condensant, quod pulste uel lente dempro cortice occurrimus, uel faba cum aceto, ac tritico in cibarijs uel farre. Ex retentricis imbecillitate, lumbos ac ilia uino styptico, aut melino uel cenanthino fouemus, inquit Aegineta, exinde diaphoenico cataplasmare opus est, & melino cenathe, acacia, hypocythide, malo granato, ac similibus, lentis decocto, suffitu, uel rubi ex uino uel aqua, nam & cibus, inquit, ex arefacientibus deligitur, si uirum imbecillitate contigerit, quae ualidiores aegros efficiunt danda sunt. At si expultrix nimium concitata fuerit, quod saepe euenit, cum refrigerantia ac styptica ualere dicuntur, nam & asplenon cum ouo sorbili si deuoratur aliquibus diebus, aut arida aut uiridis iuuat. Vell si per somnos semen effunditur, si uitium ex nimia humoris exundantia euenit, iecorariam uenam praecidito, aliqui a talo praefertunt. Si per remedia non occurrit uomitiones iuuant, auertunt enim materiam a lumbis & renibus. At ex acuto mordacique humore per uentris deiectionem humoris prauitatem educimus. Sed humiditatem nimiam dissoluentem balanis citrinis firmamus, similibusque remedijs.

Pasulli ad geniturae profluuium, Cap. XI.

Habet seminis cucumeris, lactucae ana 3. i. camphorae oboli dimidium, opij gran. i. detur cum syrupo nymphae, alij in duas partes distribuunt. Aliter ex humoris mordacitate, continet rosarum rubearum drach. 10. seminis lactucae, portulacae ana 3. 5. seminis cucumeris, floris nymphae ana 3. 3. camphora una, sesquidrachma modum facit ex rosacea pota. Aliter ubi nulli infestat mordacitas, castorei 3. 2. rutae, maioranae, seminis hyoscyami ana 3. i. nucleorum mali granati drach. 16. drachmae p. modum praestat. Medicaminis genus est in quo par facultas est in exiccando, constat ex lactuca seminis, urticae, agni, rutae, hyoscyami albi ana drach. i. garyophyllorum, menthae, maioranae, matichis, xyloaloes, styracis, calami odorati, doronici, carpobalsami ana drach. s. lapidis haematitis, balauistorum, caliculatorum glandis, seminis crocini rosarum, camphorae, opij ana 3. i. cum rhodomelite composito, mane dabis drachmas ternas. Aliter cum mem-

cum membra & conceptacula seminaria resoluta fuerint, habet cubeborum (quæ carpe
sua uocamus) floris crocini, rosarum, menthæ, calaminthæ, maioranæ ana ʒ. 2. carpopalla-
mi, garyophyllorum, seminis rutæ agni ʒ. 1. melle trita excipiuntur. Liquidam genituram & effluentem
cohibet sceniculi, menthæ ʒ. succus cum saccharo in syrapi modum componitur, cum
myrti aqua bibitur: idem succus genitalibus iuuat, nam & si mânis imponitur lac nu-
tribus inspissari traditur. Inter nobiles confectiones ea traditur efficacissima proxi-
mis celebrata autoribus, nucis pinæ, aqua calefacta prius lotæ, pistaciorum, seminis cu-
cumeris, cucurbitæ, passulæ ana ʒ. s. cinnamomi, macis, sem. anisi, agni ʒ. ana drach. 1.
garyophyllorum ʒ. s. cum sacchari libra conficito, neque alienum est ex meatuum infir-
mitate inferiores partes uerbenæ decocto sape fouere, uel rutæ semine ex aceto. Men-
tha præterea peculiarem uim possidet in aqua uel mulso cocta. Quibus genitura ualetu-
dine effluit, utrunque genus cichorii prodest, ac utraque scriis, alterno dierum potu, &
nasturtium profluuium genitale sistit, nympha ruta commaducata, ideo generationes
eo cibo impediri tradunt, menthastri succus, mentha maribus ac fœminis genitale semē
densat, quidam lumbis ac renum parti plumbi laminas adalligare docuerunt, quæ impe-
tum cohibeant, & uires corporis studiorum labore custodiant. Genitalis seminis inco-
tinentiam continet semen aristalthæ tritum & potum, uel adalligatum brachio genita-
le non continentium. Non multum à salice distat uirex foliorum quoque aspectu, nisi
odore gravior esset, sed Græci *λίζορ* uocant, alij *αζορ*, quoniam matronæ in thesmopho-
rijs Atheniensium castitatem custodientes ijs folijs cubitus sibi sternebant. Hæc uete-
res obseruare inter simplicium naturas. Sed prodest & lactuca uel ea maxime quæ ob
effectus eunuchion dicitur. Portulaca item quoquo modo commaducata. Lac quo-
que uel quod acidulum est, lens ex aceto dempto cortice, faba, pisum ʒ. ac farris genus
omne, puls item, ac polenta, caseus ʒ. recēs, amyllum, oryza, ac oua sorbilia agglutinat,
uinum nigri acerbis saporis. At posteriores medici gallam laudant, triticum per se com-
maducatum, corticis oui cinerem, uel ceruini cornu, succinum farinæ modo tritum uel
glandem, semen anethi ʒ. 2. pondere in aqua datur fœminis in potu, nam alba eorū pro-
fluuia sistit: Iuuare tradunt si genitales partes inungantur eo medicamine, habet olei
myrtini, costini, lentiscini ana ʒ. 1. ceræ drach. 3. seminis menthæ, rutæ, garyophyllorum
ana ʒ. 1. Aliud ex calida causa, rosacei, myrtini ana ʒ. 6. cucurbitini, nymphae ana drach.
1. mucoris psyllij, seminis ac mali cydonij macerati in aqua rosacea ana ʒ. s. farinæ sanda-
li, albi ac rubentis, terræ lemniæ, glandis farinæ, acacix, myrti seminis, lapidis hamatidis a-
na drach. 1. camphoræ 2. Addunt alij hyoscyami succum, ac strychni, cum aceti exiguo.
Aliud uehementius in lumborum ardore, continet olei mandragorini, rosacei, myrtini,
mali cydonij ana ʒ. 1. unguenti ex germine populeo ʒ. 3. opi drach. 1. masticis ʒ. 1. s.
gallæ in maturæ tritæ drach. 1. s. ceræ quantum uis, pro ipsitudine addes, mire enim re-
frigerat, atque condensat. Interea cauendum ne diuretica assumant, & quæ uentrē emol-
liunt, ne materia ad eas partes importune ruat. Medicamentum quo genitura liqui-
da inspissatur, atque cohibetur, habet balanorum omnium ana ʒ. zingiberis, machir, cin-
namomi, garyophyllorum, galangæ, seminis urticis, nucis muschatæ, cardamomi, xyloa
loës ana drach. s. rosarum, menthæ ana ʒ. 2. sacchari albi quantum satis sit ad ea cogenda,
tragemata enim conficiunt, cum uino tenui datur mane. At si macie consumuntur cor-
pus, quæ reficiunt uires atque quæ corpora tabe consumptis implent danda sunt, de qui-
bus à nobis iam dictum est.

De uirilium infirmitate, Cap. XII.

Quibusdam ueneris uoluptas ex toto uel sublata uel segnior efficitur: senectus e-
nim & quæuis frigida habitudinis ætas difficulter coeunt, quod sit uirium defe-
ctu, aut uirilitalis imbecillitate, aut quia semen ipsum intus non progeneratur, aut uix
emittitur. Scimus quosdam cum in uenere coniugali essent, uel promptiores, facta in-
ter eos de re tristi mentione, ita ab opere imperfecto solitos desurgere, ut ueluti inter mor-
tuum elanguesceret genitale membrum: quosdam in coitu sordidum auditum uerbum
de uenero diuerticulo perturbat. Alios eò improba & nephanda uenere dicitur exci-
tari per-

tari peruersa naturali uoluptate. Verba quædam extinctæ uirilitalis speciem præstare no-
uimus. Et quosdam uxores maleficis quibusdam nunquam cognouisse, subducto uiri-
litalis spiritu, nec unquam reuocatos. Alios uerecundia tenet, nonnullos metus ipse, tot
modis suspenditur cum animo coitus. Religiosis diuturna castitate uirilia contrahuntur
& consuetudine segnitie oritur: pari ratione nutritibus, sublato puerperio, mammae
resiliunt. Seminis uero materiam auferunt, aut comminuunt, fames, uigiliae, exercitatio-
nes, uel continuati labores, atque omnes pariter conturbationes. Pleni que paral, si ini-
re nequeunt. Diximus in collectionibus nudis pedibus ambulantes uenere non accen-
di, quoniam corpora exiccant, atque refrigerant, ex Aristorelis sententia. Quidam nati-
rali habitudine uenere non amant, ut qui præparci sunt animi, ac senes. Hermaphrodi-
tis, quonia in diuersa distrahitur natura, infirma existunt uirilia. Eunuchis, spadonibus-
que, sed quibus excisa uniuersa sunt genitalia, ueneris usus ex omni parte sublatus est,
tales ad custodiam concubinarum nolunt reges Aegypti, concubinum eunuchorum
etiam inanem tenentes. In uenere segniores sunt quibus spina uel caput, atque ceruix
perculsa est, uel uenæ quæ post aures feruntur, si incisæ fuerint. Et quibus & st. machus
inualidus & renes infirmi sunt: ijs tenuia crura cernuntur, nam salacioribus, & qui ea re
plurimum supra uires utuntur, ijs crura extenuantur, atque oculi interius resident, nam
inter omnia animalia, homo ac equus libidine plurimum dissoluitur, quoniam plurimū
seminis demittit. Qui longa uirilitalitate procreati sunt, ij uenere serius accenduntur sicuti
multi Aethiopum cernuntur. Aestate præterea uiri, fœminæ hyeme minus natura uene-
ri incumbunt, ex autore Hesiodo: testes eo tempore languidi pendet, qui hyeme resiliunt.
Vnde per cauillū segniores in coitu euronotho asilari, fœminæ uires obijciunt. Contra ui-
ris per hyemē, mulieribus per æstā uenus alacrior est, quod uiris calidior, ac sicior na-
tura sit, mulieribus aut humida frigida ʒ. existat. Vnde & qui minus pilosi sunt minus
uenere infestantur, nuditas enim frigidity indicat: hos sequuntur & præpingues. Ischi-
adicis præterea, & quibus nuper naricæ excisæ sunt, minus coeunt: & profluuiū itē uri-
næ infirmitatē uirilium efficit, nam pinguetudinē renum ac robur absumit. Balneatorū
bus fere semper uenus infirma est, nimia enim humectatione læduntur. Tabellarios lon-
ge equitationes, qui cursu, uel immo dica successione quatiuntur, solent offendere.

Quibus uis infirma genitalia dignoscantur, Cap. XIII.

Si ueneris usus præter consuetudinem cuiuspiam eripitur, membra grania redduntur,
Scum cibi tedio, nam & sensus obtunduntur, sine ʒ. ratione iracundus efficitur, sudo-
re ʒ. membra madet, & in uenere lassescit, & cum sudore ab opere imperfecto exurgit.
Ex habitudine frigida semen ab uide fluit liquidum, uel spore interdum destillat, sine uo-
luptatis nota, tum infirma uirilia sunt, frigidi ʒ. renes. Si paralysis uicio contigerit, geni-
tura per somnos etiam num effunditur sine ulla ueneris auiditate, ut Aegineta scribit,
tum nec penis intenditur: exemplo tamen constat in ea genitalium resolutione, aqua fri-
gida perfusa uirilitalitate ad uenere concitasse. Tum semen paulatim destillat, & faciem
pallor occupat, & membra macie consumuntur. At nonnulli à diuerso nimia calidita-
te offenduntur, qua spiritus naturalis, priusquā profiliat semen, ante corripitur. Siccita-
tem ostendit seminis exiguitas, sine ueneris auiditate. Verum melancholicos quosdam
tradit Aristoteles, uenti affluencia in uenere facile concitari: sed illos corporis macies,
ac sanguinis inopia indicat, hos balnea iuuant, & quæ bene alunt cibaria. Sed distempe-
rantia composita frigida ac humida notas ostendunt, seminis aquosi ac liquidi affluen-
tia. Contrarias uero qualitates contrarie ipsi geniturae notæ apparent, cum corporis
caliditate, nam & genitalia pilo hispida cernuntur. Sed omnem pariter distemperatiam
demonstrat uictus præcedētis ratio. At si uicio iecinoris & renum fuerit, cibi fastidium
aderit, ac faciei pallor, cum cæteris cachecticæ dispositionis notis, ex quibus macies se-
quitur. Ex cordis uero origine frigida ac humida, penis nunquam intenditur: si uicio-
sum fuerit & præparci animi & nihilominus seminis adest exuperantia, tum enim pul-
sus tenuis, ac mollis, frigidiusculum ʒ. corpus apparet: cerebri uicium adiudicamus,
cum sine ulla ferme uoluptate semen profluit, uirilitalionis enim sensus deficit, nam &
reliqua membra stupore quodam tentantur, oculorum acies obtenebratur. Si à per-

P cuffio-

Eunuchion la-
tuce species.

Alba profluuia
fœminarum si-
stunt.

Ardori lumbo-
rum coueniens.

Quæ semen rui-
nuant.

Nudis pedibus
ambulare.

Intemperiei su-
gna.

cussione uel lapsu ex alto fuerit. At si membra superiora integra sunt ac bene ualent, cum seminis affluentia, ex calidiori ac ficciori qualitate uitium oritur, quam rem & genitalium densa pilositas arguit, difficulter penis turget, atque ad uenerem xgre concitatur, uerum quæ inflant remedia proniores reddunt. Si uirilitas demum carmine (quod sæpe fieri solet) aut ueneficiorum iniuria intercepta fuerit, sine ulla corporis iniuria, aut membrorum uitio, primitiua uel causa euenire haud dubitamus.

Virilitas adempta carminibus.

Curaciones ad uirilium infirmitatem tam communes quàm propriae, Cap. XIII.

In communi quæ uenerem concitant, & seminis copiam faciunt, quæq; inflant dari possunt, sed specialius cuiusque parti laboranti subueniendum est. Iuuant ob id delicatiores cibi, qui maxime alunt, ac uinum meraciusculem, quale creticum est dulce, muscum redolens, omnium suauissimum. Cauenda sunt, quæ genituram comminuunt, & exsiccant, quæq; spiritum dissolunt, siue cibaria, siue potiones, aut medicinarum mixturae, quibus ueneris auuiditas inhibetur, ut mox dicemus, qualis portulaca est, ac mentha commanducata. Damnantur pariter acetosa & styptica, ac stupefacientia, præter papaueris albi semen, cuius succus modice spiritum mouet, & genitale turgidum reddit. Iuuat optatus contuitus & amplexus uirginis, ac suaue olens anhelitus. unguentis spiritibus reuocatus ueneri fauet. Et languescentem uenerem excitant alieni si conspiciuntur nudi amplexus, quibus subinde grata & formosa blandatq; cõiunx proniorem maritum excipiat. Iocosa fabulæ, uenerisq; cantus, uel pro tẽpore impudici uoluptuarij q; ceteri actus, alio qui damnandi, maritos segniores ad uenerem stimulant, omneq; hilaritatis genus inter ferta coronasq; suadelam abunde inuitat. Hac non porcis, adulterisq; sed maritis duntaxat dicta sũt, quibus uirilitas infirma sit.

Papauer albu.

Ad id uitium si paralysis causa fuerit, ex Paulo, Cap. XV.

Si paralysis uitio fuerit, peculiariter ualere traditur ascalabotes si comburitur, oleo enim dissoluitur, & pollex pedis dextri illinitur, sed si subinde eluitur, ueneris auuiditas finiunt. Nam & diascalaboton pharmacum ob id efficitur. Sed in potu ea in primis excitare dicuntur. Piperis conariõ, petroselinum, ramenta ceruini pudendi, terebinthina q; æquis portionibus, melle ea excipiuntur. Aliud, cicris crudi corticis ꝑ. 2. eruce seminis, piperis ana drachmam unam, ex eodem melle cõponuntur. Satis est binas drachmas assumere, cum mero. Et satyriaca compositio multifariam fieri solet, quæ huic malo subuenit. Considerandæ, inquit idem autor, ceteræ causæ sunt, quibus omnibus proprias curaciones adijcias, Hæc Paulus.

Ascalabotes id est, sellio.

Quæ uentrem excitant aut corroborant, ex posterioribus, Cap. XVI.

Infirmas in uiris, qua segniter agitur, aut ex toto aufertur, si in foeminis id malum est, profedanum uocant. In demortua igitur uenere ex qua & mentis obliuio & corporis quædam resolutio est, eam restituere potest oui forbilis uitellus, caro mollium auium tosta, perdicum & phasianorum & eius quæ attagena uocant, ac gallinaceorum testes, auium ac hcedorũ, ac ueruecis, item anniculi, ac parui uituli si costi dantur in cibis, uel leporini. Laudant & passerum masculorum cerebella, cinnamomo condita, uel stincci aridi farina. Alij colubinos pullos præferunt. Ex piscibus, delicatiores subueniunt aromate cõditi, quales anguillæ ex Benaco lacu, carpiones, lupi marini, lumbrici fluuiatiles, & his similes. Alij testes cum lacte decoquunt. Interea uinum dulce & suaue mire subuenit, obest acerbũ, nullarum uirũ, acetũ item, & omnis pariter acrimonia, olera itẽ. Sed aqua ferrosa iuuat, damnatur frigida quæcumq; sicuti & balneum. Mulla croco adiecto auuiditatem augere prædicatur, si non despumata fuerit. Vitex quæ agnos dicitur lac augere perhibetur, sed geniture affluentiam tollit. oua forbilia iuuenũ gallinarum, quæ irrita & zephyrina non sũt, columbarum, turturum, anatum, ac perdicum similia q; auium, uel strutiocameli, cum zingibere, ac stincci sale mire uenerem stimulant. Qua item passerum, uel delicatorum piscium adiecto plusculo farinæ piperis, sed calida sumenda sunt, seminis copiam faciunt, sed fluuiatilium quorundam ueluti mulorum uentrẽ acrius turbant. Vituli medulla cum butyro bubulo, consperso aromate, idem præstat. Vua dulcis, præpingues fici, nuces pinæ, pistacia, passula, amygdalæ, auellanae, ac iuglandes recentiores addito aromate, ac saccharo. Lini semen, ac gossipij, barbaræ nucis semen, ad genitu-

Vitex.

ad genituram facit, nam corpora auget. Agninam carnem uulgus pro obsonio habear, siccer atrum ac fabam inter cibaria. Rapum item, ac napum, cum panice radice, satiuæ, ac erratica. Oua cum cepis fricta auuiditatem conciliant, cerui genitale, uel damæ peculiari potentia iuuant. Fraxini semen, ac palmæ flores ualere creduntur. In re pistoria panis similagineus recens infirmitatẽ custodit. Ex externis herbis nuper in Italiam uenit cynara, alias familiaris, cuius pinea commanducata uenerem conciliat: semen quoque anethi & eruce præcipue laudatur cum sale sumptum. Inter omnes herbas lactuca maxime damnatur. Uenerem inflammat per se stincus, crocum ualeat, & helenium, abrotoni ramus si subijciatur puluillo stimulare creditur: scolymon uenerem concitat in uino, Hesiõdo & Alceo testibus, qui florente ea cicadas acerrimi cantus esse tradunt, & mulieres libidinis auuidissimas, uirosq; in coitum pigerrimos scripsere, ueluti prouidẽtia naturæ hoc adiumento tunc ualentissimo, asphodeli radix perunctus aut bibentibus ex melle, uel uino cocta. Uenerem fatigato corpore succurrit scandix, marcescentesq; senio iam coitus excitat. Iascione stimulat, semenq; tricocci, orminum, quæ semine cymino simile est, cætero præsio. Semen erebinthi in uino potum excitat, uulgaris harũdo recens trita, & in uino pota, tenuis scammonæ folia illita, radix a xyphio superior data in uino ueneris appetentiam facit. Item quam cremon agrion uocant. Sed mirabilis est orchis, eius radix maior ex aqua pota uenerem stimulat, minor ex lacte caprino inhibet. Satyrion in ouillo lacte nervos intẽdit. Illita sedat uel per se trita, marisculæ radix. Erythrococtum stimulat radice pota in uino austero, ideo arietibus segnioribus in potu datur, mollior pars radicis cynosorchis in lacte caprino a uiris bibitur, durior ad inhibendos. Foeminarum auuiditates ad infinitum augentur semine uniuiculis aristal: hæc asperso genitali uel cubili, ut Xenocrates tradit. Item tres radices iuxta adalligatas. Accendit & rostrum stincci, & pedes in uino albo poti, utique cum satyrion, & eruce semine singulis drachmis omnium, ac piperis duabus admixtis, ita ut pastilli singularium drachmarum bibantur per se laterum carnes obolis binis cum myrrha & pipere, pari modo potæ efficaciores creduntur, concharum & ostrearum omnia genera, testiculi equini aridi, ut potioni inferi possunt. Testis asini dexter, aut genitale porcinum uel taurinum. Asini a coitu spuma collecta roseo panno & inclusa argento, alij genitale in oleum feruens mergi iubent septies, eotq; perungi pertinentes partes: quidam cinerem ex eodem bibi, uel tauri a coitu urinam luto q; ipso illini pubem, lutea ex ouis quinque columbarum admixta adipis suilli denarij pondere, si ex melle sorbeantur, passeris in cibo uel oua eorum, gallinacei testes sumuntur. Tegumenti testudinis farina libidinem accedit. Cochlearum fluuiatilium carnes sale adseruata, concitant in potu ex uino data. Rapum & eius semen magisq; si conditur ruta: staphylino certa uis, ideo conceptus adiuuat: si fer erraticum aceto lasepitiato sumptum, aut ex pipere & mulso, uel ex garo. Porrum sectiuum, melius capitatum. Allium cum coriandro uiridi tritum potumq; ue è mero: bulbi uel semen in uino potum, semen asparagi tritum trium obolorum pondere, parte cymini potum. Concitat aqua in qua asparagus decoctus fuerit, pota ad heminam. Item & semen eius ualeat cum anetho tritum ternis utriusque obolis. Ocimi semen, eruce folia syluestris in aqua mulla pota. Anisumq; cæteris admixtum. Hæc ex Plinio accepta referimus.

Cynara.

Orchis.

Foeminarum auuiditates quibus augentur.

Recentiorum medicorum mixtura ponuntur, si ex frigida causa languet Venus, Cap. XVII.

Lactis pond. cum cinnamomi uncia, cõtinuis diebus quadraginta, si bibatur, refice lac languentẽ uenerẽ excitare. Lac item iuuat mirabiliter in quo bulbos maceratos impolueris, per multos dies id fieri oportet. In lactis quoque hemina mannæ, hoc est roris syriaci binas uncias adijcito, seruefacito q; ad mellis spissitudinem, uitro seruabis, mane sumito unciam, uenerem ad infinitum auget, eam inhibet strychnæ, ac feris si superbibuntur. Consumptos in Venere reficit lac cum cinnamomo biduo potum. Aliter, gallinaceum pinguem uero tempore dempta cute & interaneis sale fartum in umbra suspendito, donec arefiat, mox illum exosfato atque unã cum sale conterito, in uitrea hamula ad usum seruato, obolis duobus si bibitur, mire uenerem concitare dicitur. Costum cum melle & uino potum

Lac languentẽ uenerẽ excitare.

Venerẽ cõsumptos quæ reficitur ant.

potum semenque urticae ex mero. Aliter, gallinam pinguem frustatim concisam in olla ponito unam cum atro cicere quantum manu prehendi potest, & denas albas cepas, salisque quantum opus sit, unam feruefiant, ius potum efficaciter subuenit imbecillitati tum mane tum uespera. Verum a cena, manna cum lacte bibere conuenit. Aliter, carnis succi pondo sumito, cepae succi, ac eruce syluestris ana 3. 3. napi & ciceris decocti libra, salis 3. 1. s. croci uero dimidia, zingiberis, piperis, galangae, macropiperis ana 3. 1. haec linteolo deligantur, ac unam feruefacta donec dimidiu superfi, percolantur, mox lutea ouorum quaterna coniunguntur, sumuntur calefacta cum melle panis recetis. Aliud defectus ueneris, inter cibaria orientis populis familiare, oryza cum lacte discoquunt, donec bene granum saturet, adde paulatim gallinaceum ius, saccharum atque cinnamomu, cum mica salis. Iuuat etiamnum palmae ex lacte cocta. Metha quoque si recens est, & stomacho & uirilitati, quoniam humida est, confert. at arida quia calida & sicca est, intempestiuam uenerem cohibet. Alij aliter referunt, uirilia nanque humiditate languescencia, sua siccitate ac caliditate fouet, propterea genituram fluentem continet. A salacioribus inuentu est, passeris pinguiusculos comanducare, & sicut lactis hausu extinguere sine uini potu, neruos enim intendit & genituram auget. Alij ex plebe, oua cum cepis & butyro frugunt. Aliud cibarij genus, quod defectus senibus, uel lassus ueneris subuenit: Pisces saxatiles ex fluminibus in patella oleo friget, & cum eo aromate comanducabis, habet galangae, macropiperis, cinnamomi, cardamomi, zingiberis, nucis Indicae, croci, stinci non carnosum ana 3. ternas, nucis pineae nucleorum, pistaciorum, auellanarum, palmularum, passulz ana 3. binas, unam cum mero conficiantur. In geniturae defectu ex calida & sicca habitudine, lactis recentis hemina unam, mannae syriacae dimidiam, unam feruefacto leta flamma, ad mellis spissitudinem, ex eo cibario cochlearia duo uel tria assumere satis est. Sed iam ad alia medicamina transeamus.

Medicamina ad infirmitatem uirilium. Cap. XVIII.

Libidinosi senis faceret exemplum.

Quidam a nobis nobilis Venetus quaesuit, ut aliquo adiumento senectutis effectam uiriliter reficerem: septuagenarium hominem demiror claudu, hemiplexia debilitatum, tam impudenter lenocinia adhuc per uicos perquirentem: rogati capulari seni diasatyrion concitatorium promissimus, at diaphoenicon medicamentum abstulit hilaris senex, quo assumpto, inter meretricis amplexus, saluariaque oscula pigritanter uenerem primum demirans ac subinde damnans, turbato uentre ad fellam propereare cogitur non sine intestinorum tormentis, atque eo modo alium decies exonerauit stolidus homo. Tradunt nonnulli superiorem radicem gladioli sagittalis tunfam & in potu datam ex mero uenerem concitare, inferiorem uero inhibere. Alij garyophylli semidrachmam ex lacte mane potam idem praestare. Cynosorchim Galen. laudauit inter omnium simplicium facultates, si turgidior sumatur, reliqua auiditatem compescit. In eo ferè genere sunt quos tragos Veronenses uulgo uocant, radices dulces sunt gustu, sed manducamentum expuere necesse est: in fluminis Athesis sabulosis feritur, leui folio & bene soluto radices ferunt quae marcescentes plures generant, folia emittit carecti similia, sed minora, cum cespite euelluntur, lauantur, ac sole siccantur. In Africa quoque feruntur, uerum multo minores, uenerem excitant, barbari grana azalem uocitant. Sed inter fructus fraxini foliatum semen laudatur, auis linguae simile. Refert Theophrastus ad rem ueneriam mirum in modum herbam pollere, quam Indus attulerat: non enim solis edentibus, sed etiam tangentibus tantum genitalibus, uim dixere uehementem ad eo fieri, ut quotiens uellent coire, ualerent. Et quidem qui usi fuerint duodecies egisse dixerunt. Indum autem ipsum, qui uel magno, atque robusto corpore erat, septiesdecies aliquando coiuisset fatentem licuit audire. Verum emissionem seminis guttatim fuisse, demumque in sanguinem deuenisse. Mulieres uero uehementius excitari libidine, cum eo medicamine usa fuerint, dicebatur. Haec igitur uis, si uere narratur, mire omnes excedit naturas, tamē quaedam constare, quae ueneris uires conciliarēt, haud quaquā inepte putaueris, haec Theophrastus. Sed compositiones quaedam subiungemus, quae in uniuersum libidinem excitant, habet nucis pineae nucleorum pistaciorum, auellanarumque omnium 3. 1. s. sem. uillosi gossipij, stinci arefacti, non uetusti ana 3. 4. radices satyrj recetis sub cinere tosti 3.

Compositiones ad uenerem languentem.

tofti 3. 3. penidiorum, butyri recetis ana 3. 3. sacchari albi ac mellis quantum opus sit ad ea cogenda. Addunt alij staphylini semen, eruceque, florum palmae, zingiberis albi ana 3. 4. galangae, cardamomi ana drachmas. cinnamomi, sem. napi, cepearumque ana 3. 1. & sacchari & mellis pro specierum modo superingerunt. Coccatricem uim mirabile habere praedicant eam mixtura: Anacardi melliginē, & mel atque butyrum bubulu paribus portionibus miscunt, & ad usum feruant, fabae Graecae magnitudine deuoretur dormituris, tota enim nocte neruos intendere tradunt: alij ex mero bibi iubent. Aliter, stinci cauda 3. 1. s. sem. napi, pastinacae, cepae albae, urticae, eruce ana 3. 1. piperis albi, nigri, ac macropiperis ana 3. 5. pyrethri 3. 10. seminis fraxini decorticati 3. 6. passerulorum cerebella 15. gallorum testes 7. pineae nucis nucleorum 3. 3. s. cum butyro & melle tunia conficiantur. Addunt alij satyrj radices uirides recentes 20. anisi, cinnamomi, seminis bulbi ana drach. 1. musci odorati obolum, mane uel uespera ante cenam dari potest ex mero. Alij in cataportia hoc modo digerunt, caepe seminis albae, satyrj radices, florum palmae, thuris masculi ana 3. 2. cum mero in cataportia digeruntur. Languenti & demortu in senibus ueneri, eruce seminis 3. 16. cymini 3. 6. piperis longi 4. sem. portulacae 2. ex melle pilulas conficito. Ex causa uero calida, semper uim succo genitalia ungit, nam & foeminis uoluptuariam titillationem praestat. Cerui cauda nuda pilis cinis mero dissolutus, illitis genitalibus, ueneris rei impetu facit non sine offensione, ut scribunt. Aliter, pyrethru cum myrobolani oleo uel balsamino, uel cum euphorbio & musco, scrotum & circumstantes partes illinunt. Aliud unguinis genus, succi eruce syluestris, ad pis. uulpini ana pares portiones, radices satyrj imponito, feruefiant bene, adde cere exiguum, ac semen cepae albae, ac eruce, laurique baccas bene tusa sint omnia & comisceto, renes & genitalia inungito. Nec ab ulla denique parte desinit quaerere remedia libido, ac successione desiderium. Nam & in alium infundunt quae uenerem conciliant, caput arietis citra bimatum in aqua discoquunt, & pedes pariter feruefaciunt, unaque tritici selibram contracti, ciceris atri siue arietini tantundem, seminis carthami, foenograeci, anethi, pastinacae erraticae ana singulas uncias, seminis apij, ami, radiceque satyrj numero 20. Tum percolati huius decocti heminam cum butyri uncia, oleique amygdalini tantundem singulis diebus infundunt. Aliter, ius passerum pullique eorum columbaei testiumque pariter arietis ad heminam infundunt, lassam uenerem instaurat. Addunt alij ouillum seuum, cum lumborum carne, hoc dinamque medullam, addita olei sesamini & butyri uncia, lactisque ouilli selibra, mane enim exonerata alio infundantur. Alij in folio inungunt uolas manus, ac pedum plantas, testes, ac sumen oleo sesamino in quo pyrethrum, euphorbij, gummi, cum musci exiguoincocta fuerint, subuenit enim languenti ueneri, senectutis praesertim, sed cibarijs prius uti debet praecipui alimenti. Alij pudenda inungi tradunt melle in quo pyrethrum, & si napsi semen cum aphronitro incocta sint: auiditatem enim mire concitari dicunt. Sed regum impensa est, cum opobalsamo uiriliter inungunt, ueneris impetum excitat, & genituram subinde mouet, & si renum partes cum mero diluto musco inungunt. Alij euphorbium ac pyrethrum unciae singulorum pondere ex aqua feruefaciunt, cuius decocto uirilia perfundunt. Sed caueant euphorbij uirus, plus quam sit uerisimile auiditatem auget. Aliqui ex ouis formicarum unctulum conficiunt, ea in oleo in gemino uase feruefaciunt, in quo semen cepearum, & eruce tritum cum euphorbio, & castoreo infundunt paulo cere addito, atque ita uerenda inungunt. Quidam aliter conficere tradunt, pyrethri drachmas binas, cinnamomi unam, euphorbij dimidiam, tusa cum oleo sesamino, pectem cum uerendis illinunt, plantaeque pedum bene conficari debent, demortuam uenerem mire excitat. Sequuntur quae mulierum uenerem inflamment.

Quae mulierum uirorum uenerem inflamment. Cap. XIX.

Reliquum est ut foeminarum auiditates quandoque excitemus, ut ad suscipiendam (si opus est) prolem inuitentur. Ea enim ratione (ut inquit Plato) in foeminis uulua uelut animal generandi auidum, cum per aetatis florem contingit ad uenerem excitatur. Et fecundo ob id semen efficiat, non id quod in uenere ferè omnib. foras prorumpit, sed id quod in mulierum locis cum uirili genitura pro generatione restagnat, ex uenarum & arteriarum fibris multiformiter intus conspersis cauo matricis colligitur. Quod

Ex spinali medulla semen.

in ovis euidentius candidum efficitur prolificum ex quo auis membra constituuntur, agente in primis ac constituyente masculino semine. Ex medullæ nanque spinæ substantia, utraque semina fieri Plato asserit, ex qua animalium uarias figuras pro cuiuslibet specie oriri tradit diuino semine ita agere, propterea medulla globosa & undique teres à summo deo fabricata est, unde encephalum uocitarunt. Paulus uitiuum satyriasmum uocitauit, genitalis intenti motum, ex quadam seminariorum uasorum inflammatione, & nisi motus ipse conquiescat, seminaria conceptacula, paralytica efficit, aut spastica, subitoque intereunt morientibusque inflatur uenter, frigidus item sudore profluunt membra: raro hic morbus apparet, sed foeminis magis excruciat. Mirum est quod in castris uidimus ad Tarum in Parmensi agro, in pugna aduersus Gallos, nuda erant cadauera passim per ripas fluminis iacentia, quorum inguina mire supra modum magnitudinis intenta erant, solis (ut puto) uapore, ac hesterni imbre, quo corpora perfusa fuerant. Caterum uiuentibus habitudo sanguinea, ætate, ac uiribus, naturali que robore instigante, ueneris rei impetum facit, adeo ut non sine cruciatu id eueniat, nam & ægrum uigilare cogit. Quidam spe salutari auxiliorum decepti sunt, inunctis renibus, ac genitalibus astringentibus, ac refrigerantibus, seminalem materiam inhibentes, unde natiuus calor corruptus est, ac uiuidus ille animalis spiritus cum memoria hebetior redditus est. Ea ueneris intemperantia, quam nonnulli supra uires sequuntur, uires eneruat, studiorum amoenitates perturbat. Oppositas cum superioris ualitudini affectu causas habet, sed eadem quandoque principia sunt, sicuti qui diu sese à uenere abstinerint, uel qui medicamentis stimulauerint, aut bene alentibus cibarijs, oculis inuitatibus, ac frequenter de amore cogitantibus, fauet ipsi genitalium naturalis feruor, ac seminis ipsius uis quædam pruriens, ac spiritus quædam immodica concitatio, qua nerui supra modum intenduntur. Ex ea ueneris inflammatione, oculi faciesque rubore suffusa est, ardet præterea urina, uenæque in corpore turgent. Meatus tum seminarij, inquit Galenus, robustiores sunt, & intermissa uenere, aggeratis in uenis humoribus, fauentibus oculis uis illa intemperans hominem inquietat. Melancholicos præterea hypochondriaco morbo laborantes satyriasis alia ex retento spiritu sæ affligit, Hippocrate autore. Foeminas ad insaniam, rabiemque uertit is morbus, si membra seminaria principijs naturalibus robustiora genita fuerint, aut si circa naturalia ora humoris prurigo quædam orta fuerit, papularum modo, quæ incessanter pruriunt. In phalangiorum genere, tradit Aegineta, inueniri animal, cuius iclu hominis genitale excutatur. Et in Nilo natus stinco alioquin contra uenena præcipuum antidotum, ad inflammandam uirorum uenerem datur. Rostrum eius (ut docet Plin.) & pedes in uino albo poti, cupiditates ueneris accendunt, utique cum satyrio, & eruce semine, singulis 3. omnium ac piperis duab. admixtis, ita ut pastilli singularum 3. bibantur. Per se laterum carnes obolis binis, cum myrrha & pipere pari modo potæ efficaciores ad idem creduntur. Mirum est quod de testudinis tegumento narratur, squamæ à summa parte deorsum & in potu datæ uenerem cohibent, quum totius tegumenti farina, accendere dicatur libidinem. Ingens præterea ueneris auuiditas (Ruffo teste) morbum comitalem aut insaniam uel paralysem denunciat.

Pamirum ra bice.

*lacertarum.

Curatio intemperata Veneris, Cap. XX.

SI à sanguine uitiu fuerit, sanguis (ut Aegin. scribit) mitius est, ac tetumia iuuat, simplex ite aquæ potus, uehementesque perfrictiones. Beta que utilis est, ac malua, & linosotis cochlearium. Non improbantur ite simplices clysteres. Sed iuuanda sunt, quæ urinam ciunt. Verum lumbis ac renibus refrigerantia imposita subueniunt, qualis strychni succus, aut portulacæ, aut hyoscyami, uel cicutæ. Penæ & perineu mitigatorijs refrigerantibus. fouere necesse est, quale lythargirum est, cimolia creta, cerussa, aceto diluta, uel aqua uel uino dulci, aut syreo. Supinus somnus perniciosus est. Nymphææ radix pota, prodest, aut iris, aut adianton uel rutæ succus. Iuuat enim satyriacum intemperantiam uel seminis incontinentiam. In cibo triticeus panis modice datur, nam & sitis imperanda est. At si morbus non cedit, cucurbitulæ cum scalpello admouenda sunt. Et si superabundans quoque materia fuerit, etiã sanguisugæ impactæ iuuant. Et uentri hordeacea posita imponatur, hæc Paulus. At posteriores in comuni uarijs de causis genituram modo extinguunt,

guunt, refrigerantibus, ac exiccantibus, aut calefacientibus. At aëris propterea frigiditas uehemens genituræ exundantia ex robusta calida & humida habitudine renum & membrorum genitalium, uel ex acuto semine uel pruriente, summum remedium est. Sed eius caliditas uel quæ in thermis apud multas nationes habetur, spiritus dissoluit tensionem, euanescere enim uel uires cogit si uehemens ac diutior fuerit. Nam & aëris pariter siccitas resolutioni seminalium instrumentorum subuenit. Ob eam rationem odorata frigidæ & sicca uirtutis, qualis camphora habetur, castrare mares dicitur odore. Iuuat in primis uehementes corporis exercitationes equitationesque, ut Gal. placet. At ocia plurimum offendunt. Venerem diximus offendi, si nudis pedibus ambulauerint. In solio quidam renes & lumbos aqua tepente cum camphora perfundunt. Vigiliæ acri genituræ non conueniunt, sicuti & supinus somnus, uel interdum super tabulatis durus incubitus. Gal. sterni tomentum recentibus rosis iussit & eo modo intemperantiam coercuit. Tradunt in uictus ratione siue calida siue frigida fuerint in communi, modo styptica sint, seminis generationem prohibere, ob eam rem, portulaca, sonchos, feris, & lactuca, lens in primis abiecto cortice præcipui effectus habetur, hordeum & far, lupinus & eruum prodest, item milium, ac panicum, strychnum, acacia, papauer album et nigrum, hypocystis, spodium, semen rosæ, & nymphaea, cucumeres quoque ac cucurbitæ ualent, lactis acidi uisus iuuat uel eius serum butyro exempto, scilicet decoctum, cum canabis semine, myrti bacca condita, semen quoque urticis, ac coriandrum per se, aceto præparatum, mali medicis succus, & eius generis quod arancium & limonem uocamus: succus uix acerbæ, ac oxyacanthi uinum: placet inter primos in uere fructus, ante fraga, inter topiaria uua spinosa siue crispa dicta, ea condiunt cibaria usque ad solstitium, spinosus frutex est, folio suis baccarum ordine sub consperso pampino, aciduli saporis in solstitium durantis, serpit per se mirum in modum: hunc in oxyacanthi hortensis genere connumerant. Inter calidas simplicium facultates, calamintham, et rutam, methamque annueramus. Obese uero in uniuersum quæ maxime alunt, quale uinum dulce uel austerum, quale Creticum habetur: & carnis usum prædicant, lactaria, ac dulciora omnia. Fames demum, ac uigiliæ, ac palestra uenerem domant, panis hordeaceus uel secundarius, aut nauticus, oliua condita, capparis, mora, pruna uel fraga. At ubi sanguis abundat, si dimittitur ueneris tedium affert. Humoris uero acuitatem obtundit alui ductio, & aqua pota. Et utrumque morbidum corpus leuat. Si uero spiritus intus inflat, & uenerem excitat indomitam uomitus in primis prodest, Gal. autore, dissoluentia iuuant, quale rutæ semen est, ac piper nigrum, anethum, polium, mentha, calamintha, canabis semen, de quibus diximus. Semen caucalis tritum & illitum, salicis folia trita & illita & pota, si sæpius sumuntur. Camphora odore coercet. Qui nymphaeam 12. diebus bibunt genitura priuantur et coitu, uel eius semen potum in quadraginta dies in totum adimit. Sterilitatem facit in uiris climenos pota, nam eius uis in refrigerando est. Veneris somnia quoque inhibet portulaca: uicitis frondibus lumbos adalligare utile est, siue salicis folia, siue nymphaeæ, aut rosæ recentis, uel Gal. autore, melongia, & apium, uenerem inhibent cyminum, nasturcium, poma, pyra, cydonia mala, sorba, mespila, & quæ azarolla Syculi uocant. Scribit Gal. quendam qui continuata uenere assueuerat, in libidinem indomitam incidisse. Athletæ uero ex nimia continuataque ueneris abstinentia penis extenuatus admotum, inquit, uisus est. Platonis sententia est, ocio membra extenuari, languescunt uiribus, usu uero & exercitatione uires excitari, ac augeri membra, lactantibus enim mulieribus mammae intumescunt, quæ si lactare desierint, protinus detumescunt.

Aëris qualitas genituræ potest minuire.

Odores genituræ extinguunt.

Oxyacanthi.

Arcentia ueneris somnia.

Mixtura ad ueneris intemperantiam coercendam, Cap. XXI.

HABET id medicamentum, cymini, uicitisque seminis utriusque tostis, rutæ, menthastris, sampsuchi, garyophyllorū, piperis nigri, cyperi, omnium partes æquales, trita, & bene tusa ex leui uino dantur, drachmæ pondere. Aliud, continet anethi 3. seminis lactucæ, portulacæ ana 3. 4. ex lentis decorticatæ decocto. Alier quod exiccet, et spiritum dissoluit, in quo ea imponuntur: cymini, mentha, rutæ arida, seminis uicitis, balauitij, cyperi, omnium 3. pondere tusa duum drachmarum pondere mane & uespera ex uino leui dantur. Compositum uero quod genituræ mordacitatem compescit, habet

P 4 rosæ

rosarum rubearum p. 10. seminis lactuce, seminis cucumeris 3. nymphæ floris totidem, camphoræ unam, ex rosacea coguntur, modus est ad drachmæ pondus. Si materia mordax fuerit, mandragoræ radice decocto perfundi debent uerenda, nam & phacos herba in uino decocta pruritus tollit. Et lentiscina resina per se subacta. Libidinum quoque imaginationes cōpescit lactuce satiuæ semen tritum ex aqua potū, & ueneris somnia nympha à ieiuno pota, & in cibo sumpta, & illita radix genitalibus inhibet non solum uenerem, sed affluentiam genituræ, ob id corpus alere, uocemq; dicitur. Ruta cōmanducata crebro per somnia uenerem imaginatibus prodest: sistit uenerem hippomathri semen cum modice sumitur. Eam consumit iridis succus, utraq; per colata inhibet uirorem uenerem, quorū generationi nocere putant condryle, uenerem finit cinis myricæ in Aegypto, si bouis castrati urinæ immisceatur, uel in potu uel in cibo. Steriles uiros faciunt, hederæ nigre candidiores corymbi poti. Venerem extinguunt, cicuræ folia illita testibus circa pubertatem. Asplenon in ullo quocunq; malo fœminis danda non est, uel radix filicis. Virorum sterilitatem facit fimum muris illitum, & columbinum cū oleo & uino potum. Venerem cohibet fimum cochleæ. Membrana senectutis anguiū triduo inhibet. Serum exempto caseo bibitur, cum exiguo sale & squama è summa parte tegumenti testudinis in potu data, ut dictum est, ueneris impetus inhiberi ad alligatis lumborum & renum parti laminis plumbeis. Genituram cohibet, radix anethi commāducata, uel semē eius potum cum aqua tepida. Mulieri ueneris tedium fieri è boue syluestri nigro, si sanguine hircini lumbi (si creditur) perungatur: Amoris item urina hirci pota, mixto propter fastidium nardo. Quidam dextrum lupi testem tritum ex oleo rosaceo naturalibus mulieris inditum tedium ueneris induci tradunt. Lampyrides quæ noctu stellante uolatu lucent: si cōmanducantur in totum uenerē adimūt. Cor quoque uulturis corio lupi adalligatū, si quis habeat, castitatē promittit. Ita & de topazio gemma prædicat. Pe cultare remediū est, si coriandri drachmæ ternæ aut quaternæ ex aqua sumantur, addito saccharo, geniturā enim consumit, & impetū cōpescit. Matutinis uero potionibus datur syrupus ex uitium pāpinis, lēricula cortice nuda ac aceto, gūmi arabico addito. Tradit cāphoræ uim præcipuā esse, cuius potu ueneris aueritates ex toto finiri aiunt: uerum stomachum offendit. Sed medicaminis genus id probatur, habet rosæ aridæ, inali punici acidi, spodi, balaustrionū ana 3. . acaciæ, hypocythidis, gallæ immaturæ ana 3. . coriandri 3. . camphoræ 5. cū rhodofaccharo cōficiantur, modus est ut mane & uespere drachmæ ternæ dētur. Milū tostū ualere pōditur. Diacymintū quoq; ex aceto potum, drachmarū duōrum pondere, uel ex aqua rutacea, uel mēthi astris, si materia frigida fuerit, genituram enim absūmit. Aliud simile medicamentū, habet cymini tosti, seminis uicicis pariter tosti, seminis rutæ, menthastris, c. lamenchi, sansuchi, garyophylorum, piperis atri, cyperi, pares portiones, bene tusa cū uino nigro drachmæ pōdere dantur. Gal. post sanguinis missionē, id genitalibus imposuit medicamentū, nymphaem cū fontium musco, omphacino oleo, ac hyrundinis succo. Sed mire inhibet utriusq; sexus accensas cupiditates opium ex aqua dilutū. Alij inungunt genitalia, opio, hyoscyamo, mādragora, ex oleo rosato & cera addita. Quidam aqua gelida uerenda macerāt, præsentaneo remedio, sed ea importuna ueluti remedia existimauit Gal. omnium diligentissimus. Ex posterioribus nonnulli ranam abiecto capite arefactam sesquidrachmæ pōdere potam ex uino aut pulte, tedium ueneris afferre affirmant. Idem et de lupi teste (ut dictum est) affirmant, eisdē quoq; uires & lāpyridi attribuunt, uel cordi uulturino. Ad dunt uerbenæ succo zona madefacta atq; madēs præcincta libis, uenerē ex tota adimū. Alij herbam ipsam si quis gestauerit ueneris sentiri tedium, uel in uestimento imposita.

Affectus qui ex incommoda uenere oriuntur, Cap. XXII.

Homini magis
quā cæteris ani
malibus uene
rem nocere.

Diximus ex Aristotelis quæstionibus, uenere hominē plurimum inter cætera animalia dissolui, quod plurimum genituræ spiritalis uno initu diffundat, atq; ita salaciores laxari, breuiorisq; uitæ fieri, passerum natura quibus uita breuissima est: Ex nimia (ut constat) ueneris uoluptate quidam interiire. Exemplo cuiusdam Vitorij senatorij ordinis, qui admodum senex in uenere obiit. Id malum congenitos spiritus subito subducit, propterea calculorū imbecillitatem facit, cerebrūq; extenuat. Spiritus enim, ut Arist.

ut Arist. refert, uoluptatis uenerex causa est, unde aphrodite dicta est, à Democrito plurimum damnata. Nam corporis uires (ut quidam scribunt) plus uno concubitu exhauriuntur. quàm si quater decies tantundem ex missione sanguinis demptum fuerit. Mire enim genituræ materia corporis uires tuetur, Ea facile in homine grata ciborum alimonia iucundoq; uini potu restituitur, quod in brutis non contingit, nam & hominē inter reliqua animalia sanguificæ naturæ esse constat. Ex quo seminis materia haud difficulter comparatur. Qui importune cōeunt, agricolæ imprudenti (inquit Arist.) similes sunt, qui plantas solstitio euellit, & transfert, quæ subito languent, propterea mēbra frigidiora aridioraq; redduntur, cum plurimum enim sudore diaphoretico corripuntur: & si frequens admodum fuerit, renes in primis afficit, qui protinus extenuantur, atque macrescunt, mox reliqua mēbra, intempestiua senectus, atq; canities oritur. Iuuenes salaciores fumeo uapore sublato hispido heri Gal. scribit & cuidā dissecto corpore cerebrum diminuatū resectores inuenisse: nam eo uitio capillorum, barbæ, superciliorū, ac palpebrarum euenit defluuium: neruis obesse præcipue comperitū est, & præcordijs. Fatigata uenere alius cita redditur uitata concoctione & oris graueolentia. Hinc renum & lumborum dolores, spasmitq; membrorum lassitudo, unde extenuari uentrem & ossa quoque creduntur. Conualescentibus extenuatis periculosa uenus est, insomni culosum hominem reddit, ac tremulum. Legimus Gal. cuiusdam exemplum, qui ex acuto conualuerat morbo, qui post concubitum subducto spiritu deficientibusq; ue uiri bus eadem nocte frequenti animi deliquio mortuus est. Male præterea habitudinis corpora eo malo afficiuntur, calidiora præsertim (ut tradit idem autor) ex quibus semen calidissimum effertur, tum macies & oculi caui fiunt, pallor, & ictericus color occupat faciem. At eosdem nihilominus nimia temperantia lædit, unde capitis grauitas, nauſea, & uētris sæpe fluxus oritur. In ueneris lassitudine hircino fere semper odore grauitate sentiuntur, ex putris exundantia. Quosdam intestinorum dolor ex incluso spiritu uexat. Habitudo enim melancholica hostili ueneri bellum indicet, cuius suspectam pacem, blandasq; eius inducias exitiales reputet, Oribasij autoritate, has sibi notas inquirat, ut si stomachus infirmus, extenuatq; præcordia fuerint. Ob eam rationem senes facile uenerem non sustinent. Fœminæ grauidæ à concubitu abstineant, si facile abortum patiuntur, omnesq; ante partum, Aristotelis uerbis. At robustiores qui subito sine intermissione uenerem excludunt, facile læduntur, nisi fames & abstinentia, ac exercitatio comes fuerit: Fœminis concitata uenere, si genitura retenta fuerit, non sine periculo spiritum sæpe præcludit, & suffocantur. Quæ in uenere sudore grauis odoris profluunt, rosæ myrtiq; baccarum decocto, si prius lauantur, uires tedium non afferunt. Sed quoniam ex ancipiti uoluptate tot mala oriri uidemus, abstinentiores esse debēt, nec ita temere uenus nisi ad suscipiendam prolem, amplexanda est. Propterea & à natura quodam pudore obseruari tradit Aristoteles: nam abdita & occulta sæpe querit uenus, cum in cibo & potu uel publicis symposijs in propatulo cœnæ fiant, quod hoc pro uiræ necessitate, illud pro generis propagatione fiat.

De testium dolore & curatione, Cap. XXIII.

Dolent supra modum testes ex calida uel frigida habitudine, uel uetō, aut ic̄tu, uel abscessu, quorum signa ex antedictis affectibus quærenda sunt. In testium epiphoris uel percussione, aut tumor, aut inflatio apparet. Summouetur aut̄ dolor pro materiæ ratione. In calida namq; materia, & sanguinis demissio, & deiectio laudatur non uehemēs, sed lenis. Ardores testium mitigat rosaceū addito opio et thure. Et alia quæ mox dicturi sumus. Ex frigore oleo carthamino, euphorbio intus mixto tumor leuatur, aut dolor discutitur: felle quoq; taurino cum melle, ac nardino oleo uel anethino, addito castoreo, imponitur & trifolium syluestre. Prodest & id emplastrū, quod habet cymini tussi, fabarum farinæ, passulæ, pares portiones, cum melle subigi debent exiguo croci adiecto. Verum dolorem testium leuat anserinus, gallinaceus, uel anatinus adeps. At si percussi fuerint testes, mittere protinus sanguinē præcipuo & præsentī remedio est, & tum quæ discutunt imponenda sunt, non astringentia, qualis uiola est, ac nympha, & cucurbita, mox althææ & chamomilæ decoctum & similia propitia sunt. Pini quoque effluens

Melancholicis uis
tanda uenus.

Testium doloris
causa.

effluens lacryma et myrrha ex aqua frigida pota ualet. Lini que semen tusum ex aqua quoque imponitur. At ubi leues exulcerationes sunt, rosaceo & myrrino oleo inungimus. Aut cerussa & rosaceo addita gallæ farina. Exulcerationes uero uehementissimæ quibus testes ex eis tunicis denudati apparent, rosa, sandalis ac camphora, cum limoso rore, qua ferrum acuitur, sedimento, ex aqua strychni restituntur.

Ad testium tumores curationes ex alijs autoribus, Cap. XXVIII.

Tument per se inflammanturque testes, unâ & scrotum uel nerui eos continentes impatiibili interdum dolore, ac non sine febre acuta. Tum sanguis protinus mitredus est ex cubito, ac alius subinde mollienda: etsi rursus alia uena secanda est quæ intra minimum et sequentem digitum in manu ferienda est, demum ex talo, qua parte genitale dolet, demendus est. Tum abstinentia magnam curationis partem continet, inter ea linæ teolus aqua rosacea acetoque infusus imponendus est, uel cum strychni, uel cucurbitæ farinæ succo, cum oleo rosaceo, croci que exiguo addito. Aliter hordei & lentis farinam, fabarum que, ac uiolæ, pares portiones ex rosaceo imponunt. At ubi uehemens dolor est, hyoscyami folia imposita dolorem sedant. Et si genitalia induruerint, quæ emolliunt, & maturar superdanda sunt, qualia sunt cum fabæ farina, anthemidis dicta chamomilla, althæa, lini seminis farina, uel eius mucillago addita hordei farina & melle. At tritici farina ex mulso cocta cum cupressi puluere. Deinde quæ emolliunt atque discutunt emplastri modo imponimus, passulis abiectis nucleis, cymino, et uino. Aut brassicæ folia cum fenogrecæ decocta. Vel ex fabacea farina passulæ præpingues tunæ & impositæ cum cymino & passo unâ coctæ. Conferræ etiam traditur hordei farina cum uaccino fimo, & aceto, ac strychni succo, camphoræ que modico adiecto. Brassicæ item cinis ex ouo. Cucumis agrestis radix ex mulso cocta dein contrita: maxime proficere traditur, si durities diu inueterata fuerit lactucæ radix cum hordei farina aut fenogrecæ semine, lini que cum cepæ decocto. Fex quoque uini cum hordei farina. Ex ictu quoque eadem ferme seruanda sunt.

Quibus ueteres in testium inflammationibus usi sunt, Cap. XXV.

Epiphora genitalium.

Eas testium subitas inflammationes epiphoras genitalium quandoque appellauere antiqui, uel pituitas cum ex materia phlegmatica contingerent. Tumores omnes sanat farina fabacea in uino cocta et imposita, inflammationes fex uini madida, illinitur, uel in quacunque corporis parte inflammationibus. Cotyledonis succus cum myrrha, erygeron mulieribus nota, cum thuris farina croco & uino dulci. Acori radix in uino decocta trita & illita, spongiæ ex posca imponuntur. Terra cimolia, si aphronitrum, uel cyprium admisceatur & acetum, uel cypria cera addita. Coriadrum uiride cum melle & uua passa. Hordei farina cum meliloto, aut papauere. Viticis semen uel folia cum butyro. Ebuli tenerum cum folijs tritum, medetur & hyoscyamum. Infunduntur et singula oua, cum ternis passis cyathis, amyli que semuncia à balneis: & cinis uellerum. Pituitas (ut scribunt) sanat uua passa cum cymini farina, aut coriadræ imposita. Butyri cum sæuo uituli, addito nitro uel fimo eiusdem ex aceto decocto. Aqua marina imponitur, sed prius seruet, mox aceto calido uruntur. Nitrum per se occurrit. Ruta syluestris ualet cum laureæ ramis teneris cocta. Bulbi adalligati, sanant etiam cocti. Erysimon illinitur, asphodeli bulbis ex aqua imponitur. Fœnogrecæ semen ac lini, lilij radix ubi resoluendum uel excalescendum esset. Cicer quoque utrunque. Lauri tenera folia trita cum ruta. Et cupressi item folia simili modo. Scordeon item per se, brassica cum fabæ farina. Cyminum utrunque tostum cum melle aut rosaceo, & cera. Marubij folia trita cum melle uel uua passa imposita. Melilotos recens ex aqua decocta, uel è passo, dolori testium thymum medetur, amurca cum melle sanat tumores, fœnogrecæ farina cum hydrumelite decocta addita axugia, melior ex rotis cum rubigine: prodest & althæa cum ficis decoctis. Ciceris farina cum ficis unâ decoctis. Bdellium quoque dilutum ex cypriano oleo impositum resoluunt.

Si tumor induruit, quid agendum sit, Cap. XXVI.

Duriciem emollientia.

Duriciem emollit, anatis adeps cum ficu sicca, singulorum p. 2. foliorum oliuæ, cupressi, ammoniaci omnium p. 1. butyri bubuli, uini que quantum satis sit ad ea cogenda, brassicæ item folia & hordei farina, ex oleo & uirellis ouorum. Aliter, ceruina

na

na medulla, foliorum rubi tenerrimorum pares portiones. Ammoniaci quoque et bdellium cum fabæ exigua farina & oleo. Alia compositio, chamomilæ flores, fenogrecum, laser, fabarum farina, butyrum, hædi coagulum, palmulæ que unâ decoctæ imponuntur. Aliter, palmularum ossium cinis p. 2. althææ p. 1. ex aceto imponi iubent.

Quibus in uenere excrementa fluunt, & curationes, Cap. XXVII.

Senibus cum plurimum id uitium euenit, resolutio ani musculi, ex naturali imbecillitate, uel frigida pituita resoluere, uis enim illa omnis ad genitalia in uenere transmittitur, subducto à sede spiritu. Id euenisse cuidam Andree Traguriensi tatum nouimus: ex uehementi enim uoluptate id accidere, scribunt autores. Ex astringentibus dieta imperanda est, qualia pyra, mala cydonia, corna, myrti semina, & similia, & ante uenere assis uescendum est. Ante concubitum alius soluenda est, uel glandi addito nitro uel sale sollicitanda, si nihil reddit, ac alia si subiicitur prodest ex acacia, balauistijs, thure, ac rubrica armeniaca, cum gummi arabico, uel plantaginis succo, nam resoluta astringunt, sed cauendum est ne importunis auxilijs colicos irriteremus dolores. Tum & ex partes stypticis inungenda sunt, oleo myrrino præsertim, nardino, ac sabineo, Cyprino, uel cydoneo, succino & acacia adiectis. Addunt alij gallæ farinam, balauistium, ac thuris pollem. Sed in primis rara uenere utendum est, & ad recreandum cordis & cerebri spiritum, ut ualidiora fiant, procurandum est.

Si scrotum cum pene indecore pendeat, Cap. XXVIII.

Ex eadem ferè causa scrotum cum pene moleste nimium pendet, solent enim cum equo uehuntur genitalia lædi, ex materia frigida relaxante, aut ex longo uel acuto morbo uirium defectu pendet: pituita primum digerenda est, ac repurganda, tum & astringentia illita iuuant. Vitanda sunt acetosa, lactaria, omneque olus frigidum. Et exiccantia demum calida in spina, hoc est ossi sacro, imponenda sunt, unde nerui earum partium ortum habent, ac in pube item si imponuntur, iuuant, nam & quæ uenere excitant huic uitio auxiliantur. Si ex nimia fuerit aeris caliditate, aut corporis defatigatione, in balneo frigido infedere genitalia resiliere facit.

Quæ ulcera sanant genitalium, & pruritus tollunt, ex Paulo, Cap. XXIX.

Genitalium ulcera ac sedis pariter quæ sine inflammatione oriuntur, exiccantibus sanantur remedijs, qualia sunt quæ uitis cinerem continent, aut anethi aridi cornubusti farinam, uel colocynthidis. Recentia ulcera sanat aloës farina imposita. Sed anodium est, quo nihil efficacius, pompholix. Si uero humida sunt ulcera, tedæ cortex per se ualet, & lapis hæmatites: si altiora sunt ulcera, ijs adhibenda manna est. At earum partium pruritus tollit lentis decoctum cum mali punici cortice, & coraco ex oxymelite, & uithyno, & diacharto. Sed uerendorum rhagades & sedis quoque sanat resina fraxæ & cum rhodino mixta in glutinis modum, addito oui luteo, & opij exiguo. Aut hederæ foliorum aridorum cinis cum rosaceo, quod in plumbea seruat pyxide. Et ex uino & oleo lithophrygijs trochiscus probatur, nam sedis rimas uel ulcera præsertim cum discuti nequeant, sanat. Aliud, medicamentum sanans & acriora retundens, cadmix cõbustæ & lotæ 2. rosæ aridæ tantundem, sed uino prius colluito. Ad punctiones uero chalcitis, æsypi cerosi, medullæ ceruinæ, rubi foliorum æquo pondere, & dimeleo pariter. Si uero interius peris exulceratur, quando pus sine urina destillat, cum mulso aqua diluto colluitur, mox lacte, deinde lacti admiscet asteros collyrium, aut album trochiscum, aut dialotarium in pyxide plumbea seruatum, penna que intincta inungitur: et subinde tenuè stripon ferramentum inunctum inijcimus. Optimum est & quod recipit gallæ et pompholygis, & amyli, & aloës æqualia pondera, dissoluta rosaceo & succo plantaginis medentur, hæc Paulus. Vidimus fœminâ plures sanare, quorum inguina glandes amiserant, commanducara salua & imposita, id ieiuno ore mane & uespera per purgato ulcere obseruabat, ij miro successu curabantur. Paulus genitalium dolores leuari tradit, butyro & resina imposita, aut si seminis lini mucillago, cum myrrha & resina æquo pondere seruachant, & imponantur. Tumores discutit uitis foliorum recentium succus cum cerulia mixtus, prodest & fotu aqua marina: nam & brassica quoque superimponitur. At thymos in genitalibus sanat nec permittit rursus redire sarcinorum cinis ex aceto impositus, ac salicis item corticis cinis. In uniuersum autem thymos, myrmicia, & acro-

Rhagades ueræ dorum & sedis quibus sanantur.

Interiora penis ulcera.

Mitigatio genitalium dolores.

acrocordines per ea quæ plurimum trahunt, euelluntur, & quæ putrefaciunt, ea exinaniunt. Peculiare est elaterion cum sale impostum: grossi immaturi cum aceto & nitro: fici gutta arefacta, & illita: smaridis caput falsum si cõburitur: flos æris cum uiuo sulphure combustus. Tithymali gutta illita, ocimi folia cum calcantho, heliotropij magni semen cum uiuo imponitur.

De testium inflammatione ex Paulo, & de eorum cæteris uitijs, Cap. XXX.

Scroti inflammationem nouimus, cum imposta manu statim ingens dolor percipitur cum membri rubore, ac duricia. Inflammato teste leui tactu nõ protinus dolet, sed digiti compressu, nam tum rubor, tum duricia, in cute minus sentitur, sed quadam impressione ex alto percipitur duricijs, nam & febris una oritur. Testium inflammationi peculiare remedium est, sanguinem ex talo mittere. Discutitur uero cataplasmatibus, ac cerotarijs. Imponitur fabæ farina ex aqua, melle, passulis q; pinguibus purgatis, decocta, cymino addito. Aut asphodeli radicem decoctam admixto sulphure, & hordei farina. Aut erygeron, aut coriandrum uiridem cum uua passa sine nucleis. Si ingens affuerit febris, hyofcyami folia cum triticea farina, aut ex cicere imponuntur: aut calami folia, uel cucurbita cruda. In ueteri uero morbo cum quadam duritie, cucumeris erratici radicem decoquunt, in mulso addita loliacea farina, atque ita imponunt. Aliud efficax auxilium, uux passæ purgata ʒ. ʒ. ciceris cocti uncia una cum dimidio, cymini uncia, sulphuris ʒ. s. nitri uncia una, resina ʒ. ʒ. melle coguntur, atque ita imponuntur. Cerotaria uero hæc profunt: olei cyathus unus, colophoniz ʒ. 6. Molibdenæ, cymini, uux passæ, fabacæ farinæ ana uncie quatuor, ceræ duræ, coquito molibdenæ ex oleo, ad spissitudinem, deinde ceram addito, ac resinam, atque ita tepidum superimponito, sed prius passulam & reliqua conterito. Aliud, olei anethini, rosacei, ceræ, picis ana ʒ. ʒ. cymini ʒ. ʒ. s. asinini fimi cum quo cyminum diluito, & refrigerato cerotario adde psyllium & lanam imponito, omphacino oleo infusam. Aut butyrum & resinam æquo pondere. Papulis uero sudoris ex quibus ulcera in nascuntur, galla trita, & alumen cum axungia & hyrcino felle illinito. Testibus uero exulceratis terram cimoliam aqua prius maceratam, siccare permittunt, deinde calida abluitur, & myrtum aridam addita myrrha cataplasmate conficimus. Carnes uero superexcrecentes in testibus sarmentorum cinis nitro addito aqua conspersus tollit, scroti pruritus sanat nitrum, & staphisagria, alumē liquidum aceto addito & rosaceo, in folijs perfundi debent, a quibus ouii candidum cum melle illinitur.

Cerotaria.

Testibus exulceratis que conueniant.

De umbilici prominentis curatione, ex Paulo Aegineta, Cap. XXXI.

Prominentis umbilici causam & curationem, inquit Paulus, ubi chirurgica pertraanda est dicemus, sed quoniam quibusdam medicamentis curari potest, de ea obiter referendum. Aluminis scissilis drach. s. fecis uini drach. s. rhodini ʒ. ʒ. ʒ. gallæ immaturæ, drachmas duas. Ex uiuo ad mellis crassitudinem redigantur, id medicamentum umbilico superimponitur. Imposita prius spongia aceto infusa, & linteo deinde circumligato. Aliud, rhicini, gallæ, balaustrorum, æquis partibus in aqua decoquantur, quæ quam primum dissoluta fuerint, eadem spongia (ut dictum est) imponatur. Aliud, plumbi rasuræ drach. ʒ. ʒ. Cornu, manne, cerussæ, hypocythidis succi ana drachma una, uiuo diluta usui sumitur.

* alias cicuta

Que pubertatem custodiant, & psylliothra, ex eodem Paulo, Cap. XXXII.

Nisi Pauli autoritas esset de his referendum nobis non esset, sed pauca hæc attingemus, terræ cimoleæ, cerussæ q; tantundem, hyofcyami succo diluantur, ita ut aliquam habeant spissitudinem adde olei lentiscini quantum satis sit, abraide uel conuelle & utere. Aliud, conus, strychni, hyofcyami, lupini teneriorum foliorum, & psyllij tantundem, confricato prius & illito, sed oportet pridie aquam bibere. Psylliothrum est. Si millepedæ quæ per domos rotunda oberrat ʒ. ʒ. sandarachæ ʒ. ʒ. calcis uiuæ ʒ. ʒ. ʒ. aceti ueris cyathus, cineris cucumeris erratici cochlearium, olla coqui debent, in folio uti debent. Aliud, calcis uiuæ p. 2. arlenici p. 2. cimoliz p. 1. in aqua feruesiant. Aliud sine graui odore, gummi, calcis uiuæ sextarium, sandarachæ ʒ. feruesiant, ut dictum est.

Debu.

De bubonocælis, & intestinorum lapsu, ex Paulo, & Gal. Cap. XXXIII.

Si proficisso peritonæo intestina labuntur, difficultius curantur, quam si ex raritate contigerit, sicut ex humoribus, sine chirurgi opera sæpe, sed imposito duntaxat medicamento, ac ligaturis idoneis restituntur, auxilia mox dicentur. Subnestemus tamē, quod uitia ipsa sola locorum differentia nomina sortiuntur. Cum enim inguina intestinis tument collapsis, uel omento, ut docet Galenus, bubonocæla dicuntur, secundum enim inguinis partem fiunt, nam & bubonicam herniam uocant, si uero secundū umbilicum acciderit exumbilicatos appellant, ea enim uitia obliquorum musculorum causa oriuntur, & transuersorum in bubonicis si sciuntur. Scrotum uero ipsum cum tumet, enterocœla appellatur. Vnum genus medicamentale est tale: Mali punici corticis ʒ. ʒ. ʒ. gallæ immaturæ ʒ. ʒ. cum uini austeri cyathis ternis commisceantur, perfricandum prius intestinum est, frigida q; perfundendum, mox emplastrum superimponimus, nec nisi post decem dies soluantur fasciæ, quiescendum q; in lectulo ad triginta usque dies: interea cyparissi decoctum cum uiuo bibendum uel conus terni oboli in potu. Id medicamentum pueris efficax est. Aliud agglutinans, symphyti radices, prassij succi, amygdalarum amararum, gummi æquis portionibus. Aliud, terebinthinæ ʒ. ʒ. s. ceræ, thuris, myrrhæ, ictiocollæ, cochlearum cum testis ana ʒ. ʒ. sed ictiocollam prius triduo aceto macerabis. Aliud, conus, mali punici corticis, ex uiuo austero bene cocta imponuntur. Aliter, aloës, corticis mali granati, thuris, hypocythidis, ictiocollæ, picis, asphalti ana ʒ. ʒ. s. uini dulcis quantum satis sit. Aliud uiris utile ex recenti dolentibus, chrysocollæ, sarcocollæ, lapidis gagaris, hæmatis, rhus syriaci, quo coriarij utuntur, scytodeplici, acacia ana ʒ. ʒ. s. lapidis pyritis, molybdenæ, aluminis scissilis, manne, thuris ana ʒ. ʒ. ʒ. picis briciæ ʒ. ʒ. cochlearum cum testis ʒ. ʒ. s. scoriz ferri ʒ. ʒ. ʒ. gallæ ʒ. ʒ. corticis stomomathi ʒ. ʒ. ʒ. æris uncia una, asphalti ʒ. ʒ. ʒ. myrrhæ ex uiuo styptico, arida imponuntur, si non hærent, triangulari ligatura superimponitur, atque ita superligantur, ut intestina ad interiora cohereant. Vitanda sunt omnia infantia, nimius potus, balnea, motus, cursus, saltatio, clamor, & similia.

Hernia buboni

Pueris efficax remedium.

De enterocælis & earum curatione secundum recentiores medicos, Cap. XXXIII.

Cum scrotum tumet, quod ὄγκου à Græcis uocari diximus in anatomica, cõmuni nomine herniã uocant, ac in decoru. Latini si in scrotum intestinum deuolutu est enterocœlem uocamus, si humor hydrocœlem, si uero omentum epiplocœlẽ. Si caro inter tunicas increscit, sarcocœlẽ. Inueniri autem nouimus ut & spiritus & aqua cū carne pariter inueniatur. Si spiritu uero tantum tumet nomen non inuenit. At si inguinis pars tumet, bubonocœlem uocari dictum est à Paulo. Cum item ex abscessu aliquo circa scrotu materia induruit, proccœla uocari dicitur uel uerrucosam ex atra bile, & porocœla quæ à poro, id est tofo nomẽ habet. At si uenæ intus in tumescant, quæ intortæ si uolunt, ac circumuolunt, tunicis testiu integris, superiorem partẽ uel ipsum scrotu implent, uel mediã tunicam uel imã, ramex à nostris dicitur, ἄροσκόλη à Græcis uocatur. Gal. lib. de tumorib. uaricosam herniã uocat nomẽ q; ue nouu esse scribit. Rumpitur itaque interior tunica peritonæo dicta ima inguinis parte, ita ut intestinũ siue omentum in scrotum deuoluatur, id cum plurimũ membranæ, interioris euenit imbecillitate, uerum integra ea membrana, tum spiritus tum humor, uel uterque scrotum replet, pōdere uel graui fasce sæpe, uel ictu, clamore uel tubarum usu, lapsu quoque uel tulsĩ sicca euenit.

Hernia species

Porocœla hernia.

Hernia nota, Cap. XXXV.

Signa omnibus propria sunt ex uetero nõ magnopere increscit tumor, tactu q; ue sonitū selidit, inæqualis est, mollis ac lubricus qui q; pondere fatigat ægrum. Hydrocœles nota est, mollis locus est, qui q; tactu cedit, & diuersas partes inflat. Carnea hernia tactu duro cognoscitur, paulatim q; nigrescit, ac sine dolore existit. At si intestinũ de scedit, tumoris sine inflammatione nõ minuitur, modo increscit si ambulauerint, mane de tumescit, est q; sine dolore, & cū quiescit, aut iacet, ex toto interdu, pueris p̄sertim, desideret clamore, fatietate q; uel pōdere crescit, frigore cõtrahitur, calore diffiditur scrotu q; & rotundũ est & tactu leue, si cõprimitur ad inguẽ reuertitur, dimissum q; ue iterũ cum quodam

Hernia ex flabibus.

*dolore.


Q

quodam murmure deuoluitur. Et difficilem sanitatem id uitium recipit uetus præsertim.

Ad herniam curationes, Cap. XXXVI.

Inflam. **C**Auenda sunt primū quæ instant, qualia sunt, legumina, lactaria, acetaria q̄, poma, fici præsertim & uua recens. Quies, silētium q̄; imperandū est, aluus q̄; tenera esse debet, & fascia eius rei causa sit, cui imo loco pila assuta est, ex panniculis facta, que ad repellendū intestinū inguini subijcitur, deinde reliqua fasciæ pars arctæ sub lumbis circumdatur sub sumine, sub qua sæpe & intus compellitur intestinum, donec inter se tunice ora agglutinentur. Imponi etiam nū solent emplastra quibus iunctura solidescit. Cōstat enim ex galla immatura cupressi pilula ana p. 2. myrrha, cyperi, acaciæ, thuris, gummi arabici, singulorum p. 1. uino trita prius coguntur. Aliud item uentū emplastrum est, quod ex glutine fit, colofonia ʒ. 2. zopiffæ, ammoniaci ana ʒ. 2. in aceto quādam acerimo per noctem macerant, lentiscini olei ʒ. 2. mastichis, thuris, rubricæ armeniacæ, sideritis, gummi arabici, farinæ seminis foenograci, omnium ʒ. 3. Fit et amnum aliud in quo symphiti radicis, & ali, uisci quercini, singulorum ʒ. 4. mastichis duabus acaciæ, baustrij floris, semidrachma, leporini pili, obolis duobus, zopiffæ, id est picis naualis uncia, cere recentis ʒ. 4. Rursus si aras processit, multum q̄ ue intestini descendisse ex tumore magno uideatur, unde & dolor & uomitus increfcit, ac subinde cruditas, & halitus oris foeditissimus, tum scalpellum adhiberi sine pernicie non posse manifestum est. Tum abstinentia imperanda est, pro ui corporis quā longi sima. Ca: aplasmata q̄ ue ex lini semine ex mulso decoctum superbibendum est. Alia q̄ ue quæ dolorem leniunt. En terocelis raphani decoctum fatiui in potu dabant ueteres, nunc radices herbæ quæ phu dicitur ex uino. Cupressi conus tenelli cum axung. a & lomento poti profunt. Xyphij radix superior ex aqua datur, illinitur q̄ ue eas cohibet symphiti radix illita, quæ con solidam dicunt. Vel hippuris, uel oxis commanducata. Et lepus marinus cum melle tritus illinitur, & secur aquatici colubri (ut tradunt) imponitur.

Novum genus curationis ad enterocelas atq̄ epiploccas à nobis primum proditum, Cap. XXXVII.

Consolida. **E**st & alius sanandi sine ferramento modus, & si manum omnium desiderare uideatur, uncia enim punctio constat. Corpus quidem sanguine prius uel defiectione leuandum est, uel abstinentia si opus est. In hac curatione triduo aquam bibere, uel pridie à cibo abstinere necesse est. Interea acus firmior paranda est, in quo filum ex serico crudo ualidissimo inferendum est pedalis lōgitudinis, ac tessella eburnea uel cornea sub hac figura paranda est.  pollicis latitudine, cataplasmata item, reliqua q̄ ue cerotaria. Ipso mane ægrum supinum collocant subductis intestinis, locus prius ante radendus est. Et tum extento scroto, ut cutis inguinis intenta sit, æger spiritum leuiter contineat sine clamore. Medicus manu sinistra summissio intestino tunicam arctè contineat, ne id deorsum deuoluatur, dextra manu uena seminaria ad testiculum perquirenda est, præter hanc uniuersa tunica apprehendi cum cute debet, atque iuxta uenā acus dimittenda est, audacter oleo tincta, filum q̄ deducendū, extracto acu, minister filum cōprehendat, & tessella intra filum p̄ se a firmo nodo includenda est, ita ut cutim plano contingat, alterutra scroto parte illata, & geminis testibus nodo exclusis, tum semel aut bis tessella intra filum posita singulis diebus torquenda est, tū paulatim filum arctius undique summam cutim & tunicā astringendo erodit, foramen que uersus testiculū non sine pure dilatat, atque unā pariter laxatum uulnus super dato medicamine solidescit, ita ut paulatim plaga aperiat, & simul ore utrinque cohæreant. Nā filū circūquaque arctius datum decimo die, uel quintodecimo, cū plurimum partem quā cōprehendit, penitus abscindit, tum cicatrix coalenda est, ac callo firmanda, & maior custodia adhibenda est, ne pars recenter uiolata laxetur, & intestinum ruat. Hac ratione uenarum profluuium nō timemus, neque ullam inflammationem. Sed statim uinum à punctioe cum rosaceo pro cataplasmate infundimus. Mox lenticulam cum melle, uel uino mixto in quo malicorium incoctum sit. Deinde sedata inflammatione r̄ticeam farinā, pinea resina adiecta, imponimus, pus paulatim abstergimus, & cerato imposito ad cicatricem uulnus deducimus. Et in hac curatione uictus is necessarius est, qui in alio uulnerum genere præcipitur.

pitur. Tota igitur pars illa quæ comprehenditur, præciditur, ac pariter perfanatur, sub orto enim callo (ut uoluimus) foramine peritonæi obstructo descendenti uel intestino uel omento exitus præcluditur. Vidimus plures eo modo sanatos à quodam Hispano, qui immani precio curationis lenitatem, ut unica punctioe sanarentur, atque firmitudinem pariter promittebat, & plures mortalium in sese circumagebat. Alij medici magna plaga nouacula aperiunt, nec id sine summo uitæ periculo fieri potest, nam dolores ingentes mouent, ac inflammationes, non sine uenarum profluuiio.

Hernia scari nō sine periculo.

Ad hydroceles, auxilia, Cap. XXXVIII.

At hydrocele, ijs quæ hydropticis imponi diximus, sanantur, uerum cum aqua in anum scrotum descenderit, candenti ferro extrahenda est, uel alio medicamento erodente. Mox id cataplasma imponitur. Mastichis ʒ. 2. cupressi conus 4. Tragacanthi, gummi arabici, omnium ʒ. 2. ex rosaceo uerruculo q̄ ue calefacto coguntur, imponuntur q̄ ue. Veteres medici caninum adipem, cum alumine scissili imponebant, aut cochleas Africanas cum sua carne & testa: crematas epoto cinere. Vbi uero spiritus inclusus est, oleo cyprino inungendum, in quo castoreum, euphorbium q̄ ue dilutum fuerit, aut succus ex furfure, & cymini semine, ex uino calidus admotus, aut ruta trita & imposita: uel rutaceum oleum, uel laureum. Reliqua uero uitia, quæ manu curari solent, non sine ratione omisimus.

Ventose hernia curatio.

De genita ium ulceribus & curationibus, ex alijs autoribus, Cap. XXXIX.

Exulcerantur genitalia, adeo ut & uitia quæ serpunt de facili oriuntur, putrefieri enim has partes facile contingit, qualia sunt quæ in humido fiunt, his accedit excrementorum & foeditatis propinquitas. Recentia igitur ulcera aloës lachryma sanat, plumbum ustum, cadmia elota, ex uino, & oui testæ cinis ex aqua frigida, ijs est ualentius æs ustum, quo utimur ad purulētas exulcerationes. Aut corticis pinus cinis, ubi perfananda sunt thus admisceri debet. Pastillus ad ulcera sordida obsoenarum partium utilissimus, qui ubi utendum est, uino diluitur, habet chrysolcollæ partes ii. atramenti sutorij, aluminis, singulorum p. 12. halicacabi corticis p. 14. minij p. 16. spumæ argenti p. 22. cerussæ p. 26. omnia ex aceto coguntur, hoc enim medicamentum ulcera purgat & perfanat. Pastillus alius est, non longe absimilis, in quo calcithis lapis præparatus, aloë, sarcocolla, thus, alumen, atramentum sutorium, acacia, flos æris, capitula punici mali, gallæ immatura, trita & digesta, mox rosaceo illinuntur. Alia compositio, scoria ferri, plumbum ustum, siderites, spodium, alumen ustum, ex rosaceo. Ad uetera uero ulcera thus additur, & aloës lachryma, præsertim si erodentia fuerint, capilli q̄ ue hominis cinis, silphium, lentis farina, trita omnia imponuntur. Pastillus horum uehementior est, si arsenici, utriusque generis, & calcis uiuæ, portiones addantur ex aceto mixta. Addunt & alij præter utrum q̄ arsenicum, acaciam & staphisagriam. Si nigra uero & sordida sunt ulcera, etiā cancro laborantia, uel serpentia, quas nomas uocant, gallæ, atramenti sutorij, myrrha, singulorum p. 11. aristolochiæ, aluminis scissilis, singulorum p. 12. capitula mali punici p. 3. ex passo coacta. Et cū usus exigit, aceto diluta. Si uitium inualefcit sordidius q̄ sit, scalpello putris caro excidenda est, deinde quæ conglutinant superimponēda sunt.

Quare genitalia facile putrefiant.

Veteribus ulceribus uilia.

Nomae quibus curantur.

Auxilia ex simplicibus ad genitalium ulcera, prout ueteres experij sunt, Cap. XL.

Vlceribus genitalium tostum sæpe imponitur, cum farina hordeacea. Cypreos medetur ulceribus non solum harum partium sed omnium quæ in humore sunt: Stomachite quoque medicamentum ex acerbo malopunico factum. Omphacium item, lentis decoctæ succus, rubi radicis decoctum, aloës lachryma, aliās ex uino, aliās ex passo, aliās sicca per se, ut exigit mitiganda curatio, aut cohercenda: pumicis farina combusta, amurcæ inueteratum medicamentum, galla, plumbum combustum, balautia, atramentum sutorium combustum, uel alumen scissile, flos æris. At uerendorum nomas cohibet, hoc est, ulcera quæ serpunt, hypocythis alba, urina item addito nitro, sed sua cuique maxime, iecur apri, uel suis combustum maxime iuniperi ligno. Fimi cinis, uel bubuli cum alumine Aegypcio, ac muria ad crassitudinem mellis. Insuper beta ex uino, cocta & imposita. Manantia uero ulcera seuum cum medulla uituli in uino decoctum,

ctum, uel caprinum cum melle, rubi q; succo, uel si serpunt. Fimum etiam prodesse cum melle dicunt, aut cum aceto, uel per se butyrum. Vclerum arietis cinis ex aqua, seuum ex omento pecudis, & praecipue a renibus commixto cinere pumicis, lana succida cum sale, ex aqua frigida imposta, carnes pecudis combustae ex aqua. Mulae unguarum cinis, dentis caballini contusi farina insperfa. Et manantibus auxiliantur canini capitis cineres. Cochlear lata parua contrita ex aceto uel cinis earum. Mel in quo apes emortuae sunt, cum resina. Cochlear nuda, quae in Africa gignuntur trita cum thuris polline, & ouorum cibo trigesimoque die resoluunt. Aliqui pro thure bulbum commiscunt. Ulceribus praeterea cespium cum anserino adipe medetur. Id ex pecudum sudoribus, sudoreque feminum & alarum fit, de quo secundo diximus uolumine. Non ab re erit si de foeminarum naturalium ulceribus mentio fiet. Earum ora naturalium ceruices, atque intus sinus ipsi qui loci dicuntur, maiori quam in uiris cruciatu exulcerantur. Ex humoris enim mordacitate, uel ictu, uel incommodo partu proueniunt ulcera, unde uel purulenta, uel sanies, aut putris humor profluit. Si fordida igitur ulcera fuerint, hydromelite infuso genitalia colluenda sunt. Aut iridis decocto, aut hordeacea aqua melle adiecto.

Ulcerata locorum foeminarum.

Quae in uuluae exulcerationibus ab antiquis fieri consueuerant. Cap. XLII.

Cum uulua exulcerata fuerit, ceratum ex rosa, & recens suillus adeps cum oui albo miscetur, idque imponitur. Aut album ex ouo rosa puluere, uel myrteum oleum per se, uel myrtidanum. Alsinus adeps inueteratus & in uellere appositus. Medulla uittuli in uino & ex aqua decocta cum seuo. Adeps uulpium. Fellis excrementum cum resina, aut rosaceo impostum. Vuluarum scabiei, anserinus adeps cum cinice trito illinitur. Punica acida trita uel succus in cacabo nouo coctus ad mellis crassitudinem, & flosculi cytini, omnibus genitalibus profunt. Acaciae foliorum succus, uel rubi, myrti folia trita. Farina ex ossibus canini capitis uerendis utriusque sexus inferitur. Ad ea apte alumen coquitur in patinis donec liquefieri desinat. Hinc ad uteri affectus generandi que rationem & quae conceptus iuuant, transeamus.

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMILIANUM CAESAREM AUGUSTUM IMPERATOREM INUICTISSIMUM, LIBER XXV.

Prooemium.

De uuluae uitijs, contra fecunditatem.



Actenus de membris maris genitalibus dictum est, nunc de membris generationis in foemina differendum est. Mas namque & foemina principium conferunt generationis. Mas namque id animal dicitur (ex Aristotele) quod in alio gignit. foemina uero est aliud, quod in seipso. Quamobrem in uniuerso terrae quoque naturam, quasi foeminam, matremque faciunt, coelum autem & solem & reliqua generis eiusdem, nomine genitoris, patrisque appellant, deumque primum omnium conditorum patrem uocamus. Mas autem & foemina inter se differunt ratione, quod facultas utriusque diuersa est: sensu autem partibus corporis quibusdam discrepant. Et quoniam diuersae facultates diuersis indigent instrumentis, unde & corporis partes accommodatas habere necesse est, quibus mas & foemina differant. Partes namque maris & eius uita dicta sunt testium & genitalium. Foeminae uero uteri & ora naturalia cum ceteris partibus earumque uitijs, et remedia pertractabimus. Vterus foeminae, ut testes in mare gemini, bipartitus est, quem non sensus euidenter, ut in uaccis, sed ratio tantum distinguit. Mulieribus quoque gemini testes sunt, non rotundi, sed compressiores ad naturam siue genitale os positi, qui calidiores sunt, quam maribus, qui frigori & offensionem expositi sunt, quanquam duplici operimento tecti: Ex quibus semen prolificum emittitur. Mas namque formam & principium motus prebet, foemina corpus atque materiam, quae admodum in lactis coactione corpus lac ipsum est, succum autem coagulatum principium

Vterus foeminae rum geminus.

Quid foemina quidque maris formam conferat.

principium spissandi cogendique obtinet. His de causis semen exit quidem intrinsecus spiritum & album calore interiore multum spiritus calidi continens. Sed egressum ubi calor euauit, & aere refrigeratum fuerit, humidum nigrumque euadit: remanet enim aqua, & si quid parum terrene portionis continetur, ut in pituita, sic in semine cum successit. Semen igitur commune est spiritus & aqua, spiritus autem aer calidus est, quamobrem natura humidum est, quoniam ex aqua constat. Sed quoniam foeminae (inquit idem Philosophus) uenis duabus maiore, atque ahorta scissis superne uenarum multitudo tenuium in utero desinit, quibus alimento expletis, naturaque praesua fragilitate facultatis coquendi indiga transfunditur in uterum propter uenarum tenuitatem cum praesua angustia neque aut exuperantiam continere, unde menstrua fluunt, aut alba genitura oui candido simili uteris impletur, quae si profluit alba mulierum nominauimus.

De locorum situ in muliere, de uuluae ceruice, ex Galeno, Cap. I.

Locorum positus ac naturalium situs in muliere, & uerendorum, honestati parcente natura, mirabilis est (ut Galenus tradit) sub uentre, ueneri cum licet, aptus, & occultus locus. Nam & conceptus molli uentre laxi que ilibus conceptus commode increfcit, facileque inde partus editur. Vulua in nubili uirgine uel a primo partu pollicari crassitudine (ut in refectionibus conspeximus) constat natura neruosa, intus caua, ut uix nucem iuglandem amplitudine caperet. Eadem si conceperit paulatim increfcente foetu, dilatatur, & eadem a puerperio, sensum in naturam suam contrahitur. Diximus in anatomicis, suscepto uirili semine foetifico, ac prolifico, non protinus menstruo sanguine admisceri, ad generationem, neque nutrimento opus esse. Clausis enim protinus genitalibus locis, suscepto uirili semine, ne spiritus euanescat, foemininum subinde semen apertis uenarum seminalium orificijs in idem cauum corruat: & id semen est uel imperfectum, uel luti album in ouis subuentaneis, non id, Aristotele saepe commemorante, quod foras effunditur, tanta mulieris uoluptate: sed hoc haud dubio, agente uirili semine in membra spermatice dicta, cum lac addito coagulo, perficitur, rugosisque intus locorum partibus tenacius comprehenditur: laxitas enim ad lubricitatem facit, quod ad 7. usque diem fluxionibus prima ueluti abortione periclitatur, alioquin motu naturali disponi incipit futurus conceptus. Intra mulieris genitale primum ceruix statim occurrit, quae non recta sed obliqua ad hostium uuluae fertur, ut subeunte aere frigidior non reddatur, praeterquam cum foetus geritur: tum enim tecta est, uel cum menstrua fluunt: mulier enim frigidior redditur patefactis naturalibus: in partu propterea uel calido cubiculo tremore quodam concurrunt. Si itaque ceruix ipsa rectior esset, uaria matrix contraheret uitijs, ut nunquam morbis uacaret. Ea pars in uirgine puella angustior est, & primo concubitu non sine magno dolore laxatur, eadem & rugosa fit, mollis, neruosa materiae, quae facile ante partum extendi uideatur, laxis naturae habentis, tum amplior reddita partum accelerat. Sed uuluae intus partes geminae sunt, non ut in uaccis discrimine manifesto conspicuae, nec ut in uires ofcheum euidenti futura, sed ratione tantum discernitur. Vidimus in quadam matrona Cydone diu locorum uisio a partu laborante, dimidia lingua nigriore quodam diu infestam, nec colorem nisi discusso morbo delituisse. In canibus & suis uarij sinus sunt longaeque distantes, sic & mammarum ordo cernitur. De muliere sic sentit Hippocrates, in utero geminos gerenti, si altera mammam, inquit, resiliat, aut flaccida reddatur, alterum abortiuum fieri, si dextra marem, si sinistra foemellam collisam inueniri. Pars igitur dextra ad mares, sinistra ad foeminas pertinere haud dubium est, unde & Plinius: Et in muliere, inquit, geminos sinus ab utraque parte laterum habet. Vulua effectis contractior redditur, & a partu ab eo amplitudine paulatim in naturam suam redit. Unde effecticia post abortum minus ampla in defunctis cernitur pro foetus magnitudine. Si uiuunt ad conceptum difficilior redditur. In uirginibus angusta est, ociosa in opere natura.

Ceruix genitalis mulieris.

Sinus uuluae.

De semine muliebri ex Galeno, Cap. II.

Foemina, inquit Galenus, mare imperfectior est, quoniam & frigidior. Et si artes genitales cum uenis & arterijs omnibus, per quae similes esse uideantur, ea duntaxat differetia, quae intus, ille foras, permeant. Ita quod nulla prorsus in uiris pars est, quae in foeminis eadem per refectionem non uideatur, uerum imperfectiora omnia ac membra existunt, minusque calida.

** alius uideatur*

Q 3 Propte-

Propterea initio generationis, sicut maribus contingit non prodiere uirtutis imbecillitate. Sed expedit uniuerso ut imperfectum cum imperfectiori copuletur, ex quibus alia prognerentur animalia. Ita a summo creatore constitutum est. Nam si foemella natura calidior esset, maris semine protinus feruor absorberet, quod in bonum propterea celsisse uidetur, ad generis humani propagationem. Et quia membra id intus collocata est, ob eam rationem & testiculos habet & minores & frigidiores, unde semine frigidius, ac humidius prouenit, ac pariter imperfectius. Sed matricis situs intus est, cauus ut semen uirile suscipiat, atque concineat, propterea in uiris colis figura oblonga est, ut semine longius emittat, quod crassum et calidum esse constat. Hinc duo motuum principia cernuntur, nec tamen alterum sine altero, hoc est maris semine efficere potest, sed ea pariter misceri atque confundi necesse est: & sic de cetero agere, donec animal perficiatur, tum sanguine menstruo opus est, ad conceptus nutritionem. Foeminum enim semen per se perficere foetum nequit, & ex ambobus motibus, uetus, exultat communicatus motus. Est hoc (inquit idem autor) in gallinaceis conspicuum, concipiunt enim oua, quae hypneumia dicuntur, hoc est subuentanea, uel zephyrina inania oua sine galli semine orta, quae foetum nunquam excludit, sed incubatu corrumpitur ocyus, albi enim ac lutei ex foemella habentur. Deest tantum gallinacei seminis calidioris perficiens uirtus, ex albo pulli membra constituantur, ex luteo quo perficitur animal donec excludatur, alimentum capit. Sic in muliere mensura facultate conceptus, donec in lucem edatur, nutritur. Nam & quas molas uocant in foeminis carnis frusta inertis naturae informis, ouis subuentaneis simile esse putant, ad id usque adeo procedere foemininum semen uolunt. Nam & partes genitales inter se tam maris quam foeminae residere uidentur, uuluae pars dextra dextro, sinistra sinistro testis similis est. Nam & semen ex sinistro testiculo humidius est, ac liquidius. Sinistra pariter matricis pars haud dissimile effert humidissimum semen. Nam & partus ipse in alterutris locorum partibus similem naturam possidet, atque temperamentum. Mares enim in dextris, foeminae in sinistris cum plurimum gignuntur, nam & testiculus modo dexter, modo sinister ab inguine magis pendet, uoxque permutatur, inquit idem autor, hircire enim dicitur. Nam & ex testibus qui intumescit ocyus, is generationi aptior creditur, & ualentior. sed cum plurimum sinister cum oscheo pendet. At in quibusdam ualentior est, quique ad inguen magis annexus est, & foemellas generat: uerum a dextra matricis parte excalectum masculinum conceptum progenerat. Contra quod mare gignere potuisset in sinistra matricis parte refrigeratum in foemellam degenerat. Verum enim uero frigidiusculo utriusque semine in ualidissimo matris utero recepto eo tantisper auxilio marem effici non dubitant. At si idem semen frigidius quam par sit, fuerit, ab utriculi parte uel calidissima iuari non creditur, quae facultas ex uenis arterijs quae dextris uel sinistris euenire solet.

Membrorum genitalium coniuuium.

Venerem in iuuentute stimulari uehementer haud dubium est, ut mortalitas successive inde seruetur. Membra ob eam rem miro modo a natura constituta sunt. Arteriae enim & uenae a partibus quae secundum renes sunt, effertur, & ad uteri ima descendunt, & ad latera diffunduntur, ita ut ad testiculos partim deducantur. Reliqua ad uteri fundum pertinent, ubi multiformiter diuiduntur, adeo ut plurimum ad dextram partem, aliae ad sinistram fibrarum specie tenuissimam deriuentur, liquidam humiditatis conceptacula quam tenuissima, quorum officia uix cerni queunt. Ea humiditas peculiari quadam mordacitate, uenas seminarias ad libidinem excitat, unde naturalis oblectamenti concitatio facile innascitur, nam & feruor ille a mare cum emittitur sentitur. Et similitudinem, inquit idem autor, a re minima afferri posse, non dubitat, naturam mira contemplando. Exempli gratia, indigna quidem tantae rei emulatione, calectis sub cute humoribus, mordace uel pruritu, orta scabie, excitari sentimus, quam scalptu dulcedine quadam afficiuntur. Seminalis igitur materia pruritu quodam secernendi desiderio, uasa stimulat seminaria, subuenit ad id & spiritus in genitalibus partibus constitutus, ad respirationis exitum audior: his membrorum nobilium mirabilem uoluptatis oriri appetitum uidemus. Quandoquidem libidinis ex partes cuti sensibiliores existant, ad naturam (ut dictum est) necessariam propagationem. Augere creditur ueneris impetum, uenosis quibusdam partibus annexis uellicae ceruici,

ex

ex quibus quaedam pariter excrementicia humiditas non sine uoluptate exudat, semini si milis aquoso, tot modis libido acceditur. Reliquum est quod uirile, crassum, uiscosumque sit uitalis spiritus plenum, quandoquidem per conceptacula spermatica (ut subtilius tradit Gal.) tam multiformiter inuoluta uagatur, sic enim concoquitur, ac perficitur materia, ut in intestinorum natura diximus, longiori enim tractu perfectiori opere ad testes defertur materia, in matrice uero uasa minima circumquaque per latera circumuoluntur inextricabiliter radicate. & in superiori helici parte seminis materia etiam sanguinis colore obtinet, quae potentia antequam exeat albescit ouis candidi specie, iam geniturae formam referens: sine enim ueneria uoluptate in uterum quandoque restagnat, uel ante coitum interdum. Ea helici implimentamenta in refectionibus conuelli nequeunt, ueluti hederum radices inuolutae, eo modo ad testiculos compressos mulieris feruntur, eorum opere pariter materia seminalis ad generationem concoquitur. Verum in maribus perfectius elaboratum cernimus tramitis longitudine, ac calore perficiente: in utero enim breuiori calle feruntur, languidoque calore in albi materiae foeminae mutatur in his uasis. Quodlibet enim membrum sibi propria materiam assimilat, helicesque exedisse discurrentes albidam exilesque uel cernuntur, quarum frequentia, & sanguine diu mora trahere, in sui similitudinem facile alterat. Miror quae uel quaedam mulieres (ut scribitur) tam neruoso concubitu ueluti in certamine perdurasse, uigesimo & quinto concubitu unde rata seminis materia oriretur in dubio est. At reliqua uenarum conceptacula sanguinem in albam materiam non conuertunt, discursus sanguinis festinatione. Coeunt enim inter se helices intercurfantes clauiculis uicium quibus repunt per similes, diu enim sanguis in his continetur donec in geniturae concoquatur, quae in maribus ad colis usque exitum cum urinae pariter officio transfertur. Quod in foeminis conficitur, in uteri cauum, ut Gal. demonstrat, colligitur. Id autem miro naturae opere fieri contingit, in maribus ea conceptacula crassiora longioraque uel cernuntur sinuosa, uariciformia dicta, ut crassiora seminis genitalis materiam transmittant, ob eam rationem in foemina exiles breuioreque uel existunt, nam tenuem materiam continent, quae in mortuis miro modo elanguescunt.

Quo tempore mares & foeminae incant, ex Aristotele, Cap. IIII.

Mares genitura praeter membra principalia, etiam membrorum & conceptaculorum omnium initium facit, mox a foemineo sexu cetera complentur membra, ceu propinquiori natura quam sanguis. Et si Arist. sententia foeminis (ut scribit) purgatio menstruum seminis exitus est, cum menstrua non nisi semen sint inconcoctum. Ex foemineo semine secundas fieri, umbilicis, & reliquas tunicas haud dubium est. Mares (scribit idem autor) magna ex parte semen incipiunt emittere, anno quarto decimo, tum & pubescere incipiunt, uox pariter eo tempore mutatur, quod caprire dicitur, nam in sonum uirilem transit: abstinencia uero seruatur: propterea a priscis serui ad conseruandam uocem infibulabantur. Sic mammae foeminis extuberant: genitale uero non solum magnitudine, sed etiam specie perficitur, ac per id tempus mammae turgent, quod fiarrare dicitur, & quae menstrua uocantur erumpunt, & sanguis quasi recens occisi animalis est. Euenit praeterea ut puellae modice crescant, cum excrementis redundat. Futuris enim adhuc & nondum profluentibus menstruis, quo plus continetur humoris, eo magis efferrit, sursumque impelli, necesse est, donec infra erumpantur menses. Ita quod interim incrementum mammae acceperint, seruati potest. Semineque, ut tradit idem philosophus, ad primum usque & uigesimo anno infecundum esse uolunt, deinde prolificum effici. Foecunditatis in foeminis scribit Plin. praerogatiua accepimus iunctis medicamine oculis, saluam infici ex Arist. Foeminae facilius natu minores concipiunt, sed in puerperio laborant uehementius. Corpore etiam minus magna ex parte perficiuntur. Et celerius senescunt mares salaciores & mulieres quae frequentius partunt, nam ne incrementum quidem post tertium partum effici posse uidetur. Sedantur temperanturque melius quae in rei uenerae usum luxuriant, cum partum multoties adiderint. Sed post annum tertium mulieribus quidem opportuna iam procreatio est, semina infecunda sunt, quae tenuia: quae gradinis speciem referunt foecunda, eademque uel mares generant: tenuia, non conglobata, foemina gignunt.

Plexus inuolutionesque uasorum spermaticorum.

Semen foemininum.

Post tertium partum foeminae crescunt.

Q 4 Plurimum

Quae seminis plurimum emittant.

Plurimum enim omnium animalium emittit homo magnitudinis proportione, & inter ipsos mares, qui humidiores natura sunt, nec ualde carnosus plus reddit, atque etiam plus calidi oves quam fures: nec secus in foeminis fit: praeparatur hoc amplius usu ciborum si humidifuerint.

De concipiendi modo, ex Galeno, Empedocle & A. hinc, Cap. V.

Verum plus a matre an a uiro conferatur ad prolem.

Semen (inquit Gal.) matrix undique inclusum comprehendit, quod & Plato his uerbis affirmat: uteri, inquit, loci qui hysterae dicuntur, seu aliquid aliud sobolis desiderio contrahunt ad se uirile semen, quod circum amplectentes retinent & fouent, a coitu statim balbutiunt hebetantes uerba. Quam rem & uiri in concubitu sentiunt, cucubitalae in stat medicamentariae uiriliter apte comprehensa: & id maxime a mensibus contingit, quo tempore uterus semen optare uidetur. Empedocles in semine maris ac foeminae conceptum constare tradit, & ipsius uenerae copulationis fieri simul desiderium, & affectantibus uniri adiuuicem diuersis membrorum genitalibus. Gal. idem, quod enim habet, inquit, foemina semen prolificum, sensibus est credendum, nec est euerenda ratione essentia eorum quae euidenter appareret. At Athenaeus (ut Gal. refert) Plus enim habere, inquit, conceptum a matre quam a genitore, sicuti exempli gratia mulus ab equa, ac etiam si canis masculus uulpem inierit, matrem ex toto representari, si contra canem uulpes mascula inierit uel supergressa fuerit, caninam speciem referri, illa uulpiformem, hanc caniformem comprehendemus. Ouis praeterea ex hircu praegnantem ouem oriri tradit, pilo tamen duriore. E diuerso uero si aries capram impleuerit, haedus molliori pilo nascetur, parentis enim similitudinem addunt. Quae ex semine principium habere cuncta fatetur. In qua re Athenaeum redarguunt quando spermaticam superfluitatem in foeminis non esse necessariam, sed menstrua tantum necessaria esse ad generationem, alioquin geminam superfluitatem in foemina necessariam inueniri. Quod argumenti genus facile, & si peripateticum sit, refellemus, semen, inquam, utriusque pro generatione constitui, menstruum uero pro foetus alimonia subinde necessarium. Tradit propterea Galenus secundarum originem ex foeminino formari, non sine masculini foeminae uirtute, sicut & umbilicum. Semen uirile praeterea (ut Galenus docet) non uteri locos penitus complet, sed cum foeminino totum complet cauum, & eo ueluti humido & proprio alimento coalitur, quod crassius & calidius habetur. Et id euidenter in ceruae uulua uisibile in anatomias retulimus, iam in uulo formato, atque ex omni parte perfecto: in medio illum humoris lymphidi ueluti oui candido digitali longitudine uidimus pendere, nam & in ouis lubricum candidum pro membrorum materia, luteum subinde ad nutrimentum menstruorum uice subministratur. Nec id quod conspicuum est ulla ratione coargui potest. Perfecta igitur animalia foeminino duplici constant principio, quaedam unico tantum, & masculino uero, quo coeuntur. Non mirum est si papilionibus eo modo coeant in bombicis genere ex quibus sericum conficitur, diu enim mares coeunt, nec nisi uaporem infundunt, unde foeminae innumera edunt oua. Ob eam rationem Aristoteles corpus & magnitudinem, inquit, a foemina praebere, a mari nihil tale necessario desideratur, nec enim instrumenta in ijs quae efficiuntur inesse: neque ipsum efficiens necesse est. Corpus igitur ex foemina est, & ideoque etiam unigena coeunt, quod ea faciunt quorum tempus par, & uterique gestatio proxima, & corporis magnitudo non multo discrepant, haec primos partus si uiles sibi edunt communi generis utriusque specie. Quales ex uulpe & cane generantur aut ex perdice & gallinaceo, sed tempore procedente, diuersi ex diuersis proueniunt, demum forma foeminae instituti euadunt, quomodo semina peregrina, ad postremum pro terrae natura redduntur, haec enim materiam corpusque uel feminibus praestat, & in bicoloribus ouis aliud initium suae generationis a candido sumit, & cibum a luteo capit. Ex ijs Aristotelis uerbis principium motionis a galli semine, a gallina candidum tanquam materiam generationis comprehendimus, & luteum tanquam imperfectioribus menstruum, a quo intus incrementum capit genitus pullus. In muliere praeter effusionem illam inuenere inanem, quam foras cum uoluntate emittit, intra uterum albam materiam intus colligi ex qua membra generantur foetus, conspicuum est, oui candido similis: semenque uirile actionis & motionis principium. Postquam uel membrorum formationem, adhuc nutritionis non indigus conceptus ea seminali materia candida & alitur & augetur, mox constituto

stituto quam tenuissimo seu stilo umbilico sanguine menstruo donec redatur in lucem perpetuo nutritur. Verum enim uero semen quod foras emittitur, si semen putandum est, nihil ad generationem facere facile comprehendimus, nec medicorum scholae repugnat, nisi post exitum rursus intromitti audeant dicere, quod rationi maxime aduersatur, nam duplicem eo modo praeter menstrua materiam foemina suggereret. Oua namque subuentanea colorem duplicem possident, habent enim ex quo utrumque sit, & unde principium & unde cibus, sed haec imperfecta sunt, & maris indiga, sicut enim foecunda, si quo tempore ineuntur a mare. Nec sexus causa coloris duplicis est, ut candidum a mare, luteum a foemina sit, sed ambo a foemina proficiuntur, haec Aristoteles. Qui & haec pauca subiungit, de humore illo qui per coitum emittitur in tanta mulieris uoluptate, non enim semen est, sed loci proprius humor, uteri enim excretio est inutilis, quae alijs euenit, alijs non euenit, quales faeces atque uiragines dicuntur. Euenitque ut plus minusue eius humoris excernatur ciborum ratione, ut si boni alimenti cibaria sumantur, aut acris saporis, qualia sunt eruca, & bulbi salaces, ea enim excernendi modum augent. Voluptas autem quae per coitum sentitur, inquit Aristoteles, non solum eo humore exeunte accidit, sed etiam spiritu, cuius uigore semen transmittitur, uoluptas enim scalpendo excitatur. Et semen propterea a foeminis non emitti, indicio est, quoniam humor ille profunditur: nec omnibus foeminis id excernitur, sed sanguineis tantum.

An semen formam & materiam praebet ex matre, Cap. VI.

Galenus in libro quem de semine inscripsit, contra quosdam Peripateticos non sine indignatione argumentatur, qui sensus Aristotelis ex omni parte ignorabant, decepti ex primi libri de animalium generatione simplicibus uerbis, in quo marem quidem agentis seu motus, & generationis habere principium asserit, foemelam uero patientis, seu materiae, & paulo post masculum speciem & principium motus praebere foemelam uero corpus & materiam sicut in lactis coagulatione. Ex ijs Aristotelici quidam permoti menstruo principium motus praestare semen arbitrantur & subinde excerni, unde congruum est, inquit, dubitare an semen formam & materiam pariter praebet. Quandoquidem idem autor in fine secundi libri de anima haec tradit: genitura uero corpus in quo aduenit principium animalis, hoc quidem separabile est a corpore, in quibuslibet comprehenditur quid diuinum, tale est autem quod uocatur intellectus, hoc inseparabile: semen uero quidem & genitura dissoluitur, & spiritu replet, naturam habens humidam & aquosam. Quo circa non contingit inquirere semper foras ipsum exire, neque aliquam partem esse constitutam formae, sicut neque coagulum lac constare faciens, etenim & hoc transmutat, & pars nulla fit corporum, quae constituit. Hunc sequitur Plinius de menstruis, quando haec est generatio homini materia, germinare a maribus coaguli modo hoc in sese glomerante, quod deinde tempore ipso animatur corporaturque. His uerbis Aristoteles (inquit Galenus) non excerni semper extra semen putandum est, ac partem fieri conceptus. Sic Hippocrates: mulier concipiens non emittit semen, sed id intus permanet. Quidam enim multum seminis emittunt, alij parum, alij nihil omnino, idque ex imbecillitate, sed quia magis corpulentis, & praepingues sunt, propterea minus seminis emittunt, minusque rem uenerae expetunt. Similis & uiribus affectus, quae nimia alimenti copia luxuriant, & hircire tantisper dicuntur, nam & hirci pinguescentes, minus seminis habent, quam ob rem eos solent ante excernere. Viri itaque & mulieres praepingues minus foecundi, quoniam in uegetioribus excrementum concoctum transit in pingue. Nam & pinguedo excrementum est bonitate substantiae salubre, & ut idem scribit Aristoteles pinguedo excrementum est, ut semen, & sanguis concoctus, quanquam non eodem modo, quo semen. Itaque ratione optima fit, ut cum materia superuacua consumpta in pinguedinem, deficiat genitura. Sed de causis similitudinis alio loco dicendum est.

De factu in uero, & quare mares in dextra magis quam foeminae generantur, Cap. VII.

Qui putant in parte uteri dextra semper mares constitui in sinistra foeminas, ex animalium refectionibus facile redarguntur: saepe numero euenit, ut eadem in parte uteri gemini, mas & foemina generentur. Idque satis inspeximus in uiparis pedestribus, & quod

*allat repletum

Hircire uites

Pinguedo

& quod mares semper in dextra, & foeminae in sinistra parte concipiuntur, mera somnia sunt. Nam cum etiam gemini gestarentur mas & foemina mare in laeva, foemina in dextra contineri conspectus est. Qui uero teste dextrum mare concipere arbitrantur facile, inquit Aristot. serpentum argumento conuincuntur qui testibus carent, in quo genere & mares & foeminae conspiciuntur, sed a partibus dextris uel sinistris qualis exeuntis seminis non sine aliqua ratione calidius, ex quo mares progenerantur. Sed ea adhuc Aristoteles sententia non satisfaciunt, cum enim principium, inquit, non superat, neque concoquere potest propter caloris inopiam, neque ducit materiam in formam suam, sed tantisper superatur mutari in contrarium necesse est. Contrarium autem maris foemina est, uidelicet qua alterum mas, alterum foemina est: & cum facultatis suae uirtutis differentiam habeat, instrumentum quoque habet diuersum, itaque in tale mutatur, parte autem aliqua opportuna mutata, constitutio tota animalis, multo discrepat forma, licet hoc perspicere in spadones. donibus, qui una parte resecti, tam a pristina forma discedunt, ut parum a foemina specie distent. Cuius rei causa est, quod partes nonnullae principia sunt, principio autem mutato, multa ex ijs, quae sequuntur, commutari necesse est. Nam & in seminis ratione differunt, quoniam maris principium continet in se quo mouet, & alimentum in animalis ultimum concoquat, foeminae semen materiam tantum praebet. Quotiens igitur semine superat maris ad se ducit, cum superatur in contrarium demutatur. Peracta uteri natura, ad eius uitia remediaque transeamus.

De uarijs uuluae uitijr, Cap. VIII.

EA uuluae uitia sunt, ut a facilioribus minusque periculosis transeamus, sterilitas primum, & si iam mulier conceperit, abortiuum facit, uel si partum ad statutum tempus gerit, nam & difficulter quandoque parit, unde & defectioes oriuntur, interdum mola, aut aliquid simile intus generatur, quod difficulter e uentre deijcitur, sicut & partus emortuus: alias secunda morantes uexant, & ad perniciem perducunt, aut a partu purgationes, aut nimis, aut haerentes mulierem supprimunt. Frequentissimum malum est cum menstrua subsidunt, aut intempestiue abundant. Album quoque profluuium eas consumit, aut saltem odiosas reddit. Omnium periculosissima sunt uuluae dolores & inflammationes, ulcera, carcinomata, uomitio, atque epiphora: conuersiones letiferae sunt quas strangulationes uocant, & quotidiana tormenta. Vulua interdum contrahitur, uel concitata misere procidit, eadem uulneratur interdum, quae omnia ex mala fere membri habitudine contingunt.

Vuluae distemperantiae nota, Cap. IX.

HABITUDO corporis supra temperamentum calida, uterum mulieris calidior efficit, qui si e diuerso calidior fuerit reliqua pariter membra calidiuscula reddit. Ex eo distemperamento menstrua supprimuntur, commoranturque, quae cum erumpunt flauo colore uel uiridi aut nigricante linteolum inficiunt, si umbra panniculus is exiccatus fuerit, qui etiam male olere solet. Haerentes menses mordaci natura acres humores generant in corpore, pruritus & papulas, aut genitalium partium exulcerationes. Nam & si i os accenditur, citato pulsu, flaua urina demittitur, his partibus plurimus oritur pilus, ad uenerem promptior habetur, actionibusque ceteris uirilem naturam pra se fert, aut suu temerario. Si frigida uero locorum habitudo fuerit menses intempestiue quoque haerent, diuersa ab ea quae dicta est ratione, nam ex antedicta habitudine torrefacientem calore menstrua materia crassescit, propterea difficulter fluit, ex hac uenarum exilitate naturali subsident menses diluto rubore. Verum si ater fluxerit sanguis, sine odoris grauitate sentitur, ac saepe in sequentem mensem retardant, magisque si cibi crassa materia affuerint, uenter, ilia, & lumbis partes frigidae sentiuntur, decolorata facie. Huiusmodi praeterea purgationes tenues, ac liquidae humiditatem ostendunt, si abundantes fuerint, quibus naturalium partium ora semper madent saluari fluore. Eo uitio saepe laxata uuluae coryledonibus facile partum eijciunt, & ad uenerem pigerimae cernuntur: muleumque humoris effundunt, urina quoque alba est et crassa materia, membra item candida sunt ac mollia. At si matrix aridiuscula citra temperamentum fuerit, menstrua raro uel parcius fluunt, substantiae crassiora, atri coloris. Foemina uero uenere abstinentissima est, extenuato corpore, genitalibus oris nunquam humentibus. De

Que comitentur haerentes menses.

Menses retenti propter frigore.

PLINGUISSIMOS mares praepinguesque mulieres ad conceptum minus idoneas esse tradunt, & quam ob causam id contingat, supra dictum est, cum integrae generandi partes sint. Etiamnum qui immodico pene, longis imoque procreati sunt, infecundiores esse traduntur teste Arist. ceteris quibus mediocri, propter ea quod semen frigidum infecundum est, refrigeratur autem, quod longe admodum fertur. Ob eam rationem qui mulierem in balneo femine uirili hausto coepisse arbitrantur, haud dubio concedimus. Sterilitatis item & fecunditatis ut scribit idem autor, quasi non sit causa in secedendo ex toto nec ne, sed in moderatione immoderationeque eius quod ex muliere uiroque secedat: aut ob aliquam huiusmodi causam sterilis aut mas, aut foemina sit. Quaedam mulieres & uiri simul generant, disuncti non generant, & e diuerso, si uidem semen idem & mas effici potest, & foemina: quaedam steriles mutata diata ratione, aut aquarum usu fecundae redditae sunt: quaedam glacialibus aquis sterilesunt. Nonnulli si de ribus ascribunt, alij seminis uitio, sicut mensura profluuium nimio, aut si importune substitute rint. Jam foeminae nonnullis os uteri compressum est, atque compactum sicuti & naturalia quae aliquibus sponte disrupta sunt, alijs dissecta, a medicis, nonnulla interiorum, uisunt & pueri oblati ijs partibus. Quaestio igitur in uniuersum, qua ob causam, inquit Arist. sterilis aut mas, aut foemina sit, sicut & in brutorum genere, ut equorum aut ouium, sed mulorum totum sterile est, imo pro ostento habetur, si mula parit, quod hoc anno cum haec scriberemus Iulio posthice secundo, in bello contra Ferrarientes & Gallorum regem Ludouicum, mulam peperisse Ferrariae dicunt. Causae uero sterilitatis, inquit Arist. in ceteris animalibus plures sunt, nam & a primo ortu naturae locis ad coitum commodis oblectis steriles & uiri & mulieres redduntur, ut illae non pubescant, hi uero pubescant. Ex morbo interdum uiris humidum frigidumque emittitur semen, mulieribus uero purgationes uitiantur, tabifica superfluitate plenas, sunt & natura quaedam mulieres uiragines, & uiri nonnulli mulieribus si niles, illis menstrua defunt, his semen exile frigidumque existit. Quod experimento cognoscitur, quod enim tenue & frigidum est in aqua cito diffunditur, & per summa innatat, quod fecundum est in imum descendit. Mulierum uero probatio suffiu dignoscitur ut odor per uteri partes ad fauces feratur, anhelituque dignoscatur, atque etiam illitu, ut colores oculis inspecti saliuam inficiat oris: si haec non contingunt meatus obstructi esse creduntur: sedes enim oculorum maxime omnium locorum capitis seminalis est, uisum enim immodico rei uenerae oculi aperte languent & caui fiunt. Ex eo autem Plinius fecunditatis, inquit, in foeminae praerogatiuam accepimus, iunctis medicamine oculis, saliuam inficit. Excretio autem seminalis a septo uenit, principium enim naturae hinc est. Itaque fit ut motus a generali adpectus deueniant, hinc odores illi per spirationem sentiuntur. Cur autem mulorum naturam sterilem uideamus, mixturam seminum diuersam causatus est Empedocles. Multa enim inquit Arist. ex ijs quae non eadem specie progenerantur, scilicet prodeunt, cum igitur natura sit frigidum animal, semen quoque genitale eius frigidum esse necesse est. Cuius rei indicium, quod si equus superuenerit equam quam equus interficit, peruertet propter seminis sui frigiditatem, cum igitur inter seipsa iunguntur, seruatur semper propter alterius calorem, calidius est enim quod ab equo feceritur: nam asini & materia & genitura frigida est, equi calidior est.

De causa sterilitatis ex alijs autoribus, Cap. XI.

HABITUDINIS dissociatio sterilitatis principalis causa est. Accedit praeterea si matrix aut parui, aut nihil attrahit, aut si conuersa fuerit, uel caro superexcrescens adiuncta fuerit, uel si oblonga aut opima ceruix, uel abdominis, uel omni pinguitudine nimium onusta fuerit. uel eris item uitio uel abscellus: aut haemorrhoidum causa non concipiunt, nam *ischiadici non generant teste Aristotele: quibusdam saepius in mense purgationes fluunt, sicut aliquibus nunquam. Sed tales (inquit Plinius) quaedam concreto genitali gigni quae non generant, plurimum quoque refert si dirigendi uis infirma est retentrix uel potentia, uel si cuiquam post aures uenae praefectae fuerint: uel si incisa membri

Penis immodicus infecundior.

Offentum similia paria. Causae sterilitatis animalium.

Fecundum ne sit semen signa.

Mola quare sterilitis.

*ischiadici

Fœminorū lo
corū calidiorū
signa & auxilia

banum, castoreum, mulio calefactum uel thalassomelite. Probatum & pessus, qui Gonci adscribitur. Calidiores fœminarum locos indicant corporis habitudo calidior, & mē sium paucitas, qui cum dolore erumpunt, sepeq; naturalia earū exulcerantur. His profunt humectantia, refrigerantiaq; qualia inter olera lactuca, malua, blitum, cucurbita, ac cucumeres, pepon item, ac atriplex, portulaca, & his similia. Pubi, uentri, lumbisq; refrigerantia imponuntur, succi q; illinuntur. At nimia humectanti potentia conceptus inhibetur: quoniam in uenere plurimum ex partes humescunt, humore quidem tenui exuberant, sicuti & menstruæ purgationes copiose fluunt. Prodest in omnibus sicior diæta, exercitationes, cibaria mediocriter exiccantia, frictions in superioribus quidem membris, ac uomitus: iuuant quoq; id uitium austerā & styptica auxilia. Quale est lentisci decoctum, myrti, rosæ, ac rhullis, balaustiorum, ruborum cauliculorum, gallæq; im maturæ potiones ac fomenta. Aridam locorum in mulieribus naturam contrarijs cura mus auxilijs. Balneis, unguentis cibisq; humectantibus oleribusq; uinum inter nouū uetusq; prodest. Ex crassis quoq; humoribus sterilitas oritur, tum ea quæ leuiter mor dent menses mouent, sed cuiuscunq; humoris uicium medicamenti genus est, sed præcipua est ex aloë picra, si ex lactis sero bibatur, nam & uictus ratio respondere debet. Phlegmaticos humores superabundantes, exercitationibus, sudationibus uomitibusq; dissoluimus, atq; comminuimus: sic infusiones iuuant ac pharmaca. Nam epithymum, euphor bium, piper, dauci semen, et petroselinum, singula bene tusa pondere diuum drachmarum, potionibus dantur. Sed modum in ea propter euphorbium pro corporis uiribus nō de finit. Nam humorem alui turbat & uterum calefacit, sic & menstrua trahit. At si mulier menstruas quidem purgationes recte expediuerit, temperare id medicamē necesse est. At quando quidem concipiendi facultas in cluso spiritu prohibetur tum ueter inflatur. Abstinentia in primis subuenit, cuminum & anethum datur, ac apij semen, rutæ & anti si, ex ijs quedam in cibis, quedam in potionibus, alia ipsi membris genitalibus impo nuntur. At locos contractos aperiuunt bene olentia ex calefacientia q; addita malua, lini semine, fœnogræco & oleo, interdum melle adiecto: ijs uehementiora sunt artemisia, conyza, calamintha, pulegium, anthemisq; siue chamomila, quibus addita terebinthi na, nitrum, elaterion, castia, & liquida pix. At quibus supra modum genitales loci ora q; patent calidæ uaporationes medicamentaq; exiccantia, stypticaq; medentur, cytini, len tisci, rubiq; radices, ac myrtus, quæq; in humidiorē uulua conueniunt. Cuius cōuersio nes deniq; corrigūt uaporationes, calidæ ac malagmata si imponuntur, Hæc Aegineta.

Platuū in fœmi
narum locis re
media.

Aperitiua locos
contractos.

Compositiones ad sterilitatem, Cap. XVII.

Pessus ad sterilitatem, quo medicatis locis utimur, nam ante coitum conceptū pro mittit, styracis solidæ, balani muscati, ac eupressi, lentisci lachrymæ, thuris maris, om nium ʒ. 2. succini odorati ʒ. s. opobalsami ʒ. ex mero tusa componitur. Alter pessus ha bet, leporini coagulati, ac eiusdem simi, pares portiones ex melle cogūtur in collyria. Vul gares & triuales fœminæ quæ prolem optant, allium ex rosaceo decoctum lana inuo lutum naturalibus indunt. Vnguinis genus est ad conceptum utile. habet, nardi, croci, mastichis, styracis, omnium ʒ. 3. malobathri unam, olei nardini, rosacei quantum satis sit, ab umbilico illa uersus ad naturalia inungunt. Ad uulux fluctiones seminis q; inconti nentiam, cerebrum leporis assum, si assumitur, facit. Locorum ariditatem emēdat natu ralibus partibus inditum, aut per aluum infusum, sed aliis prius clystere colluenda est: gallinaceum adipem, anatis, ceruinum seuum in pessum modum immittunt. lac caprini potum iuuat, gallinaceum ius partesq; pertinentes aqua repente perfundunt.

Quibus ad conceptum utebantur antiqui, Cap. XVIII.

Mercurialis.

Conceptus adiuuat pastinacæ erraticæ folia uel semen. Porro q; capitato fœcundi tas augeri traditur. Cuminum odore iuuat, semen caucalis potum. Mares aut fœ minas concipi tradunt mercuriali utriusq; sexus succo, quam alteram arsenogonon, & thelygonon uocant, quidam aliam esse uolunt, de quibus mox dicemus. Folia decocta ex oleo & sale uel cruda ex aceto, quidam decoquunt eam in nouo fictili, cum heliotro pio, & duabus, aut tribus spicis donec decoquatur: hoc contingere si à coitu protinus bibatur in passo, edantur tæ folia, mares gigni masculo, fœminas altero sexu, sed alij ali am

am esse à mercuriali herbam syluestrem omnino, quam nobis in Creta ostenderit, sed illi similem. De arsegonon et thelygonon Plin. ex Theophrasto, herbae sunt habentes uuas floribus oleæ similes pallidiores tamen, semen album papaueris modo: thelygoni potu fœminam concipi narrant: arsegonon ab ea semine oleæ nec alio distat, huius potu ma res generari perhibentur, alij utranq; ocimo similem tradunt: arsegoni semen geminum esse testibus simile: an sit eadem quam mercurialem uocant, an alia pariter in re herba ria sit iudicium. Ambæ tamen inter se haud dissimiles sunt, quarum folia ocimi specie ui suntur, mari è caule cubitali ramofo in cacumine geniculis densis alarum cauis multis, semine in geniculis dependente: fœminæ semen copiosum. Mari iuxta genicula sine pe diculo hæret, fœminæ soluto semine & candido, folia maribus nigriora, fœminis candi dora, radix superuacua prætenuis, nascuntur in campestribus cultis. Theophrastus fru ctus thelygoni modo musci oleaginei sicut oliua cum primum è musco emergit, uerū pallidior, & arsenogoni geminis modo testiculis hominis, non nouere ne semen fœtifi cum fiat fructum hederæ candidæ, contra ut prolificum fiat fructu cratei ex aqua nasci tur, id lini modo ruffum, & fructum tanquam milium fert. Eas ad hunc modum, inquit Plin. adhuc medicorum nemo nouit, ille eas uulua cum melle: uel rosaceo uel lilino uel irino admouit. Itē q; ad ciendos menses secundas, hoc idem præstare potu forūq; dixit. Mares præterea concipi putant, si uulua leporis in cibo sumatur, & testiculis et coagu lo epoto promittunt. Restibilem fœcunditatem afferre leporis utero, ij quæ parere de sierint, sed & pro conceptu leporis sanem. Adiuuari putant conceptus uaccini lactis potu. Sterilitatem ob partus uexationem factam emendat fel taurinum, adeps serpenti um, & erugo, melle addito medicatis locis ante coitum. Mares parituras promittunt, si carnem uituli cum aristolochia inallatam edant circa conceptum. Cuius rei causa dan tur uermiculi qui in gramine inueniuntur quini aut septeni potu, cochlex in cibo sum ptæ uel impositæ cum croco. Nostri cum pessum imponunt septimo die à purgatione menstrua, atque colluto naturalium ore. Componuntur gentiana, crocum, myrti folia, aloë trita ex oleo sesamino coacta, imponuntur post quatuor horas cōceptum promit tunt certissimum. Alia pœontæ semen cum saccharo immittunt, eboris scobis quoquo modo data drachmæ 2. dantur tribus diebus cōtinuis. Arist. ceruam cum peperit tradit membranam primam è secundis deorare, mox selolim herbam petere, quam cum ædi derit, redit ad prolem. Galeni remedium idem, castorei, piperis, grana. 12. cum pulegio ex uino bibantur. Idem autor leporis uterum aridum tritum utriq; dari iubet. Si conce perit mulier, calidam habet ceruicem, dorsi q; spinam frigidam. Fœcunditatem repeti docet mali punici folijs aridis tuis cum melle collyrium facito & genitalibus indito trium digitorum longitudine, à purgatione id fieri debet tribus diebus continuis, tuā passam cum nucleis tufam glandis modo indito ante coitum. Dedere aliqui ceruinum penem concisum in potu. Alij infantis umbilicum arefactum nouo experimento. Plin ius mycontum contra sterilitatem subdi tradit, qui & abrotonum efficacissimam esse herbam contra omnia ueneficia quibus coitus inhibeat.

De conceptu, ex Aristotele. Cap. XIX.

Sine uirili semine, sineq; fœmineo albo excremento concipi impossibile est. Si locus Sigitur turgēt, & uulua ad naturalia ora descendit & cum profusione fœminæ aga tur, quoniam os uteri se aperit cum profunditur, in qua quidem profusione uoluptas & mari & fœminæ contingere solet, semen etiam maris melius ita dirigitur, & iuuatur. Sed alia est profusio quæ intus fit in utero, alia quæ foras emittitur. Ab utero enim tra hitur semen suo calore, & menstruorum decessio & confluuium fomitem in ea parte caloris parat. Itaq; ut uasa non illita calido diluto humore aquam in sese trahunt, ore in uerso attrahitur, genitura maris calorem uitalem continet: qui partes similes ducit eo dem, & unit atq; constituit. In conceptu partes omnes corporis potentia insunt, princi pium maxime promptum habetur, quamobrem primum cor actu constituitur, conce ptus enim quasi filius est à patre mancipatus seorsumq; collocatus, itaq; principium ha beri oportet, à quo etiam post ordo membrorum describatur, & quæcunq; ad absoluē dum animal pertinent, disponantur. Quapropter cor primum distinctum in omnibus

Conceptionis se
gna.

Abrotoni uis
aduersum uene
ficia coitum ina
hibentia.

Que partiu fœ
tur primæ cono
stiuantur.

inspicitur animalibus, quæ sanguinem habent: mox foetus constitutus cum alimentum aliunde desiderat, quod enim iam animal est, augetur: alimentum autem ultimum animalis sanguis est, unde & uenarum principium à corde est, nam & illis uenas duas natura describit capillamentares, ex quibus umbilicus constat, ueluti putamen circumcunctaneum quoniam uenarum imbecillitas operimentum ueluti uaginam desideret: uenæ autem quasi radices ad uterum pertinent, per quas alimentum haurit foetus. Incrementum igitur foetui per umbilicum ingreditur, eodem quo plantis modo per radices, atque etiam animalibus ipsis ubi absoluta iam sunt ex eo quod continetur alimento, idem accedit. Peracto igitur & descripto uniuerso corpore liniamentisque primum datis, ossibus, neruis, medullaque iam ortis, quæ frigido consistunt, & calore concoquantur, per uenas igitur antedictas à corde procedentes, earumque poros minutissimos quosque alimentum resudans, rorescensque, quemadmodum aqua per crudiusculum uas * *utile exudat*, in carnem conuertitur frigore consistens. Ex quo fit ut caro ab igne resoluat, sed quæ terrena admodum oriuntur parum humoris calorisque adepta, hæc dum refrigerant humore cum calore euanescente, duram terrestremque formam capiunt, ut ungues & cornua in brutis, quæ igne molliuntur, nerui & ossa calore interiore conficiuntur siccescente humore, quamobrem ossa resoluunt ab igne non possunt, quomodo testa indissolubilis est, quasi enim in fornace excocta à calore generationis ita constat. Hic autem calor nec ex quolibet carnem, aut os facit, necque quolibet modo, aut tempore, sed ex materia apta, & ut apte & cum apte effici potest, sicut nec faber arcem, nisi ex ligno facere potest, neque arca ex lignis effici potest sine suo artifice. Inest hic calor in semine tantam talemque habens motionem et actionem, quanta modice ad quamuis corporis partem accommodetur. Quod si uel deficit, aut excedit, rem quæ fit, aut deteriore efficit, aut læsam, & mancā, & natura motum caloris accommodat, utitur frigore, quod priuatio caloris est, & calore natura usum habentibus necessario, ut alterum hoc, alterum illud faciat. Sed in ijs quæ alicuius gratia constituuntur, accidit ut alterum calefaciat, alterum frigefaciat, atque ita pars quæque qualitate certa afficitur, ut caro mollis uel aliqua alicuius gratia facta est, sicut neruus siccus, & ductilis, os siccum & fragile. Cutis carne siccescente (inquit Aristot.) efficitur, quo quomodo in polentis crustula lentore quodam ambiente. Primum itaque superior pars per generationem distinguitur, inferior tempore procedente recipit incrementum. Nobilissimæ partes ex sincerissimo primoque alimentum gignuntur, reliquæ necessariae, ac illarum gratia instituendæ ex dexteriore & reliquis excrementis. Ut igitur incremento iam addito, mens aduena hæc facit sicut pater familias in dispensando quotidiano cibo facit, liberis primum optimum, deteriore seruis, uilissimum socijs animalibus tribuens: sic in ortu suo natura ex sincerissima materia membra principalia conficit, ex excrementis ossa, neruos, ungues, pilos demum constituit, ossa ex feminali excremento in prima partium constitutione gignuntur. Cumque animal augetur, hæc incrementum ex alimento capiunt naturali, quo partes principales augentur, nerui etiam eodem modo constituuntur, quo ossa, sed ungues ex aduentitio & auctiuo.

De signis conceptus, Cap. xx.

Exercitationes ad conceptionem facere.

SI mulier conceperit certa ex urina auguria non sunt, coniectura tamen ex multis quærenda est. Si primum igitur in uenere utriusque semen unum profuerit, siccaque subinde fuerint genitalia, quod post uehementem mulieris exercitationem contigerit, unde saltationes choreæque nouis nuptis institutæ sunt. Ex quibus hilaris quidam & uoluptuosus labor cum tibiarum sono, uel cantu ad conceptum conciliantur. Nec id à læsciuia uenere (ut nunc fit) excogitatum est: hinc colloquia habentur, & libidinis aspectus, motusque ueneri, certis saltandi legibus instituuntur, ut adulterum facile ad ulteriora inuitet commoda saltatio. Nam Maronis præcepto equas in area defatigari antequam ineanant, utilissimum habetur. Ita ad apertis genitalibus meatibus, absumptis superfluis humoribus, uterus facile hiet, & sese comprimatur, unde quædam protinus corporis sequitur horripilatio, & si quis sermo fuerit balbutis hebetædo uerba, fouet enim summo desiderio conceptum semen, atque id undique comprehendit, nec amplius remittit:

mittit: peracto mense menstrua sistuntur uel modice fluunt, quod ceruice iuxta genitalium ora, non à locis uteri contingit, Galeno autore, alioqui abortiendi incumbit suspicio. Si menstrua à coitu (inquit Hippocrates) non prodeunt, nec horror, aut febris superueniat, & fastidia accidunt grauidam esse arbitrandum est. Addunt alij, sique dolor quidam leuis sub umbilico hæret, sique languent interdum membra, si in coxendice quoque affuerit grauitas, & mammae turgidiusculæ fiant, earumque papillæ coloratur, si nauisæ infestant, si præter consuetudinem insueta appetunt, & acria eructant, cum caui oculi uel felleo colore suffusi cernuntur, uertiginosi, caliginosi, toruique fiunt, decolorantur membra, et maculæ in facie similiaque uitia innascuntur, tument interdum oculorum genæ & cor supra modum palpitatur, post primum mensem, aut tertium, nauisæ fluctuant quotidianis, hinc ciborum uaria genera oriuntur, acetosa cum plurimum acerba, et acuta, quædam fictilia uasa appetunt incocta, carbones, salem, ex terribus humoribus intra tunicas inclusis, quod secundo & tertio euenit mense, id *κίσα* uel *κίσα* à Græcis dicitur, in ea malacia grauide tanquam picæ uix oblata gustare queunt, mollicies et læguor quidam est prægnantium. In quarto mense desinit id uitium, nam uomitu, inquit Galenus, exhaustiunt magnam humoris partem, & aliam abstinentiâ uincunt, & foetus reliquias in sese contrahit. Id uitium & mares, ut idem Galenus scribit, infestat, ne dum prægnantes picant. Nonnulli cum mordax humor in ore constiterit stomachi. Prægnantes præterea uenerem negligunt, uel minus amant, nam reliqua animalia, præter equam, coitum non patiuntur, sola mulier rabie interdum tentatur. Maximè quoque languores sunt cum primum in utero conceptui capillus germinat: Quædam irascuntur, ac subinde lætantur sine certa causa: inguina coxendicæque dolent, ac genua quoque: somno interdum graui uel in die premuntur: ceruix calida est, ac dorsi spina frigida, sub partu stillicidio urinae tentatur, pulsus citatus acris pulsatur. Urina præterea alba est in suprema parte, quæ leui concussu bullulas quasdam uel minutos ueluti furfures diffundit. Cæterum citreo colore & diluto cernitur, ac in medio ueluti alba nubes pendet, & à summo interdum alba in casium quancumque uergit colorem, friditæ floræ similem. Urina quandoque turbulenta emittitur quæ subinde clarior lutoso sedimine apparet, ante partum uero atra coenosaque redditur. Sunt & alia signa ab Hippocrate descripta, ut si mulsum dormituris in potu data tur, rossionibus circa uentrem ortis, concepisse indicio est. Alij multa deprehendunt crudæ pota. Si non affluere, binas uncias dant. Alij ex aqua pluuia æquo pondere, suffitu quoque infidentibus circumdantis uestimentis si odor ad nares uel ad os non peruenerit. Vel si alium partibus inditum indicium facere arbitrantur, incerto sæpe experimento. Si mulier marem conceperit hilaris similis uidetur, ac nitidiori uultu. Eiusdem autoris testimonio, si foemella concepta fuerit, tristis & decolor cernitur, languidis cruribus, nec id tamen perpetuum est. Addunt alij cibi maiora subesse fastidia, nam & in sinistra uterique parte motiones & grauitates sentiuntur: Incremente masculino foetu dextra uentris pars tumidior rotundatur, sic dextra pariter mamma turgescit, nam & eius papilla undique nigrescit. In foemineo conceptu, lacte manat sinistra, dilutiore tamè quod in masculino foetu crassius ac cadidius est. Sunt & in oculis indicia quædam, nam dexter uel hementius nutat, ac splendet, si mas in utero concipitur, & à pede dextro gressum incipit. In foemineo foetu pedes inflantur, uel interdum exulcerantur. Tradunt nonnulli nationis succo epoto grauidam deprehendi, si uomitionibus non reddatur: eam erygeron uocari diximus, in hortis sponte nascitur, erucæ folio quoniam uere canescit, id nomen habet. Hoc unum addemus, quod obstetrices obseruare, quot primo partu nodi in umbilico uisuntur, tot filij consequentur. Bene præterea in utero ualere conceptum ostendunt, si bene turgentes mammae ac duriusculæ fuerint, Hippocratis sententiâ. Infirmitas uero conceptus de male sanis membris, ex quibus uitiatum semen est, oritur. Nec perpetuum est bonam infantium ualitudinem, ex robustis & iuuenibus, contra ex senibus ualitudinarijs foetus concipi. Lac sponte ex ubere fluens aquosum præsertim, foetum infirmum pronunciat, uel si purgationes affuerint, cum grauidis, inquit Plinius, fluxerint, in ualidi, aut non uitales partus æduntur, aut saniosi. Præpingues (ut dictum est) aut non concipiunt, aut infirmos ædunt partus. Si uterum gerenti hypofarcta orta fue-

Picare & mares.

Urina.

Senecio.

Bene ualens fetus signa.

Gemini. rit, ita quod aures, nares, ac labia rubicunda uideantur, ea aut emortuum partum eijciet, aut morietur. Si in utero gemini fuerint, utriusque sexus, cum plurimum foemella periclitatur, uiuente mare, ex Aristotele, non enim in tempore aequali in utero formantur, eiusdem propterea sexus incolumes sunt. Vidimus uno partu tres foemellas mulierem peperisse ad Triniacum oppidum in Veronensi agro, quae feliciter uixere. Si mulier ante mensium purgationem conceperit, uirosa alimonia aletur in utero foetus, quidam leprosi fiunt, si in ipsa concipiuntur uirulenta purgatione. Quae uero superfoetant mulieres post longa interualla, commoriuntur, secundus praesertim conceptus. Refert Aristoteles mulierem gemellos incolumes peperisse, & tertium in quinto mense enixam mortuum, Ultra nonum mensem, hoc est decimo aut undecimo mense geniti, infirmi sunt. Si puella ante primam purgationem conceperit, nitidum aeditura est partum.

De grauidarum obseruatione, Cap. XXI.

Abortus causa. IN delicijs uersari grauida in omni dieta genere debet, graueolentiam, sonitus horribiles euitare, et res immundas a conspectu arcere, opus est. Abortiuum facere tradit nidore extinctae candela aut lucerna, tanta est natalium nostrorum imbecillitas. Plurimum obest formido, ac subitus metus, intemperataque iracundia. Nam & grauidae sellulariae esse non debent, nisi facilliter abortiri solita sit mulier, alioqui ocio marcescere obest, ambulare conuenit, atque in muliebri opere interesse necesse est. Incommodae saltationes damnantur. Pleraque in scapulis uel dorso percussa abortum fecere, sicuti scalarum lapsu. Balnea, solaria, ac inunctiones euitent, quae tamen ante partum iuuare traduntur, & in sole caput inungere damnauere, quando destillationes mouere soleant, & sternutamenta, ac asperas tussis, uestimentis membra, uterum praesertim muniri debent: odoratis utantur cibarijs & obsonijs, quibus fortuna non inuidit, delicatioribus, facili coctionis, quae stomachi fastidia leuent, in qua re summa mundicia quaerenda est, salilaginem euitent, qua partus uitiatis gignitur unguiculis: infantia & acuta mordentia damnantur, praeterquam si ea summo desiderio appetant, tum exiguo gustatu appetentiae satisfaciant, reliquum a mensa arceant, qui custodiunt. Vinum uetulum meraciusculum esse debet, diluto colore uel flauo, subaustero sapore. Inter fructus passulz commendantur, in esca pira, mala cydonia, persica, punicaque non nimium austera, uua persilis, palmulae, ac ijs similia. Si picare inceperit mulier, & carbones, salem, ac fictilia appetere inceperit, tum cicer tostum subcinere, fabam, pisum, uel triticum damus, ea saepius in die assumere debet, sed paulatim. Aluo altricte caryca subuenit, fici aridae, praepingues. pruna uel recentia uel arida & ijs similia, damascena praesertim, & quae nigra rotunda quae manum implent dulciora myrobalani dicta, sed falso pruna quoque memphytica tamarindici ab officinis dicuntur, quibus si ris miro modo extringitur succo eorum potio. A uenere cauere debent prioribus tribus mensibus, ceteris minus obest, postrema ciuntur, nam partu sollicitat. In omni uictus genere aperieta, diuretica, quibus menstrua ciuntur, obesse solent. At cum praegnates purgari opus fuerit, per interualla sensim fieri necesse est et medijs, ut dictum est mensibus. Defectis stomacho rhodosaccharum subuenit, mastiche ac xyloaloes farina. Eo modo emplastra stomacho imponuntur aromatica, leuiter calefacientia. Inter misturas ea mire iuuat, habet, cinnamomi binas, coriandri praeparatis. ocimi garyophyllati dimidiam. Tragema ex saccharo ac rosacea conficito, addit alij margaritarum, aut corallij pollinem uel cardamomi paulum uel maioranae. Vires enim corporis, & stomachi tardia reficit. Alij sandalorum scobem addunt.

Si stomacho laborant grauida, uel alia uitia patientur, Cap. XXII.

S stomachus male habet pinguis & dulcia cuncta arceantur a mensa, parcius aqua bibant, ut Paulus docet, sed uinum austerum, odoratum bibant. Inter obsonia auiculz, turdi, perdices, phasiani, turtures, columbaei syluestres, palumbes iuniores, & similia dantur. Inter remedia cum uino datur polygonon, anethumque: os stomachi iuuatur impositis folijs uitis coctis, aut pampino cum uino & aceto, hyeme labrusca flores cum lenticino oleo stomacho illiti iuuant. Si frigida causa fuerit, adde castorei exiguum, alij aristolochiae ex uino decoctum dedere, cydonia quoque mala imponuntur: aut palmulae immaturae, tunsae cum calamo aromatico & nardo. Si cissa uictum mulierem affligat,

affligat, ut enormiter appetas, rhodosaccharum in potu iuuat aqua dilutum. Persica uel saccharo condita profunt, sicut & polypodij decoctum, tum & aciduli saporis conditadamus. Medetur interdum & sinapis condimentum, stomacho calamum aromaticum, mellilophyllum, citreos cortices, rosam, cum lenticino oleo imponimus. In eo tamen extrario appetitu ne in perniciem labatur mulier, leui gustatu, quae appetit danda sunt, sed modus seruandus: propterea cauendum est, ne ea cibaria inueta uel quaeque difficilia inuentu nominentur. Stomachi uero inflationes & dolores cymino in aceto macerato discutuntur, torrefieri enim subinde debet, & thus masculum, & origanum cum castorei exiguo, & anethini oleo imponi debent. Si uitio stomachi cor supra modum palpitatum aqua calefacta paulatim absorbenda est, ac statim leuiter ambulandum: Si uero intempestiue menstrua fluunt grauidis si ti prorinus non debent, nisi uires deficiant: ca si modice fluunt, mucore conceptu interdum promittunt, ea maxime ratione, ut si a locis uteri non fluant, alioqui si ti debent leuiter astringentibus, qualia acacia, hypocylisthis lensque dempro cortice, in quorum decoctu etiam desidere iuuat, in quo & balauista imposita & feruefacta profunt, & aridae fici ex aceto decoctae sub uentre imponuntur. Ac si pedes inflantur, ac supra modum tument, stomachi & iecoris ratio perscrutanda est, tum cibaria leuia offerri debent iucundi saporis: id uitium primo trimestri euenire tempore solet. Imponuntur brassicae folia carbonibus macerata, aut hymbryce excalefacta. Alij eiusdem succo utuntur, cum ciceris, fabarum eruique farina. Aliqui uino & aceto cum cimolia creta, quam posteriores quidam esse putant, quae sub mola acuentium ferrantur aluo subsidet, eam aceto temperantes, ita illinentes pedum tumores. Sed cimolia duo genera sunt ex Plin. & Dioscoridis autoritate ad medicos pertinentia, candidum & ad purpurissimum inclinans, uis utriusque ad discutandos tumores, & si tendas fluctiones, aceto assumpro. Si uero aphronitrum, & cyprinum admisceatur & acetum pedum tumores sanat, ita ut in sole curatio haec fiat, & post sex horas aqua salsa abluatur, inuenitur sarda, & umbrica, et quam uocant saxum. Quidam sapone gallico ad tumores utuntur: alij sambuci folijs in regula tostis candefacta, post haec aqua marina lauant pedes. uel ubi abrotonum, & absinthium, ac chamomila incocta sint. Si uero grauidis fecur in duruerit, ac intumuerit, difficulter sanatur, saepe mortiferum est. At si quae praeterea medicamina danda sunt leuiora, inquit Galenus, offerenda sunt, nam uehementioribus facile laeduntur.

De partu & difficultate pariendi, Cap. XXIII.

A Conceptu uulua (ut iam dictum est) statim se contrahit ad septimum usque mensem, octauo uero dehiscit, & partus si uiuit, descendit mense eodem. Sed si mortuus est, neque descendit, neque dehiscit utriculus, idque uel indicium est, foetum uitalem non esse. Statutum tamen pariendi tempus in homine nullum est. Alius septimo mense, alius octauo, & si qua rarissime, nono, decimo & ad undecimum usque summus pariendi finis est, ante septimum mensem haud unquam, uariant enim pluribus modis pariendi tempora, hominis enim prima figuratio uaria est, alij enim triginta diebus absoluntur, sed raro uiuunt, quidam triginta quinque, nonnulli quadraginta, sed qua rarissime. Quadragesimo uero quinto fere omnes in utero figurantur & animantur, eius temporis duplicato spacio primus motus est, rursus triplicato hoc est mense octauo eijcitur partus: si in nonagesimo die motus fuerit, qui in nono mense aeditur tempestiue. Sexti & octauo mensis spacia letales abortus faciunt. Verum iam & in Italia octauo mense partus fuisse uitales compertum est. Quomodo septimo mense gignitur, habitudinis robur indicatur, quem Aristoteles eum plurimum infirmum esse existimat, atque non nisi pridie postero uel plenilunij die, aut interlunio copertum est nasci. In Aegypto saepius octauo: undecimo mense quosdam natos fuisse ferunt. In Cypro insula tempestate nostra foemina geminos peperisse accepimus, alterum octauo mense, alterum decimo nono macie coactum, utrinque dentatum, qui capitis partem quam sinciput uocamus consumpserat: is statim aeditus omnium admiratione per umbilicum irrepisse dicitur: tanquam monstrificum animal uiuum sepeliri iusserunt. Accepimus & aliam quatuordecim mensibus partum tulisse, quibus animandi mouendique spacia imbecillitas quaedam distulerat.

R 4 De natu-

Stomachi inflationes quibus discutiantur.

Fetus emortuus in utero signum.

Monstruosi partus exemplum.

In utero partus in semet conglobatus inter duo genua naribus suis, manus ad costas porrectas extensasque habet uersus renes & matris lumbos faciem uergit. Hic nunc nisi totus ex utero lapsus uocem emittit postea auditur: manusque statim ori admouet, se cernitque, alius protinus, alius breui, sed omnes infra diem: quamquam Plinius, rursus in foeminis dicat, quas infantium alio aeditas in utero ipso sordes contra sterilitatem subdissent, meconium uocant colore cruentum, atque admodum nigri, & piceum est, lacteum mox, & album deinde redditur. Grauidas si tormina uexant, oculisime pariunt, ac sapius moriuntur. Quae lumbos dolent, uix pariunt, quae imum uentrem, expeditius. Si mas nasciturus est sanguis dilutior est, ac pallidus, si foemina cruentus: nonnullis tamen euenit, ut nihil horum fiat. Pariendi tempus indicat ingestibile foetus onus, sub umbilico enim ac in lumbis inguinibusque ue cruciatu continuo sentitur, uentris item caliditas, sed genitalis natura tumet: humoris profluum, ut incontinentia, haec omnia appropinquantis partus indicia sunt. Nascente, dei iussu, foetu os illud sacrum a quo uescica neruos suscipit, rectum enim & latum os est, uuluaque ue annexum, & hinc nerui ad curra feruntur, ex quinque uel quatuor constat uertebis ima spina collocatum, Galeno auctore, maximum enim est, inquit, imae spinae ueluti fundamentum sub tanta uertebrium mole constitutum, sub eo enim nulla alia pars subiacet, id autem sub ipso partu diuino naturae munere quam maxime hiat. Id in brutis animalibus parientibus uidimus, tamen enim ab osse pubis aduerso recedit (multiplici ob id compage constat (ut foetui nascenti amplior pateat exitus, peracto opere in naturam suam redit, euenitque (ut nobis comperit) ut altero geminorum aedito. & altero haerente uel secundis in utero morantibus sese intempestiue comprimit. In partu humoris copia, ac secundarum leuitas per lubrica facilius exit infans: In caput prius sese circumagendo, id enim facile a natura fieri putant, cum supra umbilicum pari libramento ponderosior uideatur, ob id eo facilius se uergit, quo pondere trahitur, alioquin in pedes nasci contra naturam necesse est, unde agripparum nomina: euenit enim importuna obstetricis festinantis curatione, quae uentrem parientium comprimunt. Primiparis metus maxime obest, cauendumque in omni puerperio ne mulier oscitet, ut dictum est, ne ue inedia uincatur, aut nimio supprimatur cibo. foemininus partus difficulter editur: obest sedis infirmitas, plurimumque pinguitudinis: aut si mulier ita iniquis sit, ut motionibus crebris foetus in utero sedem mutet, maximo in pariendo periculo: difficilius aeditur, quam in caput maxime creuerit, aut uniuerso corpore: difficulter eijcitur emortuus foetus uel si excrementicius defecerit humor: uel si in latus exire uel clunes uideatur, omnia infanti, aut puerperae letalia. Securam paritionem permittit in stabilitas foetus, inguinum tumor, facilis anhelitus. Uulua quoque ratio plurimum refert, si exigua, siue arida sit, siue angusta ceruice fuerit. Secundarum quoque firmitas partum remoratur: sicut & uescicae mala, si pterea alius sicca, aut abscessus, coliciue dolores, haemorrhoides, tenuia ilia, frigoris iniquitas, contra uel uehemens calor, uentris infirmitas, unde sapius interior membrana, quae peritonaeon dicitur rumpitur, collapsis intestinis uel omento: si tamen partus differri uideatur balneo opus est, sed modus custodiendus ne uires delinquant, genitales subinde partes, coxae, inguina, lumbi ac os sacrum, anethino chamamileo, & ac amygdalino oleo inungatur. Quidam dieb. 30. continuis ieiunijs dedere gallinaceum uel ex oleo amygdalino, aut sem. mali cydonij, aut lini lentorem mucilaginem, uel foenograci, si dolor affuerit. Tum interea uitanda sunt acria, appropinquante partu exiguo cibo uti necesse est, qui tamen plurimum alarum, uinoque odorato: exinde horum interuallo sedere debet porrectis pedibus. deinde supina iaceat pari spacio, subinde exurgere, clamare, suum brachia suspendere, per scalas ascendere, ac descendere utile est. At cum intus rupta membrana fuerit, quam & obstetrices ungue dilacerant, anhelitum comprimere iuuat, se dile ad idem aptum constituitur circumpositis pilulis, carbonibus sub eo subijciunt non sine nidore, id non scandunt nisi naturalibus adaperitis: praepinguis grauida demissis telluri genibus, capite, cubitisque pariter scamno procumbens innixu spiritu comodius parit, illitis partibus genitalibus, secundae demum appareret quae sponte rumpuntur, uel si dura membrana fuerit ungue dilaceratur. Sed interdum ad id officium uelocius quam epus sit inui,

Difficultatis & facilitatis in partu causa.

Infante partu quid puerperae faciendum.

ut inuitantur, praematurum iuuandi studio, ut exhaustis humoribus, lubricus humor, oui candidum, ac luteum pariter inditum iuuat calefactum.

De obstetricis officio, Cap. XXV.

Obstetrix robusta, non annosa esse debet, prudens, perita, ac in eo munere facilis, audacula quae animum primiparae facile excitet, & quae praeparatum animum coarguat, faceta hilarisque sit, & non solum difficultati partus opportune, expediteque succurrat, sed etiam contra ea quae accidunt, ingeniose agat, & in praecidendo, deligandoque umbilico infantis non impigra sit: non dicacula, sed religiosam esse oportet, nam saepe infans ueluti emortuus enascitur, qui prius quam deligatur umbilicus compressio intus sanguine tanquam recepto alimento, uitae restituitur, is alioquin deliquit moritur. Si agrippa caput circumagere nequit ullo auxilio, uittis educuntur tenuibus pedibus alligatis. Enecti partus & qui capitis magnitudine, aut corporis totius supra modum increuere, cum plurimum lacerati extrahuntur, matri potius parcendo: qui decessit malicorio ex aqua trito, ut Celsus tradit, eijcitur. At si mater infelix in puerperio forte moritur, surculo impacto intra dentes quam maxime matrem hiantem reddimus, tum nouacula uentrem scindimus, ac uterum, exempto foetu umbilicum protinus obligant, ac in os pueri sufflant, ut spiritum recipiat: ij Caesares, ac Caesones, a caeso matris utero nuncupati sunt.

De ijs quae difficulter pariuntur ex Aegina nonnulla, Cap. XXV.

Parturientes interdum serius soluantur, aut sua causa, aut partus uitio, aut intestini humoris ratione, aut alijs quae extrinsecus eueniunt causis. Parturientis uero uitium est, ut si nimium crassa, aut praepinguis, aut quia uulua iusto minor sit, uel pariendi formidine, uel doloris expers, uel si circa matricem inflammatio orta sit, aut alijs propinquis partibus. uel quouis alio morbo laborauerit: uel si habitudine imbecillis sit, minusque ad propellendum firma, uel quia partum intempestiue accelerauerint. Quod autem partus in causa sit, aut magnitudine nimia contingit, aut paruitate, aut ponderis leuitate, aut quia grandi sit capite, aut monstruoso, ut si gemino capite progenitus fuerit, uel si omnino emortuus sit, uel uiuens sed imbecillis, uel si numerosi in utero sint partus, quinos enim uno partu aedi posse Herophylus scribit: incongruum etiamnum est si praeter naturam in utero habuerit positionem, naturalis enim positio est, primum enim caput ad coxas uergeti protensis brachijs procliu ad orificium capite, deinde pedes in directum posidere, reliquae ijs diuersae positurae damnantur, & incommodae sunt. At intestini humoris ratione contingit ut si praenimia crassitudine non effertur, aut quia antequam necesse sit prorumpat, praenimia tenuitate membranae, intempestiue enim solutis humoribus difficulter labitur infans, quoniam siccior redditur. At quae extrinsecus euenierint consideranda sunt, quoniam frigus nimium astringit, calor immodicus uires dissoluit, uel si quid aliud forte acciderit. Si uero siccitate, uel aliqua alia re comprimente partu retarda uerit, oleum dulce calidum inijcitur cum foenograci decocto, aut maluae, uel feminis lini, aut ouo coniecto, nam & plurimum recreat. Exinde uentri, pubi, lumbisque cataplasmata, ex lini semine imponuntur, aut diamellicratum aut hydroleum, aut euaporationes ex similibus, & balinei quoque iuuant nisi febris prohibeat aut aliud accides. De inde lectica parturientem in coelauo calido iactari conuenit non uehementer, alij uehementiores motus laudauerunt, sicuti sternutamenta. Sed in primis metuentem adhortamur, sicuti in expertam doloris increpamus: sed praecipue spiritum continere, & ilia conflare, si quae animi defectum pati inceperit, odoramentis recreamus: & ad sensus reuocatum exiguo cibo, sed praestanti reficimus. At praepinguem ad lectulum pronam collocamus inclinantem coxas ad genua, quoniam matrix ex directo orificium refert, quod digitis caerotarijs, inunctionibusque inungimus, ac leniter aperimus: & si haec partes aliquo uitio infestarentur, pro morbi ratione subueniendum est: & indurata in aluo recrementa clystere trahenda sunt, intestinis uero humor si non sponte erumpit, digito soluedus est, aut polypica spatula abscondita praerentante sinistra manu, & si opus est oleosa & pinguis infundimus. At si praeter naturalem positum habuerit conceptus, & ad naturalem redigendus est, & ipsum sensim repellere, retrahere, ac incuruare, uel digerere necesse est. Si uero manum, aut pedem prius emisserit, non extrahendus est, ne abrupatur, sed molliter ad inte.

Foetus agrippa quomodo extrahendus.

Difficultas pariendi uitium puerperae.

Positio partis in utero.

ad interiora reuocanda sunt. Si uero torus in sese conglobatus foetus orificium occupat, elatis prius crinibus ab orificio emouendus est, exinde ad naturalem situm redigendus. Si plures partus sunt singuli per ordinem trahendi, sed omnia leniter, sine membrorum offensa tractanda, & oleosis locos ipsos perfundere utile est. Sed tempus considerandi fellam habetur cum matricis orificium digito adaperitur, tum partus facile prolabitur. Qui emortuus est, aut pari impedimento non exit, extrahi necesse est. Cōstat parturientes folijs althææ substratis celerius solui, protinus à partu reuocanda, ne uulua sequatur, dant & succum bibendum parturientibus ieiunis in uino decocta semina.

De secundis morantibus, Cap. XXVII.

EX secundis interiorem animam Empedocles uocauit, exteriorē chorion, sed ambas alij histeras nominant. Aedito tandem partu secundas lataliter interdum herere uidimus, quas nō minus quā abortiuum reformidamus, corruptionē em accelerant, propterea protinus eximēdas procuramus, ætate præsertim, unde facile mulieres exanimari uidentur, putri uapore cordis uitalia, stomachum, cerebrum q; subeunt: uidimus & furore paratas nōnullas insanire, ac furere. Ob eam rationē uasæ obstetricis est, umbilicum protinus femori puerperæ adalligare, ne temere retrocedant secundæ, tum sternutamenta concitantur utiliter, ac super fellā residere faciunt, facile enim somno corripiuntur, & animi deliquium sequitur, in ea succussionibus qua ciunt sub alis suspensam subdito galbano naribus, aut bdellio, opopanaco q; nam & illa spiritu intenta secundas deprimunt, si q; umbilicus apparet subito corripiendus est, atque deligandus, filum præputum habere necesse est: iuuant crebræ uel inanes uomitiones, si secundæ in utero folliculi modo turgēant, compuncto umbilico detumescunt, naturalia oleo rutaceo perunguntur: uerum si ex pertinaciter hærent, sinistra manu iniecta oleo sesamino prius illita eas perquirat obstetrix sedula, & leuiter extrahat sternutamentis commotos. Si ijs nō cedunt secundæ acetabulis pertinaciter hærentes, deligato umbilico (ut dictum est) uel membrana, in potionibus damus, quæ secundas morantes, & emortuū partum eiciunt. Si naturalia rursus ora obstetricis digito obstrusa fuerint, unguine aliquo emolliēte, siue oleo butyro ue aperienda sunt, ac sacri pariter os cum pectine: tum & fomenta & balnea iuuant. Peculiari auxilio subuenit sal cappadocus drachmæ pondere, cum uino tenui, aut artemisix aqua uel decocto, accelerat enim secundas, nam & opopanacis exiguum datur ex uino uel calaminthæ decocto, uel succus porri per se: alij lixiuium dedere, in quo radix arisaltheæ decocta sit, quidā ex oleo dedere. Theriaca quoq; sesquidrachmæ pondere sumpta iuuat. Dioscorides cinnamomū ex aqua dari suadet. prodest & marubij succus ex uino. Tradunt nonnulli urina uiriliter pota, secundas pellic, pulegio q; uel thymi decocto, rymbreæ, uerbene succo, nam & menses à partu morantes trahit. Colocynthidis interior pars ex melle indita trahit aut pulegium per se, uel unā cum rubiæ radice, ladanum suffitu, aut nasturtium cum carycis unā myxtis, asini item unguisæ fotu, aut melanthio: abrotonum quoque naturalia aperit, cornu caprino & ungula infusions facit. Medicaminis genus est quod sanguinē conglobatum attrahit, partum emortuum, & secundas morantes, habet myrrhæ ꝑ. s. cinnamomi, sauinæ, cassiæ, boracis ana drach. i. galbani, castorei ana ꝑ. s. opopanacis ꝑ. s. cum felle uaccino pastillos conficito, qui fotu mire trahit: tum rosaceum exinde infundimus: in potu diamuschem laudatur. Interea aromatum species cordis uitalia fouentes cordi & stomachi ori imponuntur: & in balneo insidere non utile est ex calaminthæ, pulegij q; decocto, addito abrotano, amaraco, aristolochia, fœnogræco, chamomila, meliloto, extrahunt enim secundas, sed & molas & sanguinem in utero conglobatum. habet myrrhæ unc. s. cinnamomi, galbani, castorei, singulorum drachma s. opopanacis drachma ex felle uaccino in pastillos digeruntur ad suffusiones. His si secundæ non prodeunt, manu opus est, oleo sesamino illita & in iecta, nam inuolucrum integrū extrahi debet, nullis nixa uirib. ne dirupto frustū intus relinquatur, non minori foeminarū periculo: Ab antiquis prodita ea sunt, nam Iaurus ex alexandrina aut idæa pota duū drachmarū pondere, in uini dulcis cyathis trib. Semē quoque rhamni syluestris, centunculū tritū, cū aquæ calidæ cyathis quinq; denarij unius pondere,

dere, seminis uel radice ari ꝑ. 2. in uini cyathis duobus, callitrichon cum absinthio, apij semen: ruta syl. cruda aut succus eius ex uino dulci potus, pulegium utrumque, pollij q; decoctum, gith, mercurialis fotu, uel cum melle aut rosaceo, lilino, irino q; radices panactis, polemonia ex uino, aristolochia, daucum, cissanthemos, artemisia, uel insidētibus uel imposita uentri imo, cum farina hordeacea, anagyri quoque folia ꝑ. ex pasto, leporis coagulum secundas cit: sed cauentur pridiana balnea, sic & in multo balneum ingrediti malum est, uermes terreni per se imponuntur: funum accipitris in multo bibitur, nouo etiam experimēto castoreū per se duabus drachmis. Cum pulegio ex aqua datur uel cum panace in 4. uini cyathis periclimenos decocta bibitur. Radix q; smyrnij, odor lucernarum si extinguantur, ita ut odor ad nares perueniat, partum emortuum, & secundas pellic, tradunt palmule ofis farina ex uino pota partum necari.

De umbilico & acetabulis, Cap. XXVIII.

Hic est in utero matris umbilicus, quo humanus foetus intus augetur, & quasi radix in utero formatur: in eo uenæ geminæ in membrana ueluti uagina ambiente continentur, hoc sanguineum exhaurit alimentum: uterus enim finis est multarum uenarum, quæ intus in cauo ipso quæ acetabula appellatur constituunt, in quæ umbilicus deuenit, atque hæret, tenduntur enim uenæ umbilicales undique laterum uteri, filia q; sparguntur usque quaque per uterum, & qua desinunt hæc illa acetabula existunt, curuamine suo coniuncta cum utero, cauo autem ad foetum conuersa: secundæ uero inter foetum & uterum posite sunt. In acetabula enim ueluti in mammarum papillas reponitur à natura foeti alimentum sanguineum. In ipsis secundis quædam carnosâ extantia sibi referta minimis, acetabulis affixa, quæ sanguinem & spiritum ueluti radicum fibræ exugunt, ij humores in uenis prius secundarum digeruntur, donec ad umbilicum deferatur nutrimentum. Itaque quandiu foetus est minor nec multum cibi assumere possit, acetabula conspicua, maiora que sunt, sed aucto iam foetu minora redduntur, demumque obliterantur, cum perfectus iam est foetus. Conceptus membranarum secundarum obuiolutus continetur.

De causis abortiendi, Cap. XXIX.

Post concubitus seminis uitalis fluxiones ante 7. diem cum euenierint, concipere foeminam prohiberi dicuntur. Id autem de industria fieri præcipit Hip. legitima quandoque de causa, alio qui inhumanum est, futurum hominem, antequam sit, interimere, retrorsum à coitu protinus saltare præcipit. Sed alij sternutamenta concitant. Luctu orto in coitu non concipere tradunt uel nidore extinctæ lucernæ. Is abortiendi primus modus est, sed alij suis temporum articulis sequuntur, cum peracto conceptu, cotyledones seu acetabula cum umbilici radicibus compaginata abscedunt, aut ui conuelluntur, unde soluta menstrua purgatione partus eliditur: quod ictu uel percussu uel lapsis ex alto, fulgure tonitruo, subito tormentorum sono, terræmotu quoque. Sicuti his diebus dum hæc Cæsari conscriberemus septimo calendis Apriles. M.D.XI. contigit, qui uniuersam Italiam ultra quadraginta dies concussit. Pondere item & scalarum lapsu, nimia ite uenere aut petulantia, partus colliduntur: sanguinis præterea larga missio, uehementique uentris deiectione, albis fluxionibus, aut spiritu incluso disrumpente (ut Paulus de demonstrat): uulnere item, narium, uel hæmorrhoidum profluuio, uentris fluxu, uel tenesmo. Abortum fieri uidimus, ardenti febre, imbecillitate partus uel puerperij, aut puerperæ, uel secundarum angustia, quibus partus strangulatus exit. Anno præterito uidi mus nobilem Veneram Dionoram Georgiam 7. mense quo partum gestauerat polytum peperisse monstrificum, quem nos diuicimus, in medio masculinus foetus integer palmi magnitudine repertus est: quem monstrum illud in sese genitum inter eas angustias accrescere non patiebatur. annexus tamen erat umbilicus polypo. Fame præterea uel siti, aut crapula, Galeno autore, aut moerore plurimas abortum fecisse non dubitamus: balneo item calido, uel nimium gelido partus saepe eliditur. Si gemini præterea in utero sunt sexus diuersi, facile ambo periclitantur, uel saltem quæ foemina est, nam imbecillior est: uerum altero enecto, alter pariter menstrualis profluuio eicitur defunctus.

Exemplū monstrifici partus

De ob.

Cause abortien di.

Luxionibus albis foetum in utero saepe dimoueri diximus, saltu, petulanti coitu, nido, lucernae extinctae, sternutamentis, luctu, & his similibus, deinde accubula, male radicata caruncula, umbilicum foetus remittunt, mucido lentore uitiatu, per lubrica enim facile labuntur uel uento, ob eam rationem, loco plano, frigido ac humecto, habitandum non est. Nihilominus ocia, longioresque fomni obesse traduntur, nec ob id meridiari licet: sellulariae propterea saepe periclitantur. In cibis quae calefaciunt & exiccant danda sunt, & quae uentum discutiunt, unde potius assa quam elixa offerenda sunt, cum aromatis exiguo: & a crapula interea cauendum: uehi curru periculosum est, cimba iucundum & amoenum, ubi fluctuosa procellae esse non possunt, quales in Veneta urbe nunc habentur. At si in corpore nimia abundauerit pituita, syrupo rosaceo uel eo qui ex duabus constat radicibus digerenda est, cum foeniculi decocto: mox uentrem deijci mus, diatripolio cum zingibere, mixto saccharo, nam & infusiones iuuat mercuriali decocto, foeniculo, aniso, sulfure, adiecto melle & salis grumo, & peracta materiae digestionem, cataportia danda sunt alephangina dicta, & pelsi naturalibus inditi faciunt, qui mucorem maxime trahunt: exinde datur mithridatica illa compositio, aut theriaca, uel diamuscum, aut diamargariton. Infectiones praeterea utiles sunt, quibus conceptus futurus custodiri potest, & balnea quoque iuuant, qualia in agro Patauino sulphurata, ac bitumina nata, uel in agro Bononiensi, uel Alexandrino in Liguria, ijs abortus pericula euasere plures foeminae. Periculum abortiendi initio & sine est manus: a quarto mense ad septimum usque non metuit Hippocrates neque portiones, ita quod & quartum & septimum a formidine non sint tuti: ternis inter medijs mensibus obnixae radicator foetus, & secundarum extrantes carunculae acetabulis haerent. Quo tempore in uanum abortiua quaedam scelestae procurant surripere alimenta. Althaeam siue aristalthaeam cum adipe anseris abortiuas esse tradunt, caueat obstetrix ne intempestiue imponat. Sed ea quae partim custodiunt dicamus.

Quo tempore a conceptione matris abortiendi periculum sit.

Quae partium custodiant, & ad partum emortuum extrahendum, Cap. XXXI.

Lapis azites in aquila repertus nido contra omnium abortuum insidias partus custodit: cancri recentes uel aridi poti partus continent. Cinis herinaceorum cum oleo inunctus, & potus lapis qui in excrementis ceruarum inuenitur, aut in uentre, nam & ibi inuenitur. Tradunt ceruas cum se grauidas senserint lapillum deuorare: inueniuntur & ossicula in corde, grauidis per qua utilia. Conceptos partus continet histricum cinis potus. Vermiculos qui in gramine inueniuntur, collo adalligatos idem praestare tradunt autores, quos sub partu detrahi iubent, alias partus non enit. Continentiam facit ibicis cinis cum adipe anseris ex irino perunctis: item samio lapide adalligato. Idem praestare creduntur lapides in arboribus reperti, quos remedio esse tradunt. At partus in abortu uergentes axungia sincera nutrit collyrii modo subdita. Vteri animalium continent partus, & non nisi parturiant remouendi, alioquin uuluae excidium fit, sed nisi parturientibus auferuntur, omnino non pariunt. In iuuenearum secundo uentre pilae rotunditate nigricans tofus, nullo pondere inuenitur, remedium aegre parientibus. Partum celerrime soluunt aristalthae folia substrata parturientibus, a partu tamen protinus reuocanda sunt, ne uulua etiam sequatur: datur etiam eiusdem succus ieiunis bibendus uino decocta hemina, succus sonchi albi, cyathorum trium mensura in uino albo, & oleo calefacti, ita quod a partu ambulent grauidae. In partu difficili bibitur fabae magnitudine galbanum in uini cyatho. Partus accelerari aliquando putant lauri radice acetabuli mensura in aqua pota, chamaedaphnes succus in lana appositus. Aron circumlitum naturae partus extrahit. Difficile parientibus foenograeci semen acetabuli mensura tritum in nouem cyathis uini datur, saepius ad tertias partes bibere, ut quae biberint in calida lauarentur, & in balneo sudantibus dimidium ex relicto, iterum datur, mox a balneo reliquum pro summo auxilio, ut Diocles dedit scordotis succi 3. in aqua mulla pota, cyathis quatuor. Dictamni folia praclare dantur ex aqua. constat unius oboli pondere uel si mortui in utero infantes sint protinus reddi sine uexatione puerperae. Similiter pseudodictamnium, cissanthemos pota, cenanthe folia facilem partum praestant, betonica farina ex aqua mulla,

Auxilia aegre parturientibus.

mulla, parietibus difficulter adalligatur anagyros, ita ut a partu statim auferatur. Radix uel semen smyrnij, adiuuat. Anguimum senectus cum thure in uino bibitur, alias assumpta abortum facit. Parturientes adiuuare credunt, pennam uulturinam pedibus subiectam. Hippocrates ad partus emortuos utitur cancri cum quinibus lapathi radicibus, ruta, & fuligine tritis et in mullis datis. Lac caninum epotum partus marurat. Facilius enituntur, quae simum anserinum cum aqua cyathis duobus sorbuere: maturant partum unguis asininum suffitu, uel ut abortus euocetur, nec aliter adhibetur, quoniam uiuentem partum necat.

Pessus ad infantem mortuum extrahendum, Cap. XXXII.

Eleborus niger imponitur, astaphisagria, aristolochia rotunda, cyclamini radix, caro colocynthidis, chamaelea, ammoniacum aqua dilutum, fellis taurini exiccari aqua portio, trita digeruntur in pessus, qui subditi conceptum eijciunt: si haec non respondent, priusquam in utero turgeat emortuus partus, ferramentis extrahendus est, oculis puerperae contactis, ne uideat, quae si leui de causa deficit, nec dormire potest, uel nimium somnolenta sit, & uocantibus alta uoce, non respondeat, arteriaque pulsus imbecillis sit, abstinentiae in totum manus sunt.

Simplicia ad eijciendum emortuum partum, Cap. XXXIII.

Aortus non exeuntes eijcit impositum sisymbrium & commanducatum, mustum cum bulbis potum, appositum galbanum uel suffitu, uel ex uino myrrha addita, thus terra cocta potaque, brassicae crudus caulis impositus, ruta syluestris cruda, aut succus eius in uino dulci potus. Pulegium utrunque, thymum candidum, siue nigrum in aqua decoctum ad tertias partes. Anthemis suffitu, & potu pellit, eleisphacos apposita extrahit, radices panacis similiter. Radix maioris centaurij derasa, & apposita, aristolochia, myrrha & pipere additis pota uel subdita. Mandragorae succus, ammonium potum uel appositum: leporis coagululum illitum cum croco & por: i succo uellere appositum: artemisae radix pota, anagyri foliorum 3. ex passo pota. Lien equi ex aqua potus, unguis suffitu uel asininum, aut simum aridum succida lana imposita, subditaque, emortuos, uel transuersos eijcit dictamnium obolo ex aqua, adeo ad haec efficacax, ut ne in cubiculum quidem praegnantium inferatur. Galen. bdellij laudar dissolutum et appositum, uel suffitu. Bulbos amaros tritos cum sapa dabis in potu, uel dictamnium eodem modo, chamaepytis cum bitumine suffitu eijcit. Aliter, fellis taurini 3. in uino data protinus effert. Ex opopanaco collyria subdita ualent, lanaria siue stratotidis tusa & cum melle pota uel subiecta, nam & menses trahit. Folia quoque artemisae trita cum rosaceo in pessus addito, si a partu mensis non fluunt. At semen terito, & ex uino albo in potu dato: in nimio profluuio peucedani radix & nux cupressi a quo potere ex uino albo bibitur. Sed mirum obiter naturae exemplum referam cuiusdam Venetae matronae, quae cum partum legitimum exclusisset, alter inclusus intra uterum mansit mortuus, qui in magnis parturientibus difficultatibus tabefactus fluore quodam profluit ex naturalibus oris, demum ortis in uentre tribus fistulis, ex una, quae omnium maxima erat integra infantis caluaria extracta est cunctis mirantibus deinde singulis diebus reliqua ossa dempra sunt, unde mirabili naturae opere sanitati restituta est.

Mirabile exemplum.

De mola ex Aristotele, Cap. XXXIII.

Pariunt quandoque mulieres, ut scribit Aristoteles, quam molam uocant. Iam accidit mulieri cuidam, ut cum concubuisset & se concepisse putasset, primum uterus increveret, & reliqua ex ratione uenirent, sed cum iam tempus pariendi esset, nec pareret, nec moles minueretur, sed annos tres, aut quatuor ita perseveraret, quoad dysenteria afflicta, demum carnem, quam molam uocant, enixa est. Quandoque & tota uita edurat hoc uitium, ut & consenescat, & commoriatur. Quae autem eiecta fuerat a deboduruit, ut uix ferro transigi potuisset. Causa namque duriciae, eius cruditas, quippe cum inquinato quoque cruditas quaedam sit, afficitur enim conceptus eo modo, quo ea quae inquinari dicimus propter caloris debilitatem. Natura enim de uita certare uidetur, nec posse perficere sine quae imponere generationi, quam obrere aut tota uita, aut longo tempore durat. Causam autem cur reliqua animalia, molam non edant, hanc esse asserit Arist.

S quod

quod una omnium animalium mulier affectionibus matricis obnoxia sit, & menstruis abundet, nec potest ea concoquere. Cum igitur ex humore concoctu difficili, is conceptus consistit, tunc gignitur quod mola uocatur, id est in mulieribus merito, aut solis, aut maxime, haec Aristot. Vidimus Cydone mulierem quae octauum ante partum gesta uerat, & cum insequenti se etiam concepisse putasset, & iam decimum mensum attingeret, una nocte sanguis congrui mensura rubicundus effluit. Vidimus mulierem, quando eo trepido profluuio omnes territi fuerant, eius labra animaduertimus tumescere, ac oculorum genas, faciem caetero pallefcentem, brachia praeter consuetudinem macilentia uidebantur, uentrem deinde detumuisse, & in eo pondus molestum sentire aiebat, in utero molam esse omnino adiudicauimus. Obstetrix clausam esse naturam nunciauit, coniectis inuicem tribus pessis ex galbano, bdellio, ac opopanace compositis, iam natura rarsa ora patefacta sunt miro naturae opere, molam subinde extraxit obstetrix in tria frustra discerptam, quae subinde confusa molam integram rotundam constituere, superstitione quadam ad auertendam talem molam infumari camino iussere, ea informis erat, cute humana obducta, intus materia sine ossibus, sine corde, sine iecore, ac intestinis, sed confusa quaedam caro erat mollis, uenis conspersa pluribus, cucumeris magni rotundi modo: ea duriciem nullam adhuc contrahere poterat. Huius rei infinita pene exempla sunt. Vidimus Genuensem mulierem ad uitam usque exitum gestare uerosam ac aquosam pariter ad quintum decimum mensum, cum omnia ex ratione conceptus ueri uenissent, praeter quod in uentre punctiones crebras submordentes patiebatur. Nobilis matrona Fracisca Calua, soluto demum exiguo aquae, caetera per se subsidere. Ex seminis informi ce ui infirma, ut Auerois scribit. Alij ex materiae corruptione, alij ex foemineo tantum semine, adiuncta locorum uehementi caliditate, siccitate comite coagulante, quod menstrua materia subinde nutrit. Quidam ex menstruo profluuio duntaxat fieri uolunt. Alij qui cum uirili etiam semine constitui molam dicunt, uerum imperfecto & inutili. Sub uentanea oua in auibus sine mare irrita dicta fieri uolunt. Si uentus in utero concipitur intus saepe cohibitus tonat, & sonitum dum comprimitur, audit.

Mola generatio in utero muliebri.

Quae Paulus Aegineta de mola, Cap. XXXV.

Molam in hydrope aliquando conuertit.

Mola durus est tumor circa uuluae quandoque orificium, interdum & totam occupat uuluae duro contactu ceu lapidis, cuti uentris protensa, ac tenui: cibi fastidio cruciantur, nam hoc malo menses, ut in partu contrahuntur, mammaeque turgent, ita ut conceptus ueri signa initio mentiantur. Circa finem uero deprehenditur uitium: quaedam hydropis suspicionem afferunt. Verum tumoris duritia, & digitorum percussu non sonoro sed surdo dignoscitur, quod hydropicis contingit: uerum in quibusdam in hydrope conuertitur: Insanabile interdum id uitium est & una consensens: quibusdam & sanguis fertur. Recumbent ferè omnes conclauis exiguo, obscuro, ac leuiter refrigerato lectuloque altis cruribus atque immoto, collocari debent. Prouocat enim profluuium omnis motio, & tumores & duricias, ijs quae paulo ante diximus de duricie, & schiromate uuluae discutunt: & quae hydropicos quoque remedia iuuant ijs prodesse dicuntur. Profluuium item sanguinis suis quoque remedijs sanatur. Quidam autem molam carne informem in membranis matricis innatam conceptus modo uiderunt, id genus calastis pellitur medicamentis, ita ut citius egeratur.

De mola generibus et de signis, Cap. XXXVI.

Molam sentire.

EA caro informis inanima est, uita altrice duntaxat increfcit, plantarum more sensum tamen aliquem habere quidam uolunt, spongiarum modo, nam ferri ictum & aciem duricie interdum respuit, si consenuerit malum. Foeminam concipere sola libidinis imaginatione sine mare, tradunt, unde seminalis humor mulieris menses ad conceptum irritum agit uuluae caliditate ac siccitate pariter adiecta. Nam & humores cum uento inclusi matricem replent, quae communi nomine mola uocantur. Ex ijs manus pedesque molliores gracilescunt, ac ad incessum si caro informis est foemina grauior est, oculi labiaque tumescunt, ac pallet facies: unde hydrops a quibusdam creditur falso, uenter tamen ille tumidus durior est, nec prementi manu facile cedit, pedesque demum extenuantur, nec ea pila ad alterutrum latus mouet, nisi manu uehementer comprimat: et in uentre

uentre crebrae ueluti ex acuta acu punctiones sentiuntur, quae exercitiant mulierem. Id uitium Apuliam infestat, ac ora maritima Italiae circa Pisanum agrum, plures enim molas simul parere uisuntur. Nam quibusdam in locis superfoecant, bubonis similitudine & animal durum pariter cum partu humano adunt: interdum harpiae (ut dicunt) forma uiuere subinde eas dicunt, ac per cubiculum uolitare, quae saepe in utero partum necaute re, aut rostro infesto, aut compressu. Eam uim astro attribuunt incolae philosophantes, propterea fera illa belua uocatur. At aquosus interdum sanguis uitio iecoris in matricem transmittitur, unde aliud mola genus concipitur: uenter grauidarum more tumet, sed mollior est, praecordia plurimum ueluti hydrops hyderos supprimit, unde difficulter anhelant, & cum supinae mouentur, sonitum intus cum murmure adunt: simili modo & uentus concipitur, qui per naturalia ingreditur, quod percussione quandoque cucurbitur, frigore, cibo inflato, uel crasso in utero humore, qui in spiritum uersus inflat, is saepe percipitur emittitur: tum tympani modo sonat percussus uenter, unde tympanica hyderos a nonnullis putatur, nam praecordia illa, inguinaque non sine cruciatu extenduntur: cui malo fomenta medentur calida, & si forte frigori exponitur, protinus inflatur uenter, nam intus cohibitus spiritum tonare, sponteque moueri sentiunt: & aliquibus diebus per se resedit, ac subito turget. Vidimus & retentis duntaxat mensibus, ad quintum decimum uterum gestasse mulierem quae medicatis locis concipere sperauerat, uno & continuo profluuio exonerata est, unde molam sanguineam uocant.

Quibus regionibus uitium mola frequens.

Mola ex iecoris uitio.

Mola sanguinea.

Curatioes ad molam eximendam, Cap. XXXVII.

Quae partum emortuum eijciunt, molas quoque extrudere dicuntur, de quibus paulo ante dictum est. Cum partus igitur ultra statuta pariendi tempora differtur, mola iuspitionem affert: tum trochiscos quos cum myrrha conficiunt continuis damus diebus, opobalsamum quoque porum ualere dicunt, ruta cum mentastro tunsa collyrii modo digesta subijcitur. Vngula asini suffitu molas trahit: pilulae quae ex scordolafere fieri dicuntur ieiunis dantur. Ex ladano praeterea, myrrha, galbano, castoreo, opopanace, elleboro nigro, aristolochia rotunda artemisiaque succo collyria fiunt, ex succo ite rute cum myrrha colocynthidisque molle emplastrum uentri imponitur. Vuluae onera extrahere dicuntur suffitu resinae omnes, quae perunctis mammis anserinus adeps rum pit. Si proficere non uidentur a sanguinis missione curationem sequuntur, ex iecoraria uena uel a talo, mox fometa cataplasmata, inunctiones ac balnea iuuant. Ex malua, foenograeco, lini semine, sesamo, anetho, ac acantho, & his similibus. Dantur & quae menses trahunt, de quibus statim dicemus. Sed nihil utilius uidimus quam glandes ex galbano, bdellio & opopanace frequenter imponere, nam os matricis plus quam sit credibile aperit, uel in potu galbani &c. si ex lacte caprino bibantur, suffitu quoque profunt galbanum cum elleboro albo & castoreo. Alij myrrham & opopanacem cum elleboro albo addito taurino felle, & collyria faciunt.

Curatioes pro mola aquosa, Cap. XXXVIII.

Inea materia frequenter digeritur atque cathartico deijcitur, ijs quae menstrua ciunt, & diuretica pariter: urinam euocantia. Caetera quae in hydrope alcyte dicta sunt, repetimus. Emplastra exiccantia eo modo, & infusione eadem laudantur, cum collyrijs eiusdem effectus: qualia ex elleboro fieri solent albo, nam aquas trahunt: uel ea quae ex ijs constant, cocconidijs semine, cucumeris syluestris succo, elleboro albo, sagapenio, paribus portionibus, quibus si aqua non trahitur, inunctis digitis obstetrix os uteri aperiat, donec fluat aqua: uentrosus uero tumor hiera picra saepius pota discutitur: uel pilulis quae ex sagapenio fiunt. Incipienti morbo abstinentia medetur: si inueteratum fuerit uitium. Archigenis hiera laudatur. Alij cucurbitulas sumini imponunt sine scalpello, sic mane datur diacymnon: aut medicamen quod hoc modo fit. Seminis apij, amii, foeniculi, petroselinii, cardamomi, foliorum rute, singulorum pares portiones tunsa ex uino bibuntur meracis sic diagalanga datur, aut compositio quam ex lauri baccis conficiunt officinae uentri imponuntur rutaceum oleum, ac anethinum. Emplastrum ea conficiunt utilissimum, rute semen, agni, cyminum, centaurea, maiorana, anisum, calamintha & amii tunsa & decocta imponuntur, ac in corundem decocto insidere iuuat, collyrium

Os matricis aperiens medicamentum.

quoque ad ea utile est ex bdellio, xyloaloe, carpobalsamo, ex nardino oleo ac rutaceo. Filicis ac cymini decoctum cum cinere lixiuio efficaciter imponitur, in primis balnea sulphurata iuuant & agaricus si per se sumitur plurimum ualere creditur. Opopanacem praeterea ex melle sumi iubent, si sanguis coagulatus ori matricis haeret, digito perquirendus est. Perfanato uitio quae locorum uitia sanant danda sunt, & quae menses diligenter procurant offerenda sunt.

De puerperae cura, Cap. XXXIX.

Puerperis habitatio idonea quaerenda.

A Puerperio mulierem a frigore & uento clauso cubiculo obscuro tuemur, ita, strepituque ac clamore, uestimentis bene opertam custodimus, uel si molam enixa sit, aut emortuum infantem, somno moderato quiescat alta ceruice, sine ullo iniucundo nidore: cibis in initio prae parcus sit, crapula enim facile febris excitatur, ac sitis ualidior, propterea prima die ius gallinaeum damus pingue, ac ouum sordibile, uel carnem in coena, ac prandio duntaxat, sed modus etiam seruandus est, ne inconcoctis cruda superingerantur: confectionem interdum damus diamaargariton, aut dianisum. Vinum utile est quod modicas uires habeat, subdulce, hyeme tepidum, frigidis enim uulua tentatur. Eius uictus ratio ad decimum usque diem seruatur utiliter. Vitam carnem assam & quicquid astringit. Aluus si nihil reddit, iniectionis clysteribus mollienda est, si uero non iuuant, ut saepe euenire solet, mannam damus cum siliqua aegyptiaca atramento. Si partum purgationes sequuntur muliebres, bono est, si haerent hordeacea puluere utimur, quoniam rigor & febris fere semper, sequitur, tum sternutamenta iuuant, facile enim inflatur utriculus ipse: suffitiones item iuuant ex bdellio, sinapis semine, ac ruta cum myrrha, alij unguis equinae nidore menses trahunt. At graecolentiam puerperae infestationes emendant aristaltheae decoctum, uel ex uino. Ruta cum croco subdita & cymini farina muliebres purgationes trahit. Laudatur & id quod habet gallinae muscatae 3. 2. seminis melanthii 3. s. cum succo mercurialis panno adalligatur, & cum oleo lilino naturalibus indita per uices mire iuuant. Prodesse uidetur & mercurialis per se subdita, si teritur, filo adalligatur. Quidam ladanum, cyminum, aequo pondere, cum calciamenti ueteris frusto ad purgationes facere uolunt, poeoniae radix & mullis pota, seminis lini decoctum fotu trahit aquas, uermes terreni triti lana succida excepti & appositi repurgant. Allium pruna impersu suffitu medetur. Si per haec parum proficimus, a talo sanguis demendus, est aut a poplite. Sed reliqua uuluae uitia sequenti uolumine dicentur.

Videtur.

Purgationes muliebres trahunt.

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMILIANUM CAESAREM AUGUST. IMPERAT. INUICTISSIMUM, DE MENSURIS & UULUAE STRANGULATAE & PROCIDENTIAE LIBER XXVI. Prooemium.

Infans amor.

DE cupidine uoluptateque rei uenerae, deque foeminarum conceptu ac partu duobus prioribus uominibus dictum est. Prima namque uenere serociunt adolescentes ob foeminarum amorem, taurorum & aprorum more, dimicant inter se armati, & mortem obeunt in spectaculis, gladiatorum more in arena. Hinc illae felices sepulchrorum inscriptiones, ob amorem occubuisse. Ferarum haec non hominum instituta, nec omnium quidem beuarum, uel si, lupi, leones, tygres, inter se coitus tempore non dimicant. Sed foeminae quoque plerumque cum in libidinem exarserint nullum saeuitiae genus omittunt: parentes, filiosque omisit se frequens exemplum est. Foeminae frequenti partu mitescunt, quas & mensium profluvia domant, non sine graui spinarum & lumborum dolore soluuntur. Alioquin si non expurgantur uiragines sunt indomitae, aut casuarum. Quae autem alba dicuntur, foeminas etiam infestant langoribus, magisque si cibo (ut Aristoteles demonstrat) humidiori utuntur. Haec incrementum corporis impediunt, & puellas extenuant: menses enim cum primum erumpunt occisi ueluti animalis cruore referuntur.

tum ubera ad duos digitos prominent, & uox eo tempore puellis mutatur in grauiorem. Excernuntur menstrua naturaliter bene habitis puellis, namque quo plus continetur humoris, eo magis effertur, sursumque impelli necesse est, donec infra erumpantur: Quod de crescente luna contingit: quamobrem nonnulli per caulationem sexum foeminaeum lunae attribuunt, quoniam simul ut illa decrecat, & mulier purgetur, moxque repleantur ambra, eueniat. Paucis menstrua singulis mensibus mouentur, sed uno intermisso plurimis: facilius agitur cum iis quibus breui tempore, hoc est biduo, aut triduo, profluunt, sed quibus in longum protrahitur, difficilius, laborant enim id temporis: alijs namque uniuersum haec purgatio fit, alijs paulatim, attamen omnibus corpus grauatur, quamdiu effluat humor. Multis etiam cum menstrua citantur, & eruptioni propinqua sunt, strangulationes uuluae sequuntur, & dolores donec erumpant: mulieribus inter omnia animalia plurima haec purgatio est. Multis desiderio coitus menstrua tenentur iuuenilis aetate ratione, & quia longo tempore abstinerint, descendit uterus, & menstrua saepe ter in mense citantur, donec concipiant. Parmenides propterea foeminas uiris esse calidiores assererat, argumento copiae sanguinis, qua menstrua fiunt. Cum praegnatibus haec deficiunt partus abortiui sunt: cum ea intempestiue retinentur, mens perturbatur, quandoquidem praecordia quas phrenas uocari diximus, diro inficiant ueneno, quasi participes prudentiae membra, unde phreneticae uidentur, atqui nullatenus participes sunt, sed quia propinqua sunt, ijs quae uim obtineant illam, cordi enim praetenduntur, hinc mentis mutationem aperunt. Quidam propterea medici capiti medicamina ingerunt, uitiu id esse in eo arbitantes. Maior pars quadragesimo anno profluum id genitale sistit. Post quinquagesimum annum non gignit, nam & in uiris ad 85, uulgaris reperitur generatio, cum desinit genitura. Ut igitur alui profluum, autore Arist. cruditate accidit, sicut & in uenis proflua sanguinis, sic menstrua ueniunt, nam ea quoque sanguinis profluum sunt, sed illa morbo, haec natura procedunt. Foeminae itaque uenis duabus maiore, atque ahorta suis supernae uenarum multitudo tenuium in utero desinit, quibus alimento expletis natura praesua frigiditate facultatis concoquendi indiga transfunditur in uterum propter uenarum tenuitatem, cum praesua angustia nequeant exuperantiam continere, itaque affectus hic, ueluti mariscae, aut alia profusio sanguinis euenit. Ceterum menstrua nullo circuiu certo describuntur, tendunt tamen moueri (ut dictum est) decrescente mense, idque ratione recta, sunt enim corpora mulierum frigidiora, cum euenit ut continens aer talis efficiatur, mensium autem coitus frigidus sunt propter lunae defectum.

Decrescente luna mensua potissimum fluere

* non

Phrenetica obrecta mensura.

Homo quamdiu generat.

Quibus effectibus menstruale uirus ostendatur, auctore Plinio, Cap. I.

ID mulierum profluum omnino monstrificum perhibetur, magisque saeuum si in defectu lunae solistae congruat uis illa, irremediabile fieri, non segnius, & in silente luna coitus maribus exitiales esse atque pestiferos, purpuram quoque ab ijs pollui, tanto uim esse maiorem. Sic morbum gallicum nouam mundo pestem tempestate nostra concubitu atque contactu irremediabilem haberi, atque cum elephantiasi uiolentia contendere animaduertimus, superaddito foeditati dolore, nam oculos, manus, nares & pedes aliasque corporis partes ablatas uidemus, in contumacia uita, ea uiolentia, certum est tactis aluearum apes fugere, linaeque cum coquantur nigrescere, specula atque eboris nitorem hebetari, aciem in cultris tonforum hebetari, res contactum graue uirus odoris accipere, & eruginem, magis si decrescente luna id accidar, equas si sint grauidae tactas abortum pati, quin & aspectu omnino quamuis procul uisus, si purgatio illa post uirginitatem prima sit, aut in uirginea aetate spontanea. Bitumen sola hac ui superatur. Vidimus prima purgatione illa euulsis pilis Psilothrum fieri mirabile, nunquam renascentibus pilis: floribus colorem adimit: nouella uitis eius tactu in perpetuum laeditur, rutam et ederas ilico mori, sterilefcunt tactae fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborum quibus insidere, decidunt, acescunt superuentu musta, in rabiem aguntur eo gustato canes, atque insanabili ueneno morsus infigitur, sed ne ipsis quidem foeminis malo suo immunibus abortum facit illitus cruor, aut si omnino praegrans superingrediat. Multi etiam inesse remedia tanto malo praedicauerunt, fascia mulieris alligato capite

Morbi gallici origo et auroe citat.

Psilothrum.

S 3 dolores

dolores minui, podagras illini, strumas, parotidas, panos, sacros ignes, furunculos, epiphoras, tractatu earum mulierum leniri, tertianis, quartanisque efficacissimum, platis ægri subterlini, multoque efficacius ab ipsa muliere etiam ignoranti, sic & comitiales morbos excitari sanarique. Icethidas medicus quartanas coitu finiri, incipientibus duntaxat menstruis spondit, & alia similia, postquam nullus est modus, iam primum abigi grandines, turbinesque, contra fulgura ipsa in mense connudatas, sic auerti uiolentiam cœli, in nauigando quidem tempestates etiam, sine menstruis. Quocumque autem alio menstruo si nudatæ segetem ambient, erucas ac uermiculos, scarabeosque, ac noxia alia decidere. Metrodorus Sepsius (ita scribit Plinius) in Cappadocia inuentum prodit ob multitudinem cantharidum illas ire per media arua, retectis supra clunes uestibus. Alibi, inquit, seruatur ut nudis pedibus eant, capillo cinctique dissoluto, cauendumque ne id sole oriente faciant, sementem enim arefcere. Hæc de menstrualia uiolentia dicta sint.

De mensurorum profluuiis, ex Galeno & Paulo, Cap. 17.

Quibus causis
menstrua non
fluunt.

* in quibus

Menstrua (ut scribit Gal.) cum uteri substantia dura est, non fluunt, siue natura siue per accidens eueniat: sicutur et uenarum angustia, aut spissitudine materix, aut uiscositate, quibus uenæ sæpe obstrui solent. Nam & fame ac mœrore ex purgationes deficiunt, sublata materia: nimia contra corporis pinguitudine, uel magnis ingentibus, & crebris laboribus, sicuti nostris agricolis contingit: alijs quoque de causis auertitur materia. E diuerso nimio ocio abundant, uel si acris & uiolenta fuerit materia, nam sæpe per eas partes uniuersum corpus exinanitur. Variatque coloribus, modo ruffa, uiridis, uel citrina, albicans interdum, & sordida. Fœminis, inquit Paulus, cum plurimum circa quartum decimum annum profluuium euenit: paucis circiter 13, aut 12, paucis seruis, à quartodecimo. Nec purgandi ratio eadem omnibus, multis bido, triduo, pluribus, quinto, alijs septenis purgantur diebus, paucis ad decimum usque diem, protrahitur purgatio. Desinunt autem huiusmodi purgamenta quibusdam circiter 50. annum, rarer ad 60. quibusdam uero à quinto & trigesimo anno præpinguibus præsertim, menses desiere. Quibus intèpestiue supprimuntur, balnea circa purgationis tempus conueniunt, & sesamum propinare aut porrum capitatum cum pipere & ruta unâ decoctis ex passo Cretico, conuenit acerabuli mensura, & deambulationibus menses commoueat. Interea loligines, sæpias, ac polypos esitare opus est, & quæcumque eius generis, quæ sanguinem augeant, hæc Paulus.

De suppressis mensibus, ex Paulo, Cap. 117.

Supprimuntur menses agrotantibus mulieribus, si uniuersum corpus laborat, uel uulux tantum affectionibus, ictu, frigore, aut naturali distemperamento, aut aborti uincommodo, aut alicuius principalis membri affectu, sicuti iecotis, uel stomachi aut thoracis uitio, uel aliquibus inueteratis morbis. Si menses igitur hæret uarios morbos, qui in tempus protrahuntur, inducunt. Cum igitur ex alicuius principalis affectu purgationes supprimuntur, necesse est eiusdem membri medelam præcedere, mox uulux occurrere uitio, sed eorum ratio in præcedentibus satis habita est. At si eadem incolumia sunt, atque integræ habitudinis, uitio duntaxat matricis occurrendum est, quæ sola in causa est. Si igitur per ætatem licet, atque habitudinem, ac cæteris non dissentientibus sanguinem mittere necesse est, à decimo die post mensis terminum, modus est libris duabus cum dimidia ad summum, nec minus una. At si sanguinis missionem non patitur, diacolocythidis hieræ drachmas binas ex mulso dabis lenis cochlearij: sed ea in febrida non est, uerum sanguis initio febris demendus est. A purgatione itaque paucis diebus corpus reficimus, deinde inferiora confricamus membra, deambulationes ac balnea subinde laudamus. Ex cibis quicquid facile concoquitur prodest, humidumque quodcunque olus, ac omnia dulcia, saxatiles pisces, auiculariisque genus, lac item & dulciora omnia, uinum tenue album, nec ualde uetulum, carnes & legumina præter prifanam damnantur. Instante menstruo ex maritimis piscibus quod selache in uniuersum dicitur, molle (ut dictum est) assumere debet, ac testaceum pariter, porrum capitatum cum ruta & pipere coctum, uel decoctum bibatur, & crura uincalis astringenda uehementer sunt, tribus aut quatuor diebus. Cum purgandi tempus affuerit, laxentur uincula, bibantque

Tempore purgationis uicioratio.

bantque myrrhæ obolum fabæ magnitudine, aut castoreum ex passo uel mulso, aut artemisiæ decoctum, aut elisphacum post balneum ex passo, absinthium uero post deiectionem omnem ante cætera bibatur. Aduentante uero mensium tempore, nulla purgatione habita, uel non aptata à talo sanguinem mittimus, & denuo eo modo exoneramus. Post septimum uero & octauum diem hiera uti conuenit, ac post quartum rursus diem dropace utimur in lumbis sumine & coxis, aqua exinde in potu datur triduo, & sinapi quoque imponitur, cum pane in meridiè usque, exinde abluitur, sequenti mense carycæ pro pane admisceantur in fœnograci & malux decocto, & gymnasijs sordes ruta & artemisia, in sinum uero uulux infunduntur susinum & amaracinum oleum, ac pessus eneapharmacon, uel dialibanon conijcitur. Pessus autem ex carminata fit lana digitali crassitudine, qui medicamentis intingitur. Ea igitur curatio sæpe profluit ad menses eliciendos. At si ualidioribus indiget medicamentis, qualis iris illyrica ex uino pota, aut cyperus, aut ari radix, aut casia odorata uel schœnoanthos, aut nardus, aut helenij radicis decoctum, aut myrrha fabæ græcæ magnitudine si ex passo bibatur, uel dimidio mulsi cyatho, & dictamni decoctum cyathis duobus, & ammoniacum sagapeniumque. At quas stomachus offendit, opopanax exiguum damus in pilulas ex melle. Sunt & semina quæ dari solent, inter cætera marathrum, cuminum, apium, daucum Creticum, seselis myrsinensis, cicer cedrides & reliqua quæ urinam ciunt. At imponuntur, myrrha absinthium, cum lupini decocto, aut rutæ succo. Bdellium quoque, styrax, & olestri gummi, uel rutæ succus per se, aut aristolochia longa, collyrij modo subdita. Nam & centaurij maioris radix, uel ellebori aut scammonium, aut colocynthidis interior caro per se & artemisia cum ruta si imponitur, galbanum uero fotu, quæ & conceptum eiciunt. Ex pessus is ualer, iris illyrica, cyperus, ari radix, casia odorata, schœnoanthos, nardus helenij radicis decoctum, myrrha, ammoniacum, sagapenion, opopanax, fœniculum cuminum, daucum Creticum, seselis, myrsinensis, terebinthi bacca & cedrides.

Quibus curationibus menses euocantur hærentes ex alijs autoribus, Cap. 1111.

Obseruatum est ex quadrato lunæ motu fœminas pro ætate purgari, primas purgationes quadrato primo ex adolescentia, ultimas ex quadrato ultimo desinentibus mensibus: reliquam mediam pari modo ex secundo & tertio expediri menstruas purgationes. Ex quibus naturalis collectio excipitur, iuuenibus nouilunio missio sanguinis utilis est, senibus uero senescente luna conuenit. Commorantur igitur menses præterea quæ dicta sunt, macie, uel aquæ intercutis uitio. Id exemplum afferre liquido possumus cum in Græcia essemus, uidux cuïdam quæ prius sæpius conceperat ex abstinentia purgationibus menstruis sublatis, barba exorta est, ac uox corporisque habitus in uirilem mutatus est. Ex eo affectu sanguinis excreationes eueniunt, phthysis, comitialis morbi, præter alios cerebri motus, hydrops, & articularij morbi oriuntur.

Exemplum retentorum mensium muliebri.

Simplicium facultates ad menses trahendos, ex antiquis humoribus, Cap. V.

Bvnon, raphanus, porrum sectiuum, uel succus cum melle potus, efficacius capitati, brasicæ decoctum, apij semen, oreoselini, ocimi que uel syluestris, ruta syluestri, pulegium utrunque, cuminum Aegyptium ex uino albo: suffitu etiam purgat cum uua passa, aut resina: cunila montana, à partu purgat efficacissime, nam similis est serpillo: heroclon quoque in uino albo potum gith, salua, ciceris ius, aristalthææ radix in lacte cocta, & sorbitionis modo sumpta. Sed dieb. purgari fœminas folijs althææ, manus plenæ mensura in oleo & uino sumptis: sinapis semine, marubij potu, hippomaratri semine, lilij albi radicis potæ, uiola lutea dimidio cyatho in aqua trib. baccaris radices 3. aut 4. decoctæ ad trinas partes, & potæ purgant, etiã ex abortu. Nardi gallici radix ex uino, uel chrysome in aqua mulsa decoctæ & potæ, mellisophylli succus. Retardatis mensibus thymum denarij pōdere ex aceto cum melle potum, amaracii utilissimū est impesitū. Cit anemone cum ptisana sumpta, aut uellere apposita, heliochrysum è uino potū cit. Centū capita, urticæ semine, uel ipsa urtica cū sale cocta, anthemis in potu sumpta, callitrichon cū absinthio, asphodeli radix. Caucais semen, sion in aqua nascēs, sapore nasturcij, siue ius decoctæ, cōdrilis radix apposita, silphij folia, in uino albo cocta, bibitur enim mensura

Quæ post abortum purgent.

acetabuli à balneis: laser cit lanis mollibus uulux admotū foenicea à Græcis dicta à nostris hordeum murinum, ex uino pota, lēti syluestri eadem uis est, quæ à Græcis ελελιος-φακος dicitur, sed odore graui, & mitior satiuā, phacos tradit trita & cum uino pota. Mētastrum purgat à partu foeminas ex uino, alioquin partus necat, succus lacteus fici, ante maturitatem pomi exceptus, coactusq; in duriciam in umbra, cōtrahit lac coagulū modo: cit quoque cum luteo oui potus pastillus ex lacte caprifici, coactus: amygdalæ amaræ, folia lauri & baccæ, trita apposita, & fabæ græcæ ligni ramēta decocta in uino, strax potu appositū q'ue, urticis semen, cupressi ramēta, thus terræ apposita, radix rubi: quæ obrem quidam aureum poculū uocauerunt, stachys marubio similis odore iunci, semē panacis e uino potum, appositum q'ue cum melle, & nidore centaurium minus, uel succus potus, cyclamini radix pota, & apposita, & xyphij radix superior, drachma ex aceto pota. Hederæ corymbi appositū, & harundo quæ in Iudæa Syria q'ue nascitur, admota, trixago pota & illita, aros aridum in portione inspersum ʒ. 2. in uini cyathis duobus, myrthis quoque syreon combusta, & pota melius radice, & foenograci semen acetabuli dimidia mensura, cum sapæ & aquæ nouæ cyathis, & mercurialis cum melle, aut rosaceo, uel lilino, aut irino admota, uel fotu: peonix semen nigrum ex aqua mulla, eadem & in radice uis, panacis semen cum absinthio, scordotis potu, & illitu, dictamnū & pseude dictamnū, aristolochia, agaricus tribus obolis pota, peristereos appesita cum adipe suillo recēti, psyllion ʒ. in cyathis tribus aquæ mullæ, daucum potum facillime pellit. Hypericon utrunque appositum: ante omnia chrysimon e uino, uel radice polygonos pota, & alchemæ radix. Ramorum decoctum artemisix insidentibus. Item foliorū drachma pota uel imposita uentri cum farina hordeacea. Symphiton tritū euocet menses, anagyri folia ʒ. p. ad menses morantes in passo bibuntur, ciunt tres uel quatuor ramuli absinthij cum gallici nardi radice una, cyathis aquæ sex, calle radix pota, onopordon trahit, stæchas potu, & folia & radix smyrnij: utrunque thaispe cit, & impubiūm puerorū urinx uaporatio, crocodilea apposita. Fel taurinum lana succida appositum, quidam addidit hyssopum & nitrum. Cornus ceruini cinis potus, araneus qui filum ducit ex alto tritus & admotus, testes castorei ʒ. 2. ex aqua cū pulegio, uel mullō uel uino per se, pulmonis marini cinis adalligatus, echini uiuētes tusi, & in uino dulci poti. Ex frigidis hæc pauca subijciemus huc dilata. Lactuca satiuā frequens in cibo, cichorium in aqua coctum similem uim habent, portulacæ succus potus acetabuli mensura in sapa, eadem & à partu datur. Hippuris apposita, & pota, semen quoque mandragoræ potum, uel succus appositus, folia plantaginis pellunt, amarantū radice usq; nidor uulua purgat. hæc antiquitas obseruauit.

Compositiones ad menses morantes, Cap. VI.

Menses trahunt huiusmodi pastilli, qui habent myrrhæ ʒ. ʒ. lupinorū farinæ, quinquæ, rutæ, mentastri, pulegij, dictamni, rubi, sagapenij, laseris, opopanacis, singulorum drachmas duas, ex iuniperi decocto coguntur, drachmarum duū pondere singulos conficito pastillos unum summo mane ex eodem decocto sumere satis est, nā & partum emortuum eijciunt. Alij orbiculi aliter fiunt, habent autem sauinæ, pulegij, rubi, pares portiones, ex uino coguntur. Adijciendæ sunt & portiones maturinæ quæ matrem digerunt & extenuant. rubi, ligustici, asparagij radice, gramini, felis, mellissophylli, artemisix, sauinæ, pulegij, phu, calaminthæ, omnium manipulari portione, xylobalsami, carpobalsami, omnium ʒ. 8. nardi ʒ. s. mellis cretici selibram, sacchari lb. 1. s. syrupum conficito pro officinarum diligentia. Opobalsamum appositum trahit, ut recentiores tradunt, & colocynthidis carbonibus iniecta: euphorbij pessus ex aceto lana impositus, scordolaser per se appositum. Aliter pessus conficitur sine naturalium offensio ne, radice gentianæ, pulegij cretici, singulorum drach. 2. gith unā cum ficu sicca coguntur cum maioranæ succo, genitalibus inditur, galbanū per se imponitur, cucurbitulæ sub poplite impositæ scalpello q'ue circuncisæ. nam frictions, ac arte ligare eas partes iuuat, cucurbitulæ q'ue inguini bus impactæ.

Ex Ga.

Piper cum staphisagræ semine à balneo cum uino dabis, nā protinus subuenit. centaurium quoque tritum ex aqua pessum conficito & apponito, rubiam quoq; methanthion & myrrham ana pares portiones cum uino bibantur. Aliter ex facile parabilibus, ficus duas terito aridas cum nitro, collyrij modo imposita, trahunt. Artemisiam tritam apponito. Rutæ syluestris semen appositum facit. Aliud, pralison, nepeta, ruta, mori cortex ana ʒ. ʒ. in uino cocta aut aqua bibuntur.

Si menstrua abundant, ex Paulo Aegineta, Cap. VIII.

Cum diutius mulieribus menstrua substiterint, uno quandoque impetu erumpunt, in ipso interdum partu, quæ & in pluribus per se retinentur. Ex abortu tamē non sine quandoque periculo fluunt. Iis primum extrema uinculis astringitur sub alis & in guinibus. Acetum in potu datur non frigidum, & eodem conspergunt. Lana mollis locis imponitur, quæ uino et oleo, & rosaceo, amyliano, aut myrteo sit infusa. Cibus crudus datur ex aceto, aut oryza, uel alica: uino, phibetur. Mulla q; in potu datur, auftera aut omphacomel ipsum, aut similia, in primis balauitia ex aceto ualent, aut hypocyttis, aut acatix succus, licium & aster. Aut omphacium aridum, & thus quoque, aut foliorum cinis, aut sesamum in elca si prius aceto maceratum fuerit. Apposita uero sunt hipocyttidis succus, acacia cum manna, aceto temperata. Miræ prodest spongia uino, aut liquida pice tincta, & apposita, aut eius cinis ex aceto, suberis quoque in Italica testa cōbusti cinis. At extrinsecus superimponuntur styptica, diaphœnicō, & cydonia cōmixto mali corio, aut ilicis glande, aut rubo, uel lētisci folijs, balauitio, acacia, hypocyttide, uel galla, cum aluminis exiguo. Id q; præcipuū est taurinū glutē aceto maceratū si lumbis lineteolo imponitur, uehemēter quoq; p̄sunt & adhærentia emplastra, ex rubrica armenica & similibus. Ad p̄fluuiū pessus, gallæ interioris, mastichis, manna aqua diluta imponitur. Aut cytinus, aut malicoriti, aut polygonum cōtritum. Inter cōpositiones, aluminis scisilis, gallarū interioris, acaciæ succi, manna, thuris ana ʒ. 4. ouorū assatorum lutea quatuor, arida plantaginis succo diluantur, lana molli intincta imponitur, aut rosaceo & naturalibus cōduntur. Cucurbitulæ quoq; masculinæ inanes sub p̄cordijs uel mammis affixæ, sistant p̄fluuiā, suffitu uero auxiliantur oxyfchœni capitū myrti, rosari, rhāni foliorum, rubi cimæ, quo modo si in aqua decocta fuerint, suffitionib. p̄sunt. Aliud q; forū prodest mali punici dulcis radice corticis, myrti, cyparilli corticis ana p. tres. gallæ p. 1. ex aqua decoquantur, infunditur autē cum myrtenchyto plātaginis succum, aut feris, aut polygonij, uel strychni, perdicij, aut psyllij, hypocyttidis, uel acaciæ, cum lana, aut penna. Pessus tantæ longitudinis esse debet, ut ad locorum ostia perueniat, & Andronis trochiscus quotis ex superioribus succo temperatus, myrtenchyto infunditur: aut uino styptico efficax auxilium promittit.

Quæ mensura profluuia sistant, ex alijs autoribus, Cap. IX.

Nimia mensium profusio eosdem ferē morbos affert, maciem, hydropem, lumborum dolorem, cibi tædium. Verum statuta purgationes quæ circa septimum diē finire solent, salutare sunt: sed abundantes menses faciunt, ictus uel casus, abortus, uulua q; rhagades dictæ, sed intrinsecus alia morbi initia querenda sunt, expellendi uehemens potentia, qua uniuersum corpus repurgatur à sordibus uel contentrix uis imbecilla, aut pororum laxitas in utero, aut sanguinis abundantia, aut noxius deniq; humor uenentus, saluus, acutus, biliosus, mordax, putris, aut tenuis. Ex imbecillitate uirium foeminam pallor occupat, uires adimit. Locorum uitio, corporis habitudo tenuis est, piliper membra oriuntur. morbidum corpus, sanguinis abundantiam indicat. Reliquæ notæ ex menstrual colore dignoscuntur. Oportet igitur sanguinem ex icoraria uena mitti, remedio sunt cucurbitulæ sub mammis admotæ, aut uinculis brachia uinciri. In cibis styptica conueniunt, oryza, lenticula, far, portulaca, uinum ex uua acerbiori, matutinae portiones, quæ uētris fluxum sistant conueniunt, de quib. diximus, mixtura itē. Velere q; molli colligi id medicamentum iuuat naturalibus inditum in quo hæc sunt, thuris, manna, balauitiorum, gallæ, immaturæ acaciæ, aluminis omnium pares portiones. Alia confectio, in qua rhodofacchari uncia binæ, lapidis hæmatitis, trochiscorum & succino,

Profuuiū mensum nimium quæ morbi comitensur.

succino, & ex terra lemnia, qui officinis familiares sunt, ac ex spodio, omnium drachma commixta paulatim deuorantur. Imo uentri infunditur lentiscinum oleum, myrteum, & absinthinum, addit alij antedictos trochiscos, rubricam armeniaca, lapidis q; hamatitidis pares portiones, cere item exiguum, ac aceti acerrimi portionem, si is non supprimuntur menles, quas in dysenteria explicuimus medicinas, inuenies. Alumē tritū & ex aqua dilutum forū subijcitur, insidētibus. Vbi aquosum profluuium fuerit, calida ac styptica ualent medicamina, qualia sunt thus, cupressi pilula, ladanum, styrax, anisum totum. At styptica refrigerantia sunt, camphora, acacia, spodium, coriandrū, semen plantaginis, hamatites lapis, glandium caliculi, rhus, galla, myrtus, balaustium, & sanguinalis herba, & his similia.

Simplicia ad mulierum abundantiam,

Cap. x.

Post abortū sanguinis profusio nem sistentiā.

ACeti sex mulierū menses sistit, oliuæ uel foliorum succus in lana admotus: Prima que mori germinatio, que rhicinum Græci uocant, sistit: & immaturæ gallæ crematæ aceto falso extinctæ: oleastri folia illita & commanducata, niticis semen tritum & potum, & erythros in cibo, & spina Aegyptia quæ radice est utilior: acaciæ foliorū succus. Ex abortu profusio sistit porri sectiui succus cum mulierū lacte, mētha quoque in aqua cocta pota q; semen iunci tostum, & in aqua potum. Foliorum quoque heliochrysi oboli, ex uino albo. Phacos inhibet decocto eius potu, achilea imposita, & decoctū eius insidentibus: nymphae radix in uino nigro pota, semen mandragoræ cum uino & sulphure, geranion in uino albo potum: glycydis grana 15. rubra rubentis pota in uino nigro, & idæ herbæ folia. Tragi ramorū 10. aut 12. cacumina trita ex uino pota medentur. Iecur leporis cum samia terra ex aqua potum, profluuiū quāuis intensum, urina capræ pota, & si finum illinatur, coagulum hœdi bibitur: aut hyofcyami semen succida lana impositum, subditū q; & lutea oui cocta ex uino pota, & cinis putaminum ouorū combustorum sine membrana: cum myrrha illitus sistit, oua in aceto macerata, ut in cœliacis diximus, sistunt. Cochlex ex amylo & tragacantho illita. Cancrī fluuiales triti in uino poti, mysi, asininum finum si recens imponatur, nec non cinis eiusdē. Rubigo ferri uel squama uelleribus imposita, sinapis pota denarij pōdere, rubrica pari modo & hamatites potus: myrices quoque fructus confert.

Ad profluuium album mulierum,

Cap. xi.

Mulierum seminalis spontanea excretio.

Quæ autem alba mulierum dicuntur, admodum etiam puellis (ut scribit Aristoteles) eueniunt, & magis cum cibo utuntur humidiori. Hac incrementum impediunt corporis. & puellas extenuant. Paulus id uitium uulæ rheumatismum uocat. Ea interdum falsa emittuntur & acutæ mordacitatis, colore citrina, uel in porracei uergētia: raro acuti coloris fluūt: sed sapius grauius olent. Vulæ rheumatismus, inquit idē autor ex uniuersis corporis humoribus fluit: & humori superabundanti in eo colore similis redditur: quandoque rubens sanie per similes, alius albus, plegmaticus, uel liuidus, biliosus q; uel aquosus uel ut merus sanguis, qualis ex uenis demitur. Sed animaduertendum est ne qua acta sit in utero colliquatio. Dignoscitur autem quod perpetuo naturalia madefiunt diuersis in colore humoribus. Verum ipse mulier plurimum pallet, cibos odit, æger deambulat, timent genæ, & cum dolore interdum, uel ex ulceratione uel putrida materia, siue sordida, interdum munda & integra, Hac Paulus. Alij distinctius notas eorum obseruauere, nam si seminalis excretio fuerit, non sine titillatione, & uoluptate fluit, uel ex debilitate uulæ contingit, ut de seminis incontinentia dictum est, seminalibus uasis imbecillibus, quod enim fluit album & lympidum est substantiæ mediocris, sine graue olentia, ac minus abundat quā reliqui rheumatismi, sed magis membra consumit, ac ocys extenuat. At ex rheumatismo genitale ipsum semper humore madidum est, ex seminis incontinentia non semper humescit, nec grauidis contigit: alioquin abortiuum denunciat, nā tunc fluor ille sicuti & mēstrua nō ex intimis uteri locis fluunt, sed iuxta ora genitalia manāt: ex is nancq; rheumatismis turbulēta & graueolēs urina demittitur, crasso humore permixto: et humoris huiusmodi qualitas ex fasciæ siue panniculi colore dignoscitur, si in umbra siccantur, nam in circulis ambientibus coloris diuersitas apparet, quæ de humoribus dijudicamus. Nā huiusmodi alba profluuia cū mēstrua morantur, aut non

aut non fluunt, sequuntur, & circuitus seruant: ex ulceribus quandoque fluunt de quibus mox dicemus. At si ex superioribus membris putris materia fluit mali odoris: fluit autem rheumatismus ipse cum spinæ dorsi dolore, renum, ac pubis, qui ex menstruis euenire solet.

Curaciones ad alba profluvia, ex Galeno,

Cap. xii.

AT rheumatismum album uel aquosum, uel rubrum uel sanguineum, aut nigrum, uel si cum dolore affuerit, hoc medicamine sanabis. Papauer cū uino nigro potū sanat. Aut calicem oui tritum cum cera & manna indito uel acaciam cum aceto in lana molli excipitio & imposito.

Remedia ex Paulo Aegineta,

Cap. xiii.

Vniuersum corpus exiccantibus præparandum est si humida causa fuerit, nulla adiuncta caliditate, diamelite lactis concocto. Nam & urinam ciere conuenit, asari, apij q; decocto: & alium quoque prouocare non inutile habetur. Ob eam causam portulaca utiliter estur, & succus eius bibitur, balaustium, rubi mora, ac flores, & quæ sub cortice querece membrana, & quæ sub cortice laret glandis. Hippuris rubra ex aqua uel uino sanguinis profluuiū sistit, hypocythis, lentici bacca cum uino potæ, terra lemnia, uel samia, coagulū leporis, aut hœdi, aut agni aut uituli, aut hinnuli, uinacei nuclei, myrti bacca immatura, & arida, tedæ q; cortex, & ea quæ in mensium profluuiū dicta sunt non uehementiora. Cum uero cum cruciatu essetur, alicæ succus aut ptisanæ, aut tragi, aut oryza infundatur admixto anodino remedio, recte enim iniicitur mytrecheto, aut dlystere: in accessionibus morbi leuare quantum possumus ægrum debemus: in clinantibus periculis, mollibus gestationibus, utendum deambulationibus, exclamationibus unctis q; ac cucurbitulis, dropace insuper imposito. frictionibus in sole, psilothris, sinegmatibus, si rapismis, uomitionibus, ex raphano, lauacris, uino præterea uariisq; cibis corpus studiosius reficiendum est. Hac Paulus. Sed ætustioribus hac pauca subiungemus.

De simplicium facultatibus, ex ueteribus autoribus,

Cap. xiiii.

Albis præcipue fluctationibus rosæ flos prodest in posca potus, uiola alba & lutea præsertim sicca: nardus gallica in uino uel aqua sumpta. Alba profluuia sandix sistit, cochlex ex amylo, & tragacantho illita, cinis putaminum ouorum combustorum sine membrana prodest potus. Inuenimus tritici grana ieiunis commaducata, alba profluuia sistere, & succini farinam cum forbili ouo: alij pastillos farinaceos cum cera dant in cibis, ex caliditate renum, unguenti populei 3. tres, camphoræ oboli duo, olei nymphae, rosacei ana 3. 2. cere exiguum: addunt alij opij obolum.

Quæ uulue sit mala habitudo & de eius conuersione,

Cap. xv.

Cum plurimum humida uulæ habitudo sine rheumatismi uitio raro euenit, superabundantis humoris capax est, ueluti enim nauis carina corruantium humorum locus est. Raro enim inflammat, quod si contigerit, tum uenere stimulat importuno desiderio, & nisi uerecundi pudoris freno contineatur, facile prostrato corpore uenerea uiuunt procacitate, mensibus exiguis soluuntur, atis, & maleolentibus, urina ruffa cernitur, aut lutea, sed superabundans locorum humiditas, ora naturalia lentore salutant importuno, & mensium abundantia, tum alba urina est, ac præpinguis & crassa. At melancholica habitudo uenere negligit, unde & nentofus quidā intus sonus sentitur, qui crepitum quodam saepe erumpit. Sed cum uulua in fœminis conuertitur, sursum uersus septum transversum mouetur, q; semine genitali contento, & corrupto, uel humore mēstruo intus uitato, uel spiritu intus cōpresso, enecto itē partu, uel secundis morantibus cōingit, tū strangulationes siue suffocationes innascuntur, uulua enim principatū cordis annexa est, pluribus diebus strangulationis deliquio iacet mulieres. Huic pertinet, inq; Plin. nobile illud apud Græcos uolumē Heraclidis septē diebus fœminæ ex animis ad uitam reuocata. Fœminarum, inq; sexus huic malo maxime uidetur opportunus conuersione uulæ, quasi corrigatur, spiritus restituitur. Ad tertium usque diem fœminam ab eo malo non efferrī, clamat omnis schola. A cæteris differt id uitium, non fertur ut apoplectici, mēbra non cōrahuntur, nec spuma circa os cernitur, nec oculi uertuntur, ut in comitialibus contingit, nec somnus grauis cum febre premit, ut le-

** alia profusio.*

Quæ temperice ueneri negligat.

Strangulationis peculiaris actio denia.

ut lethargicos, sed ipsa mulier inter mortua voces audit, ac reuocata omnia commemo- rat, uiuere ac leuiter spirare deprehendimus, leui pluma naribus apposita, uel scypho a- quae pleno praecordijs imposito. Id malum praefagiunt uertigines & capitis dolores, uul- ux tormenta si frequenter eueniunt, si in occipitio, uel uertice summo conuelli capillos sentiunt, si poplites & genua doluerint.

De suffocatione matricis ex Galeno, Cap. XVI.

Varij sunt, inquit Galenus, praefocationis in mulieribus affectus: quarum quaedam sine uoce sine sensu, & sublato uenarum pulsu facit, mortuis simillima. Aliae quidem sentiunt, & mouentur, ac memorantur, quibus & sensus intercipitur non sine anhelandi difficultate. Quibusdam brachia, ac crura distentione comitialiter torquentur. Ex uarijs igitur causis uaria pariter symptomata eueniunt, sed de prioribus duntaxat affectibus primus Heraclitus descripsit quodam suo uolumine, cum mulieres interdum a mortuis nihil differant. Verum inter cordis latibula spiritus exiguam partem latere, qua uiuere uident, nec tamen perciperetur anhelitus, deprehendere tamen conati sunt flocco naribus apposito, aut praecordijs scypho aquae pleno imposito. Mirum quod inquit Galenus, alias ex eo affectu reuiuiscere, alias emori uidemus, inter naturae miracula habetur in ea uulua conuersione, non respirare, ac uiuere, sed uiuere, inquit, inspirare creditur, si uti animalia quae senis mensibus latent ueluti inter mortua sic foeminis in eo uitio solam cordis exiguam palpitationem remanere reliquo extincto penitus calore. Viduari peculiare id malum est, si menstruo uectigali exonerari assueuerint, ac uterum frequenter gestare solite fuerint: unde retenti menses ac genitura si corrumpuntur, ueneni uim obtinent. Nam semine muliebri frigidius ac humidius est, unde corpus praeter naturam refrigeratum redditur. Viri quoque ueneri assueti cum per religionem ad castitatem reducantur, saepe febricitant, uel grauitate capitis uel dolore tentantur, sine appetentia cibum assumunt, ac regre concoquunt. Eorum corpora foecundioribus arboribus similia Plato esse tradit, nam castitatem custodientes supra modum refrigerant. Alia sine manifesta morbi origine cerebri quosdam motus sentiunt, contristantes, uel mente soluti, melancholici ac causari, unde maius periculum est ex seminis continentia, quam si menses in foeminis subsederint: subita enim mutatio a salacitate in ueneris continentiam plurimum obesse constat. Diogenes propterea uenerem nisi alubritatis gratia complexus est. Refert idem autor aliud exemplum cuiusdam uiduae, in suffocatione, quae cum iniectis digitis titillationem sentiret ac tactu oblectaretur, magis molliter confricari iussit, ut ea uoluptate semen emitteret: quod cum euenisset, ab eo tormento liberata est. Semen nanque si uitiat magis quam menstrua officit, quod saepe a purgationibus euenit, nec mirum (inquit) est si ex tam assidua materia uniuersum corpus tam misere afficiatur, cum similia ex ictu scorpionis accidentia uideantur, & serpentis tantillo uulnere, uel torpedinis plani piscis contractu retis uel tridentis torpentia membra reddat: eadem & magneti natura est, uel euidetior, cui ferrum cedit, & moras circumagens patitur, circularimque ducitur, & cum propius uenit adsistit, teneturque, atque in complexu haeret: & solum hoc ferrum ab hoc lapide uim illam accipit, & retinet, etiam longo tempore: & aliud apprehendit ferrum, ut annulorum cathena uideatur interdum. Certum est (inquit Gal.) & alia plurima similia in natura inueniri. Interdum bonae habitudinis in maximoque humorum temperamento corpora inueniuntur, quae subita morte corripuntur, ex mortifera ueluti potione sublata, ut cutis nigra aut uiridis protinus efficiatur & putrescant, unde a plerisque potionari ueneno esse creduntur, cuius rei causa ex corporis essentia contingit. Itaque ex semine uel menstruo corrupto uirulentae qualitatis ea mala eueniunt. Fidem facit rabiosa canum natura: qui soli inter animalia, rabidum uirus facile suscipiunt, uel alterius rabidi iniecta salina, cuius sola qualitate aucta subinde in corpore sensim uirulentia, ita ut a sexto saepe mense rabie corripiantur: quae tamen uis initio tacita & occulta uideatur. In mulieribus itaque praefocatis ceruix interdum cum locis ipsis ad ora descendunt, aliquando ad superiora, uel ad alterutrum latus. Praeterea ueteres uterum pro conceptus desiderio animalium simile esse tradiderunt, ac uniuerso corpori officere, nisi optatum inuenierit conceptum, ex Platonis, ut diximus, sententia: unde si sursum uersus praecordia peruenerit suffocatur & strangulat.

Viduit peculiari morbo.

Semine corrupti uenefica uis.

& strangulat. Vidimus uxorem fratris in praefocationis cuiusdam motu in delirio ridentem atque collachrymantem, cum plumae per dices sub naribus cum carbonibus adnotata essent, in caute pruna ingens ex batilo in pectus excidit, tam diu stetit ut omnino extinctus carbo uideretur, eo die sine dolore fuit. sequenti die de inulto tantum pectore conuulsa est, ut ingens adhuc citatrix uideatur. Sed de uteri motu Galenus haec pauca subiungit, nam neque stomachum, neque phrenes, hoc est diaphragma contingit, quod si uerius has partes appropinquauerit, non solum spiritus aufertur, sed anima cum spasmatibus deficit, ac brachia cruraque stupescunt. Ad id facit quae Celsus ex Asclepiade sicut oria te refert de uulua percussa notis, multis enim corporis partibus annectitur, si uulua, inquit, percussa est, dolor inguinibus & coxis & femoribus est, sanguis pars per uulnus, pars per naturam descendit, uomitus bilis insequitur, quaedam obmutescunt, quaedam mente labuntur, quaedam sui comites, neruorum oculorumque dolore urgeri se contententur, nam huiusmodi accidentia ex sublati uaporibus fieri arbitratu posteriorum non neruorum communicatione, ut euidetius constat, mouentesque tandem, quae corde uulnerato pauentur.

Vulua percussa signa.

De strangulatu uuluae, ex Paulo, Cap. XVII.

Vulua (inquit Paulus) strangulata est cum ad superiora utriculus conuertitur, & principalia membra opprimit. Qualia sunt cerebrum, cor, & praecordia ipsa. Ante strangulationem haec occurrunt accidentia, mentis tarditas, senectus, crurum debilitas, faciei pallor, oculorum hebetudo. At in ipso defectu desipiunt prosternentes sese, in termortuis sensibus pariter obmutescunt, crura contrahuntur, demum mala rubicundiores fiunt, ac facies turgidula redditur. Morbi uero declinationem procedunt quaedam, ex naturalibus partibus humida quaedam saluatio, ac ebullitio uentris uel intestinorum: tum paulatim uulua corrigitur, & ad sedem sese recipit, mentem commotam & sensus pariter restituit. Id malum periodicum plurimas afficit comitiali morbo haud dissimile. Replet enim loci, aut seminali materia, aut menstrua, uel quauis alia putri. Has accessiones quaedam mulieres sustinent, quaedam repente praenit commouentur, citato primam arteriarum pulsu inordinato, suffocato subitade, ac resoluta, tum exigua per membra humiditate rorescit cutis, interitum primum anhelitu, qui demum ex toto adimitur. Id uitium hyeme frequenter euenit, uel autumnum, uirginibus, sterilibus, uel quae concipere desiere, uel aliter refrigeratis.

Principalia membra uuluae strangulata opprimit.

Curationes ex Paulo, Cap. XVIII.

In accessionibus igitur extrema arctius ligare, & crura confricare necesse est, & quae huiusmodi deiqua reuocant, imperanda sunt. Maleclentia naribus subiunguntur, sicut extincta protinus lucerna, castoreum, asphaltum, galbanum, cedria, laua, aut panus combustus. Quidam matulam ueterem naribus supponunt aut excrementorum fellam foetentem. Quidam inguinibus & pubi cucurbitulas affigunt, uehementes, inanes tamen, deinde cum scalpello circumscalpi iubemus, uel in suris. His si conuulsio uuluae non corrigitur laudantur, & quae uentum discutunt inunctiones, & collyria colica dicta, aluo indita, quae ex melle & cymino composito, addito nitro fiunt: clystere deinde aluum colluere necesse est, ne quae coepta sunt laedant. At unguenta odoratiora naturalibus indita profunt, quale amaracinum est, & ex malabathro, & sinapis naribus quidem in in olfacto rito datur pannum, & si pedis imponatur prodest: uociferationes quoque grauiore, & propria auribus nomina intonare, sternuramenta quoque ex castoreo, struthio, & pipere, ualent. Si ad uitam reuocantur, uomere cogenda sunt, & abstinentia imperanda, aut exiguus cibus offerendus est. Post septimam uero diem diacolocynthidis hiera uenter sollicitandus est, dein post tertium quoque diem lumbis & lateribus cucurbitulas impingimus, deinde castoream portionem damus, inter dum ex artemisia decocto, aliquando ex mulso. Valentissimum praestant auxilium pessi iniecti, & insidendo uaporationes ex emollientibus remedijs. Haec pro periodico statu dicta sunt. Verum pro totius corporis obseruatione missio sanguinis in primis efficacissima est: deinde deiectiones ex hiera, uel ex alopecura potest, inter ternis missi cyathis senis diebus. cominus, aut per interualla drach. 2. in missi cyathis totidem, & dropacifinis, cauterijs, psilothris, cucurbitulis, sinapis, tueri foeminas ab ijs praenit opus est, & ex euphorbio acopis, demum exercitamenta, frictiones, & exclam-

Colica collyria.

Qua a praefocatione praeseruita.

& exclamationes, & naturalium fontium calidorum natationes profunt.

Ex antiquis autoribus, Cap. XIX.

Pessi oleo aliquo diluuntur, aut succo molli q̄ lana excipiuntur, quæ naturalibus cōditur. Vuluam emolliunt oui uicello, scæno græco, rosa & croco temperatis. Aut elaterij p. denarij s. salis tantundem, uux taminæ sex melle excipiuntur. Aut Boëtio autore, croci, resinæ, terebinthinæ singulorum p. denariorum quatuor. myrti p. 22. rosæ 1. buri octo, adipis anserini .x. duodecim. uitellos coctos duos rosæ, minus cyatho.

Ex Galeno, Cap. XX.

Testudinis terrestris iecur aridum pessis additur efficacissime. Leporis cor crudum in potu datur, radix mali punici, dulcis cum uino bibitur. Castoreum cum aniso, cuminum cum oxymelle p. 2. melanthij p. 1. pœoniæ radix bibitur, uel iridis aut pœoniæ sem. 15. aut urticæ succus appositus, aut mellissophylli folia: dolores discutit ruta uiridis cum butyro & auxungia trita & imposita. Recentiores quatuor. scordolafere graueolentem, murinum fimum ex uino in potu dedere ad locorum dolores. Sed mirum est quod ipsi sæpe experti sumus in mulieribus semimortuis, ternis in potu gurtis ex aqua terebinthinæ destillata, nam grauisime olet, uel subdita naribus. Rutam recentem confricato: uel sulphur cum aceto naribus apponito.

Ad uulvæ conuersionem, ex alijs autoribus, Cap. XXI.

Strangulatio ex sanguinis uitio.

Ubi sanguinis uitio contigerit, ex talo demi uolumus, ac unguenta omnia, bene o-lentia naturalibus indita iuuant: nam musci odor, ac zibeti appositus, olea pariter redolentia illitis naturalibus uulvam euocant, quale est irinum, myrobolaninum, uel in quo gallia muscata mixta sit. Cyprinum quoque prodest illitum uinum, et si casus idem reuerti non soleat dandum non est, magis q̄ si mēstrua substiterint: si q̄ genitura retenta fuerit, cibus ex media materia offerendus est: quæ uenerem inhibent danda sunt uirginibus præsertim, quæ in Theophrasti Atheniensium castitatem (ue dictum est) custodientes folijs uiticis, id est agni, cubitus sibi sternebant: ieiunia ob eam rem profunt, ac longa fames: obsonia delicatiora quæ q̄ maxime alunt cauenda sunt. Cateris coniu-gia, & eorum cōcubitus medelam præstant opportunam. Sed ea compositio mire ut in finities experti sumus, conuersionibus, ac uulvæ tormentis subuenit, uel quibus eius ualetudinis causa spasmanatur membra, habet triferæ magnæ 3. 3. chamædrydis aridæ p. 3. s. cum uino aut saccharo ieiunis datur. Interdum id medicamen imponimus, habet galliæ mulcharæ 3. 2. sem. melanthij quæ nigellam uocant 3. s. croci 3. s. cū succo mercurialis mixta in lineo panniculo adalligatur & cum oleo intincta lino imponitur naturalibus.

Ad suffocationes mulierum, & uulvæ tormina simplicia ex ueterum eod- dicibus, Cap. XXII.

Contractionibus uuluarum accōmoda.

Uulvæ tormenta discutit raphanus umbilico tritus impositus: alij brassicæ uim ei attribuunt, sed nunc eam tritam & cum auxungia seruefactam imponunt, nam dolores lenit in tantum ut uulvas corrigat. semen pastinacæ erraticæ contritum, & in uino potum. Amurca cocta in cupreo uase cum lana apponitur. Oleum coccinum prodest: lauri decoctum ex baccis & folijs prodest, frutices cedri iuuant: subuenit odore galbanum in strangulatu, spondilion suffitu ac potu, cinis corticum picæ potu & suffitu corrigit uulvas, pix odore, populi cortex potu, uel sua prima in uere germinatio: semen agni uulvas dissoluit contractas, suffitu uel appositu, chamædrydis semen in potu, chamæficæ in lineteo apposita, & ampeloprasson, scæno græcum subuenit decocto succo, siue duricia, siue tumor, siue contractio uulvæ sit, forum uel infusum. Ad cruciatus farina cum hordeo, aut lini semine decocta, aqua mulsa subijcitur: imponit item imo uentri, pœoniæ semen nigrum foeminarum malis medetur in uniuersum ex aqua mulsa, be-tonicæ 3. in uino cyathis tribus bibitur, ad mala quæ à partu fiunt. Doloribus centaurij maioris radix fotu. Plantago imponitur in lana, & bibitur in strangulatu. Sed præcipua dictamno uis est, agaricum tribus obolis tritum in uini ueteris cyatho, peristerion in adipe suo recentem apposita, nymphetæ radix apposita uel pota medetur cyslanthemom, peucedanum ustu strangulatus recreat: ladanum corrigit suffitu, dolori imponitur erysimi cortex ex aqua, artemisia trita ex oleo irino, aut ficu, aut myrrha: acharon utile est scæ.

est foeminarum malis, succus iridis acetabuli mētura demortuas protinus excitat: Coni-za utraque prodest, uuluis torminibus q̄ cautilides dux in uino potæ, callitrichon fotu locis medetur, hyssopum laxat suffocationes. Radix æthiopicis uuluis medetur in uino albo pota. Actea in foeminarum morbis datur acetabulo pleno. Ampelofagria radix uita uulvæ emendat, in dolore circa bibitur, sed macerari oportet in sextarijs tribus quadrantem radice tusa per noctem & diem: Radix glycididis in uino decocto matricem sanat, & eius grana nigra numero 15. ex passo aut uino pota medetur. Pancracij radix in uino bibitur ad tormenta, semen staphylini tumentem aluum, & suffocationes mulierum dolores q̄ in uino potum lenit, in tantum ut uulvas corrigat, illitum q̄ uentri in pœ-nis earum prodest.

Ex animalibus remedia ad strangulatum, Cap. XXIII.

Capilli mulieris cremati nidore subueniunt. Fel taurinum cum opio appositum bi-nis obolis, & pilo ceruino suiri iuuat: lupi adeps illinitur & iecur & pulmo aridus bibitur. Uulvas corrigat concitatas asini lien, asinini fimi cinis impositus: lacte equino loci colluuntur, uiculinum fel, hœdorum pili suffitu & locustæ nidore, cochleæ cum ceruina medulla uulvam auersam corrigunt. Minoris crocodyli intestinis, & reliquo corpore suffitu uulua laborantibus subueniunt. Testes castorei uuluarum exanimationes subditi sanant. Excitant & delphini adipe linamenta accensa, scombrj in aceto putrefacti, percarum & menarum capitis cinis sale admixto, & cunila oleo q̄. Item uituli marini adeps instillatur igni, naribus intermortuarum uulvæ uitio, & cum coagulo eiusdem in uellere impositus, & castoreum olfactum cum aceto & pice, aut subditum pastillis. Uulvæ pœnis mire resistit ostrearum quæ aliqui onychen uocant, blattam bizantiæ officinæ uocant, suffitu. Farina chalcitidis lapidis in uellere imponitur: bitumen strangulationes suffitu reprimit cum uino & castoreo: gagates suffitus cū uritur eas recreat. Rutæ succus potus matutinis aperit, corrigit q̄ ue conuersas, illito melle & aceto, & cuminum satiuum, dolori anisum suffitu medetur, & strangulationi commanducatum, & illitum, calidum, uel potum cum castoreo in aceto & melle proficit, sagapenion quoq; olfactum, sinapis semen suffitu odore aceto mixto conuersiones sanat. Cyperi radix uulvam aperit pota, sed abortum facit, gallici nardi radix trita uel decocta, potui cum uino data strangulationes sanat. Assari uncia in hemina mulsi pota, crocum cum uino potum. Holochrylios in uino data, dolores sedat chrysolome in aqua mulsa decocta, mellissophyllum addito nitro strangulationes iuuat, dolore sedat inelilos. Abrotoni semē tulum 3. pondere ex aqua datur, anemone, anticellum, nam & duriciam emollit, in aqua parthenium bibitur decoctum, & ad inflammationes datur. Omnibus uitij cētum capita ex aqua mulsa auxiliatur præcipuæ strangurix: semen urticæ potum aperit, illinitur callitrichon cum absinthio in stranguria. Conuersas corrigat galbanum, potu suffitu q̄ ue, Celsus hoc remedium laudat: si locorum uitio concidit mulier, cochleæ cū testis suis combustæ & contritæ, cum melle imponuntur, si non comprehendit adipe leonina ex rosa mollienda est: sed myrtidanum à Plinio & Dioscoride celebratum uulvæ prodest appositum fotu, & illitu, multo efficacius & cortice & folio & semine exprimitur & folijs succus mollissimis in pila tasis, adufo paulatim uino austero, alias aqua cœlesti, atque etiam expresso utuntur ad oris sedis q̄ ue ulcera uulvæ & uentris. Ad tormina uulvæ ea mixtura iuuat, scordolaseris, galbani, seminis pœoniæ contriti, nigri ana drach. 2. cum candenti tudicula catapotia formabis 12. terna dabis deuoranda ieiunis.

Omnib. uulvæ uitij cōueniē.

De uulvæ inflatione, ex Paulo, Cap. XXIII.

Uulua uento turget, aut intus corruptis humoribus, aut difficili & enixo partu obstructo locorum orificio, aut conglobati sanguinis obiectu. Nam & in locorum cauo spiritus quandoque comprehenditur, uel in ipsa interdū uulvæ materia meatuum q̄ spongiosa raritate, unde in imo uentre tumor subest, ac duricies, punctiones ad præcordia usque sentiuntur & stomachi os & inguina, ex quo digitorum percussu tympani sonus auditur: sanguinem mittere, si nihil obstat, remedium est. Abstinētia exinde in ipsis morbi accessionibus iuuat, oleum rutaceum illinitur ac rutæ: decoctum fotu medetur, T 2 addito

addito pulegio, artemisia, casti, & similibus, & lini semine imposito, cymino, fœniculo, aniso, ami addita loliacea farina, rum & cucurbitulæ inanes uel cum scalpello iuuant. Si adhuc malum perdurat, defectiones ex picra hiera ualēt. Dropaces, sinapismi, & naturalium fontium calidorum usus. At obstetricis officium est imposito digito, quem prius intingat oleo, concretum sanguinem leniter educat, si oppilat. Deinde ficum, nitrum, & absinthium ingerat pelsi modo. Epithemata emollientia, polyarcij esse debēt, & diaspematis, diaphinici, et ex ruta pelsi addito melle & nitro: sedis præcipue laudatur. Caricarum pinguium contritarum drachma, cymini duæ, aphonitri una, ob mordacitatē lacte intinguntur. Malactici quoque pelsi apti perhibentur.

Epithemata emollientia.

De uulua procidentia, Cap. XXV.

Vulua interdum procidit, uel intus in alterum latus inclinatur, quam auersam diximus, quod frigore uel ictu, aut lapsu euenit, uel musculorū resolutione, id humore sæpe contingit: multos per annos uulua procidit, ac per urbem, ut nouimus, ambulat, nec alio utuntur remedio, quam galbani ceretario. Si auersa uulua est, obstetricis digito corrigitur, nam facile dignoscitur, nam nec ori nec ceruicij locorū situs respondet, dolorq; ac grauitas in altero sentitur latere, quam cucurbitula contrario latere corrigit, imposita à balneis duntaxat, ac latera subinde umbilico impacta. In lecto quiescere debet, atque pessus ligneus, aut candela molli uellere inuoluta, lilino oleo, irino, uel cyprino intincta, si inditus fuerit, iuuat quatuor digitorum mensura, pro longitudine ceruicis. Imoq; ue uentri emplastra quæ menses ciunt imponimus. Procidentia suffitu profunt quercus folia, sorbi, mespili, cupressi, myrti, mali punici, cum nepita, singulorum manipulus in olla decoctus linteolo uentri imponitur. Pessus fit, quo procidentes reprimimus uuluas, habet cupressi conus, gallarum immaturarum, florum iunci, anthemidis siue chamomilæ omnium semidrachmam, trita ex acaciæ succo foliorum molli lana naturalibus subditus, aut ex uino nigro emendat. Ex simplicibus, uulua, inquit Plinius, si procidunt decocto cotoneo foru corriguntur, uel aceto, uel myrti foliorum arentium farina, & immaturæ gallæ crematæ aceto extinctæ. Acaciæ foliorum succo per se. Procidentia res tactu urticæ profiliunt uulua, inhibet potu uel suffitu aristolochia, uel subiectu maxime tenuis: eas reprimunt simum bubulum è mare boue subditum. Et uellera lora frigida, ex oleo madefacta, & apposita. Si procidit, inquit Galenus, uel uulnera, terebinthinæ, medullæ uitulinæ opij, croci, rosarum cicutæ pares portiones pessum conficito.

Procidentia quæ conducant.

De uulua procidentia ex posterioribus medicis, Cap. XXVI.

Id uitium in senectute nunquam fere restituitur, si malū præsertim uetus est: iuuenibus restituitur, si recens fuerit. Deambulationes nocent, equo, curru uelhi, aut factari plurimum obest, sicuti balnearum usus: sed balnea sulphurata iuuant, uel ferrosa, qualia nunc celebrantur in agro Veronensi Caldariāna dicta. Cibaria frigida ac humecta damnantur, uel uentosa, quales pisces sunt, ac olera. Vinum nigrum austerū ex pluuia aqua salutariter bibitur, uel mulsa. Venus importuna est: sternutamenta, uociferationes, tusses, ac magno conatu, aluum comprimere obest. Sed bubulum illud simum appositum laudant, uel procidentia aluo peculiari remedio. Idem de urina sentiunt: porri folia subdita profunt, asphaltum nidore iuuat. Laudat & oleum myrobalaninum illitum, galbanum item emendat: Si uterus uero mucosa materia dissolueretur, quod cum plurimum accidit, ea potione digesta materia uenter soluendus est: potio habet saliuæ, maioranæ, chamæpytidis, artemisii, mellistophylli, calaminthæ, pulegij, mentastri, singulorum manipulus, radicis acori ac inulæ, casti ana ʒ. 2. ex aqua decoquantur, & percolentur, saccharo ac melle addito syrupum conficito, addito cinnamomum, nardum, ac crocum ad aromatizandū, cum abrotoni aqua uel marathri potiones dato matutinas: ac subinde hieram colocynthidem dabis pro uiribus ægræ, uel sagapenij pilulas cum elleboro. Ab ijs theriacam, ac mythridaticum dabis antidotum. Interea ea facito quæ paulo ante dicta sunt, cum non amplius profuerit uulua, scemora arctius ligaturis continebis ac decoctum acaciæ uellere exceptum naturalia perfundes ex austero uino per interualla, & odorata naribus subicito. Imo uentri id emplastrum utiliter imponitur, resinæ ʒ. 2. thuris, mastichis ana ʒ. 1. conus cupressini drach. 2. olei lentiscini, myrtini, quantum satis sit.

Procidentia alui remedium.

Potio digerens materiam.

fit. Quidam sibus cucurbitulas imponunt, aut umbilico, & experimento constat, inde gallinaceum ouum uetustum mirè cōferre uideretur, quo nihil grauius olet, rupto cortice lana colligitur molli, & ita apposita mirè corrigit procidentem uulua, uel in ueteri uitio: cauendum est ne odor ille grauissimus corripiat nares mulieris.

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMILIANUM Cæsarem August. Imperat. inuictissimum, de uulua cæteris uitijs, inflammationibus, abcessibus & ulceribus Liber XXVII.

Proœmium.



Equuntur reliqua uulua uitia omnium periculosissima, uel prioribus leuiora, oppilationes, dolores, inflammationes, apostemata, ulcera, & carcinomata proueniunt. Ea nanque uitia asperiora (ut Galenus scribit) & deteriora fieri solent, quando quidem matronarum uerecundo pudore uitia occultantur, foediora fiunt, nam ad secretiora mala cōcios nolunt medicos. Innascitur igitur circiter intimum os uulua: ingens dolor & inflammatio, & nisi cito occurratur apostemata de facili oritur pernitiola, & præfocationes interdum, de quibus iam dictum est, unde crura frigida fiunt, caput & scemora, & lingua pariter formicantia redduntur, tanta est membrorum inter se mira communicatio: uox demum deficit: interdum in pectine dolor incumbit, uesparum ictibus haud dissimilis. Alijs ima dolet spina, ambabusq; ue coxendicibus, ijs ampliores per membra turgent uenæ: in uenere salaciores, quæ in ea re oculis cōtinentur hyrcuis. Vitia præterea alia commemorat Galenus circa naturalia hæmorrhoidas, atque rhagadas, & condylomata sedis communia mala. Sed has muliebres pudendas partes, primū cum hæc scriberemus infestare miserabiliter cœpit morbus gallicus, unde illud prostitutarum uirus totum orbem infecit, tanta earum partium foeditate, ut quacunq; bladio ri uenere proci facile arcerentur. Videres sceminas ore uenerem pulchritudine superantes, quæ suo foedissimo complexu infinitos libidine intemperantes sera penitentia afflixere. Post hæc quæ uirginitatem demum corruptam metiri solent remedia subiungemus: Galen. autor exquisitissimus suis adiecit uoluminibus.

Seuissima uulua uitia.

Gallicus morbus.

** Hæc huic loco non conueniunt in cap. 17. huius libri eandem sententiam habebis.*

Inflammationis uulua causa.

De uulua inflammationibus & paracelsi ex Paulo Argineti, Cap. I.

Vulua inflammatio pluribus cōtingit de causis, aut ictu, aut mēsis sublati, frigore, uento, eliso ue partu, cuius offensione uelica pariter læditur. Ex inflammatione ipsa febris oritur, ac capitis dolor, ceruicis nerui, digiti, collumq; ue pariter distēditur, uel in contraria conuertitur, stomachus item dolet, & locorum ora clauduntur, pulsus paruus ac frequens redditur. At si parua quidem fuerit uulua inflammatio, ipse quoq; uterus paruus dolet, siq; ualidior fuerit, idem plurimum dolet uniuersus, si phlegmone afficitur uniuersum membrum. Si uero in aliqua parte fuerit, eandem partem dolor indicat. Sed quando quidem in posteriori parte inflammatio oritur in lumbos uergitur dolor, tumq; ue retrimenta retinentur, quoniam longanone offenditur intestinū. Si uero in anteriori parte in pectine dolor inleat, ac urinae difficultas, & uelicae stillidium sequitur. Si circa latera uulua inflammatio orta sit, inguina intenduntur, ac crura dolore afficiuntur. Pnygmate uero inflammato, sub umbilico maximis percipitur dolor, cum pubis tumore. At si in ipso uulua orificio inflammatio orta fuerit, in suprema uentris parte dolor sentitur, & imposito digito durum occurrit uulua orificium. Primum remediū est, uinum & oleum infundere, aut uinum cum rosaceo, pectini uero & lumbis lana succida munda mollis adalligatur. Et abstinentia in primis huic malo occurrimus, tenuis enim uictus esse debet usque in tertium diem. Dein ab ancone, si nihil prohibet, sanguis demundus est. In cibis alica ex mulso, aut panis, aut forbile ouum, post quintum diem gyri imponitur lini semen, scemogræcum ex melle in quo singulis diebus decoquatur:

T 3 oleum

oleum item prodest. At si inflammatio excalefacientibus magis irritatur erysipelatoides melilotum in sapa decoctum & tritum additis ouorum luteis, & rosaceo, aut milino, aut crocino, ea enim salutaria sunt, aut palmula uino subferuefacta, & cum farina mixta, aut aliquo ex unguentis, in cataplasmatum ratione, quae dicta sunt utimur. At inclinante inflammatione, cerotum nardinum aut cyprinum imponitur: inter reliqua remedia, foenogracum decoctum suffitu prodest, uel seminis lini, uel maluae & artemisiae, uel oleum per se, in quibus calor non offendit, aqua calefacta rosaceumque infunditur. Pessus uero fit ex oelipo, ac butyro, medulla ceruina, anseris adipe, fusino unguento, & cera tyrrimeae. Quae uero excalefacientia contemnunt, pello, qui chryssi appellatur, non modice iuantur, & enneapharmaco. Quae calefacientia item non sustinent, ouum rosaceum cum anseris adipe aut gallinae curantur. Ex phlegmone febricitantibus diachylo emplastrum medetur, duplicato rosaceo, addito plantaginis succo, aut feris, aut ciciorij aut intybi. Aut eo utendum est in quo anserini adipis, aut suilla axungiae recetis 3. 4. ceroti rhodini, aut fusini 3. 2. ouorum affortum luteorum 3. 1. croci 3. 1. myrrhae triobolus, opij obolos 2. aut pro opio papaueris decoctum. In maximis uero uuluae poenis, opij lentis magnitudine ex muliebri lacte, aut foenograeci succo imponitur. Si uero cum duricia inflammatio affuerit, tetrapharmacum cum rhodino liquatum infunditur, aut imponitur. Vuluae uero conuersiones secundum accessiones, phlegmonum curationes sanant. In decessione morbi, emollientia profunt, nam & duricias extrinsecus leniunt, atque diffundunt, malagmata diameliloton Musei Icesij. Vicitus initio tenuis, & inclinante morbo balneum confert, tum uariis firmiorque cibis elargiendus est.

De uariis locorum dolore, Cap. 11.

Uteri dolorum causa.

Ex locis muliebribus humorum deducenda.

DOlet foeminarum uterus aut ex mala habitudine, aut uento (ut dictum est) in loco, aut humore extendente, aut erodente, uel si ex eo uapor intus progeneretur, eo modo quo in colicis fieri solet, id uicium uetulis, ac praepinguibus saepe euenit, uel ad maciem tendentibus: tum inguina & ilia & crura, cum spina dolent, & praecordijs, imo quoque uentre, ac sinciput ipsum dolo. In eo affectu uidimus nigredine dimidiam linguam tantam diu perseverasse: ischiadicis item dolores excitasse haud dubium est. Humores itaque deducunt ex his partibus, tripolij 3. zingiberis, castae, cinnamomi ana 3. cum artemisia decocto & potu. Idem praestare uidetur Diosc. autoritate, elleborus arida & apposita uel lana eius decocto infusa: iucunde enim aquas inde trahit si ex caliditate fuerit. Muliebri lacte ex lana dolor mitigatur, si uehementiori medicamine opus est, hyoscyami albi decocto uel succo sedatur coniecto, uel papauerino, uel maluae decocto. Iuuant & infusions. Utiliter supponitur ouum ex lacte equino, exiguo croco addito. Peculiariter ladanum medetur appositum: nec mirum, inquit Gal. si locis prodest, nam emollit & dissoluit, et suaviter astringit: oleum quoque lentiscinum, idem facit liliinum, ac uio laceum luteum. At nihil magis dolori subuenit quam castoreum, si ex frigida fuerit causa siue potum siue illitum. Iuniperi quoque baccarum medentur duntaxat matura: balsamum item ac xylobalsamum in potu: gētiana trita prodest ex uino calefacto pota mire conuenit si ex uento fuerit, nam & imminet arcet dolorem. Cinnamomum item & galaga, ac zedoaria dolores sanant ex uino drachmarum duum pondere. Salutare infusions fiunt ad locorum cruciatus, habet maiorana, ocimi, artemisiae, abrotani, foenograeci, brasiuae, seminis lini, meliloti, chamomilae, omnium pares portiones ex aqua feruefacta. Alia in quibus nepeta, pulegium, lauri folia, maiorana, artemisia, foenograeci semen uel ipsa herba, lini semen, sed lauri folia per se imbricis calefacta sacculo subdita ualent. Visci quoque decoctum subditum iuuat, Aliquis prioribus fomentis addunt, anethum & althaeam, selami semine. Dolores a partu sedantur schœnoantho ex aqua decocto, donec dimidium super sit, ita ut loci foueantur: & decoctum bibatur ternis cyathis. Addi iubet Dioscorides ficus praepingues, uel carycas cum foenograeco: nam & alia uuluae uicia sanantur. Dolores ex uento discutit semen cymini, aceto maceratum deinde torrefactum cum amii semine, ac zingibere, castoreoque omnium 3. tria sumuntur singulis diebus obolorum duum.

De uuluae

Partium obscenarum prurigo ex acutis prouenit humoribus, bili, salugine, uel ex uulua melancholico, quod mensium colore distinguitur, unde et papulae oriuntur. Cuius tentione interdum id uitium oritur & aueritatem ueneris insatiabilem affert. Sanguis primum ex media mittendus est uel cephalica, ut Gal. docet, mox preparata materia, bili aut phlegmate uel atra bili uentrem deiecerit necesse est. Post haec a talo quoque demittitur. Si cum libidinis intemperantia fuerit, quae uenerem compefcere diximus, danda sunt, nam crocum, ruta, mentastrum, ac cyminum genituram, Gal. sententia comminuunt, prurigoque rosacea, oleo rosaceo, sandalis exiguo aceto addito sedatur uel portulacae succo per se mitigatur. At ipsa tentione impositio lini seminis marcore emollitur: aut uel semine maluae uel foenograeci. Medicamen ad pruriginem: habet myrti foliorum, mali punici germinis, lentis cortice liberati pares portiones, ex uino decocta, succo infuso medentur. Aliud, croci, camphorae obolum, plumbi adusti duos, baccharum lauri semina trita cum oui candido, ac rosaceo, uinoque commixta imponuntur: saluare ex uino decoctum per se iuuat. Aliud pro papulis & pustulis adurentibus, habet lithargyri, mastichis, thuris, seu arietini, ouorum luteorum, ac olei quantum satis sit ad ea cogenda, sed cere exiguum addito: linimentum facies salutare, uel igne, aquaque ambustis. Sed inter simplicia nihil celypo uilius imponitur.

Ad pruriginem medicamen.

De uuluae abscessu ex Aegineta, Cap. 1111.

Inflammatum interdum uulua & in collectionem conuertitur, unde eadem, quas diximus, non superueniunt, circa enim morbi initia dolores sunt, ac inordinate horripilationes accedunt. In statu autem cum praecipue suppurant, crescunt, cum dirumpuntur, dolores uehementiores, compunctiones febresque acutae accenduntur, tum uirina non demittitur, ac aluus nihil reddit. Nam & in uuluae parte contingit offensus, & circa pectinem tumor quandoque oritur, & inundatio tactu deprehenditur. Si collectio affuerit ingens, ingens sequitur cruciatus: quandoquidem ex parte orificij, neruosa sunt, in fundo enim & circa finem minus dolent, nec tumor digito comprehenditur. Nam & orificium tenuius subest. Huic malo subueniunt quae putrefaciunt, propterea foenogracum imponitur, ac lini semen, cum hordei uel tritici farina, sed & carycas addimus coctas: interdum & columbinum simum. Infusions profunt, quas in phlegmone supra adnotauimus. Ac pessus ex terebinthina, myrrha, celypo, butyroque. Ad aperto apostemate, si putris ad uescam deferatur materia, lac utiliter in potu datur, ac cucurbitae semen. Si uero in laxum intestinum longanum dictum pus penetrauerit, lentis & malicorij decoctum in aluum infunditur clystere. At si in locorum cauum purum pus confluat, rosaceum, aut oleum albefactum conijcitur, aut tetrapharmacum basilicon, aut butyrum recens. At si sanies tenuior emittitur tetri odoris, phagedenae ulceris uitio, quod infunditur ex uehementioribus stypticis esse debet, ex myrti baccis, palmulis, lenteque, sed demisso humore, si inflammatio orta fuerit, cataplasmata, infusionsque frequentes profunt. Cum uero circa uuluae orificium abscessus ortus fuerit, qui nondum apertus sit, extenuantibus opus est. In statu uero abscessus quae aperiunt putrem materiam imponenda sunt: deinde ad chirurgi operam transeundum.

De eodem abscessu uuluae, secundum Galenum & recentiores, Cap. V.

Vulua abscessu calido inflammatum, phlegmone, & herisipela: tum frigido duro, ac molli, percussu, lapsuque ex alto, abortiuo, uel laborioso partu, importunaque uenere, uel obseculis menstruis, uel geniturae uitio. Gal. uuluum inflammari ac tumescere ex omni parte putauit, hoc est in cauo, & orificio uel utrisque lateribus, tum ante tum retro. Tum oculorum (inquit Galenus) sequitur dolor, & matrix intus palpitat. Imo uentre calor, tumorque, ac grauitas sentitur, uel spina, ac praecordijs, hoc est ossifacero, uel in utroque quandoque coxedice, uel inguine, horripilatio, ac acutus dolor est, si materia calida fuerit. A frigido genua torpore sentiuntur, uel imo uentre, tum pulsus tenuis est, ac exilis. In uniuersum stomachus languet, ac singultus paritur: tum & sub occipitio dolor infedit, in maxillis ac supra frontem dolent. Specialiter in calido abscessu, febris acuta, ac dolor capitis oritur, tremor ac spasmus memborum, digitorumque

Abscessus uuluae discrimen causa.

Frigidi abscessus accidentia.

ac ceruicis, oculorumq; radices dolent, ac interior uulua, unde uniuersum corpus languescere creditur. At nos Iudæam quandam in eo affectu secari iussimus Cydone Nare Iudæi uxorem, supra enim inguinem plurimū intumuit, imo uentre: nam diu locorū uicio laborauerat, miro modo tumor ille dimota uulua interdum lateſcebat, interdum in mucronem conspicuus cernebatur, iamiam me & chirurgum ſæpe deluſit ferramentum & medicamina apparantem, ad maturitatem emplaſtris perduximus, mox manū deniq; non effugit, & ſanata eſt ac exinde concepit. Altera pariter Iudæa ex eodem uicio ſanata eſt, quā ſecari ex improuiſo iuſſimus tanta odoris grauiffimi ſeciditate, ut medicos & neceſſarios omnes domo propelleret: is tumor immobilis erat, annexo peritonæo. Sicuti & Permarenæ nobili filiæ. Ex eo uicio pulſus ſupra modū exagitur, ac anhelitus difficilior redditur. Sed ex uulue apoſtemate, ut Hippocrates ſcribit, ſi in ceruice fuerit, uel oriſicio, urina ſtillicidium oritur, aut omnino ſiſtitur: at cum in cauo eſt id malum minus ueſicæ officiit, aliuum præterea ſiſtit, ſi abſceſſus longanone uerſus ortus fuerit. In uehementi cruciatu, inquit Gal. graues diſtentiones ſequitur, ac uocis uſus amittitur, & animæ deliquia frequentiora ſiunt. Frigidū uero abſceſſus notæ ſunt, ut Gal. ſcribit, ſine dolore tumor eſt, qui grauis eſt & extenditur. Nam & extrema molliora redduntur ac tumentia, nam & ægra minus ſomniculoſa eſt, ac minus ſiuit, ſine linguæ nigredine, pulſuq; minus frequenti, & urina minus rubens, nam & genæ tument. At melancholici apoſtematis notæ ſunt, tumoris duricies, nec omnino dolet duricies, inquit Gal. niſi in carcinoma mutatum fuerit. At cum uenter ſupra modum turget, hydropiſi ſimilitudinē gerit, tum pedes tument, crura extenuantur communicatione iecoris ſam uitiati, ſic aluus ſiſtitur, ac urina importune ſupprimitur, ac menſes ceſſant: nam ex atrabili id uitium ſæpe oritur, aut phlegmone cum induruit, ſubtili materia euaneſcente. Id communi uocabulo ſephyros uocatur, et cum plurimum in oriſicio uulue contingit: nam ut cancer lapideum inuenitur ſine ullo dolore. Si calidi apoſtematis dolor paucis diebus non quieuerit, ſed grauitas ac magnitudo perſeuerat, tum inuicta ſequitur durties, quæ medicaminibus uinci nequit: facile enim ſi uincere conamur, in exulcerationē interdum mutatur. At ſi pars dextra uteri tumet, in ſiniſtram, contra ſi ſiniſtra, in dextram procūbit. Si in ceruice ortū fuerit apoſtema urina ſubſiſtitur, & uehementior aderit cruciatus: nam neruoſior pars eſſe creditur. Ego uero ſenſus perfectioris eſſe exiſtimo. Ex parte ruriſus dextra per inguen & crus eiſdem partis deſcendit dolor: è diuerſo ſi ex ſiniſtra locorum parte fuerit uel utroq; modo claudicat mulier. Si in ima quoq; ortum fuerit parte uerſus inſimam aluū, tenemus oboritur foedi odoris, crebra hoc eſt & inanis egerendi uoluntas membrorum communicatione: & excrementa nihilominus non fluunt: & ſi digitum intra aliuum contuleris tumorem in ipſa aluo eſſe arbitraberis. At ſi in ſuprema locorum parte ortus fuerit abſceſſus, urina pariter non fluit, ac ſub umbilico cruciatus erit. Si in quacūq; ſuprema fuerit parte, præter tumorem & dolorem, ſupinis neq; ſomnus neq; quietas ulla eſt, paronychijq; cruciatu ſimilis putatur. In ſumma abſceſſus ipſe aut ex toto diſſoluitur, aut maturatur, aut indureſcit carcinomatis more. At indureſcentis notæ ſunt, ſi feruor ille remittitur, ac grauitas ipſa diſcutitur cum tumore. Maturationis autem indicium eſt, excitatur febris ardor, cum membrorum horripilatione, tum maxime pulſat locus. Cum uero mitigatur dolor & pulſus ac febris ipſa inclinatur, in pus conuerſa eſt materia. Quod cum fluit ſine odoris grauitate nimia erumpit, nam & in colore album eſt uniuerſum pus, & ſalutem pronunciat: quod uero terribili odoris eſt, ac uirulentum exitium minatur. In eo uicio urina alba & tenuis, malum minatur. At cum reliqua inualeſcant accidentia, & ſudor affuerit malignus, cum uentris inflatione, ac animi defectu frequēti, ita ut nō loquētur, ſpei locus nullus eſt.

aliis debilitatur.

Signa melancholici abſceſſus.

Apoſtematis in ceruice uteri nota.

Apoſtematis in dureſcentis nota.

Auguria ex pure & urina.

Calidi apoſtematis curatio.

Curatio abſceſſus ſi in uero ſit, ex diæta. Cap. VI.

SI apoſtema foris eſt uel in conſpectu remedabile eſt, ſi intimum eſt raro ſanari poteſt. Quod calidum eſt, cubiculo frigidiuſculo ægrota collocanda eſt, quietas imperanda ac præparari ſomni eſſe debet, ac triduo famem ſuſtineat, aut quantum poteſt abſtineat, parumq; bibat, uel hordeacea uindicetur à ſiti. Inclinate morbo uires ſenſim recolligenda ſunt, pullus in cibo datur, ouum ſorbile, atriplex ac ſpinachij, uel malua. Piſana

iuuat,

iuuat, nam totam ferè curationem complet: imbecillioribus far hordei, aut alca dari poteſt, aut panis aqua clotus, aut ſubinde coctus. Interdum auiculæ, aut pulli lactuca præparati, uel perdicæ cum cucurbita, uel cum ſeminibus frigidæ naturæ: uinum ab omnibus damnatur. Interea ſingulis diebus aluus emollienda eſt clyſtere, aut eo medicamine, quod ex ſiliquæ atramento roreſq; ſyraci fieri ſolet adiecto ſaccharo uiolato. Vbi uero phlegmaticum fuerit apoſtema, cubile calidiori loco conſtituendum eſt, priori contrario ſi durum humecto locandum eſt, in altero uigilandū eſt, in hoc ſomnus utiq; iuuare creditur. In eſca ſi facile concoquantur danda ſunt: in altero calidiuſcula et exicantia, in altero humidiora offeruntur, ſed omnibus præparce dandum eſt uinum autrum damus, in abſceſſus uero duricie album ac tenue bibendum eſt. Aluus interea uehementioribus inuſionibus exinanienda eſt.

Phlegmatici abſceſſus cura.

De uentris deiectione in uulue abſceſſu. Cap. VII.

PRiUS quam aluus ducatur ex iecoraria uena ſanguis mittendus eſt ſupinis: ac exinde ex talo, uel genu, ſi uires tenues ſunt ac modicæ, ſenſim ac per uices demimus. Propinandum mane dare ſoliti ſunt medicamen quod emollit, ex manna & ſiliquæ atramento. Gal. inſundi iubet quod uentrem ducat, ſic aqua ſeris, ac ſtrychni datur efficaciter bibenda, addito ſucco ſiliquæ atro, aut addito ſyrupo ex ſeris ſatiuæ ſucco: his portionibus digeſta materia uentrem trahimus cum diapruni medicamine, ac cathartico, quod ſucco roſarum aſcribitur: ea digeſtione, ac cathartico incipimus, ſine miſſione ſanguinis, ubi biliuſum fuerit apoſtema, ſine ſanguinis miſſione. In phlegmatico uero, materia digeſtione ſolicitanda eſt hoc modo, artemiſiæ, meliſſophylli, calamintæ, pulgij, rutæ, chamæpytheos ana M. i. radices ſceniculi, apij, aſparagi, bruſci, inulæ, peucedani ana ꝯ. calami aromatici, carpobalaſami, rubiæ ana ꝯ. s. cū melle roſaro peracto decocto, ſyrupum conſicito. Cum eo decocto aſſumi matutinis debet, in quo cinnamomum calamusq; aromaticus unā decoquantur. Digeſta materia leniter aluus procuranda eſt, ne uehementiori cathartico liquefacta ſubinde materia ad iterum importunè fluat, & apoſtema maius reddat. Iuuat ea portio zingiberis, calami aromatici, artemiſiæ, meliſſæ ana ꝯ. s. tripolij optimi ꝯ. i. cum uino albo offerimus. In melancholico abſceſſu, materia ea portione digerimus, habet chamædrydis, chamæpyridis, meliſſophylli, boraginis, uel bugloſſi, calamintæ, menthaſtri ana M. i. callitrichi, ſcolopendriæ ana ꝯ. 4. thymi, culcitrae ſiue grongi ana ꝯ. 6. cum mellis portione ſyrupum conſicito, cum aqua meliſſophylli datur concocta materia, cum epithymi decocto datur diacatholicon. Sed ad reliqua remedia tranſeamus.

Phlegmatica materia digerenda.

Potio atram bilem digerens.

Emplaſtra ad uulue abſceſſus, ſecundum uaria morbi tempora. Cap. VIII.

INITIO calidi apoſtematis diſcurientia et refrigerantia imponuntur, etiam aſtringentia. Leuiter, qualis roſa eſt, lens dempto cortice, balauſtia, plantago, harundo, uitis pampini uel folia, ſtrychnum, ſeris ſatiua, portulaca, uirga paſtoralis, ſemperuiuum, cucurbitæ ramenta recentis, ac hordei farina. Inſedere in aqua cum oleo roſaceo plurimum iuuat. Itaq; emplaſtrum in materia ſanguinea hoc modo conſicito, habet farinæ lentis excortice, hordeaceæ ana ꝯ. 2. ſucci plantaginis, ſemperuiui, ſtrychni, uirgæ paſtoralis, roſacei uel omphacini, quantum ſatis ſit, lintheolis tam imo uentre, quam ima ſpina imponatur. Id uero in biliuſo magis probatur: Conſtat ex farinæ hordei ꝯ. 4. ramenti cucurbitæ, ſucci lactuæ, nymphæ, hyoſcyami, papaueris albi, plantaginisq; roſaceo inuſo, ſeruefacito & imponito. Cum primum uero ortum fuerit apoſtema phlegmaticum, farinæ lentium, & fabaceæ, ac ciceris ana ꝯ. 2. maſtichis, aloës, manna, thuris, farinæ, ſcenoegræci, floris chamomile ana ꝯ. s. cum oleo chamomileo, abſinthino, roſaceo componuntur. In melancholico itaq; emollientia, ac pariter diſſoluentia ocyus quā ſit poſſibile imponenda ſunt, nec differendum. At cum malum negligitur, atq; inueteratur uiciū in carcinoma facile tranſit, ſi protinus non emollitur. Ob id bdellium cum ſtyrace liquida & ammoniaco ſimilibusq; imponendum ſcribunt. Sed & ea peſſi modo indita naturalibus proſunt, thuris, bdellij, galbani ana ꝯ. 2. croci, opopanacis, ammoniaci ana ꝯ. 1. maſtichis, caſtolei, ſtyracis liquida ana ꝯ. 3. gummi in uino maceretur & cū liquefacto melle in collyria digeruntur: cum adipe liquefacto imponuntur. Inter emplaſtra comendamus diachylon,

Aſtringentia.

Bilioſi apoſtematis remedia.

Melancholico que conueniūt.

* basilicon

chylon, ac * basilicon, & quod ex bdellio, & anserino fit adipe cū ceruina medulla, & ouillo butyro. Ac cum eo quod cum oleo lentiscino, chamomileo, et lilino fit, ac cathamino, addunt alij cyprinum oleum & ceram atq; oui luteum. Alij cū farina hordeacea, & seminis lini, & polline, ex meliloti decocto digeruntur in emplastrum, addita sapa et oui luteo tosti. Perq; interualla iuuant infeliones in meliloti decocto, cum lini semine, ac althææ uel maluæ floribus uel semine. Prodest & per se cœsypum subditum, uel cum anatino adipe, cum croco & meliloti seminis farina. At cum sanguineum increfcit apostema, superiori emplastro, fœnogræcum, melilotum, & chamomilam adijcitur, ac frequenter in eo decocto insedere iuuat, ubi plâtago, lens dempto cortice, ac rosâ cū malua, & althæa decocta sint. In bilioso uero eadem malua & althæa, semperuiuum, lactuca, nymphaea, uiola cum meliloti imponi debent. Infunditur & subinde uiolaceum, ac gallinaceus adeps. In phlegmatico item calamū aromaticum adijci opus est, ac myrrham. Ex atrabili galbanū addi oportet. In statu pariter sanguinei abscessus artemisia, ac calamus aromaticus admiscetur, in bilioso lini semen. In phlegmatico palmulæ medetur, carycæ, menthastrum, ac calamintha. In melancholico demum quæ ualde emolliunt, ac dissoluunt imponenda sunt. Inclinate abscessu, & mitigato dolore, chamomila, meliloti, althæa, & semine lini, ex oleo uiolaceo, ac cera cataplasmata conficiet, & in uterū uiolaceum luteum infundito, ac lilinum, tum enim quæ maxime dissoluunt imponi debent, sicuti silymbrij succus, ac maioranæ, & foliorū tenerrimorum lauri. Aliqui ea damnauere, ueluti nimium excalefacientia, sed butyrum, adipem anatinum, ceruinamq; medullam commisceri uolunt, ne qua abscessus pars lapidescat. Inclinate bilioso, althæa, malua, melilotum, lini semen, ac chamomilam adijciunt. In phlegmatico decocto menthastrum, & calaminthæ insedere iuuat addita ruta, rore marino, maiorana & lauri folijs. Sed & lixiuuum per se ualere creditur, imponitur uero id emplastrum ex crui, lupinorumq; farina, cum oleo nardino & rutaceo, imponunt aliqui linteolum aqua ardentemadentē. Inclinate melancholico, oportet magis emollire, quàm dissoluere, donec ex toto tumor discutatur.

Quæ apostemata uulue maturant, Cap. IX.

ST ea medicaminibus discuti nequeant, & iam maturefcere uideantur: nam prisci medici duriciam uulue emollire solebant aristalthæa, etiam cibo frequenti, uel infusione ex oleo, & succo ex flore lilij expresso, uel eius oleo, radice quoq; sambuci uel foliorum decocto insidentibus. Aurium sordes admotæ medentur, de quibus etiam posteriores mentionem faciunt. Fel bubulum rosaceo admixto, foris uellere cum resina terebinthina imposito. Anserinus adeps, aut cyni emollit. At recentiores id emplastrū laudauerunt, quo abscessus maturantur, habet farine tritici, radicem aristalthææ ana ꝑ. 3. farine fœnogræci, sem. lini ana ꝑ. 1. palmularum, carycarum, rad. liliorū, ac passulæ decocto feruesciant: addatur item oleum lilium, carthaminum cum gallinaceo, ac anatis adipe: decoctum althææ ac maluæ, meliloti, fœnogræci, cum acantho insidentibus medetur. Idem cum adipe & medulla uitulina infunditur utiliter. Maturant carycæ, lilij radix cū fimo columbino. Interea ad suppurationem mouet gressus aduersus scalas, aut rheda uehi uel equo, uel saltu, aut manu comprimente, eo modo sæpe pus erumpit. Si uero abscessus in conspectu fuerit, ficu, sinapi, ac columbino fimo facile rumpitur, nec ferramentum opus est: si uersus uesicam uulua suppurare uidetur, quæ modice urinam ciunt dâda sunt, qualia, lac ipsum, semen melopeponis & psyllij mucosum decoctum cū tragacantho & saccharo: alij semen cucurbitæ, & cucumeris imponunt, ac papaueris albi semē, cum gummi arabico uel eodem tragacantho: amyllum quoq; laudamus, ac glycyrrhizæ succum. At si uersus aluum erumpere uidetur, ius lentis decoctæ decorticatæ, cum rosâ ac balauftijs, oryza, & similibus infundito. Addidere alij terram armeniacam, lemniam, cerussam, sanguinem draconis cum luteo oui elixo in aceto, adde rosaceum, ac butyrum bubulum, infundunt pariter oleum uiolaceum cum tepente aqua & butyro antedicto. Si sanies carnis recentis loturæ similis fuerit grauis odoris, astringentium decoctum infundes. Quidam protinus rupto pure mulsâ colluunt frequenter, mox uomica persanamus trochiscis qui ex succino fiunt si in potu sumuntur, colluere iuuat sero capri-

caprino ac melle despumato: repurgato uomica sinu infundenda sunt quæ ulcera persanam, de quibus mox dicemus.

De callo & duricie uulue, ex Aegimta, Cap. X.

Indurescit interdum uulua, ac repente nullo præcedente morbo, aliquando ex ipsa inflammatione, cum non discutitur, aut non suppurat. In eo genere habetur & quod dicitur σκληρωμα, cum in uulua ceruice oritur non dissimili tumore, minoris duricie, doloris mediocri ex ijs sequitur in contraria conuersio et tumor durus, cum grauitate difficiliterq; erurum motu, ac totius corporis, cum quadam ad operas segnicie. Hunc morbum sequitur cachecticus prauus habitus, ac turgida hydrops. Initio sanguis mittendus est, ac aluus sollicitanda Archigenis hiera, deinde cataplasmata pro cœsypo, nitro, absinthioq; & cucurbitulæ cum scalpello. Inter malagmata polyarcio, diaspermatos, diaphnidon. Foru quoq; carycarum decoctū, artemisiam, pulegij, althææ: pessus ex diaterebinthina, galbano, myrrha, iride, hyssopo: dropacem fontium naturalium, nitri, asphalti q; uires habentium usum commendamus: & si uires patiuntur elleborismum damus.

Turgida hydrops.

Pessus malasticus ex eodem autore, Cap. XI.

Ceræ ponticæ, nardini unguenti ana ꝑ. 10. irini, gleucini, cyprini ana ꝑ. 2. adipis urini, & anserini, butyri, cœsypi, medullæ ceruinæ, terebinthina ana ꝑ. 1. Aliud, polij ꝑ. 2. myrrhæ ꝑ. 4. cum uino austero, diluto irino, infunditur. Aliud, ceræ tyrenicæ, seu uitulini, terebinthina, medullæ ceruinæ, mellis artici, olei ueteris, æqualia admiscetur.

Carcinomatâ duplicia.

De carcinomate cancro uulue ex Paulo, Cap. XII.

Carcinomata uulue alia quidem non sine ulcere, alia uero simpliciter affligunt: in his tumor circa orificium uteri inuenitur subdurus: & inæqualis colore fecis rubescente, aut subliuido, maximo circa inguina & impube dolore ac lumbis: medicamentis irritantur uel si ferramentum aditorum fuerit. Exulcerato uero carcinomate præter dolorem, ac duriciam, & tumorem, inæqualiter erodi uidetur, & cum plurimum quidē ulcus ipsum sordidum est, inæqualiterq; albicat, munda quedam effunduntur, alia seculenta, liuentia, subrubra, sanguinolenta q; nonnulla cernuntur. Emanat autem sanies continenter tenuis, atra & aquosa, aut rubens, mali odoris, interdum & sanguis erumpit, malum id inquit, teste Hippocrate, insanabile est: mitigare id tamen conuenit uarijs fomentis, ex fœnogræco, althæa, & similibus si imponitur. Mitigatorium præcipuum est malaches siue althæa, ex mulsâ addito rhodini exiguo, si imponuntur, uel quod ex carycis & meliloti, ruta, & thure fieri solet cataplasma uel buniadis herbæ studiosius contritæ cum oleo, & quod ex palmulis coctis in aliquo dulci additis ouorum luteis, & cum farina hordeacea papauer & coriandrum, aut polygonon, aut seris, ea quidem in doloribus. Post hæc carotum imponitur ex rhodino aut myrrino, aut cœnanthino, aut mylino cum palmulis in aliquo dulci decoctis. Laudatissimum est quod ex dialhypostathmis fit quæ in officinis rariorū inuenitur cocta, teritur, & uino eluitur misceturq; caroto rhodino in emplatri modum: Id enim extrinsecus imponitur. Intus uero locorum mitigatorium est oleum, si ulcerati fuerint, & lac muliebre enthemate infusum, uel arnoglossæ succus. Si uero sanguis emanat, polygonij succus cum thuris exiguo dolores lenit. Pessus item ex croco & muliebris lacte & papaueris succo, et hyssopo. Præcipuum tamen est & ad sedis uitia, id quod habet lithargyri Italici eloti ꝑ. 6. thuris masculi, hyssopi, adipis anserini, recentis butyri, ceræ tyrenicæ ana ꝑ. 2. rhodini ꝑ. 4. lithargyrum seris succo eluito, & admisceto. Cibis qui facile in stomacho uincatur præferendus est, uinum aquosum item. Nam acria cauenda sunt, ac nimius cibus: quando quidem in earum uentre protinus corrumpitur.

Ad sedis uitia.

De carcinomate ex alijs autoribus, Cap. XIII.

Galenus: In ueteri apostemate butyrum cum opio, & rosa addito melle pessum facito, & imposito, suffitu prodest cera, terebinthina, & sagapenion carbonibus coiecta. Cum tumor uero in utero indurescit, nec discuti medicamentis potest, tum leuis calor inest, ac pulsus non uehemens, carcinomatâ uitium corrahit, inæqualis enim tumor fit: dolent in oculis & temporibus, frigore extrema corripuntur, uel sudore interdum: febricula item primum oritur, mox ardentior fit. Id uitium tentandum non est, mitigati

gari duntaxat opus est: uita ciuili opus est, ac animi in primis securitate: cibo temperato opus est, hœdina carne, pullis gallinaccis, bugloſſo, ac lactuca, atriplici, beta, & ſpina- chis, eo modo ficus, uua, & paſſula conueniunt, pruna dulcia & amygdala, & piſtacia: è diuerſo dānantur acuta, ſalſa, & acria, legumina omnia. Sed inter omnia remedia nul- lum magis idoneum eſt, quam ſæpe uentrem deijcere, his quæ atram bilem deducunt. Hippocratis ſententiā ſatius eſt carcinomata non curari, nam diutius uiuere eo modo promittit. Propterea nonnulli emplaſtra, clyſteres, ac collyria quoq; damnauere, uel ſi- milia ſi feruentis ſunt naturæ: chamomelino tamen oleo inungi probauere, ac uiolaceo quod ex uiola lutea componitur, ſic adipe anatino uel gallinaceo, ea enim dolorem mi- tigare traduntur, ac duriciē molliri. At cum pulſus extollitur, roſaceo, ac pſyllij mucore opus eſt, & cæteris refrigerantibus emplaſtris, donec paulatim pulſus amoueat, ac ul- cus prohibeatur irrepſere. Quod ſi malum id exulceratur, tum emplaſtrum quod è plū- bo fieri ſolet, aut ceruſſa medetur, tum & muliebre lac efficaciffimè inſunditur, uel albu collyrium cum opij modico, ac croco. In potu datur utiliter ægyptiæ ſiliquæ ſuccus cū oleo amygdalino, cum paſſula, ſici, ziziphorum, ac myxorum decocto: iuuant frequen- tes inſeſſiones ex fœnogræco & maluæ decocto, adiecto lini ſemine, anetho, & melilo- ro. Dolores ex carcinomate mitigant, maluæ folia decocta admixto oleo amygdalino. Amurca pariter cum cera et uino, cum intus inſuſum uel foris impoſitum prodeſt. Aut carotum ex ladano, & adipe anſerino, inſunditur et lac muliebre adiecto croco: ſi uero cum cruciatu fuerit opij exiguum addito. At cum importune pulſat imponitur papa- uer tuſum cum coriandri ſucco recentis, uel ſtrychni ſucco, ſed roſaceum cum cera effi- cax habetur, uel cum muliebris lacte, uel cum plantaginis ſucco, ſi inſunditur. Sæuis uero cruciatibus modo calidiuſcula in prima ſede, modo frigida ſubueniunt, inuicem uel im- poſita uel indita. Qualia ſunt fœnogræci decoctum, uel olei ſex cum cera citrina. Frigi- da ſunt papauer, ac coriandrum, ſtrychnum, roſaceum, oui candidum, & ſimilia, aut plumbi ſcobs conſtricti cum aqua coriandri, ſi cancer exulcerabitur, betæ & althææ de- coctum inſunditur, ſed in muſſa prius decoquunt adiecto roſaceo, & balneorum quo- que purgamenta cum roſaceo & cera mixta ſi imponuntur proſunt. At profluenti ſan- guini, plantaginis & hypocyſtidis ſuccus cum ceruſſa & armeniaca rubrica diſſoluta inſunditur. In uulua uomicis antiquitas ocimum ex aqua tepida in potu dabant, amy- lum item, prodeſt & capriſici lac exceptum coactumq; in duriciam cum amylo: nam uomicam aperire tradunt. Fimum aprinum, ſuillumq; cum oleo illitum prodeſt. Valec & œſypum, uel uellera ipſa lota, frigidaq; ex oleo madefacta: et in omnibus muliebrib, malis, duricias & collectiones adeps anſerinus, aut cyni emollit. Vteri epiphoras om- nes lenit ſemen pſyllij deſeruefactum in aqua cum intepuerit. Omnis uomicæ finis eſt, ut rumpatur.

Carcinomata non curanda.

Dolores mitiga- tia.

Epiphoras leni- ent.

Exu- cerationū cauſa.

Remedia ad pu- rulentia ulcera.

De uulua ulceribus, ex Paulo, Cap. XIII.

EX difficili ſæpe partu uulua exulceratur, uel exulcerato conceptu, aut corrupto, aut catharticis uehementioribus aut rheumatifinis, aut ad aperto abſceſſu. Exulce- ratio igitur ſi manifeſta eſt, uifu deprehenditur alioquin, quoniā in profundo ſit ex ege- ſto cognoscitur humore. Ex phlegmone itaq; exulceratio humor ſanguineus exiguus, & ſeculentus cum dolore profluit. Verum ſi ſordida fuerit exulceratio putris ſanies mi- nori cum cruciatu prorumpit. At ex æſtiomene proſerpente ulcere fœdiores, atraq; e- ruptiones uehementioribus apparent cruciatibus, cæterisq; ſignis, & emollientia me- dicamina irritant, contraria leuant. Munda ulcera humorem exiguum non grauiter o- lentem, ſpiſſum albicantemq; extrudunt. Si ex phlegmone fuerit ulcus, quæ ſupradicta ſunt, auxiliantur: ſi purulenta ſunt ulcera ptiſanæ ſuccum cum melle inſunditur, aut te- trapharmacum cum ſuſino, aut muſſo, in quo decoctū ſit fœnogræcum, malua, ſuſfur, aut lenticula cortice liberata. Magis enim expurgat, ſi praſſium, aut eruium, aut mel ad- iectum fuerit, uel erinea farina, aut iris ſiue alumen rotundum, aut quid ſimile adijcia- tur. Eadem & foris imponuntur cum muſſo. Aliud medicamentum familiarius eſt, ſi crocum optimum muliebris lacte dilutum cum caroto rhodino & anſerino adipe inun- gatur. Aliud feſtinantiuſ & doloris mitigatiuum, ex ſucco capitum papaueris ex dulci mixto,

mixto, ſi triduo miſceatur, deinde decoquitur donec liqueſcat, & exinde teritur cum ro- ſe foliorum ʒ. s. croci tribus admixto papauerum decocto, addito deinde rhodinum ce- re ʒ. i. peſis enim plurimum conuenit ſicut & roſaceum illitum. Facit item quod ex o- uis & croco & rhodino & anſeris adipe, & ceruina medulla conſicitur: & ægyptium ſi- ne aris flore mirè facit ad exulcerationes. Cum inflammatione ſerpentia ulcera panis tepens ex hydromelite, & oleo, malua, & fœnogræco, & ſeminibus pinguibus imponi- tur: & plantaginis ſuccus, aut ſtrychni iniectus prodeſt: & polygonij, uel ſeris: ſed primū per ſe, dein cum uino auſtero, uel aceto. Si ſerpunt ulcera ſine phlegmone, inſundendū eſt mitigatorium aliquod medicamentum, quale eſt corticis mali punici decoctum, roſa- rum recentium, cypariſi, malorum cydoniorum, lentiſci, rhamni, rhuſis, quo coriarij u- tuntur ex uino ſtyptico. Poſtremo alumine, acacia, lycio, hypocyſtide. Quorum deco- ctum etiamnum ſuffitu prodeſt. Si per ea parum proficitur, diacarthamū ex aceto conij- ciatur, exinde acetum, aut anthera, aut chalcites. Eadem præterea ex liquidis quæ in dyſenteria ſiunt, huic quoque conueniunt: cibus exiguus eſſe debet boniq; ue nutrimen- ti. At poſtquam ulcus purgaueris, uarijs enim modis elui poteſt, tum cibus largius of- fertur, & uinum damus, ut caro citius excreſcat. Cum peſis diamoron inſunditur, cum eadmia, aut ladano, aut molibdena. Foris emplaſtrum, quod ad cicatricem perducit, cū uentri, tum coxis imponitur, nec dubium eſt, id per cœcos membrorum meatus ad in- teriora miro naturæ opere deſerri.

De uulua ulceribus ex poſterioribus, Cap. XV.

PRæter cauſas quas Aegineta enumerauit ex illato uulnere uterum exulcerari tra- dimus. Ulcus alia aut totum, aut partem duntaxat inſeſtante: quædam altius in- ſedunt inſanabilia: nonnulla partem anteriorem tantum exedunt: tum dolor cum inſa- matione fœminam ex cruciat, ubi exulceratio orta eſt, unde & humores fluunt, odore graues uarij coloris: interdum ſanguis, nam & febris membra conſumit, uiresq; ue cor- poris deſiciunt. Deteriora ulcera (inquit Galenus) ſiunt ex emollientibus & humectan- tibus remedijs ſubditis: ſtyptica enim iuuant: & exiccantia. Si os matricis exulceratur fa- cile in conſpectum datur: ſi in ſummo cauo fuerit, ſerreo ſpecillo diſſiciliter conſpicitur: & humores qui fluunt ulceris naturam indicant, graueolentia enim quo grauior eſt eo deteriora indicat ulcera: ſanies atra putrida oſtendit ulcera: ſicut ex æſtiomene nigra ſordicies. Ex carcinomate membrū intus perpetuo pulſat, in ulcere interdum quieſcit.

Ulcus diffen- rentia.

Curatioes ulcerum uulue, Cap. XVI.

Huius morbi principalis curatio eſt, ut diæta ciuilis ſit, ſine mœre, atque animi ſo- licitudine quieſcat, atque ſomnum capiat moderatum, in contrariam ulceris par- tem. Planum effugiat locum, humidum præfertim, balinei uſum, crurumq; frictiones. In cibis acria & amara uitanda ſunt, uel ſalſa nimiumq; ue dulcia, quæ ex melle & ſaccha- ro conſiciuntur. Vetuſtiora uina & dulcia damnantur, ſicuti & aquæ purus potus. Pa- nis ſimilagineus utilis eſt, ſine ſale, auicula & hœdina caro. Siti ac fame uincitur id ma- lum: humida eſca inutilis habetur: frigida igitur ac ſicca proſunt, & initio quæ ab- ſtergunt eliguntur, demum quæ cicatricem inducunt offerenda ſunt. Et auxilia pari mo- do exiccantia diligenda ſunt, nam & materiam deijcimus catharticis & auertimus, in- terdum inieciuntur & quæ ſordiciem repurgant. At materiam prius digerimus matuti- na portione, ſeris, cichorij, lupuli lactuca, ſonchi, ſtrychniq; ue aquis uel decocto, addita uiola, nymphaea, ac ſandalis tribus, adijciunt & pruna cum ſaccharo portionem conſici- unt, præparata ſubinde materia, rore ſyriaco, ac ſiliquæ atro liquore uentrem deijcimus: addunt ad exacuendam uim diarhodon medicamentum. At phlegma ſaluſum præpa- ramus bugloſſo, ſumaria polytricho, adiantho, ſcolopendria, chamæpyride, chamædri- de ac grōgo: addimus & apij radices, petroſelini, fœniculi, aſparagi, bruſci, polypodijq; unciam ſingulorum: cū ſaccharo & mali punici uino non auſtero portione conſicimus. Digeſtam materiam ſubducimus medicamento diaphœnico cū agarico, ex epithymi, ſe- næ, ſumariæq; ue decocto. Ab his ſi corpus ſanguine turgidū uiderimus à cubito ſangui- nem demittimus: deinde à talo ſi opus eſt. Eadē digerentiā & cathartica ſi expedit repe- timus: Interea & uomitiones ad auertendam materiam laudamus. Ab his quæ ulcera ab- ſtergunt

Viſtus idoneus huic morbo.

Potio phlegma ſaluſum matu- rant.

stergunt infunduntur, mox quæ perfanant: interea si qua inflammatio fuerit, quæ calorem mitigant imponenda sunt: aut potionibus ipsis qualis est syrupus papauerinus, aut ex zzyphis. Iuuant itaque infusiones ac unguenta refrigerantia. Vel id medicaminis genus infunditur, ouorum quaternum alba bene quassata, seminis melopeponis, cucurbitæ, cucumeris ac rotundi magni, ex aqua uiolacea succus addito muliebri lacte miscetur, & tepentia infunduntur. Aliud in uehementi cruciatu, aquæ uirgæ pastoris siue polygoni, aquæ hordeaceæ, ana selibram, in ea psyllij semen macerandum est eo panniculo compresso addito ouorum candido cum papaueris & hyoscyami seminis succo, ac muliebri lac. In ea mixtura conijcitur camphoræ exiguum ac opi; crociq; ue modicum. Extrinsecus strychnum, ac semperuiuum imponitur uel cotyledon, uermiculus herba, lactuca, papauer ac hyoscyamum. Quæ uero repurgant subinde iniicienda sunt: quale est caprinum serum hordeacea aqua, in qua glycyrrhiza incocta sit: uel saccharum. Miro modo iuuat ea mixtura si immittatur, habet olei cucurbitini, uiolacei, nymphacei, ana ʒ. 2. in ijs feruefactio glycyrrhizæ succum, amyllum, & cera ʒ. 4. his addito semperuiui succum, lac muliebri, uel asininum, & saccharum. Id cum aqua hordeacea infunditur in uterū. Deplorata ulcera mitigatorijs infusionibus mitigantur. Putria uero mulla prius purgantur, mox adiecta iride ac aristolochia, absterguntur. Vtustati ulcerum uehementiora conueniunt auxilia. Quale est id decoctum quod habet: iridis, hyssopi, aristolochiæ rotundæ, artemisiz, admixto melle & uirili urina: rupto uero apostemate rosaceum & uiolaceum infundito. Repurgato tandem ulcere cum sanguis purus exit, ad sanandum ulcus properandum est eo medicamento, habet lithargyri, cerussæ, sarcocollæ, ex oleo rosaceo & cera componuntur. Si putris aderit materia, adde floris aris paulum. Addunt aliqui aristolochiæ rotundæ farinam, mira enim dos est ad ea ulcera sananda, putrefactionem enim inhibet. Et nascenti item carni alio occurrimus medicamine, habet cadmiæ elotæ p. 1. argenti spumæ, cerussæ, sarcocollæ ana p. 1. cum rosaceo & cera componuntur. Aliqui aloën adijciunt cum plantaginis succo: at si uenit alius corro-duntur, centaureæ succum, cum draconis sanguine, armeniaca rubrica, rosa, & acacia. Vlceri uero manifesto aloë, myrrha, draconis sanguine, sarcocolla ac thure masculo cum plantaginis succo bene trita imponuntur. Aliud quod sanat, constat ex gummi arabico, tragacantho, si in succo plantaginis macerata fuerint, cerussa, thure, draconis sanguine ana ʒ. 1. lithargyri, sem. rosacei ʒ. 1. ceræ quantum satis sit, illinitur, si in pre-pinquo est uitium. Si uero in profundo, in eo decocto dissoluatur ex rosa, myrto, cupressi conu, & aristolochia rotunda una decoctis. Aliud quod apte infunditur, habet cerussæ, sanguinis draconis, thuris, rubricæ armeniæ ana ʒ. 1. lactis caprini ʒ. ʒ. feruefactio quo ad medietas super sit, & subinde coletur mox infundatur. Equisetum item, ac bursa pastoris quouis modo subdita uel infusa, aut impesita ualent. At uteri fistulæ sanari nō possunt, si uiri & quæ in aluo sitæ sunt. Ad ulcera Galenus ceram, myrham, axungiam cū melle in lana imponi docet. Sed antequam finis huic libro fiat, quædā de rhagadijs subiungemus, de quibus & Paulus & Galenus mentionem facere uoluerunt.

Putria ulcora.

Fistule incurabiles.

Ad hemorrhoidas & rhagadas. Cap. XVII.

Hæmorrhoidas in ore uulue, inquit Galen. coronam spinæ bene tere, & superaspersito. Ad rhagadas eandem quoque tritam cū immatura galla & adipe anseri no inungito: nam & earum partum condylomata sanat, hæc Galenus. At Paulus mulierum inquit, naturalia rhagades infestant ex difficultate pariendi, quas cū pariunt nō sentiunt: at subinde tactu aut uenere sentiuntur, sanguinem emanantes. Rimæ in orificij circuitu cernuntur, quæ chirurgi operâ, medicamentaq; mordentia respuunt, sed uaporariones & pessos amāt. Conuenit autē tetrapharmacum medicamentū temperatum, & si tylodis diachartu affuerit, cū rosaceo illinitur. At si mordacitate eius perferre nequeunt, iridem illyricam cū terebinthina cōponito. Cū uero serpunt ulcera, diacadmias prodest, aut hædricorū quid, ut dialthargyron. Sed quoniā rimæ uetustate in cōdylomata mutantur, ad cicatricē ocyus reducendæ sunt. Hæmorrhoides quoque circa naturalia ora innascentur, uel in ceruice, facile enim cōspiciuntur tumidæ, quæ in periodo dolēt sanguinis plenæ, inclinante malo sine dolore fluxit subpallidæ: uerum si loci commoditate fieri potest, cædi

rest, cædi mydio instrumento debent. At si id fieri non potest, medicamentis restringenda sunt aridis, cortice mali punici, galla immatura, uel similibus, uel ijs quæ mensuræ profluuio descripta sunt, quæ sanguinis profluuium sistunt, eo præcipue tēpore quo cōtinēter profluit sanguis, non eo enim modo quo mēstruas expediunt purgationes, erūpit. Sed quib. remedijs uirginitas mentiri possit, Gal. autoritate bona uenia subiungemus, ut omnia ferē, quæ ad mulierū naturalia pertinere uideantur, conscripta inueniatur.

Ad uirginitatem post stuprum mentendam.

Cap. XVIII.

Mentiri uirginitatem docet Galenus, si alumen scissum, gallas immaturas cum uino amineo trita feruefeceris, suffitu enim emendat. Succus quoque pastinacæ ætate sole coactus ciceris magnitudine inditus ante uenirem. Alij aliter indicauerunt, corticem mali punici in uino nigro austero discoquunt, alumen quoque adijciunt, & lana pelli modo indunt. Idem Galen. laudauit eam mixturam, gallam immaturam, ligustri baccis, immaturam siliquam, rosam aridam, piper album, & coccognidum, paribus portionibus, eloris naturalibus arida trita imponuntur: ualere, inquit, credi oxylapathi semen tritum impostum.

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMILIANUM Cæsarem Augustum. Imperat. inuictissimum, de dorsi spinæ & lumborum malis Liber XXVIII. Proœmium.

De compositione & usu spinæ & medullæ.

Deus sumus artifex multa (ut tradit Plato) in unum colligit, rursusq; unum in multa diducit, scit enim simul, ac potest: homo autem nullus est, aut erit, qui alterutrum ualet. Omnia enim pulcherrimi optimiq; operis fabricator, ex necessitate disponit. Spinam itaque non ex uno ossē sed ex pluribus composuit, tanta mirabili compage ut unum os uideatur: & ueluti nauis carinam pro costarum serie collocauit: tenui quidem structura per media foramina à cerebro descendit medulla omnium functionum uicaria, siue sacra fistula nuncupata: per medullā infinita penē spiracula pro sensu & motu perpetuo labuntur cursu, unde pectus, pulmones, diaphragma siue phrenes, stomachus iecur, renes, uescica, cum genitalibus & crura sensum & motum habent: nam & lumbis eandem subministrat uires. Per spinam siue dorsum genus hominum olim à Ioue diuisum in conuiuio suo non inscite tradit Plato, commixto maris & femine sexu. Ex 24. nodis, uertebriis uel spondylis constat spina, ut ad opera facilius, incuruari dorsum possit: si unum enim os esset, id firmitus, sed incommodius haberetur. Ex medulla nanq; innumeri nerui oriuntur, qui si à cerebro protinus nascerentur & ad extrema usq; ducerentur, ij tenuiores & imbecilliores deducerentur, nam facile rumpi, ac defatigari possent, autore Galeno. Ex cerebro enim ueluti ex fonte medullæ flumen exit, ex quo neruorū omnium qui sub capite sunt ueluti riuus ad quæq; minima mēbrorum confluunt. Propterea ea spina ex terebratis uertebriis, quos spondylos dicunt, constat, ut cōmoditas, ac firmitas pariter habeatur. Ex 24. ossib. pter os sacrum cōstituitur: in ceruice 7. in scapulis, hoc est metaphreno 12. lumbus ex quinīs, os sacrum siue latum ex senis (ut in anatomicis nostri is diximus) spondyliis uocant. Cuius munus satis cum de partu egimus, pertractauimus. Id enim latū est, ac firmitus ceteris, totius spinæ fundamentum. Contra primæ uertebre exiles sunt tenuesq; sed ampli foraminis, ne firmiores magno onere incommodiores fiant. Et ut medullam initio capaciores recipiant: apte nanq; medullæ quantitas idonea habetur, ut si angustior facta fuisset, sensu & motum spiracula strangularentur, si amplior item constituta fuisset, spiritus per semitas spaciosiores restagnarent inertes. Quinquaginta enim & octo neruos diffundit medulla, qui per mēbra subinde ueluti ex trunco ramū diuiduntur, ita ut nihil superfluum sit, nihilq; egere uideatur.

Sacra fistula.

Vertebra quot.

Neruorum ortus ex spinali medulla.

Neruorum numerus ex spinali medulla.

uideatur. Origo præterea neruorum aded tuta est ossium compage, ut conuelli, rumpi, aut quassari facile non possint, propterea nec dolere in tot tantis que laboribus. Spina uero extantia cynolopha dicta, chartilagine multa interta sunt, ac neruis inuoluta, ne supinis longo incubitu doleant. Circumstant item ligamenta plurima neruosa, que spinam ipsam muniunt, que ad inclinationem quoque faciunt, sub his lumborum spondyli collocati sunt molliores, demum os sacrum spinam complet, quod maius est, uteri gratia primum, uel ex & alui deinde creatum. Spinae uaria uitia sunt, sed primum omnium est, quo strumosos homines fieri uidemus, destillatione pituitæ continua, qua spina emollescit, ita ut tota thoracis pars sæpe contorqueatur: hinc despecti gibbi ab omnibus cernuntur. Spina præterea præter dolores qui accidere solent, sæpe periculose luxatur, sæpius que uulneratur. Quod si medulla icta est, nerui protinus resoluuntur, aut distenduntur, sensus intercidit, interposito tempore aliquo sine uoluntate inferiores partes uel semen uel urinam uel etiam excrementa emittunt. Dolent præterea lumbi magno cruciatu, ac alia quoque excruciant.

De dorso & lumborum dolore, Cap. I.

** al. lapsi.* **S**пина ac lumbi dolent siue dorsum, aut frigore, uel frigido phlegmate, uehementi exercitatione, aut onere, uel uenere laxis: dolent etiamnum antequam spina futuris strumosis contorqueatur: dolent item quorundam membrorum communicatione, renum uitio, ut si imbecilles sint, aut macie consumpti, aut si sub spina uena magna nimio sanguine turgeat, aut abscessu aliquo, uel uulua uitio, aut si menstrua instant, uel ante uulua strangulatum: uel propinquo partu, nam & crifinum quandoque tempus denunciat.

Signa doloris in dorso, Cap. II.

Ex frigido uel frigida pituita dolor, deambulatione & exercitatione sæpe finitur, nam & ex partes frigida sentiuntur. Qui ex labore & onere contingit, & uenere nota sunt. Renum uitio dolor uenere abdicat. A calida uero causa calor & inflammatio indicio est. Si uena magna turget, in uniuersa insedit dolor spina, cum feruore quodam: nam & cæterorum uenæ turgida sunt, & cum manu dolor percipitur, in dorso certus dolor est.

Curationes, Cap. III.

Frigus dorso aut frigidus humor hiera colocythide, aut pilulis scetidis & oleo euphorij illito sanatur. Ex labore uero cibus dari debet boni succi, ac inungi debet spina temperatis inunctionibus tepentibus que oleis. At ubi uenæ turgent, uenam incidimus in cubito, uel in genu: mox rosaceo dorsum illinitur. Si strumæ uero causa fuerit, mox dicitur suo loco. Oleum uero cicinum a frigore uendicat, et tri ciceris potum, aut acori radice drachmam cum butyro: iuuant item asparagi commanducati. Veterem spinæ dolorem sanat rhododendron impositum, aut opopanax succus, bdellium sagapenum, inula, ammoniacum, castoreum, & euphorbium, singula enim iuuant, uel cum oleo laureo, rutaceo uel similibus, uel cicino: item oleum euphorbij, ac colinum ualent, illinum quoque. Prodest prius spinam confricare, mox inungere, thymum quoque iuuat, uel si lateralis dolor sit, aut inter scapulas uel in thorace, præcordijs medetur ex aceto cum melle in potu.

De illorum dolore, Cap. IIII.

Veteris doloris spine auxilia.

Hinc dolorem *λαγωνόπονου* uocant Græci, ex frigore cum plurimum contingit, nam & exdem ferme sunt, peculiariter tamen per carapotia sumuntur, scœnugraci, seminis apij, q, ami, zingiberis, cinnamomi, saga penij ana partes æquales cum melle despumato in pilulas digerito. Si uero ex habitudine calida fuerit, quod raro contingit, quæ pro ardenti dantur, urina huic quoque prodesse uidentur.

Ad spinæ & lumborum dolores ex amiquis doloribus, Cap. V.

Spinæ dolores succus cucurbitæ herbacæ cum oleo si infricetur, sedat: uulgaris harundinis radix in aceto illita medetur, chamæpeuce, agaricum potum, & betonica puluis trita ex aqua mullâ, medulla hyenæ prodest illita, spinæ sanguinem corruptum trahit illitum semen tricocci & potum in iure gallinacæ, aut in betæ & lentis succo. Inulæ folia ex uino dolori lumborum illinuntur, ut supra prioribus libris diximus. Asparagi leniunt uino cocti: & succus radice apij, cum uino maxime mitigare traditur: hippocelini radix in uino

in uino decocta, & frequenter pota sedat. Menthastrum tritum imponi iubent, succus anisi mederi traditur lumborum dolori. Lumbos sanat sagapenum, oleum illitum medetur expressum in quo sinapis semen madefactum fuerit, iris cum resina illita: uitia sanat heliochrysum potum. Centaurea lumbis auxiliatur ex aqua mullâ, & abrotanum. Lumborum debilitati lupini syluestres profunt. Enneaphyllon imponitur lana circumdata, ne urat iatus, continuo enim pustulas excitat. Sed lumborum dolori & imbecillitati prodest ueneris raritas, leporini testes utiliter deuorantur, lana succida dolores sedat, dolores mitigat bitumen cum farina hordeacea impositum, cætera libro XXIII. continentur.

De struma siue gippo, Cap. VI.

Strumosi alij in scapulis tantum, alij in dextra, alij in sinistra parte indecoro tumore contorqueantur. Quidam ante in pectore & scapulis pariter utraque struma dehonestantur. Strumæ tumores præternaturam existunt, ubi glandula siue adenes inueniuntur in ceruice, alis & inguinibus: nam & latera & foeminarum mammas uexant. Græci *χορδαλας* uocant, uulgius scrophulas appellat, de ijs alio dicendum est loco. Id uitium pluribus de causis euenire solet, percussis, lapsis ex alto. Aut destillationibus quibus artus & ligamenta soluuntur, aut mollia fiunt: cum plurimum enim falsilago quædam intercedit. Corpora enim non patitur grandescere. Incluso quoque spiritu id malum oriri solet: aut apostemate uel uomica, quorum collectionibus membra molliuntur, & suo pondere inclinant, & spondylia contorqueantur, costæ que pariter incuruantur: id uitium animæ sequitur grauitas, & anhelandi difficultas, dispnoea dicta. Hippocrates quoque dicit, strumosi ex asthma aut tussi, prius quam excreationibus exonerentur, moriuntur, materia enim ad spondylos permutatur, unde et ulcera purulenta innascuntur. Ex crassa & uiscosa materia ea fieri uidentur. Et infantes strumosi fiunt, quando intempestiue ex ubere ad cibum compelluntur, quorum crura extenuantur.

Strumæ differeutiæ.

Strumarum cause.

Infantes quomodo strumosi fiât.

Signa quibus cause dignoscantur, Cap. VII.

Six humiditate fuerit, uictus ratio antecedit, & tumor ipse illitum oleum non constrahit, neque exiccat. Ex apostemate febris aderit, & ex tactu dolor. Si ex siccitate fuerit, illitum oleum protinus absumitur, & febris acuta facile fertur.

Curationes ad strumas, Cap. VIII.

Humida & sicca distemperatiæ curationes ex paralyticorum & spasmodicorum tum humida, tum sicca obseruationibus quaeruntur: in deiectionibus, emplastris, ac fomentis, uel similibus auxilijs, ubi humida sit distemperantia, styptica iuuant, connexiones siue ligamenta iuncturarum alstringentia, quæ mollia reddita sunt, unde spondyli nodi que ipsi solent excidere. Nam & calefacientia ualent, ac resoluentia pariter. Alioquin materia ipsa ad alia deriuare solet membra, & crura sæpenumero paralytin ob eam causam sentiunt, propterea aliqui corpora cathartico repurgant, mox stypticis utuntur. Ex simplicibus nonnulla eas pariter uires possident, tum alstringentia, tum calefacientia, ac pariter resoluentia: qualis cupressi conus ac folia, laurus item, ac calamus aromaticus, & inulæ. Inter refrigerantia rosa & acacia cum balustijs collocantur: calefacientia & resoluentia sunt lauri bacca, castoreum, acori ac rhododendron. Illinitur præterea utiliter cupressi oleum, nam alstringit & calefacit: sicuti & rutaceum, quæ & inter emplastra imponuntur: uel his uehementiora, qualia sunt castorinum oleum, ac pyrethrinum, & quod ex euphorbio factitare consueuerunt. Sume pro eo piperis, castorei, pyrethri, colocythidis interioris, euphorbij, scordolaseris ana s. s. olei rutacei libras tres, sole per quindecim dies macerentur, percolato oleo tantum adijcito, & rursus solibus toridem perficito, octies id fieri canicularibus diebus debet. At ex uentosa causa, sumunt fauinam, santonicum, ammoniacum, cupressi conus, pyrethrum, maioranam, cardamomum, scœnoanthon, & cassiam, ea ex aqua decoquito bene expresso succo, olei adijcito tantundem, rursus feruentiant, atque rursus castoreum, euphorbium, & fauinam trita admisceto, & tertio feruent facito: id medicamen membra ualidiora efficit, uentum discutit, & crassos humores dissoluit. Emplastrum uero ad strumam, habet styracis liquidæ, costi, calami aromatici, fauinæ, omnium unciam, euphorbij drachmam, olei nardini quantum sit satis. Aliud em

Struma ex uentosa causa.

plastrum habet inula, acori ex cupressi decocto. Humida & uetosa causa id emplastrum probatur, habet inulam, sauinam, acorum, ex uino decocta imponuntur: sed prius bellium intus dissoluito. Si ea parum iuuant, candenti ferro opus est.

De ischiadicis,

Cap. IX.

Quoniam ad crurum morbos nos deuenimus, cum spinæ morbis coxendicium morbum annumerabimus, nam & in articulum ueriorum genere cum podagris ischiadici describuntur. His quoque euenit, ut coxa exiliat, claudicant enim deformiter utroque etiam crure ueluti delumbati, dolor enim ab inguine & coxa ad genu per totum crus usque ad pedes pertinet, impatibilis quandoque, ex phlegmatico & crasso humore, ut Aegina scribit: Morbi initio aluus clystere emollienda est, à quo ex cubito sanguis demittitur: si dolor inueterauerit, à talo patientis cruris sanguinem mittimus, in dolore fouemus cyprini cyathis 8. aceti quatuor, nitri duobus, cancri uno, ex lana succida imponitur. Post id lupinorum farina cum oxymellite, aut erinea cum refina, & cucumeris erratici radice & nitro, & calamintha, & cancri, & lauri baccis. Calaminthaque sola recens utiliter imponitur, humor enim ad cutim trahit ex oxymellite aut mulso: emplastrum mitigatorum id laudatur, in quo cera 3. c. refina terebinthina 3. 25. floris aris 3. 6. myrrha, galbani, iridis ana 3. 6. cedrix 3. 5. sed prius cyrenaicum succum, hoc est laser, propinandum damus erui magnitudine cum opopanax obolis ternis. At radicis capparum cortex potus, & cataplasmatis admixtus, si imponitur, ualet. In maximo uero cruciatu anodyna medicamenta profunt Philonis, & diadum pipereon, & clystere hoc utimur, mellis cyathum 1. & s. olei tantundem, aquæ cyathi bini, nitri 3. 2. terebinthina 3. 2. hæc calefacta in aluum infunduntur, & si per paruam moram contineantur, ueluti loturam carnis exinanit, & sanguinem interdum, quod cum plurimum conducit. Si uero aliquid superest doloris, quod raro contingit, iisdem uti necesse est, uerum centaureæ decoctum addimus. sanguinem quoque ciet capsellæ herbæ semen, & cucumeris erratici succus, sicionium oleum, quod ex eius radice fieri solet: & falsorum piscium muria infunditur, et oliuarum colymbadum falsugo. Cucurbitæ quoque cum multa flamma impostæ profunt, uel si cum scalpello impactæ fuerint: & sanguilugæ admotæ, perseverante morbo hiera, aut diacolocynthide per purgamus 3. pondere, ex mulsi cyathis binis plus minusue pro ærotantis facilitate, uiribusque, sed in mulso rura decoqui debet. Bene & eos purgat diacolocynthidis. Quibusdam uero inter morbi initia uomitiones ex raphano profuturæ: & materiam reliquas dropace frequenti abstulimus, & ex euphorbio acopis, eo præsertim qui uariis uocatur. Et naturales quoque fontes subueniunt, si ea non sunt, in alijs lauari debent. Ac acopis quæ dicta sunt, utantur, & mixturæ ex nitris Asclepio & diaeuphorbij, & adarcæ, & nigro elleboro, & castoreo, & pyrethro, & staphisagria aquis portionibus. post balneum picis aridæ 3. 3. sulphuris uiui 3. 2. imponantur, & charta cooperiatur. At si hæc parum prodierint, inclinante tamen morbo, sinapis semen cum carycis, aut per se impostus prodest. Mirifice autem sanat hyberida herba uel chresis, quam lepidion, alij agrion, cardamum uocant. Quæ uero apud nos nascitur, fruticosa est folijs lauro similibus, uel maioribus: ea non solum ischiadicis, sed alijs quoque morbis inueteratis experimentum dedit, nam et æstare efficacior est. Si folia non sunt, succus radicis cortice utilis est, ex suis la axungia, atque ita emplastri modo coxarum dolori imponitur densa linteolo. Demittitur quo ad nigrescat, aut liuida fiat, mox abluitur: & hoc subinde cerotarium imponitur, opopanax 3. 1. quod aceti cyathis duobus diluitur, & ceroto cyprino admiscetur. Si caustica negligunt, emplastris dissoluentibus utendum est: quale id est, cera, picis ana 3. 10. terebinthina, columbarum agrestium fimi, fecis uini recentis ana 3. 6. galbani 3. 1. s. & quæ appellatur lene dissolutorium. Vtilia sunt & quæ ex cinere & nitro conficiuntur. Atque contiuatis per annum portionibus utuntur. Ex ijs est diateseron, chamædrys ana 3. 1. gentianæ 3. 9. aristolochiæ rotundæ tantundem, rutæ seminis aridi sextarium unum, trita & cribrata cochlearij mensura dantur ieiunis cum aquæ frigide cyathis duobus. singulis diebus quo ad morbus discutatur. Prodest & id quod ex septenis componitur, & quod Procli dicitur, eadem enim promittit. Exercitationes profunt, deambulationes, saltationes, cursus & pilæ ludus. Cibus tenuis & concoctione facilis sit. Si uero morbus auxilijs non cedit

cedit, in putrem interdum materiam conuertitur, interdum laxis ligamentis uerebra luxatur: tum iunctura tribus quatuorue locis inuri debet: ac ne cicatricem contrahant, ulcera aperta continenda sunt.

Ad coxendicum dolores ex alijs autoribus,

Cap. X.

Vbi calidæ habitudinis notæ sunt, urina ruffa aut rubicunda, iecoraria uenam prius apte uulneramus, eiusdem dolentis partis: mox aliam ob affectum ischiadicam uocamus: in ceteris obseruanda sunt quæ in podagricis sequenti libro dicemus. At si materia frigida ledit, ex corporis frigida habitudine, cum urina alba est, ac tenuis, præterquam in grauissimo dolore: tum enim sæpe ruffescit, ac caliditate mentitur, uomitiones tum profunt, ex raphani succo, ac oxymellite. Aluique ductio conuenit, ex ijs quæ in podagra frigida ualent, tum recte imponitur castoreum, euphorbium styracis: ex oleo ueteri diluta, molliri tamen medicamentis oportet locum. Id facit aristalthæe radix, scænuæ græcum, lini semen in farinam redacta, cum butyro & anserino adipe, aut uulpino admixtis. Inter initia tamen cum materia labitur, discussiuis opus est remedijs rosaceo, myrtili noque oleo absinthino, addito strychni succo, singula enim profunt uel cum farina hordeacea mixta ubi inueterauerit malum: clystere infuso sæpe leuatur malum, quo crassa materia subducatur. Nos Ioannem Spinellum, ciuem Venetum quotidianis uomitionibus sanauimus. Cyclaminis quoque radix aut colocynthidis molle si imponitur, sanatur, sinapis semen, columbinum simum cum ficu ex aqua decocta, si sæpius imponitur, nam putillas excitat. Quædam matrona à partu coxendicis doloribus cum diu laboraret, uerebra tandem ex acetabulo excidit, perpetuoque claudicauit. Id cum euenit, candenti ferro opus est, ubi iunctura committitur, inde enim materia euocatur: alij circa genu exulcerant: ulcera aperta pilula cerea imposta continenda sunt, donec uitium desinat. Prægnantes cum plurimum id malum dimittit, per seque finit, alijs uero perdurat, qui ferè post longos morbos uel pestifera huc sese inclinante solent accidere.

Ex frigida causa.

Exemplum materis à partu laborantis coxendicium dolore.

Veterum ad coxendicos dolores curationes,

Cap. XI.

Fomentis primum utebantur antiqui, deinde cataplasmatis ex hordeacea farina, ficu ex aqua cocta, in qua capparum cortex concisus immixtus sit, uel lolij farina ex uino cocta, addita fece acida: inula quoque radix contusa, ex uino auctero cocta, adiecto lacte supra coxam imposta, inter ualentissima auxilia habetur. Si hæc non sedauerint, sale calefacto utendum est. Interea urinam mouemus, cucurbitulas imponimus, aluus ducitur, supra coxam tribus, aut quatuor locis candenti ferramento cutim inurimus. Frictio. nibus in sole utimur: et eodem die sæpius succus cucurbitæ herbacæ cum oleo si infricatur, sedat. Cinis stirpium brassicæ aridorum cum adipe uetusto, sinapis cum polenta ex aceto imponitur, uel oleum illitum & expressum in quo sinapis semen maceratum fuerit, iris cum refina illinitur. Lupini syluestres, oleum laurinum recens, galbanum, ammoniacum, populi cortex potus prodest, ramis sparthi in aceto maceratis pluribus diebus, & tuis, succum dant utilem cyathi unius potu. Quidam marina aqua macerare malunt, & infundere clystere: & eodem succo addito oleo perungunt. Sanatur rubia, si quotidie lauentur: folia chamæcissi tribus obolis pota, in uini cyathis duobus septem diebus admodum amara potione. Hiberida cum axungia modica utilissima uiris tradunt plurimum quaternis horis, sceminis minus dimidio adalligata: ut deinde in balneum descendatur in calidam, & postea oleo & uino corpus perungatur, diebusque uicenis interpositis idem facit, si qua admonitio doloris superfit. Ex Plinio. Prodest & elleborum nigrum, ut in comitali morbo sumitur: & therisagi drachmam cum oxymellite ab ambulatione propinauerit: agaricum potum prodest, thymum imponitur cum uino articularibus morbis, & tritum, obolorum trium p. ex tribus cyathis mellis & aceti. Betonica farina ex aqua multa datur. Erythrodani & semine & folijs sanatur ischiadici, & panace pota, & intricata polemonia, aristolochiæ folijs decoctis, quinque soliti potum, & impostum, scamonia item herba decocta cum hordei farina, hyperici semen utriusque bibitur ex uino, utrunque thalpe utile est, acetabuli mensura infusum, donec sanguinem trahat. Radix myrtili cum carthamo in uino, & radix pancratij pari modo in uino, & rhecomæ decoctum bibitur. Radix leontopetalæ coxendicium doloribus prodest. Enneaphyllum impostum lana circumdata

V 4 cundata

cundata ne urat latus, laser ex aqua mulsā: labruscæ uua cum folijs tusa prodest, et succo, androsomon item, hippuris breuiori & molliori caule, candidiori que, propter ischiada bibitur ex uino arcton. Aster adalligata dolori prodest. Coxis in summa equitatio prodest, finum bubulum alij imponunt, calefactum in folijs cinere feruenti. Ischiadicis uri sub pollicib. pedū, caprino fimo feruente, utilissimū inter exēpla inuenimus: utilis est muria infusa, sal in saccis impositus candens, uel infusus. Testes castorei perunctis profunt.

Remedia quæ articulari morbo conueniunt, Cap. XII.

Qua uocemus morbum articulare, & ex quibus causis proueniat.

IN communi articulare morbum uocamus, quum in ceruice, scapulis, cæterisq; corporis articulis insedit. Ex crapula & ocio, nimia & intempertua uenere, à cibo præsertim prouenire solet: ubi uina uehementiora sunt, articularum dolores sepe cernuntur, sicut in Creta uidimus. Vbi uillicos & agrestes uiros foeminas que seruicia ue ipsa tentari norunt omnes. Accedit quoque & aëris caliditas, Oritur is morbus, si hæmorrhoides substituerint, aut uentris annua defectio: nam & hæreditarium malum est, & membrorum imbecillitate id contingit. Articularū dolor sine grauitate immaterialem ostendunt causam. Ex sanguine itaq; tumor rubens est, cum graui dolore pulsatur, qui tactu feruens sentitur, urina spissius rubet: arteriarum pulsus ingens, & plenior est in corpore sanguineo, euenit interdum ex prætermissa sanguinis missione. Victus præterea ratio in omnibus casibus consideranda est. Ex bili præterea dolor acutior est, urina flaua, ac tenuis, pulsus quoque uelocior est ac citatior, dolentia membra tactu igni ueluti inflammata sentiuntur: alius sicca est: cibus & uini qualitas indicio est: interdum cruciatus sauiores, sicuti in priori matutinis horis. Pituitam nunciatur clementior dolor, membrum sine feruore tumens, aquosa redditur urina, cum plurimum hyeme & senectuti euenit, crapulositas itera & ociositas. Ex atra uero bili raro cõtingit, & extenuatis duntaxat corporibus, & melancholica diæta. Si ex ueto dolor est, is cito discutitur. Animaduertendū tamen est in omni articularum dolore ex auxiliorum effectu morbi ipsius qualitatem certo signo non deprehendi. Frigida nanque frigidis remedijs quandoque iuari, & calida calefacientibus pariter foueri, resolutio humore. Ex rubescente tumore caliditas morbi non semper deprehenditur, sed uerius tactu dignoscitur. Ex multa nanque materia (ut euenit) dolores excitantur in membris ad quæ sanguis & spiritus decurrit. Eunuchos & spadones articulares morbi non tentant. Id uitium uere plures tentat, deinde autumno: reliquis temporibus raro. Plurimum facit ad articulares morbos uictus lautus, & cum uenere longa ocia. Inter exempla sunt quosdam morbo articulari ac podagra laborantes proserptione bonorum ad simplicem mensam & pauperes cibos redactos conualuisse. Vbi quis initio tentari coeperit, sanguis protinus mittendus est, quando eius causa ea passio prouenerit, eo dimisso sæpe annuam nonnunquam perpetuam ualeitudinem præstat. Alioquin nisi digesta materia, sanguis missio non necessaria habetur, humores enim ad perniciosam agit:

Auxilia ueterum diligentia obseruata ad articularum dolores, Cap. XIII.

Medicamentum ad os dolores.

Articularum morbis radix cucumeris syluestris ex aceto cocta illinitur, præsentaneo remedio. Brassica lænis illita cum ruta, coriandro, & salis mica, hordei farina, & aqua eius decocta, & ipsa si commanducatur, eius que ius bibatur: & eius succum ex aceto cum foenugræco impofuere. Eorum doloribus bulbi triti adalligati, mixta hordei farina. Lenit anisum illitum ex oleo nucis amaræ, uitijs articularum marubij succus illitus mirifice prodest. Articulos contractos canabis radix in aqua cocta emollit: sedat & succus mellis lophylli ex folijs, semen urticæ cum oleo uetere: aut folia cum adipe urino trita, aut radix eius cum aceto tusa. Imponitur thymū, quod trium obolorū pondere in tribus aceti cyathis & mellis bibitur. Bulbi asphodeli tusi cum polenta illinuntur, & per se cocti crudiq;. Podagris & doloribus omnibus omniumq; membrorum medetur hoc medicamentū, aceti sextarij tres, mellis uncias 6. & temperatis tribus sextarijs farina decocta, lolij sextarijs duobus usq; ad crassitudinem, & ita calidū imponitur. Articularios morbos uitium folia cum hordei farina. Et uua passa sine nucleis trita cum ruta sanat. Melitites datur, ex musto & melle fieri solet: inueteratum articularijs morbis utile est, & ner-

& neruorum infirmitate laborantibus, lens palustris cum melle & sicu illinitur & erysimon: his morbis oleum coccinum prodest, illinitur amurea inueterata & cocta & crudā galbanum imponitur, ammoniacū cum pari pondere picis, aut ceræ, aut rosaceo coctum. Articulis ligultri arboris succus, quæ in oriente cypros dicitur, prodest. Paliuri folia contusa addito sale imponitur: arri folia recentia cum sale uel sicca, & phycotalassion, id est, fucus marinus impositus articulis liberat, prius quam exarescat. Articulos & genua dolentia sanantur genista tusa cum axungia, & succus foliorum acaciæ, & semen foenu græci, eius farina addita axungia, datur & nigrū elleborū. Hibrida quoq; dari uolunt, ut in coxendicibus dicimus: hyofcyamū cum axungia, amomi succus cum decocto, plantago trita cum sale. Articularum nodos fordes hominum leniunt. Tumores sanat articulorum adeps leonis, serum caprinū. Fel urinum articularum uitijs utilissimum esse tradunt. Sanare dicunt fimi cinerem è maribus uitulis, cum lilij decoctis bulbis, addito melle modico, fel caprarum uel suum linteo calefacto impofitum, uituli que qui nondū herbam gustauerint: fimum item caprinum cum melle & aceto decoctū. Articularibus morbis ius è gallinæo uetere potum: articulis succus è centaurio minore: quinquefolium imponitur, mandragoræ folia cum polenta: cochlear latæ tollere dicuntur articulorum dolores: bibuntur autem bina in uino trita, eadem illinuntur cum helxines herbe succo, quidam ex aceto intermisce contenti sunt sale. Iis morbis illinunt milui fimum, cinere item mustelæ, aut cochlearum & cum amylo uel tragacantho. Aqua maris asseruata prodest, quæ uetustate uirus deponit, flos nitri cum oleo cyprino in sole inungendus est, spongia aceto saluo aliàs madida, aliàs ex posca, si feruent impetus ex aqua ranæ, & ipsarum intestina. Rupeæ cinis cum adipe uetere, quidam & hordei cinerem adijciunt trium rerum æquo pondere. Articularum impetus sedant ranæ subinde recentes impositæ, quas quidem dissectas iubent imponi: succus testudinum sicut in paralyssi diximus. Bitumen babilonium illinitur cum farina hordeacea impofitum.

Andromachi ad ischiadicor mixture, Cap. XIII.

Mixtura ad ischiadicor Andromachi, seminis rutæ syluestris, silphij, baccarum lauri, aphronitri, abrotoni, colocynthidis, cardamomi, amiana 3. 4. rutæ recetis octauam minæ partem, seui taurini tantundem, galbani 3. 7. opopanax, sulphuris uiui ana 3. quatuor, ea ex alto conuellunt humores, siue in nodis. siue in coxendice. Malagma ad ischiadicor, ceræ habet 3. terebinthinæ drachmas quadraginta octo, ammoniaci 3. 34. propolis 44. galbani triginta sex, bdellij triginta quinque cum oleo irino permisceantur. Protipili ad coxendicos, cephalargicos, & omnes diurnos dolores, ceræ drachmas quatuordecim, ammoniaci sex, terebinthinæ septem, succi taspitæ s. olei quatum satis sit. Andromachi aliud malagma, autore Hyra Cappadocensi, picis liquidæ cotylas tres, ceræ libram, picæ tantundem, sulphuris uiui libram, nitri libram, & seminis staphisagris sextarium unum, terebinthinæ seilibram, fecis uini adulti libras duas, cardamomi sextarium unum, galbani lb. s. Ad ischiadicor mitigatorium præcipuū, picis p. 1. sulphuris uiui triti p. 1. cõmisceto, & imponito dolori, nec demas donec per se abscedat. Alia compositio, ceræ drachmas 100. uisci quercini drachmas 16. iridis sex, cedri & galbani ana acetabulum, cyprini olei semis, ceram & cedriā unā cum cyprino oleo liquefacito. Deinde resinam & galbanum. Cum auferre ab igni uolueris, misceto iridem & uiscum, amota olla indito myrrham tritam: addunt alij nitri drachmas 4. Malagma Antiochij ischiadicis & articularijs morbis utile: ceræ, uisci quercini, resinæ terebinthinæ, olei cyprini ana lb. 4. expressionis myrobalanorum, aphronitri, floris asij, ammoniaci ana lb. 1. aceti quantum satis sit, ut ammoniacū dissoluatur. Malagma quod aureū appellabat Aselep. arsenici, calcis, aluminis scissilis ana 3. 2. bene tusa in ollam imponuntur, & aceti cyathos octo superinfundimus, his superinfundimus ceræ resinæ, terebinthinæ, picæ ana libras 2. olei cyathos octo. Addunt alij myrrhæ drachmas duas, aliqui et sandarachæ 2. alumen scissile auferentes. Aliud eiusdem, ceræ, picis, resinæ, picæ ana lb. 1. olei cyathos octo, arsenici, calcis, aluminis scissilis ana 3. 2. addunt aliqui myrrhæ uncias 2. uisci quercini 4. Aliud malagmatis genus, quod polychreston uocitant, Andree ascribunt, mollit, dissoluit, & ossa corrupta extrahit, & affixa: habet coccognidij dempto cortice, nitri rubri, salis ammoniaci, aristolochiæ,

Tumores articulorum sanantur.

lochiae, radicis cucumeris erratici, terebinthinae ana ʒ. uiginti, piperis longi & rotundi, ammoniaci, xyloballami ana ʒ. i. thuris masculi, myrrhae, resinae, uisci elaborati ana ʒ. 2. cera ʒ. triginta, seui caprini ʒ. 16. olei irini quantum satis sit, cum mixta fuerint & ad ignem in unum redacta, ex eo malagmate sume ʒ. 3. addito anserini adipis, olei cyprini ana ʒ. s. item composito & utitor. Aliud haud dissimile, habet pyrethri, coccognidij, aphronitri, salis ammoniaci, corticis aristolochiae rotundae, radicis cucumeris syluestris, resinae terebinthinae ana ʒ. uiginti, piperis rotundi & longi, ammoniaci, bdellij, xyloballami, thuris, myrrhae, cardamomi, amomi, caprini seui, resinae aridae ana ʒ. 10. cera ʒ. triginta, uisci elaborati ʒ. octo, olei irini quod satis sit, uini falerni tantundem. Aliud malagma ad articulares morbos & ischiadicos, quod protinus sedat: foenograeci farinam ac mullum pariter misceto prunis feruefacto, mox mel aducto, & rursus feruefacto, linteolo imponito, id tribus diebus facito. Aliud malagma Asclepiadis, sylphij, seminis rutae syluestris, baccharum lauri dempto cortice ana ʒ. 14. colocynthidis interioris ʒ. 2. nitri, abrotoni, cardamomi ana ʒ. quatuor, cera, adipis anserini, picis resinae, ammoniaci ana octauam partem unius heminae. Malagma quo usus est antipater. Continet sylphij, rutae syluestris aridae, baccharum lauri aridarum, aphronitri, colocynthidis interioris, abrotoni, amomi, cardamomi ana ʒ. 4. rutae hortensis recentis, picis aridae, terebinthinae, ammoniaci, seui uitulini, ana octauam heminae partem, galbani ʒ. sex, opopanax, sulphuris uiui ana ʒ. 4. olei cyprini cyathos quaternos, composito & ad usus seruato: cum opus fuerit sume coriandrum aridum, silphium cum oleo cyprino mixta coxam ungit, mox malagma imponito. Sed ad extremorum membrorum uicia transcamus.

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMILIANUM CAESAREM AUGUSTUM IMPERATOREM, DE CRURUM PEDUM, & MANUUM VITIIS LIBER XXIX. Prooemium.

Partium extre-
marum morbi.



Exemplum ex
Plinio.

Vpere est denique, ut ad extremas corporis partes transcamus, & earum morbos & causas accuratius pariter pertractemus. ex quibus grauissimas podagras & chiragras sentibus esse constat principium religionis peculiare malum, intumescere digitis, in pedibus manibusque cruciatu impatiibili. Nam & iuuenes in Creta uisimus eo uitio cruciari. Illud ipsum mirum est, quod uni prodest, alteri obesse remedium dissi- ciabili inter se corporum natura. Quidam uel leui medicina liberati sunt: alijs praeter manus & pedes, ceruicem, spinam uertebras, maxillas, humeros & coxas, ac in primis genua, rebellante & increpente cruciatu correptos fuisse membrorum omnium nodos. Distortos articulos, nodosos, luxatos frequenter uidemus. Alios semel, quosdam bis in anno uel ter, quae erue, nonnullos omnium lunt motu cruciari. In Italia foeminae, nec rustici, aut seruitia hunc morbum sentiunt. Ex patre Lauratio audiuimus quendam, cui ualutudo impatiibilis odium uitae fecerat, uxoris iugulum dormientis gladio secasse statimque ipsum seclus clamoribus indicasse quo capite danatus est. In Italia non fuit (ut tradunt) apud praefatos is morbus, qui latinum nomen inuenisset. Insanabilis non est credendus, quippe qui & in quibusdam caelo duntaxat mutato desinit, in aliquibus etiamnum curatur. Hunc morbum quem hereditarium esse credunt, fouet uenus importuna, & cum ocio crapula. Exemplum Plinianum referam. Pedum graui morbo (inquit) conflictatus M. Agrippa cum dolorem eum perpeti nequiret, ut dummodo illo dolore careret, uolebat potius usu pedum sensuque omni carere. Demersis itaque in acetum calidum cruribus ab eo morbo euasit. Quidam neglecto uino, annuo aquae potu usi eo cruciatu toto uitae spacio libera- ri sunt: tutam enim ualitudinem promittit saluberrimus aquae haustus. Vini potus largior in Creta dum annorum intervallo, nam uina gipso & calce cocinnant, etiam ualidissimos

ualidissimos homines aduenas articulari morbo corripuit, qui exinde manibus pedi- busque ue distortis, nodosisque, neque calceos induere, aut manibus quid tenere potue- rint: Sed aliud exemplum subtexemus ne podagrici desperatione ualitudinis remedia negligant. Sext. Pompeius praetorij uiri pater, Hispaniae citerioris princeps, cum horde- is suis uenulandis praesideret, correptus dolore podagrae misit in triticum sese super ge- nua, leuatusque ue siccitas pedibus mirabili modo, hoc postea remedio usus est: uis tanta est, ut cados plenos siccet, haec Plinius.

De obseruatione in podagra ex Paulo, Cap. I.

SI podagra, aut articularis morbus ad summum deuenit, difficulter sanatur. Sed an- tequam oriatur podagra, obseruandum est, ut a crapula abstineant & cibaria faci- lis concoctionis assumant: uina austera non bibant: innocentiora esse semper, quo nul- larum sunt uirium. tum exercitationes salutare esse: & imminente podagra sal tritum ex oleo articulis confricatus plurimum prodesse dicitur, nisi ualde si: cum fuerit corporis distemperamentum: eo uti debent tum mane tum uespere, nec dies sit quo non confric- cetur: eodem quoque finita morbi inflammatione uti debent. Eos praeterea (ut scribit Plinius) qui pane hordeaceo utuntur morbo pedum tentari negant.

Vis siccitas in
tritico.

De podagra ex eodem auctore, Cap. II.

POdagra et articularis morbus omnis non solum ex imbecillitate membrorum ori- tur, necesse enim uidetur periodos non remitti quamdiu articuli infirmi sunt: sed neque ex solo humore, quoniam non in iuncturis solus inest dolor, sed uti unquam, hoc est humor praeter naturam, & membrorum imbecillitas morbum efficiunt. Cum enim me- brorum nutritrix potentia aegrotat, ex nutrimenti abundantia qua inconcoctiones per- uerse generantur, superuacaneus & malignus humor infirmos articulos occupat, adal- ligatos neruos subinde extendit, atque ita dolorem excitat: neque enim principales so- lum nerui inflammantur, sed & ij qui in medijs articulis siti sunt, in crure, coxa, genu, & pede, brachijs & cubi: is manibusque dolore sentiunt. Si igitur pedum articulos duntaxat infestat humor, podagra uocatur: si reliquos uero articulos laedit, articularis mor- bus uocari solet, uertebrae, humeri, maxilla, coxae, caeterique articuli, uno nomine uocan- tur. Quibusdam aures, dentes, guttur pariter offenditur, iecur interdum & liene, articularijs quoque doloribus afficiuntur. Quibus nisi protinus occurratur in periculo est. Humor nanque exuperans uel cholericus est, uel sanguineus, aut melancholicus, uel cum plurimum phlegmaticus & crudus, ex ciborum exuperantia, uel in concoctione, & ocio longo, innas- citur. In articulis nanque si inueterauerit, cohaerescit, & inspissatur, ex quo impatiibilis redditur dolores. Comiscetur itaque & ij humores, qui difficulter tum dignoscuntur, & si cura- tur, irremediabile efficiunt morbum: Morbi initium frequenter ex labore immenso habetur: lon- gis itineribus, longaque egratione, nimiaque salacitate, frigidissimo ite potu insuetis preser- tim, ac cibo, mali praesertim succi, uinoque uehementis potentia, si membra quoque percussa, luxata, uel coacta fuerint. Et animi quoque perturbationes uigilantiaque per se crudos gene- rant humores, siue secundum accidens. Varia igitur huiusmodi morbi origo, ut dictum est: dignoscuntur tamen quantum possibile est, humoris laedentis differentia, tum colo- re, tum caeteris accidentibus.

Inueterata po-
dagra difficulte
sanatur.

Quae partes arti-
cularibus mor-
bis afficiuntur.

* alias nisi
Articularium
morborum cau-
sa origo.

Signa cholericis rheumatismi in podagra & reliquorum humorum, Cap. III.

CHolericus rheumatismus pallore ruffo, calore acuto, cruciatus insuper reddit inge- res, subitoque uenit ad supremam cutim: nec tamen plurimum tumet, excitaturque ue magis calefacientibus superinfusis, sicut & diuerso refrigerantibus sedatur. Id fere in caeteris experimento cernitur, sed in cholericis id peculiare habetur, quibus & febris fere semper su- peruenit accessionibus incremento: cum plurimum siti cruciantur. At in melancholicis ater co- lor cernitur: sicut in phlegmaticis albus, & aquosus, quibus minus cruciatur aegri: nam & serius tumet membra. Ex sanguine uero membrum plurimum rubescit. His notis subscribit praeterea uictus ratio, & similia.

Nota humoris
cholericis.

Melancholicis
& phlegmaticis

Sanguinis sig-
na.

De cholericis rheumatismo, & curationes ex Paulo, Cap. IIII.

SI uitium ex ruffa fuerit bili, uel consimili humore laedente, uentri deiectione necessaria est, quae ex rhodomelle conficitur & ex malis cydonijs, uel quae ex picra fieri solet, uel aloes catapotijs. In periodis uero rhodino utimur cum ouiluteo, adiecto exiguo uino,

*Prisipelato idi
phlegmoni que
sunt idonea.*

uino, atque ita leuiter infunditur: tū & refrigerates herbas imponimus, qualis strychnō, portulaca, hyofcyamon, aizoi, lens palustris, feris, papauer, polygoniū, rosarū folia, & similia, per se interdū uel cū aceto infusa, aut hordeacea farina addita uel rosaceo. In erysipelatoide phlegmone articulorum manifeste sedat cucurbitæ recentis ramenta superimposita, & peponis, & cucumeris caro per se uel cum molle panis. Perdicij quoque folia, uel hederæ cum pane, aut psyllium coctum cum farina hordeacea inflammatas mire sedat phlegmones. Rhodinum pariter cerotum addito alicuius refrigerantis herbæ succo, & ex fabacea farina. Ex ijs constat, ceræ ꝑ. s. chamomelini ꝑ. s. rhodini tantundē, fabæ farinae ꝑ. s. ouorū luteis ꝑ. s. Aliud cataplasma, maluas uirides coctas, psylliū, separatim trita æquis portionibus commiscebis, deinde ouorum lutea adijcias & oleum chamomelinum, atque ita imposito. In maiori uero cruciatu, croco, glaucio, & opio utimur, aceto dilutis, & illitis, uel molle panis addito. A Galeno autem id laudatur, opij ꝑ. s. croci ꝑ. s. cum lacte bubulo diluuntur, uel caprino, addito panis interiore, rhodinoqꝑ, atque ita imponitur. Aut opium & crocum, cum lacte & ceroto rhodino, & diaturpenes cerotum in accessionibus: easdem uires habet, & oleum ex ea, & id proximum est, molle panis aqua madens, aut aceto, aizoi, strychni, portulacæ, palmularumqꝑ ue carne, papaueris semine, cum luteis ouorum alsis, & rhodini quantum satis sit, cataplasma efficitur. Stupefacientia damnantur præterquam ad summos cruciatus leuandos, alioquin meatus obstruunt, morbumqꝑ uel longiorem reddunt. Postquam anodina impositueris, diachylon cum chamomelino temperatum uti debemus, aut dialthæa, uel simili remedio. Cum uero eadem membra refrigerata calefacientibus rursus integrata fuerint, diaphœnico ex oxyrhodino, aut œnorhodino admixto recreamus. At si emplastra grauiā uiderentur, acaciæ succus illinitur ex aceto, aut licium addito croco, & glaucio, uel perdicij succo ex aceto. Victus querendus est ex humectantibus, & refrigerantibus cibis: qualis est prifanæ succus, uel alicæ forbitiones, & inter olera malua, lactuca, intybus, & inter aues pulli, & inter pisces, saxatiles appellati, echini, peccines, hisqꝑ ue similia: & calefacientia uitanda sunt, quæ rustam generant bilem, sicuti & uinum uetus, igneum, ac nigrum. Balnea ex aqua pura idonea, & quæ rheumatissimum prohibent. Iracundia uitari debet, acrimonia omnis, temulencia, lassitudo immodica, & uenerea in primis uitanda sunt.

Quæ à sanguineo humore sunt ex Paulo. Cap. V.

Pilula in quocunque humore nitentur.

In his sanguis à uena mittendus est, quod & phlegmaticis, & melancholicis fieri nõ inutile est, quandoquidem in eorum uenis humor quantitate potius quam qualitate officiens contineatur. Sanguinis igitur missio protinus incipienti morbo conuenit: Verum infrequenti rheumatismo obesse magis quam prodesse constat, frigidioribus præsertim natura corporibus, & imbecillibus. Post sanguinis missionem alij etiam nũ humoribus pariter peccantibus & exundantibus unā cum sanguine, diachera utilis est, cum Iuliani oxymellite, cum quo etiam gargarisandum iubent. At qui ea pharmaca reformidant, ijs carapotijs uti possunt: Aloës, colocynthidis, ellebori atrii, scammonij, ana ꝑ. s. euphorbij ꝑ. s. nitri ꝑ. s. ex brassicæ succo in pilulas digerantur, quæ pro uirium robore dari possunt, sed satius ex cydonij mali succo. Aliæ pilulæ in morbi remissionibus cuiuscunque humoris causa, aloës ꝑ. s. agarici ꝑ. s. croci ꝑ. s. spicæ ꝑ. s. schœnoanthi ꝑ. s. carobalsami ꝑ. s. calicæ ꝑ. s. scammonij ꝑ. s. epithymi ꝑ. s. Modus est à binis grammatibus ad quaterna. Et ex lapide armeniaco pilulæ mire trahunt & repurgant articulos morbos, tum initio rheumatismi, tum inclinante morbo, sed quoniam plerique scammonij damnauere, quod stomachum maxime offendant, in causa præsertim phlegmatica, has obiter damus in quibus colocynthidis interioris, atrii ueratri, bdelli, gummi, aloës ana ꝑ. s. nitri alexandrini, euphorbij ana ꝑ. s. à binis ad quatuor grammatas modus est. At ego progummi epithimum posuicim. Quidam in omnibus articulorum doloribus, & inter ipsas accessiones, hermodactylis utuntur fastidientibus, & grauius olentibus, qui nisi in desperata curatione dari debent. Cum plurimum enim post biduum rheumatissimus omnis cohibetur, ita ut assueta opera nauare possint: Noui quendam qui non ephemeron ipsum, nec medicamentum aliquod quod ex eo confici possit, sed herbæ decoctum

Alexandri Tralani medicamentum.

etum duntaxat additis alijs remedijs, quale est, anisum, apium, efficaciter concitato uentris rheumatissimum, siue humoris impetum cohibebat. Sed operæ præcium est, quoniam stomacho inimicum est, oris prius stomachi rationem habere, ijs quæ stomachū iuuat, & leuiter excalefaciunt. At medicamentum ex ijs, quæ ex hermodactylis sunt. Alexander diacoronopodion dictum, se præstare tradidit, ut eo uentrem trahat, & dolorem pariter sedet, minusqꝑ stomachum offendat. Quædam in phlegmaticis causis imponuntur, iuuantqꝑ si dolor acrior non sit, brassica uiridis imponitur, apiumqꝑ & coniza, & peristeræon erectior. At in uehementi dolore scœnogræci farinae ꝑ. s. crinæ ꝑ. s. ciceris. par. i. cum mulso subacta imponitur, aut uino tenui, exiguo cyprino, aut nardino oleo adiecto, hyeme præsertim id laudatur. Brassicæ quoqꝑ radices ctnis ex axungia pluribus leuamentum præstitit, sed mire lenit si recens est, uetus uero & salsa ocyus discutit, & dissipat dolorem & tumorem. Fimus bubulus cum hordeacea farina, ex mulso cocta, aut per se cocta folijs brassicæ imponitur, item caprinus per se uel cum eadem farina ex aceto cocta. Verum plures enim uero sanatos contrarijs remedijs uidimus: quoniam humorum uarietatem, causarum agnitio abdita præ se fert, ob id fortuito atriplex syluestris, uel hortensis cum pane cocta & imposita prodesse uidetur: aut phlomi folia, cum bulbis & pane mixta, aut cum hordeacea pulre imposita: specialius autem ubi incerta morbi causa est, uarijs quoqꝑ remedijs opus est, modo similibus, modo contrarijs, præsertim ubi frustra fiunt hoc in ipsa medicinæ arte frequenter obuium est. Idem semper unimembro non prodesse, imo nec in eadem die: sed obesse & prodesse idem sæpius constare non sine magna admiratione. Propterea crassa & uiscosa materia calefacientibus remedijs nunquam iuuatur, acrior uero & feruentior humoris qualitas refrigerantibus semper mitigatur. Neqꝑ id mirum est, quoniam & illud non mirum est: frigida enim materia cum inflammatur, accenditur & irritatur, ut sæpe cholera associationem quod facile contingit adinitat, et meatus pariter obstruat. Ad id facit lupini farina cum oxymelite uel aceto uel silphio. Aut brionis radix cum pane: hæc enim sine offensione medentur, & dolorem discutunt, & suauiter materiam dissoluunt, in quibus lycij ꝑ. s. amoniaci ꝑ. s. thymiamatis ꝑ. s. trita cū uino ueteri, & oleo omphacino coquito: farina fabarum adiecta, quantum fiat satis. Post accessionem tumentis parti bulbos per se imposito uel cum farina quo adaperiat, ita enim efficere solent, non sedato dolore pro membrorum ratione affusionibus opus est, & chamomilæ, meliloti & centaureæ decocto. Quibusdam capparidis decoctum mire profuit. Id autem omnium efficacius est, thymo, origano, tymbra, calamintha, ex aceto decoctis & impositis, nec id semel in die imperandum est, uerum sæpius, quoniam pluribus doloribus leuare consueuerunt, in utraqꝑ tum bilis tum phlegmatis causa. Quidam & aliud obseruauere, ilicis glandes terunt ac decoquunt, atqꝑ ita extrema fouent uapore decocti, initio rheumatismi anno continuo: cetera membra spongij fouentur quotidianis uaporibus. Nam materia impetum suspendunt, & aquæ calefactæ perfusio quoqꝑ cholericis prodest.

Si ex frigore orta fuerit podagra, ex Paulo. Cap. VI.

Doloribus uero ex frigore & articulorum constrictione ualidissimum id remedium est, ueteris olei selquilibræ, nitri alexandrini libræ, terebinthinæ libræ, euphorbij unciam, iridis duas, scœnogræci farinae sextarium ꝑ. s. His & quæ in iliacis dicta sunt prodesse quoqꝑ dicuntur. Nonnulli in morbi declinationibus sinapi cum carycis si nibusqꝑ remedijs usi sunt. Quidam uero & diacanthidos pharmacum imposuerunt, quod in posterum obfuit nisi aliqua subinde ex emolliētibus auxilia superindita fuerint, qualia sunt dialstrutij & pexidi & basilij & diacelatis, & diagyri, & bromij & lysiponij, & ex ualidioribus inter acopa. At in quo neruorum uitia maxime & constrictiones sunt, ex urina mulsi, in accessionibus si imponitur, laudatur. Ex frigidioribus præsertim rheumatissimis idoneum remedium existimatur, & diaduum elleborum trochiscus pariter prodest tumentibus membris, ac relaxatis tumoribus conuenit. Nam & salis natura fomentū præstat utile, uel aqua marina calefacta spongij impositis, ac salsa emplastra: post morbi statum ex cinere et nitro ijsqꝑ similibus auxilijs occurrimus. Victus ijs sicca natura laudatur, & in primis abstinentia, balneorum usus abdicatur quotidianus.

nus. Attamen nitrosi iuuantur lauacris, frictionibusq; in fine morbi exercitationibus, frictionibusq; iisdem iuuantur, ac naturalibus fontibus calidis, & ex arenæ maritimæ fomentis, uomitionibus ex raphano, similibusq; assuetis tamen uomitionibus album elleborum prodest, qui & citato quandoque uentre perpurgando mire subuenit.

De his qui sanguineo humore destillante torquentur, Cap. VII.

EX sanguineo humore, postquam inter initia uena ad aperta est, eadem quæ à nobis dicta sunt, apte huic sicuti in cholericis quidem & acriore impetu, ac cum exundanti sanguine, conueniunt. At in frigidiore & magis phlegmatico aut magis item melancholico paribus occurrendum est remedijs: sed à uehementioribus cauendum est. Perseuerante morbo hoc medicamentum initio si imponitur prodest: Mali granati corticis, rhullis, cum farina uino distemperata: Aliud, brassicæ folia cocta & contrita addita aceti fece, ac ouorum cocta bina lutea, ac rosæci exiguo, assidue imponitur. Cibus corpora uix nutrientibus cibandi sunt, ob id caro, legumenq; uinum damnatur, nigrum præsertim, & intemperanter haultum. Itaque si possibile est, à uini potu abstinere maximum est præsidium. Quoniam sola uini abstinentia multos conualuisse nouimus, si initio morbi id obseruatum diligenter fuerit: si ea ab initio morbi abstinentia neglecta fuerit, rari euasere, et si doloribus quidam minus uexari fuerint: si nihil igitur prohibet, in tota uita à uino abstinere utilissimum est. Qui uero infirmi sunt aut aliquod membrum haud dubio uexari uideatur, per anni saltem spacium à uino abstinere, mox quod aquosum est paulatim quotidie bibere assuescant. Qui uero à uino abstinere, anisi decoctum frequenter bibant, aut foeniculi. Eo tempore & pomorum usus damnandus est, nam plurimum nocent, sicuti reliqua refrigerantia, pari modo & ueneris usus damnatus. Qui uero anni spacio pharmacorum usum abdicauere, phlegmaticos inde humores exaggerant, ac copiosius, qui feruentiores ac siciores redditi, repentinae mortis causa extiterit, uel ad intestinum aliquod, puta renes, aut latera, aut pulmones obrepunt. Satius igitur in cholericis aut sanguineis est uinum ex toto euitare, sine eorum quæ dicta sunt offensione. In frigidioribus, ac morbidis corporibus, ex uipera thetiacam efficacissimam tradidere: frequentiusq; si digesta fuerit materia, hyemeq; præsertim, æstate uero parcius, qua in alium morbum transfertur ægritudo, aut leniorem reddit, sine aliorum membrorum damno. Verum & nonnulli alia antidota dedere, haud dissimilia, quale id quod Damasceni dicitur, & quod Agapeti appellatur, & quod atacton & atedon & procli, & quod ex diafocordo, & ex diacorallio, & alia plura. Uehementius uero claro experimento quod ex diacorallio est, quod poros, id est, articulos tofos affixos dissoluit. Alij uero ad totius morbi absolutam liberationem festinant, uulpes totas discoquunt in oleo, quo articulos penitus sanant morbos. Alij uiuas coxere, & hyenas pari modo, disculforium oleum conficientes, deinde scyphos eo replentes ad usum, articulos toto anno perfricando sanati sunt. Ex eo remedio non solum articulos tumores dissoluntur, uerum & totius corporis sanari compertum est.

Vulpes in oleo solia.

De tofis in articularibus, Cap. VIII.

TOsi sæpe inter articulos inueniuntur, ex crasso interdum & terrestri humore, interdum medicamentorum usu importune discutientium, ac supra modum exiccantium, in quibus nihil emollientis potentia fuerat commixtum: quoniam in his compositionibus aptius quæ emolliunt, & pariter dissolunt commiscenda sunt. Emolliunt igitur uetustior adeps, medulla, ammoniacum, bdellium, uetus oleum, & styrax. Discutit & exiccat nitrum & salis natura, cinis, adarca, euphorbium & his similia. Ad tofum uero qui articulos occupauit, caseus uetustissimus apte facit, & qui acerrimus sit, cum carnis suillæ pinguis & ueteris decocto tritus, & impositus, disrupto tofo per singulos dies inde exinanitur materia. Ex compositis diapernes laudatur medicamentum, quod duplici modo conficitur, ea uero compositio quæ diastactes dicitur peculiariter facit. Aphronitri, terebinthinæ, prothostachis, propoleos ana §. 4. ceræ §. 9. colophonix p. 1. olei p. 16. mixta usui seruentur, tofis & apostematibus quod diacinnabaris mirabile quiddam est, & ad tofos ualeat, & ad alia multa, dysporiston uero, & quod dialeptocaron dicitur,

tur, efficacius est, & euporiston inter leuora annumerantur, sed diamelitos pariter commendatur, aut dianemonis binas partes, & medicamenti unam. Si ea non sunt, probatur diaplymithion dicitur, si tantundem admiscetur. Aliud ad tofos * portulacam cum uisci glutine contritum admiscetur, & illinum, & ad syringas, & ægylopas olei sextarium 1. lithargyri §. 8. arsenici §. 1. lithargyrum, & oleum unum ad unitatem componunt, deinde de arsenici farinam conspergunt: protinusq; ab igne auferendum est, ne uratur. Quæ uero ex lapidis Asiatici flore in remissione morbi imponuntur, ad articulos collectiones ex toto liberari prædicauere uetustiores, et quod dialofanthos dicitur si imponatur, tumoris reliquias dissoluere tradidere.

** fendas hanc*

De curatione podagrae ex Galeno si ex sanguine contigerit, Cap. IX.

SI initio sanguinis podagra euenierit, nihil ocys succurrit quam sanguinis missio, tum de plurimos eo modo sanatos fuisse scribit: nam & qui primo uere demunt ab eo cruciatu tumentur. Sanguinem autem efficit caro omnis, sed magis suilla, uinum dulce, nonnullaq; cibaria, cum mediocri exercitatione. Pro sunt igitur exercitationes corporis, quibus humores consumuntur, qui in articulos impetum facere solent: tum in potu aqua calida iuuat, & quicquid plurimum sanguinis procreare possit euitet. Propterea multi uino abstinentes qui podagra tentati fuerant, nunquam amplius laborasse cognitum est, tanta est uini austeri uis, imo uirus, his præsertim qui plurimum abundant sanguine: quod si ex toto abstinere nequeunt, in uere saltem inquit & æstate aquam bibant. Ad impetum imminenti podagrae id disculforium habetur remedium, rheumatismum enim arceat, habet semper uiui, corticis mali granati, eimarum rubr. partes æquales, cum hordeacea in uino cocta, exiccant, repellunt, ac membrum confortant: cortices opus est in uino bene deseruere, et reliqua bene trita unum commiscere, æstate frigida imponitur, hyeme calefacta: at incipiente rheumatismo uel si iam dolere incœperit, id imponitur, quod habet sap. p. 2. et rosæci partem 1. ceræ modicum, succida lana eodem quo dictum est modo excipitur: quod si ex alto inflammatio orta fuerit, nitri exiguum sapam & oleum admiscetis. Perseuerante igitur dolore brassicæ coctæ & contritæ, fecis aceti, lutea ouorum bina, rosæci quantum satis permiscetis: Id cruciatu maximos mitigat. Super imponunt alij spongiam uino styptico infusam, si id non est, posca ualeat. Eadem cataplasmata parum proderunt, nisi perpuratum fuerit corpus, tam reprimentia quæ mitigantia, ne materia peruerfa regesta, uitalia subeat, non sine interitus periculo.

Galenus uaria medicamenta, Cap. X.

CAtharticon ad podagrae dolores, quo igneus extinguitur calor, quod subducto uentre mitigatorium est, habet hermodactylorum, diagridij ana §. 2. cymini, zingiberis tosti, gariophyllorum ana §. 1. cum uino albo aut mullâ sumuntur oboli tres aut quatuor, pro uirium portione dantur & §. 5. cum melle. Aliud, hermodactylorum drachma, diagridij §. 2. in potu sumuntur, sed prius humidis tescatur cibus, & aquam bibat calidam. Sed aliud catharticon laudat Galen. quo sæpius usus est, Theodosij cuiusdam philosophi, habet hermodactylorum §. 1. cymini æthiopici §. 4. mastichis §. 2. alipiadis §. 6. agarici, zingiberis ana §. 2. nardi §. 2. cum mullâ datur. Sed ante eam portionem quid pridie assumendum sit docet: aquam calidam prius bibant, & lutea ouorum tria assumant, panem & gallinæ pectus, deinde lauet, mox antidotum bibat. Subiungit & aliud antidotum, ad podagrae & articulos dolores pro capite, stomacho, oculis, iecore, liene, & renibus, nam & articulos tofos, & callos articulos dissoluit, habet rheumponci, agarici ana §. 2. phu. §. 4. petroselini macedonici, meu ana §. 4. hyperici §. 5. gentianæ §. 6. aristolochiæ, centaureæ ana §. 8. chamædydis §. 9. uiris datur drachma, foemini §. 2. qui id assumunt, bubulam carnem euitant, suillam, leporinam, fungos, brassicâ, & sinapissimum, acetum item, & omnem acrimoniam, hæc Galenus.

Medicamentum ad extinguendos igneos ardores.

De Podagra ex bili orta, ex Galeno, Cap. XI.

SI ex bili orta fuerit podagra, nullus fere tumor apparet, sed igneus tantum calor percipitur sine ulla membri grauitate, uerum rubicundus locus est, & frigida imposita oblectant ægrum, uerum de ipsius ætate ac distemperantia considerandum est. Huic

X 2 missio

missio sanguinis non admodum necessaria est, sed magis alui deiectione iuuat, nam & humectantia prius propinanda sunt, ad temperandam humoris biliosi uehementiam. Sed & id catharticum paulatim, ac sepius offerendum est. Ad id probatur quod de sucro rosarum conficitur, suaue enim inquit habetur tum odore, tum gustu, nec stomachum in nauideas trahit. Alioquin si abominabile id fuerit adeo stomachum perturbat, ut & nerui omnes compatiantur, unde & impetum in pedes faciant rheumatismi, unde frustra subueniunt.

Phalacticon.

De cataplasmatibus & uictu, ex Galeno, Cap. XII.

* alia eadem

Podagram calidam rosaceo utiliter inungimus, si lutea ouorum terna addideris & eo modo linimentum conficies, quod phalacticon uocant. In uictu quæ humectant dari debent, ac quæ pariter refrigerant. Inter olera, lactuca, malua, intyba, ac beta. Pullus quoque ac phasianus, perdices, turdi, merula, & ficedula: sed saginato improbat Galenus. Inter pisces qui candore carnis sunt ac minus pingues non spernuntur, paludosi quoquomodo pingues damnantur. Non improbat idem autor & si duriores pisces habeantur, orphos, pelagicos puto Galenum uoluisse, nam orphi lacustres quas tineas uulgo uocamus impuri & damnati sunt alimenti sic dentrices, pectines, ostreas, cochleas quæ non extingescas offerre: bubulam item & ceruinam carnem salutarem facit, cuiusdam ægrotantis exemplo, nec id tamen perpetuum obsonium, sed per interualla probauit. Gestari autem sine labore ante cibum suadet, neque id nimium, ne humores excitet.

Qualitas & quantitas humoris expendenda

Si à materia phlegmatica fuerit, ex eodem autore, Cap. XIII.

Extenuata ante cathartica danda

Expedi (inquit idem autor) ut in curationibus qualitatem et quantitatem rheumatizantis humoris consideremus, & si ad trutinam id redigi non possit, ut cognita causa id exactius facere possimus: si enim quod lædit manifesto cognoueris, necesse est id in primis perurgare, mox cataplasmata recte imponi possunt. Ita si phlegma fuerit purum, uel cum sanguine mixtum, de utroque ratio habenda est, nam sanguis prius demendus est, & uiribus recreatis, catharticum dandum est, quo phlegma id spissum ac crassum detrahatur, siue aquosum, aut tenue fuerit, si enim crassi humores fuerint, quæ prius extenuant danda sunt, quibus admixtis sine offensione catharticum subducere aluum solebat. ob eam rationem oxymel Iuliani laudatissimum est, habet foliorum rutæ, origani ana ʒ. 4. mandragoræ radicis, anethi ana ʒ. 2. iridis ʒ. 1. agarici ʒ. 3. tedæ pinguis lb. unam, coccognidij ʒ. 3. lacteridarum, alapiadis ana ʒ. 8. polypodij ʒ. 2. folij, costi, spicæ nardi ana ʒ. 1. rheumponici ʒ. 1. scyllæ interioris, ebuli cimmarum ana ʒ. 3. asari ʒ. 1. canopi, quod est sambuci cortex medius ʒ. 3. epithymi, ellebori, acori ana ʒ. 2. hyssopi, amomi, hyperici, cymini ana ʒ. 1. anisi ʒ. 2. acetii acris libram, mellis duas: conficitur autem hoc modo, lacterides & costam coccognidium, spicam nardi, teres diligenter, cæteras autem herbas infundes in aceto per dies tres, postea seruefacito donec media pars acetii decoquatur, & tunc proiectis herbis, mel infundito, deinde postquam rursus bullierit, ad saporem spissitudinem bene tusas illas herbas commisceto: Modus est uncia. Ego autem, inquit Gal. agaricum bene tritum in oxymelle infundito, atque ita suauiore conficito. Si uehementius facere uolueris, scammonium commiscebis.

Ad articulares morbos, ex Galeno, Cap. XIII.

Toforum in articulis generatio. Humoribus cognio.

Aliquando inquit ex sanguine oriuntur ij morbi, cum plurimum autem ex phlegmate, uel admixta bili uel sanguine. Cum autem ex phlegmate fuerit non phlegmaticum, sed crudum uocare maluerunt: est autem in articulis sanie similis spissitudine, in quibus & uiscosior si permanserit efficitur, ex quibus & toti tandem progeneratur, & cum creati fuerint, ut ad pristinum articulus reuertatur statum ulla spes sit. Humoribus autem istorum differentias & coloribus & symptomatis, id est affectibus inuenies, uel auxiliorum distinctione uaria. Nam sanguis cholericus membrum uehementissimum affert feruorem, & calidis, si quæ imponuntur, plurimum iritatur, refrigerantibus autem mitigatur. Ad notionem humorum iuuat præteritæ dietæ consideratio, de exercitatione, acio, balneo ante cibum uel post cibum, & eorum omnium qualitas & quan-

quantitas, anni tempora, prouinciarum situs, ætas & habitudo corporis membrorumque, & his similia pensanda sunt. Si plethoricum igitur corpus fuerit, de missione proutin sanguinis sit cura, mox de corporis deiectione. In chiragra nanque et podagra disculsiore subinde opus est remedijs, in ischiadicis uero minime: uerum initio doloris neque ualde calefacientibus nec multo refrigerantibus utimur. Sed missio sanguinis plurimum necessaria est, à cubito ac sub genu, ischiadica dicta: ac subinde totum corpus exinanendum est, ac à uehementioribus catharticis abstinentum: trahunt enim humorum multitudinem ad membra dolentia, atque ibi inculcatis humoribus difficilior redditur cura, nam ibidem crassior, atque uiscosior sit caliditate & siccitate pharmaci assumpti, ueluti inquit Galenus, si torrefacti humores fuissent. Sed & uomitiones ischiadicis præcipuum remedium est & uentris deiectionibus præfertur: nam cibus primum fieri debent, deinde uomitionibus remedijs, & in ijs à leuioribus inchoandum. At si peruersa curatione facta fuerit humorum constipatio, difficulter sanabilis ex actoribus pharmacis, cuius curbitula impacta maximum præstat auxilium, ac infusiones in quibus colocynthis imponitur, & similia.

Vomitiones in primis ischiadicis utiles.

De podagra curationes alia, ex Galeno, Cap. XV.

Rheumatismi cuiuscumque curatio est, humoris exinanitio: cum enim fluit repercute necesse est, cum amplius non fluit, resoluenda est materia. Subiungit quæ anodi num quoddam Asclepiadis, quo dolores sedantur, habet opij ʒ. 4. croci unam, cum lacte bubulo aut caprino & molle panis, cataplasma facito leue, addito rosaceo, & lactuce folia, aut beta superimponito, ne emplastrum dissipetur uel ipsum crocum et opium cum rosaceo tantum illinitur. Aliud, absinthij, croci, opij ana ʒ. 1. ceræ quatuor, olei lilini ʒ. 6. uini dulcis quantum satis sit. Aliud, sem. cicutæ sine cortice, croci, styracis, opij ana ʒ. 1. ex uino dulci linimentum conficito, & cum ceroto rosaceo permisceto. Erasistrati aliter conficitur epithema ad tumores, radicis capparum bene trita, sem. hyoscyami ʒ. 8. radicis laureolæ, sem. cicutæ ana ʒ. 2. radicis mandragoræ ʒ. 1. radicis strychni ʒ. 2. cuncta bene trita in uale sigulino bene cooperulo tecto, reponito ad usum, & cum opus fuerit sume ex eo puluere ʒ. 4. ex uino dulci in olla coquito, addito fecem aridam acetabuli quartam partem, lento igni serueat, atque ita calidissimum imponito, sed pedes prius multa frigida fouebis. Emoto cataplasmate eo linteolos impone madentes duum horarum spacio instita ligatos permittito, quibus submotis uellicas siue bullas ortas ac perforabis unde humor uiscosus & crassus effluet: exinde multa frigida pedes fouebis, ac rursus idem imponito cataplasma, sed aqua dulcis pro aceto pedes fouebis. Aliud malagmatis genus, habet sem. cicutæ, agarici, fœnogreci ana partes æquas, nitri unam, ceræ, resinæ duræ, olei ueteris ana lb. 1. medullæ ceruinæ, iridis ana ʒ. 4. bene trita misceto & ad usum seruato. Aliud malagma, ad dolores quod & duricies dissoluit, habet uisci quercini numisma 1. s. nitri ruffi ʒ. 4. floris lapidis asij ʒ. 6. thuris, ceræ, tedarum pinguium, resinæ duræ ana numisma 1. seruefacito & cum pingui tedarum agitato, liquefacta percolabis, postremo thus & cetam adijceto, & ad usum seruato. Aliud generosum malagma, eo in remisse uti poteris, habet uisci quercini, terebinthinæ ana numisma unum, aphronitri, lapidis asij, thuris ana numisma 1. olei cyprini lb. 8. axungia quod sufficit, arida bene sine trita. Aliud quod ex alto humores sugit, possidet uisci quercini, terebinthinæ ana lb. 1. sem. taurini, floris lapidis asij, nitri, calcis, marinæ, thuris ana uncia 1. olei cyprini lb. 1. Aliud Dioderij calcis numisma 1. thuris, terebinthinæ, ammoniaci ana drach. 4. seui taurini drach. 8. aphronitri drach. 4. floris lapidis asij drach. 2. uel drach. 4. olei cyathos duos, permisce liquida cum aridis.

Simplicium & compositorum facultates ad podagras calidas, ueterum experimentis, Cap. XVI.

Curbitæ sativæ corticis ramenta, uel utraq; feris imponitur. Papauer album sativum cum muliebri lacte, portulaca cum sale illita. Atriplex cum melle, aceto, nitroque illinitur: radices uiolæ luteæ cum aceto, utraque achandios trita calefacta imponitur.

sita. Hoc medicamentum medetur podagris & doloribus, aceti sextarii tres, mellis ꝑ. 6. farina lolij addita usq; ad crassitudinem, & ita calidum imponitur, uitium folia cum farina hordei, lens palustris illinitur. Myrti folia cum cera, cupressi folia trita cum duabus partibus panis mollis & uino amineo subacta, sedant. Populi nigrae folia in aceto decocta imponuntur, sambuci cauliculi cum seuo hyrcino illiti, salicis folia decocta, & cum cera trita. Tiliæ folia trita aqua aspersa, uiticis folia, ligustri arboris succus, cypros in oriente dicitur. Radix & xyphio podagras refrigerat, cicuta cum lithargyro, aut axungia, plantaginis folia trita addito sale modico. Atzotū in primo impetu podagra calidæ medetur: genista tusa cū axungia, succus foliorum acaciæ, fœnogræci semē, succus hyosciami cum farina hordeacea, uel semen, & psyllio semen ipsum. Muscus recens ex aqua obligatus donec inarescat: byon prodest, cicuta cum lacte mulieris, uel cum adipe anserino & hyssopo, illinuntur & mulierum menstruo, quod & posterior ætas affirmat. Podagra chyragræte liberati sunt, qui asininum lac biberint, inter exempla competū est. Serum caprinum podagricis prodest, et axungia mixto oleo uetere, contrito unā sarco phago lapide & quinque folio tusa in uino, uel cum calce, uel cum cinere, axungia admixto, anseris adipe, taurino q; seuo, et hyssopo. Si uero dolor permanet cum cera, myrto, resina, pice, ursinus adeps taurinum q; seuum, pondere, & ceræ. Addunt quidam hypocistidem & gallam. Alij hyrcinum præferunt seuum cum fimi capræ & croco, & si naps cum caulibus hederæ tritis, ac appendicio uel flore cucumeris syl. item bouis fimum cum aceti fece. Magnificat & uituli, qui nondum herbā gustauerit, fimum. Aut per se sanguinem tauri. Vulpem decoctam uiuam donec tantum ossa restent: Lupum uel uiuum oleo ceroti modo incoctum. Seuum hircinum cum helxines parte æqua, sinapis tertia: fimi caprini cinerem cum axungia. Podagras lenit cæspum cum lacte mulieris & cerussa. Fimum pecudum quod liquidum reddunt, & earum pulmones, Fel arietis cum seuo: sanguis mustelæ cum plantagine illitus, & uiuæ combustæ cinis, ex aceto & rosaceo, si penna illinatur, uel si cera & rosaceum commisceatur. Fel caninum, limus aquaticus cum oleo subactus, mire prodest: quinque folium impositum, mandragore folia, cum polenta, uel radix recens tusa, cum cucumere syl. semen è psyllio, salutare habetur, madefactum in aqua admixtis in heminum seminis, resinæ, colophonis cochlearibus duobus, thuris uno. Fimum gallinarum, uermium terrenorum cinis cum melle, ita ut tertio die soluatur. Alij ex aqua illinire malunt. Alij ipso aceto, mensura cum mellis cyathis ꝑ. pedibus ante rosaceo perunctis. Cochleæ latæ illinuntur cum helxines herbæ succo, quidam ex aceto intriuisse contenti sunt sale. Quidam sale cum uiperæ crematis in olla noua, & sæpius sumptis, aiunt: podagra liberari. Vtile esse & adipe uiperino pedes perungi. Cinis mustelæ aut cochlearum & cum amylo uel tragacantho. Aqua maris asseruata prodest: quæ, ut dictum est, uetustate uirus deponit. Sal cum farina & melle, & oleo tritus. Ibi maxime obseruanda usurpatione, qua quidem toris corporibus nihil esse utilius sale & sole dicunt: itaque cornea uidemus corpora piscatorum. Sed hoc præcipue dicitur in podagris: flos nitri cum oleo cyprino in sole inunctus, nitro in balneis utuntur podagrici, spongia aliàs aceto salso madida, aliàs ex posca, si feruent impetus ex aqua: oleum in quo decocta est rana, & ranarum intestina, cinis rupetæ cum adipe uetere: quidam & hordei cinerem adijciunt, trium rerum æquo pondere. Iubent & lepore marino recenti podagram intricari, fibrinis quoque pellibus calciari, maxime pontici. Item uituli marini cuius & adeps prodest. Item bryon lactuæ simile rugosioribus folijs sine caule impositum lenit impetum. Obseruatur item alga, tamen arida non imponitur: impetus sedant ranæ subinde recentes impositæ quas quidem dissectas iubent imponi, succus testudinum, ut diximus rubigo ferri illita lenit, tumores sanat terra cimolia, si aphronitrum, & cypros admisceatur & acetum, ita ut in sole hæc curatio fiat, & post sex horas aqua salsa abluatur. asius lapis gustu saluus, in uasē ex eo cauato inditis pedibus, ex huius flore mixto sabæ lomento cataplasmata fieri solet, podagris quæ sine tumore sunt hibiscus in uino decocta imponitur.

Quæ in

Quæ in frigidis podagris facere consueuerunt ueteres,

Cap. XVII.

Radix cucumeris syluestris ex aceto cocta illinitur podagris, & anguinus in aceto decoctus siue erraticus præsentaneo remedio. Rapi feruētis calor impellitur, brasiica cum ruta illinitur coriandri & salis mica, hordei farina & aqua eius decocta, & ipsa si commanducatur, eius q; ius bibatur, & eius succum ex aceto cum fœnogræco impellere. Doloribus bulbi triti adalligati, mixta farina hordei, mentastrū tritum imponitur. Pulegium syluestre mire prodest. Anisum illitum ex oleo nucis amaræ, marubij succus illitus, mirifice prodest. Duriciæ semen lini tritum & impositū, & canabis radix in aqua cocta, contractos articulos, & podagras emollit. Mellis ophylli succus ex folijs sedat dolores, helxines succus cum caprino seuo imponitur, cera q; cyprina, baccis cocta & contrusa, urticæ semen cum oleo uetere, aut folia cum adipe uisino trita, aut radix eius cum aceto tusa, thymum imponitur ex aceto, & melle, laser dilutum in spongia impositum, uerrucaria cum radice cocta illinitur, & hyrcino sero, asphodeli bulbi tusa, cum polæta, & per se cocti, crudiq; uua passa sine nucleis trita cum ruta uel cum panace, fici succus lacteus, cum luteo oui appositus, aut cum amylo potus. pastillus ex lacte caprifici cum farina fœnogræci illinitur. Incipientibus podagris amurca inueterata & cocta & cruda utilis est & foueri utilissimum est, oleum coccinum prodest, galbanū imponitur articulo- rum nodis, ammoniacum cum pōdere picis, aut ceræ, aut rosaceo coctum. Præcipue uero hoc malo liberat phycothalalion, id est fucus marinus impellitur, priusquā arehat, canchris semen, cum eruiuea farina, fœnogræci semen & eius farina addita axungia, nigrum elleborum datur: hiberis prodest, panacis radices, panacis radices cum uua passa, scordion ex aceto, cyclaminis radix, erygeron cum axungia utrilibet podagra cōuenit, argemonia tusa ex melle uerbenaca illinitur, aut si pedes macerentur in eius decocto. Item lappæ boariz radix è uino pota, datur & illinitur, androsaces, uel eius semen, imponitur ite & androsæmon. Lenit eam utraque crategonos. Argumento fullonū uilis urina podagris medetur, qui eo morbo nunquam tentatur: cinis quoque cum adipe uisino. Adeps leonis articulorum dolores, & tumores lenit, & sanat. Genibus tumentibus spagnos mixtus nasturcio, & aqua salsa tritus, uel succus & centaurio minore, bitumen Babylonium illinitur, & dolores mitigat cum farina hordeacea. Posteriores siliquæ Aegyptiæ atramento podagra feruores mitigare docuerunt, si illinitur.

Emollientia podagras duras ciet.

Fullones non corripit podagras.

De ferro candente,

Cap. XVIII.

At ubi diæta, alui ductiones, missio sanguinis, potiones cataplasmata, fomenta, magmata, aliaq; ue similia parum secunda fuerint, aliud auxilij genus tetandum est, quod & si manum desiderat, his tamen quia necessarium, subiungendum putamus. In his præcipue ualeat quo pituita lenta in omni uitio articulorum est molesta. Ferro cādente utimur, aut medicamentis adurētibus, quod & in spinæ doloribus, ac ischiadicis prodest. Podagricis igitur uel supra ralum extrinsecus adurendum est, ita tamē ne neruus, aut arteria periculose offendatur, si materiæ maior affluentia affuerit. circa cōmissurā tribus, aut quatuor locis inuremus ferramento rotundo oliuæ bacca si nilitudine: genib. tumentibus supra genu quatuor digitis inurendum est. Aliqui sub genibus trium digitorum interuallo inter duos musculos: in chiragra, in iunctura & eadem ratio in cubitis est. In coxendicis uertebis adustio sanat, quæ si profilit circa coxendicem atramento creculus designandus est, quatuor digitorum amplitudine, tum ferramento in ramos quatuor diuiso, quorum quolibet ramus oliuæ modo (ut dictū est) in rotundum desinat, ut totidem pariter adustionibus coxa inuratur. Iacere oportet agrum in latus contrariū, post cauterium ambustis locis erodentia imponenda sunt, ut altior exulceratio fiat. Ex his certo experimento noxius humor continuo fertur fluxu.

De uaricum curatione,

Cap. XIX.

CRura uaricum uitio tentantur, in quibus ubi orti sunt deforme crus reddunt, nec facile ratione tolluntur: ex atra enim bili ac crassa tument, interdū uirides, interdū nigra cernuntur, inuolutæ, ac tortuosæ, uiatoribus id uitium solet contingere, ac pondera asidue gestantibus, saltatoribus, ac cursoribus item. Vena igitur in primis iecora- ria soluenda est, semel atque iterum, ubi opus est, uentremq; ue his quæ atrum humore

Varicū easis.

X 4 trahunt

trahunt deijcere oportet. In cibis cauenda sunt quæ melancholiam progenerant, deinde uarices scalpello exinanimus, mox crus fascia deligamus, reprimentiaq; superimimus, qualis helxines succus est, cum caprino sæuo, ceraq; tribuli semen adalligatum dolores sedat. Sideritis adalligata uarices per se minuit, & sine dolore præstat, circesion & eius radix adalligata, uituli fimi cinis, cum lilij bulbis decoctis addito melle modico. Ne uarices nascantur sanguine lacertæ pueris crura illinuntur. Succus crudorum coroneorum prodest. Si per hæc parum proficitur, uenæ pars superior, incisa prius cute, aduritur, tum superimponitur medicamentum quo adusta sanantur, quale est simum caprinum ex uino. Alij uenam adalligant filo duobus in locis, uenamq; nouacula præcidit, atque exinde uenarum ora adurunt, mox emplastris uulneri cicatricem inducunt. *Varices nascuntur solis uiris.* Varices uiris duntaxat innascuntur, raro foeminis contingit. C. Mario qui septies consultus fuit, stanti uarices præcisæ fuere.

Ad pedum perniores. Cap. XX.

Perniones siue perniunculos uocamus pedum tumores. Celsus suppurantes calces nominat. Nam frigoris uitio circa pernam oriuntur pedis partem, unde nomen habent. Eadē causa & manus & cubitos afficit, rimas ulceraq; faciēdo. Aegina chimera appellauit, quæ marina aqua calida repete maceratis pedibus sanari tradit, aut betæ uel lentis, asphodeli uel radicis decocto. Deinde lente in uino decoctam imponi, aut caryacas tritas cum oleo, aut alumen, tritum cum farina uino distemperata, aut fece uini subarida, aut bulbos recentes, ex uino coctos, aut allia ex oleo cocta & imposita, aut ceram ex oleo illitam, aut mali granati cortices in uino cocti, & triti, ex cerato rhodino, sed prius membra lupinorum decocto maceranda sunt. Aut manna & sulphur uiuum, cum melle cocta imponuntur, hyoscyami quoque succus illitus, dolorem & inflammationē tollit. Marcelli ad perniores medicamentum, rapum radicem excuato, in aqua ceræ ʒ. 2. olei lentiscini ʒ. & in diplomate discoquit: Si uero membra exulcerata fuerint, thuris, aluminis, minij, resti re, addita axungia misceantur, exulcerata & inflamata pariter exaphar macum sanat, olei p. s. seui taurini, & fellis ana lb. 1. lithargyri p. 6. colophonix p. 4. mellis p. 6. perniores sanat rapum feruens impositum, frigusq; ue pellit e pedibus aquæ decoctum. Radix betæ nigre decocta, laser ex uino fouet, asphodeli radicis succus, decoctus cum oleo, sic coctæ cum punico malo, punici quoque cortices ex uino cocti, & impositi. Eruum aqua decoctum fouendo sanat. Amurca, succus foliorum acaciæ, cyclaminis decoctum, polypodij radix, cotyledon cum axungia, epithymi succus, & folia barchinij, axungia cum hordei cinere, & gallæ pari modo, uel sinus adeps perniores omnes rimasq; ue pedum sanat, efficacius alumine addito, seuum caprinum, aprinum, uel suillum pingue, suillumq; ue fel cum adipe pulmo impositus, & si subtritus sint, contusi ue offensione. Corium combustum, melius si ex uetere calciamento seuum pecudum imponitur cum alumine, canini capitis cinis, aut simum murinum, quod si putrida sint ulcera cera ad cicatricem perducunt, & gryllorum crematorum fauilla ex oleo: item muris syluatici cum melle, uermium quoque terrenorum cum oleo uetere. Pernionibus ante ulcera aqua marina prodest, uel sal. Testæ ostreorum crudæ tunxæ sanant, cancri marini cinis ex oleo uel fluuiatiliū, & siluri adeps, argyritis cum myrto & cera & abdomine, alumen item cum succo mali punici.

Ad manus digitorum pedumq; rimas, ex Aegineta. Cap. XXI.

Liquida pix illinitur, aut cancri fluuiatilis marini uel testæ cinis, cum oleo illitus, prius perfricatis rimis, faciunt & scyllæ bulbi interiora oleo discocta, terebinthina admixta. Cornu quoque caprinum usum, si caprinum quoque seuum admisceatur. Sed opus est prius circum purgare, dein medicamento uti. Ad pernarum rimas, & antheræ calcis uiræ ʒ. 10. cerussa, ceræ ane ʒ. 20. axungia recentis ʒ. 7. colophonix ʒ. 9. ex semine lini marcoris cyathū unū, olei ʒ. 40. emollit platas in primis, ut nihil aliud iure præferatur. Aliud, seui caprini, ceræ olei, æqs portionib. Aliud, myrrhæ ʒ. 1. mali punici cortices in aceto decocti, & comixti diebus quinque imponitur, & circumpurgatis rimis, calcem cum oleo, aut glozo, imposito. Aliud, myrrham in oleo decoquit, aut terebinthinā ex oleo

Adri.

Ad rimas ex Plinio, scylla rimas quoque sanari docet in oleo cocta, & mixta resinae asphodeli radicis succus ex oleo decoctus, cyclaminis decoctum etiam cubitorum rimas sanat, simum apri uel suis recens, ouorum candido decocto cum cerussa denariorum duum pondere, pari spumæ argenti, myrrhæ exiguo, testudinis tegumenti cinis, uino et oleo subactus rimas pedum ulceraq; sanat.

Ad pedum attritiones ex longa custodia ex Paulo. Cap. XXII.

Ceræ, olei, lithargyri, æquo modo componuntur, ad omnia ulcera faciunt, plantarum talorum, & palmæ & digitorum interiorum, uel si unguibus proxima sint ulcera. Ad plantarum sordida ulcera uel in pudendis, muræ cyathum, aceti tantundem, in reo uas decoquantur ad mellis crassitudinē, separatimq; lepidis, calcis q; ana ʒ. 2. manna ʒ. 2. lana succidæ mollis quantum manu capitur, redæ cinis conficiatur simul ad usum, in uulneribus uino resoluuntur, in uerendorum & plantæ ulceribus ex passo. Aliud, amurcæ, mellis spumati tantundem. Id & gingiuas purgat. Ad calciamentorum attritiones, agninus pulmo, suillus, & hadinus facit, corium uero simiarum combustum inflamas eas partes non sanat, sed sine inflammatione seruat, cepe cum gallinæ adipe, combustæ gallæ cinere adiecto, aut acaciæ aceto dilutam illinito.

Ad eluos pedumq; cellos ex eodem autore. Cap. XXIII.

Clauum prius circumsarificato, exinde aliquid ex putrefacientibus superponito, caris ueluti florem aut sandarachā, aut syriacum aridum, aut collyrium syringiacum cum ammoniaco gummi confectum. Est autem clauus rotundus albus similis clauo capiti circa partes membri hærens, præcipue uero in pedum plantis, & digitis oritur, difficuter euellitur, & si continue eius suprema pars ferro abscindatur, uel pumice atteratur, similiter autem & callus: prodest lupini crudi cinis, cum melle, aut mysi cum liquida pice, melanthion cum urina incorrupta, aut fabæ putamen cum aceto decoctum. In frequenti quoque experimento fuit & id quod habet cantharidum, calcanthi, castorei tantundem, terebinthina excipiuntur emplastrum modo, & clauo perpurcato medicamentum superimponitur. Aliud, fecis calcis, uisci, cum myrrhæ stacte & urina incorrupta.

Ad clauos pedum, attritusq; calciamentorum, ex antiquis autoribus. Cap. XXIII.

Clauis pedum medetur cucurbitæ sariæ caro interior siue semen, & blitum quoque, ac radicis lilij in uino decoctæ, & impositæ, si triduo non soluantur. Auxiliatur & iris cum uino si triduo quoque non soluat. Et clauos ferro circumsarificatos extrahit laser cum cera, qui morticini dicuntur. Laser idem cum germine mali punici ex aceto decocto nitro admixto, si imponitur, callo & clauo farina uel panis fermentatus ex aceto ueteri subacta illinitur. Clauos extrahit ladanum cum castoreo, uerbenaca ex uino eos sanat, & rimas axungia cum elleboro albo, clauos calliq; ue uicia simum apri recens uel suis illitum, ac tertio die solutum sanat. Talorum cinis, pulmo aprinus, aut suillus, aut ceruinus, seuum bubulum cum thuris polline, urina asini cum luto suo illita, iniurias à calciatu corij, caprini cinis ex oleo uel ueteris soleæ crematæ. Pedum clauos urina muli, mulæ ue, cum luto suo illita, ouium simum, iecur lacertæ uiridis uel sanguinis hoc co impositus, uermes terreni ex oleo: stellionis caput tritum ex oleo: simum columbinum, decoctum ex aceto: pedum clauos tollit sal, semen gith tritum cum urina medetur: extrahit ammoniacum impositum non uano, ut uidimus, experimento.

De unguium uitijs & primum de paronychijs, ex Paulo. Cap. XXV.

Paronychia dicitur (inquit Paulus cum iuxta unguis radicem quid suppurat, cum uitium incipit, galla cum melle cohibetur, nam conrescere malum non patitur. Aut musæ trochiscus, aut iris ex aqua. At exrescentem præter naturam carnem consumere & rumpere opus est ijs qui sine mordacitate habentur. Faciunt autem ad paronychia, aurium sordes, lycium, putrefactum uero compungito, ut humor effluat, aut spongiam aqua insulam superponito, aut lentem aqua decoctum, aut palmulam cum uino, aut rosas recentes, aut aridas aqua maceratas aut hordei farinam cum aqua. Valet item lupinorum melle aut mulso mixta. Ad suppurata uero paronychia floris æris, lithargyri ana ʒ. 3. uini quantum satis sit, ad omnia cogenda cum spongiæ mollissimis penicillis imponitur, sed necesse est carnem undique ab ungue diuellere.

De paro.

De paronychis ex alijs autoribus, & pterygijs. Cap. XXVI.

SVb ima unguis parte caruncula superuacua ingēti cum dolore excrescit, quæ si no- uacula amputatur, rursus suboritur, aliqui ob id rediuiuas uocant carnes, aut redu- uias. Πτερυγιον Græci etiam, inter quos Aegineta, communi nomine cum oculi uitio ob similitudinem, uocauerunt: ea uitia ex bilioso oriuntur sanguine: caro nanque excre- scens partem illam contegit, quæ in ungue pterygion uocatur, quod uitium ex parany- chio fer eoriri solet. Celsus pterygion dicit esse cum recedit ab ungue caruncula non si- ne magno dolore. Plinius distinguere uidetur lib. 33. Reduuias, inquit, & quæ circa di- gitos nascuntur, pterygia tollit canini capitis cinis, ijs uitijs corruiere ungues solēt, & di- gitorum quandoque ossa uitiantur, & febres excitāt. Initio sanguis missus ex altero cu- bito, aluusq; liquida laudatur. Litium & myrrha uino addito medetur. Aut alumen me- linum in aqua liquatum ad mellis crassitudinē, tum quantum eius aridi fuit, tantū mel- lis infundere & tudicula miscere, donec similis croco colore fiat, eoq; illinire. Quidam excidunt, atq; hoc medicamentū superimponunt, chalcitis, malicorium, squama æri, ex- cipiant fici pingui leuiter cocta ex melle. Aut ærugine & squama melle coacta. Aut sa- xi calcis, chalcitidis, auripigmenti, quicquid horum impositum est tegendum linteolo, aqua madefacto, tertio die digitus soluendus est: si quid aridi est iterum excidendū, si- milis q; adhibenda curatio est. Si non uincitur ferramento, adurenda est caruncula illa, moxq; quæ uisitis imponi solent superdanda sunt.

Simplicium uires ad paronychia unguumq; pterygia ex Plinio, Cap. XXVII.

AD paronychia iridis farina utuntur, uel ex œnanthe cinere, oleæq; foliorum deco- cto cum melle aut oleastri folijs, uel myrti cum cera, galla uino extincta ex melle illita etiam in pterygijs: uerbenaca cum plantagine, eboris scobe sanantur ea uitia cum melle attico, aut rubigine in linteolis, canini capitis cinis ut diximus, aut folliculis cuius- libet animalis fellis, & lana succida, ex aqua frigida imposita fel taurinum aridum aqua calida dissolutum, quidam adijciunt sulphur, & alumen, pari omnium pondere, alumen cum succo mali punici, arsenicum tostum in noua testa, donec mutet colorem, quod & pterygijs conuenit, fici cum flore æris coctæ, foliorum marubij farina cum melle effica- ceter sanat, & œnanthes cinis, batrachij radix, tithymallus omnis generis ualeat, & aloës lachryma, rubigo in linteolis imposita sanat.

De pterygijs ex Paulo, Cap. XXVIII.

VNGui supereminentem carnem, quæ unguis partem eius nominis contegit ptery- gion uocamus: ex paronychis aut alia nō dissimili causa fit: cui arsenicū & man- na æquo pōdere super inspergitur, desuper uero metum cum spongia ex uino superim- ponito. Aliud, chalcitis, squamæ æris, malicorij, pari pondere, cum ficis alsis cōficitur ex melle, & aliqd ex ijs quæ cicatrices delēt, adijcitur, & aridā demū pterygij partē circum- uelli o. Ad pterygia putrida, thuris 3. 1. squamæ æris 3. 2. floris æris 3. 4. mellis cyathū, in sole teritur, donec ruffescat, diasplenium quoque ualeat, sed uino prius abluendum est.

Putridis ptery- gijs conueniēt.

Quæ cito pterygia excitant ac persanant, Cap. XXIX.

PSori 3. 2. thuris 3. 2. floris æris 3. 1. ex melle subacta imponūtur, faciunt etiamnum & ad reliquas earum partium cacoethias, & nigredines, & putrida ulcera. Aliud, squa- ma æris cum palmularum carne subacta, aut carycarum. Aliud, columbini fimi, cum fa- rina, & passo si decocta sint, atque ita calidum imponatur. Aut squama æris per se pte- rygia arefacit, sed frequenter oportet pterygium compungere, ac unguem refecare.

Ad commotos ungues & rubescetes & ad dolores, Cap. XXX.

MYrti & mali granati folia, quæ mollia sunt imponimus. Rubescetes uero ungues pisici farina, cum melle subacta imponitur. At unguis dolores sedat sulphur cum ærurgia dissolutum & impositum.

Quæ ungues scabros emendant, ex Paulo Aegineta, Cap. XXXI.

VIsici quercini, sandarachæ, fœnogræci ana 3. 2. cantharidij, thapsiæ 3. 1. acetii quantis- satis sit. Aliud, propolis Atticæ, ceræ, asphalti ana drach. 2. sulphuris uiui 3. 1. ab o- leo cauendum est, calefactum medicamentum unguibus circumponitur. Aliud, picis liquidæ,

liquidæ, ceræ, colophoniz, terebinthinæ, ammoniaci, thymiamatis, sulphuris uiui, aphro- nitri, pari omnium pōdere, caue ne polluantur. Aliud quod ungues scabros sine ulcere sanat, asphalti, arsenici, sandarachæ, sulphuris uiui, ana drach. 4. septenis dieb. dissoluitur resina. Aliud, erui farina ouillo felle tepatur, aut urina ouilla, aut calce & oleo, aut chia cum opobalsamo, aut cum uisco chalcantum, sulphur uiuum cum corio impositū, aut staphisagria aceto diluta, aut resinæ therebinthinæ drach. sandarachæ binæ, in unguis ra- dice diligenter adalligato: cum unguis uero exciderit, cerotum myrtinum imponitō, in quo paululum diaritini pharmaci contineatur.

Ad ungues scabros, ex antiquis autoribus, Cap. XXXII.

VNGuibus scabris sinapis ex aceto illinitur: eas detrahit hipolopathi radix effica- cissime, seminis lini farina emendat cum pari modo nasturcij, mobilibus uua pas- sa cum nucleis suis, & pane prodest: scabris galla in uino extincta ex melle illinitur: ui- scum item si septenis diebus soluatur, pix id uitium aufert, batrachij radix, omnes tithy- mali, ærurgia cum sulphure, contulos ungues fel uniuscuiusque animalis circumligatū, scabros uero uituli seuium emendat, caprinum admixta sandaracha, & cātharides cum pice tertio die solutæ, aut locustæ frictæ cum seuo hircino, aut ouillo: aliqui miscent ui- scum, & portulacam uel æris florem, ita ut tertio die soluantur. Nitrum deco- ctum in mali punici calice: cinis e capite menarum extenuat & alumen cum succo mali punici. Aceti q; sex ea pariter uitia aufert.

ALEXANDRI BENE

dicti veronensis physici, de quibus- dam annotationibus ex singulis uoluminibus collectis: De q; quibusdam secretis mixturis ad singula membra dispositis, Liber XXX.



T nihil tandem instituto operi deesse uideatur, quod Galenus & ce- teri fecisse uidentur. simplicium quorundam annotationes subiunge- mus, quibus ue libris inueniantur, ne idem sæpius repetatur, de pōde- ribus item & mensuris quædam annotauimus, & mixturas quasdam ex diuersis autorib. per singula membra digestas apposuiimus, quas ipsi experientia comprobamus, antidota, catapotia, malagmata, em- plastra, inunctiones, pastillos siue trochiscos, pessos siue glandes, alui infusiones, & aco- pa, & nonnullorum simplicium facultates mirabiles, quæ utrius singularum corporis parrium medentur. Addita & nonnulla oculorum collyria, potioneq; quæ qualdam ad humores digerendos utiles, de confectis pauca aut nulla, sed abdita multa paucis no- ta, frequenti experimento probata conscribemus, ne inuideri seculo uideamur. Tantū uenia nobis sit, si ueterum & recentiorum remedia conquirimus, & ab ijs ordiar, quæ autores maxime professi sunt.

ANNO TA.

ANNOTATIONES EX OMNIBVS VOLV-

minibus, per Alphabetum: Quoniam hæc copiose indice omnia
annotata sunt à nobis, tamen quum auctoris consilio collecta
sunt, non uoluimus ommittere, & quislibet nu-
merus ostendit ordinem libri.

A

Antispasmi libro 1. Aqua per duplex uas 5. Aqua ardens 6. & 12. Asplenium siue scolopendrium 7. & 17. Auellana uicentina 14. Arteria ad iecur nulla 15. Atriplex 15. Adenes 13. Achinthos 21. Alba caucia enim foemina 19. Auripigmentum 21. Antimonium 21. Amarantho 23. Audivitas desiderabilis 29. Atriphia. 23. Anseris iecur 23. Acori radix rotunda 23. A deniformis 24. Agnon 24. Azarolla 24. Arsegonon 25.

B

Balani libro secundo. Buprestis 7. Balaustra 14. Been 17. Brancha uisina 19. Brassica allyria 20. Bombices 25.

C

De coniectura Galeni libro 1. Crocodyliis 1. Carpobalsamum 1. Corallium nigrum 1. Conuoluulū 4. Chama:cerasa 4. Cucumis rotundus siue laconicus 10. Cynara 5. Cinis uitri 6. Calua matrona uene 6. De columbx foemina inedia mirabili 10. Clymenō 10. Cornelia nostra 10. Cardapson 10. Carpesion 3. Cubebx 50. & 28. Caput ex brassicæ 13. Caryx 13. Cottana lib. decimo tertio. Cochlearum usus libro decimo quarto. Carolus brochonus lib. 14. Chamælea pro laureola 15. & 23. Coccognidion 23. Casandra trona 15. Cremes 16. Cyathus. 18. Cnicon id est carthamū 19. Crapula & in antidotario 19. Cyparissia 19. Cholera 10. Canabith. 20. Cōdalmarius 20. Centum nodia 20. Condylomata 21. Cautilaginea 22. Crethmon herba S. Petri 22. Cottonū. 23. Caprire 25. Cita uel cilla 25. Cimolia creta 25. Cefones. 25. Crapula in antidotario 30.

D

Dictamnium libro 1. Diacodion 4. Dionora nostra 13. & 19. Dulciaria 14. Dixta 15. & 29. Denarius 19. Diachylon 23. Deus pater omnium conditor 25.

E

De Elomelle libro 2. Ephemeron 15. Esula 19.

F

Fruentum indicum lib. 13. Fons almirus in Creta 14. Farris genera 15. Fibraū stamina 16. Fex uini 19. Foemina semen 24. Fames in pestilentia 10. Fel hominis 2.

G

Gallicus morbus libro 1. & 26. & 27. Gemme falsa 9. Grongos 9. Glabrum hordeū 14. Gallie compositio 19. Gassipion 23. Gallina quomodo castrentur 24. Grana azalin 24. Grepula in antidotario 30.

H

Halimon libro 2. Hordeum nudum 14. Heliocaminus 15. Heliostrongion 25. Heliochryson 23. Herba mirabilis 24. Hypneumia oua 25. Hectice 25.

I

Iris libro 2. Iulius pontifex 10. Ictides 14. Iesus Christus 19. Ines 23. Io. spinelli exemplum 27. Iasaminus 4.

L

Lauro cerasum libro 5. Lignum aloës 7. Lacuturres 14. Lini podagra 14. Lac caprinum 14. Licium 20. Ligon. 24. Laganoponon 28. Laurentius pater 29.

M

Monopagia libro 1. Melilotos bis 2. Manna 2. Marchesita 4. Malum persicum 5. Melongia 6. Muschum 14. uel 13. Mumia 15. Myricæ 17. Myrobalanum 17. Musa in Aegypto 19. & 24. Melitides 27. Menstrua ex Celso 2. & 26. Malua 22. Mercurialis 15. Meconium 25. Magnes 26. Myrtidanum 26. Marisco nomen à uitio habetur de fructu.

N

Nux graeca libro 15. Nomx 24.

Ouum

O

Ouum forbile libro 1. Oniscus 3. Opoparthicum 2. Oesipum 2. & 16. Onix 10. Oseum lentiscinum, mastichinū 13. Oxis 16. Ouum durum 19. Os sacrum in procemio 28. Ossa cordis in ceruis 10.

P

Procathartica libro 3. Pletoria 4. & 21. Panus 1. Passio 1. Paresis 1. Penidiatum 4. Problemajnouum 6. Psyracus 9. Pilula aromatica 13. Petra scindula 35. Pordonotatum 15. Pimpinella 16. Pilula iliaca 19. Polentæ genera 20. Polenta cretensis 20. Polygonaton 20. Picris campanella 21. Phlegmon ex Galeno 22. Poroides 22. Polypica spatha 25. Psilothrum 26. Prerygia 29. Paula auogaria 14. Perdices in creta 15. Palma Christi 15. Piper montanum 22.

R

Rhos 2. Rheum ponticum 19. Rhamnos 20. & 22. Rhaphanus pro brassica 26. Rediuiua 24.

S

Salammoniacus libro 1. Sicamini lachryma 1. Smaragdus 1. Siliqua ægyptia 1. Sena 1. Specilla 2. Sanguis draconis 2. Stomachice medicamentum 2. & 24. Spodylum 4. Spinachium 9. 4. Scordolaser 11. 7. Scyticus lapis 7. Scolopendrium 17. 8. Sion 14. Sicia uel batecha 14. Sonchos 15. Saxifragia 15. Salix pro uitice 17. Sanies 19. Scybalon 19. Succus hypocythidis 20. Santonicum semen sanctum 21. Siderites pro sanguine draconis 21. & 22. Scimmi 21. Selache 22. Stamen 23. Sal cappadocus 21. Simularium partium origo 25. Saltationes 25.

T

Trombus. libro 23. c. 14. & 8. c. 47. Torunda. 10. Tamarindi 13. Thamus uel thanus 14. Troximos 15. Tamarice 17. Titillationes 18. Traiecta præcordia 18. Tricocum 21. Tofus 22. Troglodytes 22. Tragum in Veronensi agro 24. Thelygonon 25. Torpedo 26. Thlaspe 15. Tartarum in antidotario.

V

Vitcum ex myxis, libro 1. & 8. Vinum muscatum 10. Vini genera. 10. Vinum picatum martioneum 13. Vua taminia 14. Volicum saxum cydone 17. Vapor uentus 19. Vulua porcina in cibo 23. Variciformes 24. Vitex 24. Vua spinosa 24. Viturius qui obijt in uenere 2. Umbilicus 14.

Z

Zea libro 6. & 13. Zubeth. 13. cap. 26. Zophissa 12. Zeta & solarium 14. Christus deus noster 9.

DE PONDERIBVS ET MENSV-

ris cum signis.

Denarius habet attica drachmæ pondus, oboli sex drachmam constituunt: scrupulus obolos duos continet: uncia drachmas nouem, sescunci tantundem & dimidium, sicur & sesquidrachma. Cyathus inter mensuras drachmas decem pondere continet: sesquicyathus tantundem & dimidium. Acetabuli mensura drachmas quindecim continet pondere: sextarium libras duas æquas, unde & sesquiseptarium. Libra habet uncias duodecim, libræ totidem congiuum complent: hemina siue mina drachmas sexaginta, lingua siue ligula communem cochlearis mensuram facit: hanc obseruationem ubi medicinis ueterum usi sumus in libris quoque nostris conscripsimus, ob id eorum interpretationem semel in hoc loco posuimus.

Figura. X. denarium significat. x. chalcum. x. i. chema. x. i.

chœnix. x. i. congius. Mna. libra. pondo:

Y

MIXTVRA

MIXTVRA INFANTIBVS UTILIS IN TVNICA

rum passionibus, quibus comitiales oriri solent morbi.

Habet feminis pconia radicis q̄ ana ʒ. i. radicis ac feminis dictamni vulgaris quā humilem fraxinum ʒ. libro uocauimus ana ʒ. s. feminis atriplicis ʒ. 2. unguis asini n̄x tuse ʒ. i. s. eboris ramentorum, corallij, margaritarum minutarum ana ʒ. i. auri puri tenues bracteas siue folia ʒ. i. musci recētis grana ʒ. sacchari albi ʒ. 2. semina upulus ex uino uel lacte muliebri datur, in farinam enim bene tufam ac cribratam digeruntur. Vidi mus infantem semimortuos ad uitam reuocatos, si bregmatis, hoc est calvarios humanæ semiunciam adieceris comitalibus mire subuenisse uidimus innumeris experimentis: addunt alij specierum diamusci dulcis contriti ʒ. 2.

Oleum ad comitiale morbum.

Excitat subito comitaliter humi prostratos, oleum quod balsaminū uulgus uocat: naribus subditum olfaciendū: aut quod ex lateritio lapide eximūt: à saxo nomē habet.

Ad eundem morbum.

Caluarie humanæ farina ex aqua mane in potu sape data uel ex melle, comitiales sanat morbos.

Tragma pro capite salutare.

Coriandri ʒ. 2. cinnamomi ʒ. i. mellisophylli, feminis ocimi, gariophyllati ana ʒ. s. sacchari ʒ. 4. ex rosaceo tragemata conficito.

Pilulæ ad hemicraniam.

Habent aloës ʒ. 2. agarici præparati ʒ. i. garyophyllorum, machir, cubeborum ana ʒ. i. cinnamomi, spicæ nardi, schœnoanthe, glandis muschatæ, iunci quadrati, mastichis ana ʒ. s. croci ʒ. 2. salis cappadoci ʒ. i. diagridij ʒ. i. ex uino meraci pilulas conficito, ternas à cœna sumito: nam caput & sensus purgant.

Aliæ pilulæ quæ capiti & stomacho profunt.

In absinthij succo, eupatorii, fumiterre, seris q̄, aloën contritam infundito bis uel ter donec humor absumatur, solibus id faciunt uel sub diuo catino tamen tecto, et ad usus collectam aloën seruant.

Ad alopecias.

Saluæ & herbe tritici succus oleo & cera addita igni feruefacito & uespera alopecias ungit, mane caput celluito: tribus uicibus uitium replent.

Quæ capillos tingunt.

Corticis nucis succi ʒ. 3. lithargyri tufi ʒ. i. calcis uiuæ ʒ. 2. misceto, & capillū inungito.

In comitali morbo.

Si placentulam ex farina cum nocturno rore diui Ioannis sub cinere coxeris, ac eam infirmo dederis commanducandam sanari aiunt.

Ad capillum tingendum.

Papaueris sume rubri flores ʒ. 2. pondere, aloës unius, glandis muschatæ, cyperi dimidia, styracis una, corticis uiridis nucis farinam dūtū unciarum p. ladani ʒ. i. s. cum radicis aristalthæ mucido decocto distemperabis, his addes cyperi farine drachmas ʒ. abluo capillum cum foliorum nucis decocto, mox uespera inungito, & conuolutum capillum in sequentem diem seruabis. Idem præstant per se hederæ corymbi triti & illi, si in cortice mali punici ex oleo myrrico feruefiant. Idem præstat aqua radicis nucis iuglandis illito capillo.

Ad uertigines ex materia mixta.

Sume pilularum aurearum, cocciarum ana ʒ. s. trochiscorum diacolocynthidis, diagridij ana ʒ. s. cū rosaceo succo pilulas 4. pro qualibet ʒ. conficito, cœnaturis datur una.

Pro capite & stomacho uomitoria leuia.

Succi lilij albi radicis ʒ. i. salis cappadoci ʒ. i. gemmæ grana sex, ex aqua tepete pota sto machum in uomitiones fundūt. Aliud uomitorium, sume corticis è radice sambuci sic cum uncie pondere, ex aqua tepente eodem modo sumatur, sed uehementius est semē ebulli potum linguae mensura, eodem quo diximus modo,

Puluis

Puluis qui bregmati inspergitur efficacissimus.

Sume machir ʒ. i. s. sandarachæ ʒ. i. ligni aloës, spodij ana ʒ. i. mastichis ʒ. s. bene trita imponitur, intermissis diebus semioboli pondere.

Ad pituitam trahendam à capite.

Agaricus si ante cibum ciceris quantitate diu commanducatur, duobus aut tribus diebus intermissis, pituitam miro modo trahit, uireum q̄ phlegma, salsum, ac mucidū, nam & cephalæam ueterem sanat. Aut radicis cyclaminis aridæ, castorei, piperis albi, staphisagrie ana ʒ. i. ellebori albi ʒ. s. in nares insulentur.

Gargarisma quod pituitam in naribus sedat.

Continet oxymellis scyllitici unciam, aquarum maioranæ, lauri q̄ ana unciam ʒ. s. his tepentibus gargarismata facito intermissio tempore.

Pilulæ capiti utiles.

Aloën lauato cum seris succo, uncie pondere, delecti rheum pontici ʒ. 6. diagridij ʒ. i. uiolæ purpureæ, spicæ, mastichis, rosæ aridæ, seris sem. ana ʒ. s. salis indici ʒ. s. cum rosaceo succo, senas pilulas pro drachma conficito.

Pilulæ quæ crebro & palpitanti cordi efficacissime conueniunt.

Constat ex rheum pontici ʒ. i. s. aloës ʒ. 2. agarici, thymi, epithymi ana ʒ. i. lapidis armenij, ac cærulei, præparatorum ana ʒ. 2. spicæ obeficorum rosæ, feminis citrei mali, auri tenuissimorum foliorum ana ʒ. i. in succi seris, buglossi, ac fumarie herbe ana ʒ. i. s. infundantur bene trita, donec solibus absumatur humor, ter q̄ infundi eadem necesse est, de mum in catapotia digerito quæ pro uiribus sumenda sunt: miro enim successu aram bilem trahunt, nam melancholicis efficacissime dantur.

Quæ pro capitis affectibus naribus infunduntur.

Continent quæ & hinc dicuntur, anagallidis rubri succi unciam unam, radicis q̄ beæ dimidiam, mulse tres, unā mixta per nares trahantur tepentia, sed os prius implere aqua communi necesse est, ne succus ille per fauces in os regurgitet.

Aliud genus medicaminis quod in nares aridum infunditur.

Aliud genus est medicaminis quod per nares calamo afflatur, nam sternutamenta euocat, & meatus cerebri aperit, habet feminis melanthij ʒ. i. floris rosmarini ʒ. i. unum, ellebori albi ʒ. s. arida bene tusa infundito.

Gargarisma ad idem.

Idem præstat gargarisma quod hoc modo fit, aqua maioranæ, iridis, cyclaminis ana ʒ. i. hieræ ruffini ʒ. i. sacchari ʒ. s. ex hoc medicamine in os indito ligulam, mox gargarisatione opus est, pituitam mire trahit.

Pilulæ quæ somnum tuto inducunt.

Habent feminis anethi, croci, florum liliorum alborum, uiolarum ana ʒ. s. floris nymphetæ, feminis lactuce ana ʒ. i. foliorū aridorū mādragoræ ʒ. 2. cū succo foliorū papaueris albi, in singulas drach. octonas pilulas conficito, dormituris dabis binas, aut ternas.

Oleum ad sonus incertos aurium, & sibilos.

Olei nardini ʒ. 3. origani ʒ. 5. carnis colocyntidis aridæ trita ʒ. una, origani, ligni aloës ana ʒ. i. in duplici uale feruefacito, donec tertia supersit pars. Exinde percolatum succum solibus exponito, & ad usus seruato.

Quo decocto utuntur nonnulli ad aluum emolliendam.

Linozostis, id est mercurialis decoctum ʒ. ʒ. pondere, si calefactū mane sumatur, uentrem subducit miro experimento. Alij brassicæ decoctū dedere hemine mensura, oleo addito, mox iubent si per æstatē licet nudis pedibus per humidū pauimentū ambulare.

Gargarisma quo prohibemus reumatismi impetum ad fauces.

Instanti anginae subuenit, gargarisando tale decoctum, aquæ hordei ʒ. 3. succi corticis cum nucis ʒ. i. mire enim impetus catarrhi suspendit.

Puluis quo sternutamenta euocantur.

Sume costi, piperis albi, staphisagrie, cyclaminis, pyrethri ana ʒ. s. ellebori albi ʒ. i. bene rursus miscantur, modus est quod hordei pondere in nares conijciatur, mane, aut uespera id fiat ieiunis.

Y 2 Quod

Quod somnum conciliat.

Aqua florum croci dempto stamine, croci ꝑ. 4. pondere dormituris datur tepens, somnum miro modo conciliat, nec cerebrum frige facit.

Tragema cerebro utile ac faucium rheumatismis.

Continet penidiarum ꝑ. 3. prassij, opopanacis, hyssopi, aristolochie rotundae ana ꝑ. s. jridis, seminis urticae ana ꝑ. 1. glycyrrhizae, anisi ana ꝑ. 6. callitrici ꝑ. 1. s. croci, piperis albi & longi ana ꝑ. 2. sacchari puri ꝑ. 4. aquae prassij quantum satis sit, & conficiatur tragema.

Cataplasmata in dolore capitis.

Constat ex terra lemniae ꝑ. 3. cadmie preparatae ꝑ. 2. acaciae sex, capitum papaveris quinque, rhullis uncia, scammoni, croci ana ꝑ. 4. ouorū luteis tribus, rosacea uncia, cum amylo in mortario diutius rudicula conteratur donec linimentū fiat, quo tempora illinantur.

Medicamen quod cerebri meatus aperit, certo experimento.

Sume sicci melathij ꝑ. 2. infusi in aceto prius per triduum, agarici, ligni aloes, castorei, opopanacis ana ꝑ. 4. ladani ꝑ. 2. in succi maioranae ꝑ. 3. macerentur trita, & solibus exiccantur uel ignis stuari uapore, eius medicaminis ꝑ. 3. cum aquae maioranae ꝑ. 3. naribus infunditur ore aq̄ pleno, miro modo caput exonerat, & cerebri anterioris meatus referat.

Pilulae quae languenti cerebro subueniunt.

Habent ambrae delectae hoc est succini odorati ꝑ. 1. ligni aloes ꝑ. s. cubebarum ꝑ. 2. cum uino meracissimo, pilulas conficito 15. ante coenam dabis, nam & sensus omnes exacuunt, & uires omnes animales.

Ad dolorem capitis.

In succo brassicae trium ꝑ. pondere, aloes unciam infundito, & sole exiccetur, rursus in tantundem succi commisceto & solibus expositum exiccato, binas ex eo pilulas dabis dormituris post duas horas, dolorem capitis sedant, plus quam sit uerisimile.

Ad catarrhi impetum cohibendum.

In ijs semen coriandri preparati myrti ꝑ. caliculi glandis, spodij ana ꝑ. 1. conus cupressi, coralliorum amborum ana ꝑ. s. mastichis ꝑ. 1. s. cum succo mali cydonij, pilulas fenas pro drachma conficito, a coena per horas duas sumantur, fluctiones eas suspendunt.

Lixiuum cerebro utile.

In aqua prius feruefacito asarum, & bacchar, cum calamo aromatico, ac maioranae quo omnium pondere uel singulorum ꝑ. s. percolato decocto cinerem infundito.

Si destillatio oculos offendit.

Sume thuris collyrij ꝑ. 1. ligni aloes, rosarum aridarum ana ꝑ. s. aquarum chelidoniae, herbae uerbernae, rutae ana ꝑ. 2. s. collyrium conficito: eo & lachrymas cohibemus.

Si ad dentes catarrhus fluat, & dolorem ingentem inferat.

Habet corticis radice capparidis, radice mori, balanstiorū ana ꝑ. 2. pyrethri ꝑ. 1. seminis hyoscyami albi, corticis mandragorae ana ꝑ. 1. s. tithymali minuti, aut magni hortensis M. 1. aluminis rot. ꝑ. 2. cum uino albo austero feruefacito, & percolato decocto os colluio, nam mire labantes dentes firmat.

In diuturno capitis dolore ac uehementi cataplasmata mirabilia.

Tenet dialthae ꝑ. 1. musci triti grana 2. diu in mortario exagitentur, & capiti imponantur. Alij semen mellisophylli malunt admiscere, aliqui nardum, aliqui xyloaloe. Sedat & aloē ex aceto & rosaceo temporibus & fronti imposta.

In comitialibus medicamen magni nominis.

Cum frequenter comitialiter concidunt, da id medicaminis genus laudatissimum, habet pyrethri, stoechadis, costi añ ꝑ. 10. agarici ꝑ. 5. carui, seminis anethi, scordolaseris, aristolochiae rotundae ana ꝑ. 2. s. succi scyllae, mellis ana ꝑ. 14. scylla et mel discoquito, lenta pruna, mox ceteras species ingerito, modus est, ut mane ꝑ. 3. assumat.

Ad eisdem affectus inunctio.

Nares dormituris illinuntur intrinsecus eo unctulo, piperis quantitate alternis diebus. Habet fellis taurini ꝑ. 2. amyli dimidiam, melathij ꝑ. s. maioranae, grana. 6. ellebori grana. 5. linimentum conficito diu agitando. Sed ante discessum a capitis remedijs aliqua etiam num subtexemus utilia.

Vomi-

Vomitorium in dolore capitis uitio stomachi.

Habet acetosi simplicis ꝑ. 1. s. aquae fluuiatilis drach. 2. repes dari debet a prandio post duas horas, sed prandium ex uarijs cibis fieri debet, pinguibus & salis, uel samentis mixtis. Aliud uehementius uomituum, habet oxymellis scyllitici ꝑ. 1. decocti raphani radice uel seminis ꝑ. 3. penna aut medio digito demisso in fauces uomitū excitet. Quiddam oculos imposto gossipio siue cottono fascia obligant, summo remedio.

Cauterium in affectibus cerebri.

Constat ex arsenici ruffi, calchandi combusti ana ꝑ. 1. s. argenti sublimati ꝑ. 1. trita bene cum atro sapone mixta in pilulas digerito nucis ponticae magnitudine, unam rotule modo denarij figura ima ceruice imponi iubent, superposita stupa molli uel linamento, hora spacio, locum urit, ac sigillat, remoto medicamine butyrum recens infunde ac folio brassicae uel betae integito: mox scalpello circūcidito cutim nigram demortuā paulatim ꝑ. scalpello conuellito, uel nouacula, emora eschara unguentum aegyptiacum cum butyro mixtum * superdato, inde enim materiam educet perpetuo humore stillantem. Alij in summa uertebrarum ceruicis appensa cuti perforato forpice adusto feramento cutim perforant, statim ꝑ. sericum acie modo crudum subducunt, atq; eo modo mutato saepe stilo ne cicatricem contrahat perpetuus humor destillat. Id cerebro & oculis subuenit singulari remedio.

Ad imbecillitatem oculorum collyrium.

Succi florum feniculi continet ꝑ. 3. balsami ꝑ. 3. cadmie preparatae unam, mixta solibus continuis perficitur 60. diebus quater in die oculi instillatur gutta.

Ad idem.

Hyperici floris aqua in furnibulo sublimata & solibus preparata oculos mire iuuat. Alij ligni aloes in furnibulo uitrei uiribus aquam extrahunt, diuino experimento laudauerunt. Nos saepe experti sumus ad claritatem oculorum, balsami foliorum succi, amygdalino oleo feruescente collecti, quotidianam instillationem plurimum prodesse.

Ad idem.

Habet balanorum indorum ꝑ. 2. cadmie preparatae cum aquae maioranae ꝑ. 1. succi feniculi puri ꝑ. 3. pollinis modo trita misceantur 60. diebus solstitialibus exponantur: eo, ut diuino medicamine, utuntur.

Ad oculorum claritatem.

In esca farinae modo id medicaminis genus imponunt, habet mastichis puri, euphragiae ana ꝑ. 1. sacchari puri, quo omnium pondere, bene trita ferulis imponuntur semidrachmae pondere, si uero amaritudo terret, sorbili ouo deuoretur uel catapotij modo sumatur.

Pilulae ad excitatem uitio neruorum opti corum.

Sume pilularum cocciarum, hierae ꝑ. compositae ana ꝑ. 1. a coena dabis. Aliae pilulae, in quibus haec imponuntur, aloes succotrini ꝑ. s. aquae fontis ꝑ. 3. agarici ꝑ. 2. zingiberis ꝑ. 2. in mortario cum aqua fontana agaricum & zingiber tudiculo diluto bene, & maceratis una per diem & nocte, percolato succo aloen infundito per triduum, dein aquam effundito, & mastichis adde ꝑ. s. in mortario diu agitando conficito mastam ad pilulas idoneam, pro singulis drach. fenas componito. Laudatissime sunt & quae ex pilulis fiunt, quae lucis dicuntur ꝑ. 1. ex sarcocolla ꝑ. 2. s. ex feniculi succo digerito.

Ad tenebrositatem oculorum.

Id medicamen habet crapulae aridae translucidae, hanc tartarum officinae uocant. Venientes gregulam appellant, seminis carthami, folliculorum fenae ana ꝑ. 1. anisi, feniculi, euphragiae ana ꝑ. 1. bene trita, cum folliculorum fenae decocto sumuntur ꝑ. 2. mane, uentrem lenit, & oculis conducit. Sed hoc unum addam in cibis omnia aromata, & herbae bene olentes salutare habentur praeter anethum & apium quae damnantur, uisui enim nocent. Audio suffusionis initia cohiberi diacolocynchidis frequenti potione.

Ad palpebras, inuerfas.

Palpebras inuerfas emendat uiolarum florum luteorum humor, qui per se in uitrea ampullam destillat, uas impletur floribus, qui diebus pluribus, sole continuo maceratur,

Y 3 unde

* Superaddito.

Crapula.
Crepula.
Tartarus.

unde liquor quidam in fundo residet, is oculis salutariter imponitur.

Ad oppilationem in neruis opticis.

Ex ea oppilatione oculi alioquin sanis similes nihil prorsus uident, uarijs de causis, hiera tum Constantini laudatur, pilulæ lucis, aureæ, si à materia calida fuerit: ex materia frigida & crassa coccinæ dantur, ac foetidæ. Ex atra bili hiera Ruffi, uel ex lapide armeno uel ceruleo dictæ.

Ad lachrymas oculorum cohibendas.

In aqua in qua argentarij artifices, aurum & argentum extinguunt, si thus, masti-chem, aloën, cum lithargyro trita seruefeceris, ac percolaueris, lachrymas sistit si quater in die lauabis oculos. Alij uino albo, uel austero nigro utuntur.

Ad idem.

Lauri baccas à primo cortice liberatas in uinũ albũ infundito, per triduum, mox cõ-primito et liquorẽ colligito, ad usus seruato, nã mirè lachrymas cohibet inunctis oculis.

Idem præstat aliud medicamentum collyrij modo sæpe impositum.

Habet antimonij, magnetis, cadmiæ, pares portiones, bene tusa in uino albo seruefi-ant, ex eo decocto oculos colluito.

Aliud collyrium utilissimum.

Constat ex radicis fœniculi, florum rutæ, baccharum lauri, cymini ana ʒ. s. in uino albo ebulliant donec medietas superfit, percolato succo oculos foue.

Quæ oculos sanguine suffusos sanant.

Succus absinthij & foliorum uiolarum expressus cum oui candido lana impositus, oculos sanguine suffusos sanat instillatus.

Vnguentum pro desiderijs oculorũ utilissimum in dolore & sanguinolentis ad scabiem, & ulcera.

Habet cadiniæ præparatæ in aqua rosacea seminiunciam, axungia recentis duplicatũ pondus amyli ʒ. sex, in mortario concorporetur, mox strychni aqua ter colluantur, frõti illinitur, ac temporibus, ac palpebris tum intus tum foris.

Emplastrum saluberrimum ad cohibendum catarrhi impetum ad oculos & ad fauces.

Id pernicioso catarrho subuenit præcipuo remedio, ne subita morte corripatur. Habet resinæ puræ ʒ. 2. ladani ʒ. s. myrrhæ, mastichis ana ʒ. s. gummi iuniperini ʒ. s. farinæ fabacæ, & erui ana ʒ. s. cum lixiuij ʒ. 1. & aceti dimidia, gummi dissoluantur leui flamma mox reliqua commisceantur bene, inciso capillo calidum uniuersæ caluarie imponatur. Si cerotarium facere uolueris dempta farina addito ceræ ʒ. 6. quæ pericula suffocationis haud dubio ualere promittunt.

Emplastrum comitialibus saluberrimum.

Continet rutæ syluestris drachmas tres, floris rosinarini ʒ. 2. s. sulphuris utui ʒ. s. sinapis, pyrethri, asphodeli ana ʒ. 1. s. castorei, euphorbij ana grana sex cum succo maioranæ composito.

Ad idem aliter.

Ante discessum à capite aliud emplatri genus subtexemus, habet thuris, mastichis, spicæ ana ʒ. 6. galbani, opopanacis ana ʒ. 1. uisci quercini ʒ. 2. ambræ ʒ. s. seminis pœoniæ ʒ. s. gummi, rutæ syluestris ʒ. s. ladani ʒ. s. nucis muschatæ, cubearum ana ʒ. 1. castorei, euphorbij ana ʒ. 1.

Aliud cerotarium aduersus catarrhum.

Sume aloës, pulegij, calaminthæ montanæ, corticis citri, cũ ladano trita & paruo acacia conficito uapore tenui.

Ad oculorum sugillationes tollendas, de quibus etiam num paulopost dicemus.

Sugillationibus utilem pronunciant maioranæ succum cum melle mixtum, uel ipsa maiorana arida cum melle imponunt, uel ubi cucurbitulæ impositæ fuerint, liuores enim emendat.

Ad

Ad sugillationes faciei.

Succus thapsiæ exiccatus cum thure, cera & melle 2. horis peragit opus, tollit uitium, mox aqua eluitur frigida. Nero cæsar claritatem ei debet autore Plin. initio imperij, nocturnis grassationibus conuerberatã faciem illiniens, sibi cum thure, cera, & sequenti die contra famam cutem sinceram circumferens: nam & lichenas quoque eiusdem radice trita cum melle sanare dicunt, eodem autore.

Si infantes uitio catharrhi obstructis naribus non spirant.

Sesaminum oleum si cum pœna inditur in supremas nares, obstructas eas partes aperit: sed de Mesue officina sumendum est: in angina mire iuuat siliquæ Aegyptiæ succus si (cũ aqua plâtaginis gargarisatur.

Chamomila, melilotum, uiolæ folia ana manipulis singulis, nymphæ florum dimidi us, calicis papaueris albi ʒ. ex aqua decocta, si pedes ac manus lauentur somnum euocant, uel in febribus. Alij salicis folia ingerunt uitis maluræ.

Ad impetũ oculorũ calidũ siue ophthalmiam calidã, ex Alexan. ac Paulo.

Habet rosarũ recetium ʒ. 3. croci, spicæ, gummi arabici ʒ. 2. cum aqua pluuiã in pastillos digerantur, cum oui candido liquefacti, plunt certo experimento: nam & dolorẽ leuãt.

Sacculus qui capiti utiliter imponitur.

Habet cubebaurũ, glandis musc. corticis mali citrei, maioranæ ana ʒ. 2. rosæ aridæ, labruscæ, sem. myrti ana ʒ. 1. s. Ex frigida causa iuuat, addunt alijs stœchadem & machir.

Senæ mixtura quæ capiti conuenit efficacissima.

Constat ex senæ præparatæ ʒ. 2. zingiberis ʒ. 3. crapulæ, cinnamomi ana ʒ. 1. s. machir ʒ. 3. bene tusa seruantur ad usum, modus est ʒ. p.

Ad gingiuarum collectiones & ulcera tetra & aliarum corporis partium.

Id medicamentũ continet brionis succi ʒ. 6. tragacanthi, gummi arab. utriusq; torrefacti ana ʒ. 1. sarcocollæ, mastichis, thuris, iridis ana ʒ. s. cadmiæ elotæ cum rosacea ʒ. 2. calcanthi combusti ʒ. s. in lapidea pila in sole teruntur, donec succus absumatur, id quinquies fieri oportet, ex hoc medicamine arido attritu gingiuarum sanantur exulceratæ.

Ad leuanda guttura medicamen.

Sume corticis auellanæ, spongiæ q; combustæ, algæ, id est paleæ marinæ, chartæ cõbutæ, ossis sepiæ, clynopodij, sem plantaginis ana ʒ. s. piperis nigri, albi & longi, zingiberis, salis gemmæ, punicis, glãdis musc. gallæ, cinnamomi, ellebori albi & nigri ana ʒ. 2. teruntur, ac cum saluæ aquæ ʒ. pond. datur: Sed perurgare prius & corpus & caput opus est. Per se uerissimo experimento promittit spongia in furno arefacta drach. pōdere ex uino albo ante cœnam 2. horarum interuallo, si quotidie datur.

Vt clystere materia frigida in omni morbo captis educatur.

Ob id in dolore, lethargia, cephalæa, ueteri comitali, uertiginib. ac melancholicis infunditur. Misceto gētianæ, peucedani, iridis, aristolochiæ rot. cichorij, radicis pœoniæ, cyclaminis ana M. 2. calami aromatici, amyli, hyssopi, sem. ligustici ana M. s. sem. althææ maluræ q; ana M. 2. fœnograci ʒ. 1. s. ellebori nigri ʒ. 1. s. folliculorum senæ, thymi, epithymi ana M. 1. s. in senis aquæ lb. unã seruefiant, donec duæ tertie super sint, bene expressi succi sumito ʒ. 6. hierælogodij, ruffi q; añ. ʒ. 1. sacch. nō puri, siliq; succi atrĩ añ. ʒ. s. olei sesamini, anethini añ. ʒ. 2. hyeme ante cœnam, æstate mane infundito.

Alius qui ex humoris adustione infunditur ueluti in causode: & imminenti inflammatione & in furiosis.

Habet herbæ fumarie, polypodij, senæ, epithimi ana M. 1. corticis agarici, tripolij, hermodactylorũ ana ʒ. s. beton. acori, pœoniæ ana M. 1. s. florũ nymph. uiolarũ an. M. 3. sem. feris, acetosæ, rosarũ an. M. 1. eodẽ modo seruefacito, & expressi decocti sume ʒ. 10. mel lis uiolati ʒ. 1. s. cõfectionis diasenæ ʒ. s. salis gemmæ ʒ. 4. olei cucurbitini, uiolacæ ana ʒ. 2. uerum tamen si accidentia plurimum terrent, uehementiora addimus medicamenta ut impigre trahant, ne blanda medicina perdatur æger.

Pilulæ catarrhum prohibentes quæ & fluxum uentris sistunt.

Sume anisi torrefacti ʒ. 2. costi dulcis ʒ. s. myrrhæ, castorei, galbani, piperis albi, sem. hyoscyami albi, opij, succi glycyrrhizæ, thuris ana ʒ. 1. cum uino albo in pilulas digerito: nã & uuluræ pœnis mire subuenit adiumento ualidissimo ut ipsi experti sumus.

Y 4 Puluis

Pulvis hermodactylorum quæ uentrem trahit & aquas.

Habet tripoliij ʒ. 8. hermodactylorū ʒ. 10. diagridij, zingiberis ana ʒ. 4. facchari puri ʒ. 6.

Ad faciei lichenas & cutis foeditatē uel ex phlegmate salfo.

Continet olei rosacei ʒ. acetii sesquiunciam, olei ouorū lutei ʒ. 3. lithargyri, auripigmēti ana ʒ. 3. ellebori radice gran. 10. in mortario misceantur, ultimo addatur elleborus.

Ad sedandos aurium dolores, & pus pariter maturandum.

Continet id emplastrum radice aristalthææ emedullatæ coctæ & bene contritæ librā, foenograci liniq; farinam, florum chamomilæ ana ʒ. 2. butyri ʒ. 3. lutea ouorum quinq; tepens auri dolenti imposito.

Ad dolorem, & sibilum aurium sedandum aliosq; incertos sonos.

Balsamum auribus infunditur utilissimè, uel prassij succus, aut oleum amygdalinum amarum cum muschi exiguo.

Surditati aurium.

Habet origani, colocynthidis carnis, florum serpilli, maioranæ ana ʒ. 1. muschi ʒ. s. succini odorati ʒ. s. cubeborum, ladani, machir, styracis calamitæ ana ʒ. s. olei amygdalini amari, lilini ana semilibram: singula conteri opus est, deinde misceantur cum oleis, & in duplici uase feruefiat 10. horarum spacio, & ad usum seruebatur, inextricabilia enim uitia aurium sanat infusum.

Pastilli qui diu comanducati pituitam capitis trahunt.

Id apophlegmatis genus est quod hoc modo fit, habet mastichis liquefacti cum aceto ʒ. 1. gummi arabici, tragacanthi cum muscilagine, myxorum dissolutorum ana ʒ. s. pyrethri, costi, staphisagrie ana ʒ. 4. iridis ʒ. s. hermodactylorum ʒ. 5. concorporantur, & in pastillos ʒ. p. digerantur, summo mane comanducari singula singulis diebus debent, ac pituita pariter confluentē cōspui opus est, nam ab alto humores euocat, atq; euellit.

Si lapillus, aut semen aliquot in aurem inciderit, quomodo extrahendum.

Oleum prius infundito, mox balneū ingredi opus est, exinde sternutamenta euocanda sunt, ellebori farina narib. rapta, eo enim impetu aurium meatus obseptos aperient.

Medicamen ad aurium grauitatem.

Habet albi ellebori, croci, nitri, castorei ana ʒ. s. acetii, mellis puri ana ʒ. s. feruefacito una & infundito succum, sed paulatim uel guttatim id fiat.

Ad sibilum leuandum.

Leuamus eam molestiā urceolo nouo in quo amurcæ exigui imposueris leui pruna, auribus per fistulā uaporē circumdato panno ne euanescat fumus eo modo medicatis.

Medicamen ad Polypum sanandum.

Constat ex dracunculi radice hermodactylorumq; farinæ ʒ. 1. sarcocollæ rubescentis ʒ. s. cadmiæ preparatæ ʒ. 4. per se mixta arida imponuntur.

Ut pars dentis si putris sit, corruat.

Aqua ex ammoniaco sale destillans collecta tacta ea parte dentis, sponte abscedit. Dolorem ad præsens leuat certo experimento brunellæ herbæ radice frustum aridum dolenti impositum, ita ut fricatu gingiua sanguine manat.

Pilulæ quæ peculiari dote ab angina tuentur.

Celebrantur pilulæ ex hiera picra à cœna deuoratæ, ex nonnullos medicos nobilitare in ea pestis obseruatione.

Ad laterum dolores siue pleuritim.

Qui putat pleuriticos sanari floribus papaueris albi aridis cum uino siue aqua potis, flore rubro mali punici decepti sunt, unde plurimi interiē. Video tamen nonnullos auellanarū cortice trito drachmæ pōdere ex hordeacea potio plurib. diebus eōualisse. perniciosæ pleuritidi dari uideo radices lappæ purpureæ aridæ drachmis duab. ex aqua calida potis, nam sudores euocat uberrimos & dolorem sanat saluberrimo medicinæ genere. Nam ea radice epota statim æger uestimentis cooperiendus est.

Præparatio diaseuæ.

Senam tali modo præparant neoterici, foliorum senæ sine semine ʒ. s. creptulæ delectæ ex uino albo meraco ʒ. 2. cinnamomi, zingiberis ana ʒ. s. in farinam digerito, modus est drach-

est drachmis duabus ad summum.

Ad phthisim ex materia acuta catarrhi descendente ad pectoris partes.

Pilulæ autōre prædicatione utiles, Rec. pilularum assaiareticarū ʒ. s. diagridij, gran. 6. pilulas ternas cum succo rosarum conficito, omnibus senis diebus unam sumptis, si satis est à cœna horis duabus, scamonium enim mire materias à capite trahit acutas.

Medicamen ad sanguinis reiectiones.

Continet seminis plantaginis, rhusis assyrii, acaciæ ana ʒ. 1. margaritarum, coralli rupei, succini clari, hæmatitis, syderitis, id est, sanguinis draconis ana ʒ. 2. rubricæ armeniacæ ʒ. 6. dragacanthi, gummi arabici, thuris ana ʒ. 3. drachma dimidia si bene conterantur ex aqua portulacæ summo mane datur singulis diebus. Idem præterea uidimus & nos experti sumus, syrupum myrtinum linguæ mensura sæpius in die potum.

Ad corpora replenda.

Hordei farinæ p. 2. auellanarū nucum p. 1. in furno pariter torrefiant, si quotidie assu-

mantur pultis modo, corpora replent, uel auellanæ per se commanducatæ à cœna.

Ad bilem sine molestia detrahendam, & ad singultus leuandos.

Ellebori ʒ. in uino cretico per noctē potionis cōmunis mēsurā, mane expresso succo bibitur. Cum opus est uomere pituitam cogit radix betonicæ cum multa pota. In pestilentia syrupus & catharticum. Syrupus rosaceus duū ʒ. pondere, aquarum scariolæ, rosarum, acetosæ ana ʒ. 1. camphoræ gran. ʒ. s. m. catharticum de succorum ʒ. 5. camphoræ ʒ. s. m. singultus uero sanat cyminum syluestre ex aceto, materiam enim incidit, attenuat & educit.

Ad articulares mulierum dolores.

Sanat eos dolores hermodactylorum pilulæ cum ijs quæ benedictæ dicuntur.

De siliqua Aegyptia quæ tormina facit.

Ea sine uentris dolore assumitur, si berberis succi ʒ. pariter inuoluatur.

Ad uentris dolores sedandos.

Verbenæ succus, aut radice decoctum potum, uentris dolores sedat.

Ad fluxum omnium (ut dicunt) modorum.

Aquæ rosaceæ libram, mastichis, garyophyllorum, rhusis assyrii ana ʒ. 1. s. in paruo li-

neo pariter feruefiat uel singula deligata donec partes duæ super sint, mane dantur lin-

guæ binæ uel ternæ uel pueris.

Ad uomitum euocandum.

Flos genistæ recens uel leui gustatu redundationes stomachi facit, semen quoq; chamæactæ potum.

Syrupus in febribus compositis.

Is syrupus conficitur: myxa, glycyrrhizæ radice, semen foeniculi, anisi, senæ folliculi, agni, ocimi, coriandri, portulacæ, ptyllij, erucæ ana par. æquales, aquarū buglossi, rosarū, fer-

tis, portulacæ, absinthij ana partes æquas, feruefacito, & succum propinandum dabis.

Pilulæ contra pestem ad dolorē iliorum & ad calculos.

Calami aromatici, garyophyllorum ana drach. 2. myrobalanorum omnium ana ʒ. 3. a-

garici, senæ ana ʒ. 1. aloës, æquo omnium pondere, cum foeniculi, ac absinthij succo pilu-

las ʒ. pro drachma conficies.

Ad fluxum sanguinis.

Semen lapathi palustris subrubrum triangulare tritum in potu aquæ sumptum, san-

guinis fluxum sanat. Dysenteriam uero plantaginis semen ʒ. p. quoquo modo sumptū

singulis diebus ac matutinis horis, & galla immatura cōbusta & in uino extincta, mox

trita cum uino austero datur.

Ad colicos dolores.

Flos lappæ purpureæ trium digitorum carptu colicos dolores mitigat.

Ad lienis tumores.

Acinorum ebuli oleum lienis tumores discutit.

Ad lichenas faciei.

Lichenas faciei leuat oleū in q; passer piscis defricatus erit, mox admixto tutæ succo: & ruben-

Dysenteria rōa
medim.

& rubentes quoque papulas sanat.

Ad humerorum dolores.

Si humeri ac brachia destillatione catharri dolent, ebuli folia cum oleo chamomilæ fricta & imposita triduo sanant.

De impetigine ex icoris distemperantia cum duricie.

Habet rheum pontici optimi ʒ. i. s. nardi grana ʒ. specierum diacurcumæ, diarhodon abbatris, dialaccæ ana ʒ. 2. cum melle despumato miscebis, dabis q̄ cochlearium summo mane, mox uentrem hoc medicamine purgandus est, hoc modo succi iridis ʒ. 1. syrapi uiolacei ʒ. 2. uncia portione ac matutina, pro stomacho fume liliorum alborum ʒ. 2. mastichis drach. 2.

In icorario fluxu.

Sume gallarum, mastichis, thuris mas. ana pares portiones, ex ouo sorbili datur.

Pro difficili partu, uel si abortiuum reiiciendum sit.

Partum uiuum & emortuum eijcit id medicamenti genus, de quo miras inuenio latides, habet myrrhæ, castorei, styracis ana drach. 1. s. cinamomi, sauinæ ana ʒ. 1. s. cū melle conficito, modus est ʒ. 1. s. ex uino sumitur.

In icorario fluxu.

Malum cydonium sub cinere tostum cum oui luteo cocto, amygdalis que unà cum cortice contritis ex uino albo, sumito singulis diebus.

Ad conceptum.

Poliū in frictellas concisum si quotidie sumatur, conceptum iuuat 10. diebus conuis, uel quam capillum ueneris uocant.

Ad phthificos.

Deploratos phthificos urticæ semen adiecto exiguo cinnamomo ex melle sanat.

Ad dysenteriam.

Dysentericos sanant gobij pilces in aceto enecti, mox in aqua exiguo croco coniecto decocti, & commanducati.

Ad aluum emolliendam.

Durellæ semen lingue mensura ex iure sumptum aluum emollit, aquam trahit farina foliorum salicis drach. p. ex iure pota continuis diebus.

Ad scabiem.

Styrax liquida cum succo mali citrei si ungitur scabiem emendat. Aliter, sume ouorum gemina candida, argenti sublimati grana duo, cum aqua rosacea in paropsyde ligneo cochleario diu subacta, unguinis modum subeunt.

Ad infantium tineas necandas.

Ventrem illinito, aloë trita, cum farina thuris addito butyro & oleo terebinthinæ.

Ad oculos contusos.

Collisos oculos & cruentos sanat trifolij succus illitus.

Ad pedum callos.

Pedum callos sanat ammoniaco, gummi imposito intra quatuor dies. Idem prestare creditur anguillæ cutis imposita, aut aizoi folium.

Ad conceptum.

Conceptus iuuant secundæ arefactæ & contritæ, si bibuntur: umbilico quoque puer perij eo modo sumpto fecunditate facere promittit. Tradunt in cynorhodi spogia uermiculos inueniri, mares, et foemini, quot ex eo sexu uiui hauriuntur, tot concipi tradunt.

De membris in longa ualeitudine fractis & debilibus.

Oleum ex radice phu, ac chamomileum illitis membris, recreant corpora ex longa ualeitudine fracta, atque debilitata.

Ad hæmorrhoidas.

Succus porri cum ficu & hyrcino seuo subditis dolores, hæmorrhoidarum sanat.

Aduersus calculos in renibus.

Semē lappæ ex uino albo potum calculos in renibus pellit, nam & uescæ pariter creditur, limonis quoque succus cum maluz aqua potus idem prestare putant.

Sanguis.

Sanguinem reiicientibus.

Aqua nasturcij pota sanguinis reiectionibus prodest.

Ad icoris uitia sananda.

Iecoris poros aperit mellis lb. ʒ. seminis durellæ ʒ. 3. s. aloës ʒ. 2. quotidie enim id medicamentum mane sumitur utilissimum omnibus icoris uitijs.

Ad hæmorrhoidas.

Hæmorrhoidas sanant certo remedio galbani aridi ʒ. 2. ter ex aqua potæ, uel autori De mensibus nimium respondentibus. (testimonio.)

Menses sistunt uinacci nuclei triti, & cum ouo sorbili poti matutinis.

Ad ora uenarum fundentia sanguinem.

Eruginis ʒ. 2. myrrhæ ʒ. 6. stibis, opij, acaciæ, singulorum ʒ. 3. ex uino nigro in passillos digeruntur, & ex eo deliquantur.

Medicamentum efficacissimum, ad impetum humoris sistendum.

Id & oculorum lachrymas fluentes sistit, habet pollinis p. 4. aluminis, calchanti ana p. 1. s. trita cum oui recentis candido miscetur, panno q̄ extenduntur media fronte ad tempora uel ultra crassiusculo cataplasmate.

Quæ dolores hæmorrhoidarum sedant.

Ouorum lutea cum rosaceo ac croci exiguo: aliter adde opij ac mandragoræ ʒ. s. aliter philonium Tarfense calidum imponito.

Ad idem.

Butyri ʒ. 1. olei rosacei ʒ. 1. succi foliorū porri ʒ. s. rubricæ armeniacæ, sang. drac. gummi arabici ana ʒ. 4. myrrhæ, balaustrorū, rosæ aridæ rub. ana ʒ. 2. leui flama bene tunsa misceto, eo unguine tumores discutimus & dolore sedamur experimento certissimo.

Si menstrua importune fluant.

In uinum austerum nigrū rosam & balaustra infundito, adde aquæ tertiam partem, discoccta & percolata matutinis horis dabis ʒ. unciarum pondere, uuluas purgat, nucamentum nucis iuglandis cum uino potum ʒ. s.

Quæ aluum leuiter emolliunt.

Siliquæ alexandrinæ, atramenti recentis ʒ. 4. sem. psyllij mucilaginis ʒ. 3. mixorū quoque ac prunorū dulciū ana ʒ. 2. sem. althææ ac maluz ana ʒ. 2. cū mercurialis, epithymij, ac polypodij decocto addita sacchari penidiati lb. misturam facito saluberrimā, modus est uncijis ternis mane deuoratis, sine em formidine uerē molliat. Alij sene folliculorum ʒ. 3. interioris carthami ʒ. 2. crepula ʒ. 2. s. salis indici ʒ. 1. & olei amygdalini ʒ. 6.

Quæ hæmorrhoidas sistunt.

Profluuium hæmorrhoidarum id emplastrum sistit, amyli farinæ ex parietibus pisto. rij loci collectæ ana ʒ. 1. rubricæ armeniacæ, sanguinis draconis, aloës, sarcocollæ, thuris ana ʒ. s. cum oui candido recentis cum molli lana uel stappa aut golsipio imponatur.

Ad sudores euocandos commune auxilium.

Radix lappæ purpureæ digitali mensura trita cum uino albo tenui uel aqua potæ sudores euocat, sed uestimentis rger tegendus est, aliter fœniculi aqua ʒ. 3. uini ante scripti ʒ. 1. uel cretici uel rhetici, calida dari debent ieiunis.

Ad hæmorrhoidas, & menstrua sistenda.

Ea sistit gypsi farina cum oui recentis candido. Aliter, palmularum nucleorum cinis & ostreorum, atramenti sutorij ana ʒ. s. spodij, succini, sanguinis draconis, gummi arabici ana ʒ. 1. s. cum aceto rub. imponantur.

Ad uuluz conuersiones.

Croci, cyclaminis ana ʒ. 1. opopanax ʒ. 1. cum felle taurino uel uitulino pestos concici eo digitali longitudine. Aliter, crocinum oleum cum muschi odorati paulo & innatura lia infundito per noctem, mire enim subuenit uuluz conuersa.

Ad conceptum.

Suffitu ea sterilitati subueniunt, styracis calamitæ, gallæ mus. asari, nepetæ, ligni aloës ana drach. ʒ. conus cupressi ʒ. 1. in farinam bene tunsa digerito, & carbonibus iniecta per inferna suscipitur.

Pilulæ

Pilulæ quæ ad fecunditatem faciunt.

Floris genistæ, sem. apij, sem. petroselini, carui, artemisiæ, matricariæ ana ʒ. s. aloes ʒ. 2. salis indici, croci ana ʒ. s. singula bene tusa in ʒ. ʒ. aquæ artemisiæ infundatur, & rursus arefacta & tusa infundant in eadem aqua demum & tertio idem fiat, arefacta materia in pilulas digeratur, ante coenam singulæ pilulæ sumantur, uel intermissis quâdoque diebus, fecunditatem præstat foeminis sterilibus. Aliter, eboris ramenta ex eadem aqua ʒ. 1. s. ad fecunditatem faciunt semidrach. epota quinis diebus continuis.

Medicamen ad fecunditatem.

Pistaciorum, nucum pinearum, eryngij radicis ana ʒ. s. radicum tragi ʒ. 1. croci ʒ. 1. xyloaloes, galangæ, machir, glandis mus. garyophyllorum, myrobolani odorati, floris, mel lissophylli ana ʒ. 4. ramenti eboris, castæ odoratæ ana ʒ. 2. cum melle & saccharo bene trita ad unitatem rediguntur, ex eo medicamine ter in die datur deuorandum cochlearium matutinis ante prandium & ante coenam, sed prius perpurgari corpus necesse est.

Pessus ad sterilitatem.

Croci ʒ. 1. mulchi, succini odorati, xyloaloes ana gran. ʒ. sem. fraxini, in modum linguæ auiculæ, gran. 6. coaguli leporini quantum satis sit ad pessum conficiendum, is naturalibus inditur ante coitum.

Vaporatio ad idem.

Inferentibus id suffitu prodest, ladani cretici ʒ. s. galliæ musc. ʒ. 2. muschi, succini odorati siue ambræ ana gran. ʒ. xyloaloes, opopanax ana ʒ. 1.

Confectio ad idem, qua nimia uulvæ humiditas consumitur.

Seselis, sem. fraxini decorticati, ramenti eboris, sem. pastinacæ, napi ana ʒ. 1. cinnamomi, machir, garyophyllorum, galangæ, piperis longi, seminis crocini, rosæ, xylobalsami, onicis, hoc est, blactæ byzantiæ, maioranæ, pulegij ana ʒ. 4. mellissophylli, buglosi, corticis citri ana ʒ. 2. margaritarum unum, mulchi grana 2. sacchari albi lb. 2. quod uino cretico meraco diluendum est.

Medicamen quo tuto prænantium alius soluitur.

Succi mēthæ, garyophyllatæ ʒ. 4. agarici ʒ. 1. qui in prædicto maceretur succo biduo, zingiberis, rosarum aridarum ana grana 4. mannæ syriacæ puræ ʒ. s. per se in pilulas facile digeruntur, pituitas & aquas trahit sine uentris perturbatione.

Ad profluuiam alba mulierum.

Olei myrtini, lentiscini ana unciam, omphacini uncias duas, succini, spodij, sandali rub. triti, aluminis, gallæ, acaciæ, thuris, mænæ ana drachma s. cum ceræ exiguo leui pruna unguentum conficito, mox rursus succi rosarum ʒ. 3. commiscet, & spinam ter in die inungito. Ad id facit syrupus myrtinus ex aqua ferrosâ siue chalybis, ex qua etiam cibarum conficito.

Confectio ad idem.

Habet margaritarum ʒ. 3. pyrethri, thuris masc. mastichis, costi ana ʒ. 1. machir ʒ. 2. cum saccharo puro & aqua menthæ tragemata conficito. Aliud medicamen etiam si uiri eo uitio laborauerint, habet unguenti populei ʒ. 2. opij ʒ. 2. olei mādregorinæ, uiolacei, nymphetæ ana ʒ. s. miscebis, & spinam inunges.

Ad strumas.

Strumas sanat succus apij sæpe in die infusus, smiracis folio superimposito.

Ad pectoris fistulas persanandas.

Scabiolæ decoctum si mane bibatur, fistulas pectoris persanant.

Ad colicos dolores.

A colicis tuentur rusci baccæ ternæ tritæ & cum mero potæ.

Ad lienem apostemosum.

Radices urticæ ex aqua concoctæ, lienem apostemosum sanant.

Ad maculas post adustionem relictas.

Vernix dicta liquida & illita, maculas ab igne factas emendat.

Ad ulcera gallici morbi in cute enata.

Elleborum atrū cū axungia conterito salsa, adde uini fecem siue crapulam cum iride.

Quo

Quo medicamine infantibus aluum soluatur.

Elleboro bene tuso & uentri imposito, superaddito lineo panno uino cretico ma-
Ad lienis tumorem. (defacto.)

Nymphetæ radicis interior cortex ex uino decoctus lienem consumit. Lepus in farinam furno redactus mane ex uino cretico propinatus, quartanas sanare dicitur.

Ad conceptus.

Vmbilicus infantis qui sponte cadit quomodo in cibo sumptus, si ignorauerit mulier ad conceptum facit, si uero in brachialibus gestauerit, conceptus inhibere dicitur.

Ad urinam morantem euocandam.

Linum crudum ex sulis demptum cum foeminae urina calida feruens pubi impositum, urinam maribus ciet in stranguria. contra eadem fila cum maris urina si imponantur, foeminae pubi idem præstare dicitur. Video & muscum ex corticibus arborum butyro frictum & impositum mire ualere.

Ad quartanas.

Homini caluaria trita & nescienti in potu data, quartanas sanat, haud dubio experi
Quæ sugillata emendant. (mento.)

Cyminum liuores sanat cum melle impositum, sal item cum melle & aceto, cyclami ni radicem exacuato, & olei infundito cū ceræ exiguo in calido cinere seruefacito, et eo medicamine inungito: maioranæ succus cū melle sugillata oculorū emēdat, raphanus itē ex melle. Ascalonia cocta cum oui luteo oculorū liuoribus & sugillatis omnibus medetur. Eadē uitia delet cucumeris syluest. puluis ex melle illitus, cum melle illinitur et aloē.

In comitali morbo.

Inuenimus ea sacra uerba comitaliter lapsos sanos reuocasse uel repere: Si ergo me queritis, sinite hos abire.

Quid menstruas purgationes expediat.

Crocum cum lixiuo potum, & phascolorum quoque decoctum, Gal. autore, & nucamenta nucis quos flores deciduos alij uocant ʒ. f. cum meraco uino dari cēsent certo experimento, nam & inanē uterū strangulantē inhibēt. Inter cōpositiones ea laudatur, habet myrrhæ, lupinorum ʒ. 5. foliorum rutæ aridorū, menthastri, pulegij, carui, rubiæ, scordolaseris, sagapenij, opopanax ana ʒ. 2. ex fauinæ herbæ decocto in pastillos digerito.

Ad singultus infinitos.

Costi, croci, rosarum recentium, mastichis, spicæ ana ʒ. 1. asari ʒ. 2. aloes, opij ana ʒ. 1. cum psyllij melligene in pastillos diuidito.

Ad uentris dolores & cruciatus infantium.

Si ex incluso fuerit spiritu dolor, collyria tenuia quantum uoles conficito, habet castorei, seminis rutæ, baccarum lauri, cymini, florum anethi, æquo pondere in farinam digerito, mox ex melle & impuro saccharo collyria conficito, si opus est salis micam adijceto.

Pessus ad conceptum mulierum.

Coaguli leporini ʒ. 1. ramentorum eboris, sileleos pulegij, fraxini seminis, nepetæ, gallicæ mulchatæ ana ʒ. s. ladani gran. 6. muschi gran. 3. cum lana succida pessum conficito.

Ad ischiadicos.

Vomitu quotidiano ischiadicos à tormentis liberatos uidimus, sanat emplastrum in quo hyberis imbutur, nascitur iuxta monumenta et uiarum semitas, radice lignosa odore sinapis, minimo semine, folio erucæ simili.

Pro dysentericis potio salutaris, quæ & infantibus datur.

Aquæ rosacæ ʒ. 6. garyophyllorum, mastichis, rhussis syriaci ʒ. 1. in duplici uase leuiter decocta & percolata cochlearij mensura datur.

Pro macie consumptis.

Caudas cancerorum fluuiatiliū præparato p. ʒ. 6. seminis feris hortensis, acetosæ, sonchi, lactucæ ana ʒ. s. nucum pinearum ʒ. 2. pistaciorum ʒ. 1. s. interioris nuclei, seminis cotonei ʒ. 1. cum saccharo puro, & melle uiolaceo bene trita commiscebis.

Pilulæ ad mensium profluuiam.

Pilularū bdellij ʒ. 3. trochiscorū succini ʒ. s. carabe uocatur à barbaris, terræ leniæ, trochiscorum

Z scorum

scorum ac spodij pariter ana ʒ. s. camphoræ gran. ʒ. cum plantaginis succo in pilulas diuidito.

Pilula pro podagricis salutares.

Continent hermodactyli radices, agarici, tripolij siue turbitih, interioris colocynthidos, diagridij, aloës, balani citrini, euphorbij, oppopanacis, sagapenij, semini rutæ, apij ana ʒ. s. croci, zingiberis, mastichis, cinnamomi ana ʒ. ʒ. ʒ. cum aqua saluæ, uino meracissimo, & syrupo stœchadino, pilulas conficito, inter præcipua auxilia.

Ad conceptum foeminarum.

Ceruinum penem aridum in farinam redactum oboli p. à coitu foem. dandū censent.

Ad urinæ stilliciā.

Aristot. sententia echinus mire urinæ stillicijs prodest: inuenio & pedis leporini ossis cinerem ex uino potum urinam ciere. Nam & hederæ corymbi triti ex uino poti, lapidem exturbant, & dolori subueniunt.

De spongia rosæ syluestris in fluxu uentris.

Ventris fluxum cohibet rosæ syluestris spongia trita ex uino austero pota.

In colicis doloribus mira experimenta.

In desperato morbo subuenisse compertum est, gallinaceo fimo duntaxat albo ex uino meraco pota. Inuenio & lappæ purpureæ flores ex uino dari certo experimento, & eius radicem arida digitali mensura tritam ex aqua potam in lateri doloribus desperatis ægros liberasse uidimus, nam miro modo sudores euocat & protinus sanat.

Ad urinæ incontinentiam.

Tam sanat aqua ex forbis facta & pota continuis diebus, sed modum seruato.

Ad uulæ dolores inanes & strangulationes.

Sive sine humore pernicioso dolet uulua, fimum murinum cum cinnamomo potū, ualere constat: bitumen olfactum discutit cum uino & castoreo.

Ad alba mulierum profluuia.

Spicæ nardi celticæ, ligni aloës, asari, anisi sem. ana ʒ. ʒ. ʒ. rubiæ radices, sem. melopeponis, cucumeris, alicacabi ana ʒ. ʒ. ʒ. cum saccharo & aqua alicacabi tragemata conficito, sed commode imi lumbi inungantur eo unctulo, habet olei nardini ʒ. ʒ. ʒ. rubiæ seminis, pœoniæ, xyloaloes ana drach. s. muschi gran. ʒ. ʒ. si uitium ex cotyledontum ruptura, aut resolutione, mitigant dolorem iuniperi baccæ in uino albo cum cinnamomo decoctæ & subditæ: flores item aridi pulegij inditi.

Ad iuncturarum dolores.

Terebinthina pura, quam lachrymam uulgi uocat, quoquo modo mane deuorata duum drachmarum pondere iuncturarū dolores sanat, & inueteratos iuuat ex ouo forbili, haud difficulter sumitur.

Ad quartanam experimentum, ex Vallameo

Folliculorum senæ, cochlearinum ex absinthij decocti ʒ. ʒ. ʒ. sumito mane, per aliquot dies ex interuallis & ante febris quartanæ accessionem, oleo laureo spinam inungito, & si aloës drach. addideris cæteras febres sanabis. Ex Plin. bituminis ʒ. ʒ. cum hediosmi ʒ. ʒ. & myrrhæ obolo, mixtis.

Ad quartanam difficilem.

Post periodum mane dabis ieiunis catapotix hortensis semina quina, aut septena trita cum ternis garyophyllorum ex mero, materiā enim euocat uel superna, interea spinam eo unguento inungito habet succi rutæ ʒ. olei scorpionum ʒ. ʒ. uini. † Rhetici tantundem, eadem feruefacito donec humor euanescat, postremo ceræ exiguum addito.

Ad podagras.

Corticū radices ebuli succus, olei uetusti æquis portionibus solibus æstate perficiantur in dolore brachiorum ex catarrho.

Eiusdem ebuli folia in olla cocta & imposita triduo dolores sanat.

Ad strumas.

Scrophæ à partu simū ex melle illinitur, & nescienti in frictillis dari censent, sed oniscæ ceteripedes dictæ quæ sub hydrijs nascuntur cum rubigine ferri cōtrix & illix sanant.

Ad fistulas

Ad fistulas & tibiæ ulcera quæ cacœthe uocantur.

Thuris manna cum myrrhæ & aloës ac cypri floribus aridis æquis portionibus in puluerem redactam imposito, sed uino colluere ulcera prius opus est.

Ambusta sanat tale ungenti genus.

Interioris sambuci corticis succi ʒ. ʒ. ʒ. thuris, myrrhæ, mastichis ana ʒ. s. olei rosati ʒ. ʒ. ceræ ʒ. ʒ. lenta flamma feruefiant: id quoque medicamen mammæ tumores & duricias, & cætera uitia sanat.

De crurum longa resolutione.

Quidam mercator longa ualitudine cruribus debilitatus crebra alui infusione sanatus est, trochiscos diacolocynthidos frequenter cōmisceri iussit, unde phlegmaticū uelut gelu per aluum emittebat.

De quodam miro ad carcinomata experimento.

Quidam medicus chirurgus latericio lapidi candefacto aquam aluminosam infundebat, refrigerato lapide ac pendente aqua destillantem colligebat, in ea intinctū lintecolum mundi ulceri superimponebat, mire in cancri modū carnē paucis diebus ex omni parte suffumigium ad tussim per hiperpocompon. (conuulsi.

Recipe florum cucurbite aridorum, ac uerbasci lutei floris aridi ana ʒ. s. auripigmenti ʒ. ʒ. bene triti & commixti, prunis conijcitur, ita ut per os fumus hauriatur. Ius cancerum in potu haustum lac nutricum auget. Lanugo lintei mundi abrasa carnem ossibus nudis excrecere facit.

Pilula in podagris utiles si à materia frigida & humida fuerint.

Habent aloës præparati uncia, interioris colocynthidos, hermodactyli ana ʒ. ʒ. ʒ. turbitih ʒ. ʒ. rheum pontici optimi ʒ. ʒ. ʒ. diagridij dimidium, cum succo rosarum in senas uel septenas drachmarum diducito, coenaturis dabis singulas, aut binas.

Ad eandem fomentum maximi ac ualidissimi auxiliij.

Balineorum fontium quales in Parauino Appono habentur, limi arefacti ʒ. ʒ. ʒ. propterea ualitudinarij domi multum limi habeant: conus cupressi, gallarum ana ʒ. ʒ. ea cū aqua chalybis feruefacito bene, donec medietas super sit mane & uespera mēbra fouebis dimidia horæ spacio: mire dolores leuant, & imminentes tumores abigunt.

Ad hæmorrhoidas.

Arabius lapis ebori similis crematus hæmorrhoidas sanat, cum lanugine linteorum lintecolis superimpositis.

Pilula ad podagras.

Hermodactylorum, agarici, turbitih, diagridij, colocynthidos interioris, aloës, balanorum citrinorum, bdellij, sagapenij ana ʒ. ʒ. ʒ. castorei, sarcocollæ, euphorbij, oppopanacis, seminis rutæ, apij ana drach. s. croci, mastichis ana ʒ. s. & grana ʒ. ʒ. cū aqua saluæ, uino meraco, aut stœchadino syrupo, quantum opus sit ad ea cogenda.

Pilula mirabiles capiti, pectori, stomacho, iecinori, renibus, uescicæ, uulæ, & articulis utiles, ac oculoū claritati picuitā & bilē subducentes.

Habent aloës ʒ. ʒ. turbitih, agarici, diagridij, floris stœchadis ana ʒ. ʒ. ʒ. interioris colocynthidos ʒ. ʒ. ʒ. rheum pontici delecti, balanorū citrinorū, kebulorumq; ana ʒ. ʒ. ʒ. seminis foeniculi ana ʒ. ʒ. ʒ. cinnamomi, xylobalsami, asari, spicæ, croci, garyophyllorum, machir, glandis muscatæ, succini, myrrhæ, sileris, sem. rutæ ana ʒ. s. aquæ radices pœoniæ, uini meracioris, ac syrupo stœchadino eo modo quo diximus in pilulas digerantur, à primo somno sumi debet drachmæ pondere.

Pilula quotidianæ quæ uentrem subducunt.

Aloës ʒ. ʒ. ʒ. agarici ʒ. ʒ. salis indici ʒ. ʒ. ʒ. polypodij, epythymi ana ʒ. ʒ. ʒ. diagridij ʒ. s. bene trita in uiolarum succo macerentur, sub sole aut subgrundijs exiccata rursus macerentur, alij ter id faciunt, demum cinnamomi, ac mastichis drach. s. addūt, & in pilulas massam diuidunt, ex quibus ante coenam singulas, aut binas dabis.

Medicamen in frigida & humida discrasia.

Mane id sumendum est, habet electuarij indi. ʒ. ʒ. ʒ. turbitih ʒ. s. hermodactylorū, gran. ʒ. ʒ. ʒ. zingiberis ʒ. ʒ. ʒ. diagridij ʒ. ʒ. ʒ. cum cinnamomi decocti ʒ. ʒ. ʒ.

Z 2 Syrupus

Syrupus in tertianis febribus.

Et si alio loco mihi dictum sit de febribus, hanc tamen portionem subiungam quæ in tertianis periodicis quotidie datur: habet succi polygonati, plantaginis radicis ana ℥. i. s. cuscutæ, sinapis albi seminis ana ℥. i. feruefacito & percolato succo adde sacchari quantum uis, ante paroxysmum datur duum horarum interuallo, tertia portione cõualuisse plurimos uidimus.

Confectio ad maciem.

Carnis capi uel gallinæ iuuentis lb. i. si in aqua hordeacea cocta fuerit, amyli ℥. 3. olei amygdalini dulcis lb. i. ouorum recentium cãdida numero 10. Ea leui flãma decoquantur præter carnem, sed caue'ne candidum oui nimium indurescat, cui sacchari albi contriti ℥. s. cõijcito, rursus leui prana feruefiant, postremo carnem contusam immergito leuiter quæ rutabulo misceto cuncta, & in pastillos diuidito, quacunque hora assumi potest, ualidissimo enim alimento corpora auget: addunt alij succini clari, tragacãthi, gummi arab ana drach. i. glycyrrhizæ, nucum pinearum, myxorum, pistaciorum, amygdalarum, passulæ ana ℥. i. seminis cucurbitæ, melopeponis, cucumeris, seminis papaueris albi, lactucæ, portulacæ, gottonij, ana ʒ. 2. sed his additis adde sacchari ℥. 6. & eo modo quo prius dictum est conficito.

Oleum ad puerorum ulcera.

Ouorum lutea elixa 16. myrrhæ drach. s. ellebori nigri, grana 4. in patella ferrea coniecta leui pruna commiscetur ferrea ligula, tum lutea comprimito, & oleum eximito, donec despumescere incipiat, in uas uitreum oleum conijcito, & ad usum seruato bis die ulcera illinito, & crustæ sponte cadent.

Medicamen quo atra bilis tuto trahitur.

Habet diasenæ drach. 6. salis indici, lapidis armeniaci, & cærulei ana gran. 2. cum sero caprino propinetur.

Vnguentum ad hæmorrhoidas quod experimento multi nobilitauerunt.

Rubricæ armeniacæ, sanguinis draconis, mastichis, gummi arabici ana drachmæ tres, myrrhæ, rosarum rub. aridarum, balaustrorum ana drach. 2. bene trita cum butyri uncia una, olei rosacei tribus, succi foliorum porri drach. 4. succi filipendulæ uncia 4. igni ad unitatem redigas, hæmorrhoidum tumores discutit & dolores sedat, & rhagadas sanat illitum, id sæpe experti sumus.

Ad neruorum infirmitatem.

Corymbi hederæ, stœchados, saluæ ana p. æquales in aqua saluæ feruefacito, & in eo decocto infunde olei uetusti par. duas, rursus ad cõsumptionem aquæ decoquito, & seruato ad usum.

Ad scabiem.

Oui luteum unum, rosacei tantundem, sulphuris quantum cogi potest illinito.

Ad tineas faciei.

Mulierum desideria omisimus de industria, sed tineas faciei sanari, autore Plinio, docuimus: mastos herba uocatur indita tineas faciei aufert, aliaque uel cutis uitia emendat, qualis herba sit incompertum habeo.

Cuicunque dolori, & collectioni inflammationi que auxiliu ingens.

Psyllij semen refrigerat & discutit ex aceto & rosaceo, aut posca fronti & temporibus in dolore illinitur, acerabuli mensura in sextario aquæ, tunc terere oportet & crassitudinem illinire cuicunque dolori, collectioni inflammationi que.

Ad scabiem.

Habet succi inulæ, lapacij ana uncias tres, nitri, lithargyri, mastichis ana ʒ. i. calchanti, aluminis ana ʒ. i. argenti uiui extincti cum salua drach. i. butyri ʒ. 2. s. terebinthinæ ʒ. s. arida bene trita facito, & lenta flãma feruefiant donec omnis absumatur humor, ubi scabies fuerit illinito ante focum.

Quæ ambustorum dolorem mitigant.

Habet olei rosacei uncias duas, lutea ouorum sex, croci, grana sex, mixta illinito, alij p. 3. armeniacam rubricam addant.

Ad adu.

Ad adustiones aquæ uel ignis.

Sume rosacei & omphacini ana uncias 6. ceræ albæ, lithargyri despumati, cerussæ ana uncias duas, amyli ʒ. i. s. ceram prius cum oleo dissoluito. atque in strychni aqua infundito terere colluito, mox reliqua bene trita commisceto. At eicharã remouet id emplastrum, continet cerussæ uncias tres, & camphoræ drach. i. aquæ rosacæ ʒ. i. s. amyli unã cum binis ouorum candidis, unã componito.

Quæ foeminum attrita sanant uel in pueris ab urinæ adustione.

Sume oui candidum, rosacei unciam unam s. lithargyri despumati drach. 6. in plumbeo mortario dissoluito bene. Id erysipelas quoque mitigat, earum partiu uel sub alis, labijs que si oriuntur.

Quæ scabiem & cutis uitia emendant.

Habet succi rutæ, styracis liquidæ ana unc. i. s. salis ʒ. s. rosacei ʒ. ceræ exigua, in plumbeo mortario conterito diutius, ulcera quoque ambulantiã & exedentiã erysipelas pariter sanat.

Emplastrum quod ulcera adurit & exest, ac escharam facit.

Habet unguenti resinati, & citrini, ac argenti uiui sublimati ana par pondus, misce diligenter, caut erij uicem obtinet.

Si caluaria sine uulnere contracta fuerit.

Continet opopanax drach. 4. gummi hederæ ʒ. 5. bdellij ʒ. resinæ duas, olei rosacei ʒ. 4. ceræ quantum opus sit, addunt aliqui terebinthinæ ʒ. 6. ammoniaci que quatuor.

Ad uerendorum ulcera medicamen.

Sume cadmiæ præparatæ ʒ. i. mastichis, thuris ana drach. 2. ceræ albæ drach. 4. rosacei quantum satis sit, quidam pro cadmiã lithargyrum sumunt, id enim dolorem mitigat, exiccat, feruorem sedat, & ad cicatricem perducit.

Contra carcinomata, & ulcera erodentiã.

Habet cadmiæ præparatæ, cerussæ ana ʒ. i. lithargyri dimidia, mastichis, sandarachæ, sarcocollæ ana drach. 2. rosacei ʒ. 6. ceræ albæ ʒ. i. s. olei cum cera igni permisceto, mox semper uiui succi ʒ. 4. rursus feruefacito donec succus euanescat.

Ad paronychia digitorum.

Continet olei lentiscini, rosacei ana ʒ. 2. antimonij drach. i. cerussæ elotæ, plumbi usti ana drach. s. cadmiæ præparatæ drach. 6. ceræ albæ ʒ. resinæ ʒ. i. ter lotæ in uino meraco.

Vnguentum ad ischiadicis dolores.

Habet ammoniaci ʒ. 6. sagapenij, opopanax, bdellij ana drach. i. s. cyclaminis radicis, hermodactylorum ana ʒ. i. s. calchanti cærulei ʒ. i. s. cum cera componuntur.

Ad perpetuam ualitudinem tuendam.

Aristalthæ succi drach. 5. siue althæ aut malux, si quotidie quis sorbeat, omnibus morbis cariturum pronunciant.

ALEXANDRI BENE

DICTI VERONENSIS PHYSICI, DE MEDI-

ci atque agri officio, aphorismorum siue collectionum

Liber unus.

Capitulum primum.



Oni primum medici est (præter ea quæ religioni necessaria sunt) non multos ægros suscipere. Varijs enim morbis & mens opprimitur, & corpus fatigatione continua languet. Prudentis medici est insanabiles ac desperatos morbos non curare, ne hominẽ occidisse, qui sorte sua interiturus erat, existimetur. Dubias ualetudines sine certa tamen desperatione suscipias, necessarijs tamen indicare oportet rem in difficili esse, alioquin uel artem malo utinci, uel te errasse indicio sit. Satius est tamen omnibus in rebus anceps auxilium experiri quam nullum, plurimorum sententiã. Vehementi malo, uehementi omnino auxilio opus est. Succurrendum semper parti maxime laboranti. Cauendum est in secunda ualetudine, ne aduersæ auxilia conlumantur. Occursurus morbo nullus est qui originem ignorat. Histronis est exigui momenti morbum tollere, quo plus exinde præstitisse uideatur. Morbus quãdoque qui per se exiguus est, maior curantis negligentia fieri solet. Non omnibus eadem remedia conueniunt, acciditque ut quos ratio non restituit, temeritas quandoque adiuuet. Medici officium est, ut tute, ut celeriter, ut iucunde curet, uerum periculosa esse constat nimiam festinationẽ & uoluptatem. Peregrina remedia semper querere, & præciosa duntaxat, impudentis est ostentationis. Cathartics uti uenenatis periculosum est, unde ad testamentorum insidias sæpe oboritur occasio in qua re & officinarum fides necessaria est. Aegrotantis proprietates nosse oportet, cuique ue amica quæ ue inimica sint intelligere. Remedia naturæ munera non offendere, & in arcanis habere non docet, perfidie atque auaritiæ crimine manifesto. Alienam miseriam pudoris sociã indicare nefas est. Magni medici se quandoque errasse simplicibus cõfiteatur, ne qui eodẽ errore quo illi decepti sunt decipiantur. Cætera præsidia superat ægri gaudiũ, atque animi securitas, & si in pudore medicina quãdoque inueniatur. Aeger obsequens esse debet domesticis, medicoque præcipue q̄ falli nullo modo debet, occulta enim intemperatiã soli ægro periculum imminere certum est. Nec cuius præsidium proficere, ualetudinis desiderio statim credatur, solis medicis occidendi impunitate relicta Carnificis est, pendentibus, fatis, & inter ipsos cruciatus ingens præcium exposcere, uel morbum protrahere, uel duntaxat euomere, ubi extrahere omnino opus est. Barbari bene merentibus, grauiã non referunt & ualetudine cõflicantes multa promittunt, ad uitam exinde reuocati conuictijs inuicẽ prosequuntur. Famosi ueneni uires, aut abortiendi modũ uel quæ conceptũ inhibeant indicare scelus est. Dubiã ualetudini assidere medicus debet, & uenarũ pulsũ uires sæpe perquirere, cæterasque notas inspicere, qui & si Ieralis scientiæ haud ignarus sit necesse est. Erga quæ bona sunt auguria denũciare debet, si quod tamen malũ minatur infirmitas, necessarijs tantũ significare fas sit. Simplicium effectus tenere summa cura debet, ex quibus cõposita & nobilitatis & plebis auxilia, inuentu etiam facilia habentur. Periti medici, manum non protinus ut ueniunt apprehendunt, sed primũ hilari uultu residet, sermone leni sollicitudinem submouent, nam & medici conspectus, ac alia multa de facili uenarum rationẽ turbant. A recta ratione nunquam discedendum est, & si nihil prodesse uideatur, sic ab inceptis pariter peruersis statim, & si nihil obfuisse cernantur. Varijs auxilijs morbus expugnandus est, alioquin consuetudo naturam facit. Prodest denique ægro in medendo spes fidesque.

Collectionum, Cap. II.

Morum contrariæ qualitates contrarijs expelluntur. Intemperantẽ morbi qualitatẽ uehementi, & mediocrem mediocri auxilio curare debemus. Vehementiora medicamenta, membris remotioribus conueniunt. Superiora intestina superne, inferiora iniecto clystere commode sanantur. Validissima causa est quæ morbum habi-

habitudini corporis contrarium excitat. Vbi natura repugnat, parum medicina prodest. In acutis morbis ægre proficitur, nam & profectus omnis tempore expletur. Ex multa fame nimia satietas, aut ex multa satietate fames damnatur. Ex nimio quoque labore subito ocium, aut ex nimio ocio subitus labor sine periculo non est. Cum quis mutare aliquid uolet, paulatim assuescere debet. Ex itinere fatigatis, uel labore sudantibus, aut à balneo uenientibus, frigidi potus perniciosissimi sunt. Ex tempestatibus pessimæ sunt, quæ uariant maxime, obiter autumnus plurimos opprimit. Corpora ætate relaxata subito frigore excipiuntur. Senectutem longiores morbi exercent, acutis adolescentia implicatur. Si quis plenior, spectosiorque, ac coloratior supra cõsuetudinem factus est, sine suspitione esse non debet, quandoquidem neque in eodem habitu subsistere, neque ultra progredi potest, fere igitur ruina quadam reuoluitur. In omnibus corporis affectibus longior distantia tutiorem curationem promittit. Si uero materia omnis effusa est, propinquitas præfertur. Priusquam in diuersum materiam abducas, membri dolores sedato. Cauendumque ne ad principalia uiscera eadem superferatur. Principalia corporis membra medicamentis de facili læduntur. Cerebro ac secori frigidiora non sine metu imponuntur, quæ & nervos offendunt. In periculosis morbis, in quibus uirtum deliquium timemus, dilatis auxilijs, à uehementiori cathartico incipiendum est, alias leuiores utendum. Locorum transitus ex graui in salubre utilis est. Media hyeme aut æstate aluum trahere, aut secare, aut adurere malum est. Maxima medendo difficultas est, cum causa eiusque effectus contraria auxilia requirant, ut colicis cruciatibus contingit. Senibus tremulis nihil profunt medicamenta. Scammonium medicinas omnes exacuit, quod & stomacho inimicum perhibetur. Frigefaciendi et excalefaciendi, par tempus est. In illo metus, in hoc audacia maior, calidis enim natura gaudet. Humectandi, atque exiccandi uires pari motu feruntur, uerum hoc uelocius euenit. Natua caliditas humido temperato gaudet. Sponte exiccari corpora non mirum est, calefieri uero naturale non est. Vehementior caliditas materiam in lapidem conuertit, si corporis meatus introclusi sunt. Habitũ corporis frigidum calefieri haud facile est, si iam constiterit, si increfcit quã facillime. Frigida rursus habitudo initio celerius cedit calidis, quã calida frigidis. Calida corpora ægre frigeunt, ægrius uero frigidiora calidis uincuntur. Immodica corporis frigiditas, mortis imaginem refert.

Immodicus calor siccitatem contrahit, frigus uero humiditatem. Ocium ac balneo rum usus corpus humidum reddit, quod & uinum modice epotum efficit.

Collectionum, Cap. III.

Tenuioribus magis sanguis, plenioribus uero caro magis abundat. Tenuiores sanguinis detractionem facilius sustinent, pinguiores læduntur. Vires corporis magis ex uenis, quã ex ipsa specie dignoscuntur. Mittere sanguinem usum habenti expeditissimum est, ignaro uero difficillimũ. Ex omni humore nihil sanguinis dimissione nocentius. Arteria incisa neque coit neque sanescit, ut sanguis uehementer erumpat efficit. Ex larga sanguinis detractione mali generantur humores. Missio sanguinis aded non prodest, ut etiã interdum maxime noceat. Eadem si quã largissima sit aluũ sapius silit. Interest non quæ ætas sit, neque quod utero geratur, sed quæ uires sint, imbecillo enim cuique male sanguis emittitur. Integra atque exigua sanguinis materia, reliquis uiciatis humoribus male demitur. Venifex qui parcius aut timide uenã incidit uires tuetur, uerũ quandoque crassior materia intus retinetur. Qui cõfidentius latũ uulnus infert, serius id sanescit uelociusque animæ defectũ inducit, uerũ magis expurgat. Latiores scalpelli hyeme, ætate acutior esse debet. Supinis uena incidenda est, ne animo deficiat. In febre ardenti detractio sanguinis quãdoque obest. In febribus, quibus neruorum contractio nes accidit à sanguinis detractione abstinendũ est, & si necessaria alioquin uideatur. In periodica febre modicus demitur sanguis, si rigores præsertim uehementissimi sunt. Bilis furor atque pituitæ cruditas importunam sanguinis missionem sequitur. Certum tempus non circumseribit sanguinis dimissio, obiter ruptis, cõuulsis, ex alto delapsis, qui et si paulo ante cibum sumplerint, protinus demenda materia est. Adolescentibus exiguam sanguinis mitti conuenit, neque ulli post longos morbos, aut à crapula.

Z + Ventri-

Ventriculo aluoq; astricta, metus est sanguinem extrahere. Fastiditis tedium abstergendum est, uenifex priusquam uenam incidas, ex qua largius profluuium & si raram est, quotidiana extractione quæ modica sit, nocentius est. Hyemem austro perflante sanguis recte mittitur. Tardius sanescit ictus quo quis magis dolet. Post sanguinis dimissionem cibo modico utendum est, in qua uehementer deligare, & præteritos ictus non uitari, importunum est. Obesis deliganda brachia sunt uehementer, macris laxius. Profluente sanguine raro, suppresso frequenter anima deficit, nisi largius educatur.

Collectionum, Cap. IIII.

Humecta atq; calida corpora alui deiectionem haud difficulter ferunt. Aluus cieta, macris, tenuibus, membrisque mollibus nocet. Biliosis alui deiectione grauis est, ac præparce uiuentibus. Importuna dormitio neruorum contractionem minatur. Pueris senibusque temerarium est aluum soluere. Hyeme acæstate ægre uenter soluitur. Insuetis plurimum obest deiectione. Materie motus modum indicat, stomachi namque fastidium uomitum suadet, uentris punctiones alui ductionem inuitant.

Membris certi meatus sunt, uesica, iecoris gibbo, cauo intestina respondent. Immodica exinanitio quam plurimum malas febres exiccat. Ventre à fluxu præmature confirmato ac morbo aliquo ob id superueniente aluum concitare rursus oportet.

Materia quæ unius nature est, in uentre facillime continetur atque perficitur, quæ uero uaria sunt, uario uentris motu contrahuntur. Qui recta uictus ratione uixerit, nec uomitu nec alui ductione eger: Assumpta sapius medicamenta, ubi sanguinis missio necessaria sit, febres faciunt, ob id præpostero usi sunt modo qui à prima purgatione non quieuerunt. Biliosis, uomitus catharticumque, mox ocium prodest. Cum bilem ruffam trahimus, & scammonio opus est, quod myrobalanum dicunt addimus, ut uirus auferat. Ventrem deiscere, ubi intestina apostemata sunt damnantur. Febre correptis aluus soluta salubrior est uomitu. In uentris fluore, cum incocta profluunt uomitus nocet. Ventrem aut uomitum concitare, cui corpus integrum est, uertigines uentrisque dolores facit, maleque materia soluitur. In uomitu aut alui deiectione, uno exinanito humore & alio incipiente, corpus recte purgari, indicium est. Apurgationibus somnus plenior, ægrum magnifice exonerasse ostendit. Sitis quoque uehementior bene purgati infirmi nota est. Quæ ex naribus medicamine extrahuntur hydropises extenuant. Torti, hoc est, inexplanatæ linguæ, uehementiora medicamenta male sustinent. Qui cathartici non assueuerunt, his non uti debent, neque stomacho defecti, quibusque humor lentus est ac tenax. Si præcordia tenta sunt, cathartica assumpta nocent. Inflammatis humoribus, oppilatisque meatibus, medicamenta non dantur, donec corrigantur. Qui exstagno aquam bibunt, qui que liene non laborant medicamenta facilius ferunt. Ante uentris purgationem somnus prodest, uires enim intendit. Ab imbecillibus cathartici uigilia præferuntur, somno enim medicaminis uis remittitur. Epoto medicamento exercitationes malæ sunt. Qui calidæ atque infirmæ habitudinis sunt, crudique stomacho, pituita aut rhoitonis conuenit, mox medicamento tutius utuntur. Cathartica syrio ardente febres afferunt, à quarum potu comedere aut bibere siue dormire nisi exacto opere, nocet, alias uentrem contrahunt.

Pilule cum ijs quæ eiusdem effectus sunt cogi debent. Oris resolutio aluo cita sanatur. Duobus uti cathartici in die temerarium est. Longinquo materia difficiliter attrahitur. Salis plurimus usus, ante catharticum nocet. Senectuti, ac quibus infirma ista sunt, deiectiones obsunt, quæ interdum aluo cita tentantur. Iecoris dolor qui à sanguinis dimissione aut uentris purgationibus accidit, aqua calida pota sanatur.

Quotidiano medicamentorum potu natura uitatur, obiter qui ijs assueuerunt quamcunque periclitari certum est. Siccæ habitudinis corpora acriori medicamento laeduntur. Si aluus leui medicamento non mollitur, quies indicanda est. Vbi sanguinis missio sola mederi potest, medicamentum superaddere malum est, inflammationes enim facit. Pilule uetustate indurata pessima sunt, nec nimium recentes laudantur.

Collectionum,

Collectionum, Cap. V.

Cibi potusque crassæ materie damnantur, uias enim corporis intercludunt. Nihil ægrotantibus utilius tempestiua abstinentia, quæ tempore & modo & genere quæritur. Aeger neque superuacua materia onerandus est, neque imbecillitate perdendus. Cibus simplex laudatur, saporis & condimenta perniciofa. Plurimo cibo indiget qui increfcit. Qui nimio cibo utuntur, corpora non augent. Valentissimæ materie cibus uti debent athletæ agricolæque. Valetudo ignota, aut inedia uincitur aut indicatur. Omnis cura ratio contrarijs præsidijs curatur, uerûtamen abstinentia uictusque ratio sine periculo plerunq; sanat. Afame, cibo plurimo ac malo uti perniciosum est. Quo acutiores morbi sunt, eo minus cibo indigent. Si quis in acuta ualetudine linquit animus, ab imbecillitate reficimus, nec largius quidem. Quæ genitale semen augent, lactis quoque abundantiam faciunt, quæ è diuerso genituram extinguunt, huius quoque inhihent copiam.

Collectionum, Cap. VI.

In febre ardenti frigidâ dari largius uetamus, si stomachus imbecillis est. Si inter morbi initia materia nimium feruet, statim ducenda, alioquin digerenda. Instatibus quartanis theriaca præclare medetur. In quartanis nunquam neruorum contractiones fiunt in quibus & diaueratrum datur, & in tertianis diafcamonium, circuitus enim soluunt. Panis frigida madens febricitantibus appetentiam excitat. In acutis febribus uehementes dolores periculum minantur. Alba urina incaufode dolorem capitis nunciat. Causodem subitus horror resoluit. Senectutem ardens febris raro solet offendere, alias perniciofa. Ipso accessionis die nihil præter uomitum tentandum. In febre cibus offerendus non est, nam quod non integro corpori infertur, de facili corrumpitur, inter omnia tamen tempora inclinante febre minus damnatur. Instante morbo satius est quam incipiente: omni tamen tempore defectis subueniendum est.

Collectionum, Cap. VII.

Capillorum defluuium quod ætate contingit, nunquam restituitur. Sanari non potest cui cerebrum membranaque incisæ sunt. Percussio cerebro uel membrana, biliosus uomitus insequitur, ac nerui distenduntur. Urina ueterinaria similis præteritos capitis dolores ostendit. Frontis dolore, quod ob similitudinem ouum dicitur, in faciem dormiunt. Ventrem mollire, capitis doloribus utile est. Immodicis uigilijs tussis intercedens, mortifera est. Obliuio quæ sanis sponte prouenit, comitalem morbum aut lethargiam, aut apoplexiam denunciat. Ulcera quæ insanientibus accidunt, pestifera sunt. Vertiginosis senibus apoplexia facile imminet. Si in comitali morbo mens laxa est, aut neruorum facta resolutio, ualetudini spes non est. Morbus comitalis ante pubertatem ortus quandoque finitur. Apoplexiam prænunciant nocturnæ supressiones, quæ & morbum comitalem, uel insaniam præsagiunt. Dementia sæpe in comitalem morbum uertitur, aut contra. Morbus comitalis frequens, exitialis est, quem neruorum contractiones antecedunt. Melancholicis sanguinem frequenter dimittit, apoplexiam uel similem morbum portendit. Apoplexiæ si febris accidit, ubi abscessus causa non fuerit, triduo æger insepultus esse debet, quo decretorio quandoque tempore morbus finitur. Neruorum uitia tolluntur plurima si occipitio studeat. Ebrietas neruis nocet, & conceptum inhihent. Qui colicis sæpe laborant, ij neruorum resolutionem incurrunt. Infantium urina tiris, neruorum contractionem uel resolutionem prædicit. In uulnere neruorum contractiones exitiales sunt, & quæ ex arefaciente causa oriuntur. Frigida ætate superiniecta membris, frigidam neruorum materiam discutit, si uires adsunt. Cum stupent crebro membra exitium denunciant. Cum membri stupor perseuerat, neruorum uitia præflagit. Timere ex somno, mali morbi indicium est. Somnus statim à crapula, aurium uitis nocet. Destillationes frigidæ herbæ maturantur, calidæ accenduntur. Quibus capitis destillationes fluunt, raro pleuretici fiunt. Austris caput humorem sæpe recipit, qui mox aquilone sine intermissione destillat. Sternutamenta partum adiuuant, conceptum uero expellunt. Vbi sternutamenta frustra tentantur, uires corporis inualidæ sunt.

Collectionum,

SI cum oculorum uitij capitis dolores sunt, hi prius discutiendi, mox oculorum malis mederi oportet. Nihil oculis coitu nocentius. Crapula nocet oculis, magis quæ quæ cibo statim dormiunt. Supinus somnus, ac uigilia moderata oculis profunt. Sanguinis frequens dimissio oculorum claritati obest. In epiphoris oculorum, uel eorum uitij omnibus, caput oleo perungere, aut auribus instillare perniciosum est. Lippienti medetur deiectione. Frequentiores in cibo lactuce claritati oculorum nocent. Surditati ueteri difficulter succurritur. Surdi quandoque fiunt ubi biliosus fluxus uentris subterit. Surditati aurium nihil biliosa aluo utilius. Faucium tumoribus, sub lingua uena utiliter secatur. Angina in peripneumoniam quandoque uel in præcordia tendit, ac perimit. Qui angina morbo intereunt, ijs prius nerui contrahuntur. Aurium purulenta importune per sanata uertigines oculorum excitantur, redeunte haud dubio tolluntur.

COR nullo abscessu afficitur, quod si diu mala habitudine affligatur, nunquam sanatur. Defecti uino statim recreantur. Vinum dilutius pueris, senibus meracius conuenit. Crocum, cordis uitalibus medicamentorum uires defert, stæchas uero capiti. Febres putridæ cordis caliditatem & humiditatem arguunt. Materia quæ peripneumoniam aut pleuresim facit, si ad cordis uitalia pertinet, protinus necat. Humorum omnium superuacua exinanitio, cordis uires offendit. Corde sponte frige factu aut calefacto are factotie, phthisis certam originem habet. Cor humectum febre putrida sæpe periclitatur. Circa præcordia ortis ulceribus, sanguis ex sinistra nare profluens, mortem subitam prænuñciat. Immodicus cordis tremor, animi prius defectum mox interitum affert. In cordis affectibus auferre causam, ac quæ hilaritatem custodiunt addere oportet. Odo rata omnia cordi conueniunt, foedi quæ odoris locorum cruciatibus. Animi defectio, si persequeratur, insanabilis est. Concitata uomitiones, animæ extinctæ speciem reuocant, nisi sudore deliquerit, in quo casu etiam extremorum ligaturæ obsunt. Asthma senibus difficiliter est. In laterum doloribus, si materia in quatuordecim diebus non excreatur, uomica oboritur, quæ rursus si quadraginta diebus non purgatur, tabes subit. Prægnantibus senibusque, laterum dolores letales sunt. Aquilonibus, uere pleuretici sunt, æstate item ac autumno pluuioso. Pleuresis quæ excreationibus sanguineis non leuatur, suppurationes interiores, ut diximus, aut exitum portendit. Pulsus arteriæ distensus, pleuretico periculum minatur, præsertim si uires non sunt. Salua nigra in octauo die incipiens, pleuretici malum præsignum indicat. Phthisicis autumnus contrarius. Infantes a phthisi facilius liberantur. Phthisicis pustula in spatulis orta fabæ magnitudine ultra septuagesimam diem mortem minatur. Pleuretici nihil utilius sanguinis missione, quibus medicina stupefacientes plurimum nocent. Pleuretici qui conualuere, si rursus errore seu temeritate reciderint, haud dubio moriuntur.

CALIDITAS stomachi non naturalis, lactuca commanducata conciliatur. Stomacho æquales medicina propicia sunt. Inexpertis aut dubijs leues primo uomitiones dari debent. Exercitationes ante uomitum laudantur. Ad uomitiones si uinum datur copiosius bibi debet. Biliosi æstate ac meridie præsertim, tuto uomunt. Cholera utiliter macris per uomitiones effunditur. Qui leuamentum non præstat uomitus, inutilis est. Crebræ uomitiones grauidis, auribus, dentibus, oculisque nocent. Sanguinem per uomitum emitti malum est. Stomachi uulnus non sanatur. Ad stomachum infirmum, uarij humores effunduntur. In uentre calido bilis generatur plurima, præsertim si cibus biliosus assumatur. Frequens medicamentorum usus, stomacho officit. Stomachus qui facilius sentit, temere quoque læditur. Mens comota nimia crapula, de facili discutitur. Morbi uentriculi inextricabiles imbecillum hominem reddunt, obiter ægre sanantur. Ventris prospera habitudo, pinguis adamat, quæ & firmissimæ materis cibum facilius concoquit. Veratro optime uere purgamus, aut uino tolerabiliter si id in usu est. Ante ueratri potum, pinguib. & humidis uescendum est. Veratrum ægris non semper prodest, sanis semper nocet. Pura corpora ueratro læduntur, neruorum enim contractiones facit.

In

In omni stomacho cathartico aliud stypticum addendum est. In affecto stomacho, ubi materia dubia est, hieræ compositio prodest. Stomacho calido aqua gelida nocet usum non habenti. Cum stomachum cataplasmatibus refrigeras, ne pulmones aut iecur lædas cauendum est. Oleosa & pinguis stomacho inimica sunt. Qui uenerem coarguunt, stomacho consulunt. Difficili uomitu stomachus uexatur. Dolor stomachi ex aqua frigida interdum letalis est, ex quo & colicus dolor exoritur. Si stomachi dolore pustula in dextro crure innascatur, in 27. die ægri exitum portendit, in quo tempore dulcia supra modum adamant. Si uentris affectu pustula in supercilio orta nigra, fabæ magnitudinis quæ in ulceris genus mutetur, mortifera est. Morborum fere omnium causa est stomachi infirmitas. In longis morbis languens appetitus damnatur.

Situm sedat somnus. Stomacho sicco, corpus arefit, humido hydropisæ prænuñciatur. Stomachi habitudo sicca diutina uix corrigi potest. In fortiori stomacho cibus tenuissimæ materis uitatur. In stomachi affectu, si supra oculum ulceris genus paruuum apparuerit ciceris magnitudine, partim rubens, partim uiride, superueniatque mentis delirium 17. die, mortem portendit. In leua dormire stomacho utile est, in dextra materiam per aluum educit. Pueri amplexus citra sudorem stomachum corroborat.

Vomicæ stomachi calidæ siliqua ægyptia sæpe data medetur. Vætris & intestinorum influxionibus acida eructare, securitatis nota est. Aluus nigra sanguini atro similis, repentina, periculosa est, si etiam sine febre sit. Nauseæ in pestilentia malum præsignum est. In decretorio tempore uomitus ægrum a spasmo liberat, idem & comitiales morbos & lethargiam sanat. Contra singultus infinitos uomitus prodest, idem et nephreticis utilis est. Corporis uires proterit mæror, fames, dolor, nec minus grauis odor.

Sanguinis uomitiones, & nigra bilis malæ dijudicantur, deteriores quæ uariant.

In febre sanguinem euomere periculosum est, alias quandoque iuuat. Vehementis dysteris infusio uomitum sedat. Si uomitus materia causa est, uomitiones medentur.

Calida pedes lauari ac extrema fricari, uomitiones sedant. Idem præstat & somnus. Ex febre ardenti uel inedia frequens singultus malum augurium est. Singultus infirmi ex ictu capitis letales sunt. Singultus crebri, circa crissimum tempus, neque spem neque metum promittunt. Singultus sternutamento finitur. Si uomitu singultus non discutitur, ac rubescant oculi, stomachi aut cerebri apostema significant. Singultibus suppuratio in lateribus nata, in ortu solis mortem præsignat.

INECORIS remedijs ducere uentrem, ubi urina clenda sit, uel contra, maxime damnatur. Iecoris medicamenta uehementer contrita dari debent. Abscessibus iecoris dulcia nocent, præsertim calida. Epaticos stomachicosque faciei color per se indicat.

Iecore male coquente, facies oculisque tumet. Ventris fluxus initio carnis loturæ similis cum cibi appetentia frigora indicat, cum stomachi uero tædio humorum corruptorum nota est. Ventris fluxus, ubi corpus calidæ naturæ est, in uirulentiam, mox in fecem commutatur, qui sanguis adustus dicitur cum plurimum hæc omnia præcedit cholericæ deiectione. Ventris profluuium, si corpus frigidum est, in congelatum sanguinem, exinde in diuersam materiam transformatur. Deiectione rursus saniosa uel carnis loturæ similis, infirmam iecoris concoctionem ostendit. Alba excrementa uixque confecta, digerendi & attrahendi uim in ualidam significant, uaria uero corruptam digestionem ostendunt. Retrimentorum leuitas albedoque, attractricem uirtutem uitia tam indicat. In fluxu sanguinis styptica remedia interdum nocent, obiter aperientia ac recreantia, aromatis exiguo addito, ex mero præferuntur. Iecoris dolore pruritus occipiti pollicisque pedis, ac pustula citra colum nata, ægri perniciem die 4. præsignat, quod augurium urinae difficultas si affuerit, magis confirmat. Abscessus iecoris si ad lienem transfertur, laudatur, è diuerso periculosus est. Abscessus, si calidus est, siue in dextro siue in sinistro latere, ægrum plurimum inquietat. In morbo arcuato durum fieri iecur perniciosissimum est. Puro iecoris apostemati, nullum præsidium est, si uetus malum est. Passum iecorariam uentris deiectionem facit. Ventris profluuium quo corpus affligitur, si contrahitur, leuat, si profluit, lædit, ac è diuerso.

Senibus

Senibus in longa ualitudine fluxus metum facit. Aqua intercus uitio iecoris ferè semper oritur. Lienis magnitudo hydropa minatur, uel corporis maciem. Hydropis nocentior est quæ ex acuto morbo oritur, uel quæ in calido ac sicco corpore incipit.

Hydropici ex lienis quàm ex iecoris duricie facilius sanantur. Ex longa hydropie, dispnoea aut cerebri anhelitus, uentrisq; profluuium, triduo interitum prænunciat.

Gingiuarum & oris ulcera in hydropie mortem minatur. Aqua quæ cutem subiecit, si simul omnis effunditur, letalis. Hydrops quæ iecoris apostemati superuenit, difficulter sanatur.

Collectionum, Cap. XII.

Dysentericis post aurem sinistram enata pustula erui magnitudine, sitisq; interueniens in 20. die mortis præfagia sunt. Intestinorum & stomachi læuitas, quæ torminibus oritur, ægrum præcipitat. Alui deiectiones ex atra crassaq; bili non sanantur. Aquosa deiectio, quæ mox unctioni similis profluit damnatur. In dysentericis neruorum contractiones, uomitiones, singultus crebri, ac dementia deniq; dira auguria sunt. Balbi uentris fluxu facile periclitantur, alias (ut diximus) ægre medicamentis purgantur. Si in pueritia mollis est aluus, eadem in senectute contrahitur, & è diuerso. Qui uentris profluuium moriuntur, ijs primum uena formicans percipitur, mox in tormitur pulsus. Iliacus morbus, nisi resolutus est intra 7. diem, letalis est. Colicus dolor uel pestifera quædoq; regiones & prouincias occupat, letiferaq; contagia imitatur. Febricula colicos dolores sanat si ex spiritu uel phlegmate oritur. Ex iliacis doloribus uomitiones & singultus crebri ac deliratio, dirum augurium faciunt. Ex stranguria iliacus dolor in 7. die hominè rapit, nisi febris cum sudore præsidium afferat. Pregnantibus tenesmus exitialis est. In febris initio mortuæ tinea, in remissione uero uiuæ per aluum transmissa, spem prænunciant. Cum hæmorrhoidas resicamus, singulatim eas auferimus, in qua curatione, una demum dimittenda, alioquin ægro exitium minatur. Ani fistula interius secanda non est, alioquin in uoluntario excrementa emittuntur.

Collectionum, Cap. XIII.

Renum exulcerationes quam uesciæ facilius sanantur. Vesicæ calculi pueritiam, renum uero senectutem infestant. Calculi morbus ad posteros transit, ideo hæreditarium malum dicitur. Pinguiores renum calculi, uesciæ uero maciem sollicitant.

Vrinæ difficultatibus, si tenesmus superuenit in 7. die, exitium portendit, nisi profluuium malo subueniat. Melancholicos iuuat moderata uenus. Nimia uenus corpus eneruat, & febres acutas & ardentis excitat, colicosq; dolores irritat. Oris graueolentia nimia quandoque oboritur uenere. Infirmi stomacho tutius uenerem negligunt. A crapula uel inedia libido damnatur. Corruptur nimia salacitate fecunditas. Ebrietas conceptum inhibet. Pedes oleo feruentis naturæ peruncti uenerè stimulant. Viri hyeme, foemina ætate salaciores sunt. Qui nudis pedibus ambulat, libidinem extinguunt. Veneris imaginationes nocturnas leuat semen lactuæ ex uiuo potum. Vuluæ uitij iecoris habitus corrumpitur, unde aqua intercus sæpe oritur.

Steriles foeminas infirmas esse, uerum foecundas celerius senescere, haud dubium est. Si nidor foeminarum naturalibus subditus ori respondet, foecunditatis nota est.

A mensibus si natura humens est, conceptus non admittit. Vbi hyemem notus, ac uer aquilo perflant, abortiendi periculum est. Mammis cucurbitula imposita, mulierum menstrua sistit. Si grauidis ubera emoriuntur, abortus imminet.

Vbi gemini in utero sunt, si alterum uber emoritur, alterum partum enectum esse indicium est. Pregnantem circa quartum aut ultra septimum mensẽ purgare, metus est. Quibus menses in totum præmaturæ subsistunt, citius moriuntur. Vuluæ strangulationes quæ retardatis mensibus fiunt, minoris periculi sunt, quàm quæ retento genitali semine accidunt. Vuluæ strangulatus autumno magis sentiuntur. Suffusa sanguine mamma, furorem uenturum esse testantur. Mulier sanguinem uomens profusis mensuris liberatur. Quæ mensibus non purgatur, sanguinis ex naribus profluuium cura est. Locis laborantibus, aut difficulter parientibus, lternutamẽta profunt.

Collectio.

Collectionum, Cap. XIII.

Vinum ieiunij potum articulis nocet. Podagrici morbi à maioribus sæpe contrahuntur. Ver podagras magis incitat, autumnus minus excitat. Podagra ueteres quæ uario humore proueniunt, sanari non possunt. Podagras quandoq; uarices ortæ sedant. Coxæ dolor ex cruditate oritur, uerum & locorum dolore sæpe contrahitur. Articularius morbus membra resoluit. Ischiadicos inurere summum præsidium est. Biliosa podagra quæ medicamentorum usu nimio premitur, perniciem minatur. Huic item uomitus magis quàm deiectio subuenit. Articulorum uitia, si iuuenes tentarunt, neq; calum induxerunt, solui possunt, maximeq; torminibus aut alui deiectione. Infantiam emendat uarices enatæ, aut per ora uenarum subita sanguinis profusio, aut tormina. Membra quæ resoluuntur, si non mouentur & macrescunt, in pristinum habitum non reuertuntur, magisq; si uetus malum est, uel senectuti acciderit.

Collectionum, Cap. XV.

Omnia exiccantia non mordentia carnem alunt. Ulcera in alia parte corporis quàm in carne sita, omniaq; quæ rotunda sunt, difficulter complentur. Instans suppuratio discutienda est; subsistens resoluenda, increfcens utroque modo oppugnanda est. Cera inter unctiones additur, ne rerum uires protinus elanguescat. Gulae ulcus ex uulnere, quàm plurimum letale est. Viscida atque styptica uel cicatricem inducimur. Ulcera exiguo nutrimento uincuntur, balneoq; initio laeduntur. Suppuratis, uulneribus uel neruosis, linamento opus non est.

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, DE PESTILENTI FEBRE LIBER VNVS.

Præfatio.



Galenus qui post diuinum Hippocratem secundus inter medicos principes habetur, Senator clarissime, commemorare solet in libris, quos de febribus inscripsit, humani corporis temperamentum, & cuiusuis rei naturam, nosse medicum oportere, clara Hippocratis sententia. Quod quidem ex artis medicinæ exordijs euidentiori ratione intelligi potest, hoc est ex ipsa corporis specie, ex uenis, arterijsq; urinx præfagijs, ex membris, eorum colore, naturali corporis motu, ætate, sensu, ex animi affectu, usu, exercitatione, cœli qualitatibus, tempore, regione, ex tēpestatibus, ex humoribus, uictus ratione, uarijs casibus, accidentibus, cæteris deniq; notis facile comprehenditur. Abdita tamen quedam sunt, quorum causas à physicis nostris afferri nō possunt, minus mirum est, quàm uniuersales constare in multis. Cur biliosi acrimoniam appetant, euident ratio est. Cur hic alij odorem uel casei fugiat, difficulter percipitur. Cæca enim quorundam proprietates sunt naturæ duntaxat percognitæ. Hac de causa inter exempla uidimus quendam summo mane catharticum prunæ uapore tepesfacta ægro-tanti uni ex domesticis non sine magno tædio obtulisse (nares enim uis medicamenti acrius inuaserat) unde stomacho nausea correpto, corporisq; intus commotis humoribus, sepius aluus soluta est, æger uero, qui medicamentum hauiserat, securus ter ægre exoneratus est. Alter item febriculosus, qui siliquæ Aegyptiæ atramentum alias pati nō poterat, expertus medicum admonuit, ne quid siliquæ succi sibi infesti medicamento permisceret, medicus uero rem periculosam oblitus catharticum dari iussit, cui siliqua eadem admisceri solet, quo assumpto protinus sese siliqua misere necarum acclamauit, qua inter medicinas nulla leuior faciliusq; habetur. Ea q; uis ad posteros quandoq; transit, unde in rebus furdis quid magnere admirabilius, ut ad generalia protinus transeamus, qua uel ferrum attrahit, qua potentia ceruinum cornu nidore serpentes fugat, Torpedoq; frequenter apud Galenum exemplo qua ratione membra hominis afficit, etiam si hasta uel tridente contingatur, nec modus exemplorum est. Abdita enim hæc sunt,

Medicum quæ nosse oportet.

Artis medicæ exordia.

Cæca quorundam dā proprietates

Aa in

Pestilentia origo & causa.

in arcanisq; naturæ reposita. Difficillima quoq; omnium inter morborum causas habetur pestilentia origo, de uniuersali enim dicimus, quæ regiones & prouincias trepido metu fatigat, quo morbo sæpe quassatam hanc inclutam Venetiarum urbem audiui- mus, ac urbes quæ in proximo sunt, iniuriam non mediocrem sensisse uidimus. Et quia pestilentia magis quam cæteri morbi immensi negotij est, altiores ob id causas à natura habet, diuinoq; interdum fato fieri existimatur, quod nullo stellarum cœtu, aut siderum defectu minante euenit. At alia causa est, cuius canonica ratio ab astrorum peritissimis inuenta est, ac obseruata, nam conscia fatorum habentur sidera. Tradunt enim si plensunio coitu ue, œconomi exortiuu cardinis planetæ sint odiofo aliquo aspectu infelices, aut alter eorum duntaxat cū luna, sæuas pestes fieri, uel grauiores obuio octauu domitilij œconomo maligno alterius syderis uultu. Quæ omnia item magis terrifica sunt alterutro luminum principalium grauius laborante, ocysissimo pestilentia præfagio. Plurimū etiam refert in quam cœli partem horridus cometes emicet, in quasie partes crines iaculetur, uel si uires malas alicuius prauu sideris accipiat, quo sæpe diro euentu squa lida iacent fata, bella clandestina parantur. Publica q; per populos, urbes q; uniuersa fa ta peraguntur. Sunt & alia quibus uirus id increfcit. Quod sæpe admonet syderum di sciplina peritū, si quidem anni diuisio terminis Mercurij (ut eorum uerbis utar) sese ap plicuerit, Mercurio, ac Saturno coeuntibus, alij Saturni ac Martis peitifero coitui attri buunt, tum præsentissimam pestilentiam instare fatali, ac destinata mundi lege. Hæc sa gaci ingenio deprehendere philosophi rerum naturæ capaces, posteris q; summa cura tradidere, ut mortales quæ uentura sint insigni populorum ruina, eo modo prænoscat, ac caueant. Verum sæpe diuino nutu expiata iacet, & precatationibus (ut dicemus) auer tuntur. Varia tamen est in hoc uitæ opinio & pro cuiuslibet animo. Velunt q; nonnul li cœlestia duntaxat elementis imperare: alij legem omnino eandem uel in minimis da re naturæ non ignotam, nobis q; nondum percognitam. Vnde nō satis hoc in loco lau dauerim, astrorum disciplinam ex cœlo quasi furto ablaram. Qua diuinus Hippocra tes pestilentiam uenientem prædixit, & discipulos ad auxiliandum circa urbes dimisit. Cui ob meritum (ut tradunt) honores illos quos antea Herculi, decreuit Græcia. At de cæteris causis, præfagijs q; huius mali quæ elementis attribuitur suo dicemus loco, quæ futuram pestilentiam denunciant, de q; eius obseruationibus plura significabimus, in quibus & uictus ratio præscribetur, unde cœlestium syderum minas, si diuina fauerint, irritas faciemus, corpus q; ipsum multifariam auxilijs firmum, ac tutum præstabimus. Auxilia demum si quid aduersi per ignorantiam acciderit, subiungemus uaria ac pene infinita: in omnibus priscos medicos, Hippocratem, Galenum, Paulum Aeginetam, & ex posterioribus, ut nullos ingenua confessione secuti sumus. Et quædam experi menta, quod non pudet referre, certa fide prodita addemus, uel quæ ipsi experti su mus. Est enim hic quintus inter 12. libros de febribus, quem à me Clarissime Sena tor priusquam in Græciam nauigarem esflagitasti, qui si dignitati tuæ, atque animi ma gnitudini respondet, tibi satis fecisse & gaudeo & gratulor. Habes igitur prisci Cato nis exemplo quàm breuissimum de pestilentia commentarium, quo te fratres, fami liares, seruosq; ue tuos à diro pestilentia contagio, si opus fuerit tueri possis. Et si hoc tempore id munus certo magistratuui ab amplissimo senatu sit iniunctum, ut res publica ab hac iniuria frequenti cura reddatur: uerum si diligentia publica uel priua ta fato irreuocabili uicta fuerit. (quod deus optimus maximusq; ue auerat) tempe stua remedia quæ peritissimus quisq; ue medicus imperare potest, in promptu habe bis. Atque ita inter trepidantes medicos uel securos pollutosq; ue decepti contagio nem in domos deferunt, tutus in ædibus tuis uiues, & nobis, & reipublicæ commo do Senator perpetuus. In his enim quo ad potuimus proprietates uerborum obser uabimus. Nec in omnibus quidem, ut Græcis contingit, aspirare potest Latina ora tio, in quibusdam Græcis utendum erit uocabulis nonnullis nouis, sed nstatis, quæ assuetudine iam Latina à nostris medicis effecta sunt. Nouimus enim te gymnasij nostri tempore, communibusq; ue studijs in omni genere doctrinæ elegantissimum ac latinæ linguæ obseruantissimum. Multi tamen erunt, qui hæc nostra ceu uulgaria ac pro-

Horridus come tes.

Discipline as trorum utilitas

protrita omnium rerum audaculi obrectatores damnabunt, quæ latinam linguam de honestare uideantur, amara quidem, atque inani censura quibus ut hæc eadem meliora faciant, scribendi locus est relictus. Vale. Venetijs 8. kalendas Iulias. M c c c c x c iij.

De definitione pestilentia, ac uulgi metu. Cap. I.

Diximus de ijs febribus in putridæ materis genere, quas acutas simpliciter uocauimus, nunc transeundum est ad id febris genus acutissimum, quod pestilentie ca tis febris symeptomata. Quibusdam bubones siue inguina innascuntur, uel pustula minutæ liuentes uel quæ cutem ueluti sugillatione cõ uariant, sæuiente flamma: interdum laxato permissoq; calore medicos securos facit, ac deinde hominem necat, magna uulgi trepidatione: quo tempore quisq; anxius sibi timet, alios uehementius turbat metus, & in sæuam impietate transferunt omnis clemen tia, à parentibus filios sæpius desertos cõtra pietatis atq; sanguinis iura uidimus: de fra tribus, uxoribusq; innumera exempla sunt, ne contagione labesserent. In qua formidi ne arti medicæ fere locus non est. Pauci q; sunt ex medicis nostris ac potius nulli qui ui sere huiusmodi ægros audeant. Audiuius q; quosdam antidotis suis eo tempore ma le tutos fuisse, alios uero sola audacia (non semper enim laudatur secura temeritas) in cu ra rapina gratia perseuerasse. Dira & enim quandoq; res est diuinoq; fato mortalibus ob merita nostra, uel principiu noxa cœlo dimissa quæ subito casu urbes prouinciasq; unde epidemia uideretur appellata, inuadit, cœca, incerta, inconstans, uaga, inexorabilis; sine lege furens, quoscunq; inuenit obuios rapit, nullo nobilitatis plebistie discrimine: ab oriente deniq; usq; ad occidentem plagam repentina pestis cuncta inficit. Et nobi lissimas quandoq; urbes exhaurit, regionesq; potentissimas & regna subuertit, uesti gia q; prioris habitus in totum auferitur. Ad animalia quoq; ea lues arbores q; quæ nos sideratione, ἀσραβολισμοῦ Græci uocant, transit, nam & terræ fruges, arborum fructus, piscesq; mortiferi inueniuntur, elementis tabefactis, exitiali syderum Saturni et Martis coitu in sede uirginis aut geminorum, lunæ solisq; defectu, cæterisq; circumstantijs ad iectis, syderum disciplina notis, de quibus in præfatione diximus. Vtinã hoc anno qua liacunque fuerint astrorū prognostica, irrita & uana fiant. Hoc malum miserabile mor talibus, ita euenit subito, ut plurimi sine febre inter domesticas aut forenses actiones uel publica negocia decẽ horarū spacio, quidẽ 20. sin urinx pulsusq; uenarū certo signo in replis, in uia, in publicis officijs ex insperato rapiantur. Ita miserã humanæ superbix am bitionem ostendit sæua pernicijs, ut homo interdū lætus, iucundus ac securus leui tem poris momento statim cadat. Hanc in primis uiolentiã Deus optimus pientissimusq; auertat, in qua neque fuga, neque peregrinatione etiam longa, quisquam tutus esse po test. Sed supplicationibus, uotis ac expiationibus duntaxat locus est, quibus rite pesti lentiam repercutimus uel submouemus, uel aliquando differimus. Galenus refert, au tore Thucyd. in lib. quos de affectibus inscribit, omnes qui ex Athenarum illa famosis sima pestilentia euasere, obliuionem cepisse & amicorum & parentum, & quosdam sui nominis, alios oculos amisisse, alios manus, nonnullos ipsa uerenda, alios lymphaticos per urbem oberrasse quod nisi ex magna corporis iniuria fieri non potest. Scimus quosdam uespillonum manibus ad tumulos tractos semiuiuos, alios ex nobilibus qui bus anima adhuc in cordis latibulis delitescerat in sepulchris conditos fuisse. Vna ex magnis matronis hoc modo sepulta paulo post uisa est mortua, tamen quæ sedens & emota loco inter cadauera reuixerat, euulsæ comæ dilaniatumq; ungue pectus, maio ri indicio fuere. Heu quoties uiua inter mortuos nequicquam superos inuocauit. Non est propterea facile inter tam periculosa & ingentia mala non desipere. Hinc de cæte ris pestilentia causis concisa quadam ratione dicere incipiamus.

De pestilentia causis. Cap. II.

Huius mali uariæ sunt causæ, ut diligentiores physici tradidere. Aëris enim intem peries ui quadam uenenata regiones, & cœli tractus ingentes infestat, syderum errantium tabifico influxu, qui nobis circumfusus per respirationem cordis uitalia læ taliter subit * alij etiam per cutis meatus, cui spiritus sanguisq; cõmoti protinus accu runt, quibus infectis, febris exinde pestifera oboritur. Prælio quoque languinolento

Varia pestilentiæ febris symptomata.

Pestilentiam ob peccata mortalia immittit.

Pestis seuera

Maxima Athe nis pestilentia.

Uirus in peste sepultos.

* atq;

Ex terramotu pestis.

Caliditas cum humiditate pestis causa. Epinyctides. Exanthema.

Siccitas pestis causa.

Pestis in aliquo humorum.

Cuiuslibet actioni que sunt necessaria.

strageq; facta numerosissima, spiritus exitialis (ut Gal. scribit) regionibus propinquis pestilentiam inducit. Constat q; Aphricam insigni quondam pestilentia debilitata fuisse, quam locustæ innumerabiles immerse mari & ad littus reiectæ, putrido uapore excitarunt. Post item magnos terrarum motus pestilentia sæpe orta est, diro in profundo late uapore, qui pigritia, longo situ, & æterna nocte torpescerat, hunc postea purum aërem liquidum q; infecit, ac polluit, unde nouas febres attulit paucis q; notas. Quales Venetijs olim fuere, quibus grauidæ, omnes abortum fecere, quæ mox eodẽ anno peste primæ interiere. Ex stagnis quoq; fauos uapores exhalantibus aër corrumpitur, qui late exinde suum uitium spargit. In fodendis q; puteis sulphuris quandoq; uena, aut bituminis reperta, spiritus noxi pestis anhelitum emittunt, & occupatis statim naribus extorquent animas, nisi quis fugæ uelocitate sibi succurrat, quod & in metallorum cuniculis contingit. Quidam & unius draconis anhelitu fieri posse arbitrantur, quod fabulosum reor. Præter has causas aër quoq; ex se suis qualitatibus adiectis male afficitur. Vnde Paulus Aegineta inter medicos autor egregius, omnes qualitates in aëre noxias inueniri posse affirmat, quibus humana habitudo in hunc morbum prolabi potest. Caliditas uero addita exundanti humiditati, quæ & elementi quandoq; corrupta substantiam sequitur cæteris qualitatibus nocentior est, & febres pestilentes affert, pustulas miuitas siue uaros, quas Epinyctidas nonnulli uocant à nocte dictæ, in qua maxime proueniunt, & boam papulas ardentis, eam in pueris *εφανθηματος* generali nomine Græci appellant, id est, cum tumentis accenso rubore corpora, morbillos quidam uocant. Inguinum præterea, alarum, faucium, aurium q; abscessus uariasq; in membris inflammationes exitiales inducit, alia q; morborum genera. Pestilentia quandoque apud nos hyemis sæuis frigoribus, ut Aegyptijs summis feruoribus & cæteris Orientis populis, resoluitur. Ita enim repercutitur aëris uis tetra. Siccitas interdum nimia pestilentia causa fuit, qua cœlestis aqua non modo defuit, sed terra quoque sicciore reddita est, unde perennes amnes defecerunt, strages siti pecorum morientium uisa est, uulgatq; attractu homines inualere morbi, & primo agrestes, seruitiaq; ue, mox urbes impleuerunt. Et gallica pari modo castra, L. i. uo teste, cadaueribus cremandis ab incendijs torrida & uaporis plena pestilentia correpta sunt. Aquæ item pestilentes quæ in abdito latent & quas usus non exercet, aut nunquam aër liberior uerberat. Crassa itaque graui caligine sempernaq; ue nocte pestiferum in se corporibus nostris habet uenenum. Idq; ue uitium magis atq; magis ingrauescit mora, quæ cū exit regionis nostræ aëra infuscat: Vincuntur enim meliora peioribus, Annæi Senecæ sententia, unde monstruosa morborum genera, & nouis orta causis, nec prius ea pestilentia desinit, quam spiritum illum graue exerceat laxitas cœli, uentorumq; ue factatio. Et publica præterea fame pestilentia sæpe oritur, quæ contagione adeo interdum sensum increfcit, cœli mala qualitate sese subscribente, ut sæpe syderibus à plerisq; ue causa ascribitur. Pestilentia plurimum ultima astate cōtrahitur, cœli tenuitate ita disponente, quæ tamen citius remittit uiolentiam. E diuerso crassius cœlum initio resistit tardiusq; ue inficitur, infectum uero diutius uitium retinet, quod multarum rerum exemplo confirmatur. In summa igitur cœli circūfusi malæ qualitates humana corpora non dissimilis naturæ facile corripunt, febresq; ue pestilentes inferunt, quæ ab humore nomen accipiunt alix sanguineæ, cholericæ, alix melancholicæ, phlegmaticæq; ue dicuntur: hæc postremæ raro eueniunt, ob id astrorum periti febres sanguineas, aliquando cholericas ali quib. annis prædicant, astrorum ratione ita demonstrare.

Qua ratione humana corpora inficiantur. Cap. III.

Quatuor causas sapientes considerauere actioni cuius necessaria agentis legitimas uires, patientis dispositionem, propinquitatem utriusque, ac moram, quorum respectu aia alijs minus afficiuntur corpora. Et si re condita uis syderum uel aëris quoque circumfusi substantia tabefacta pestilentia omnium tenuissima affuerit. Qua ratione nonnulli subito concidunt, aliqui indies protrahuntur, aliqui conualescunt, & si pauci reperiantur in tanta pestilentia reputatione. Pari modo & qui per pestilentes tractus transeunt, uel contagione offenduntur. Inuenti tamen sunt ætate nostra qui extrema senectute rapti sunt, qui prius iuuenes in maximis pestilentijs tuti fuere. Varix enim cau

se sunt ex quibus uarij effectus proueniunt. Mirumq; uestimenta, lanea præsertim, hæc pestem diu conseruare. Audiuimus patris mei ætate in Veneta urbe culcitram pestilentia tepore suspectam in interiores domus partes cuiusdam patricij eiectam, ac post septimum annum requisitam: quam materfamilias discuti iussit longo enim situ in abdito loco uirus uehementius contraxerat, quo serui protinus subita peste correpti sunt. Constat q; plebem ac seruitia hisce malis magis esse obnoxia, ratione physicis manifesta: contagionemq; exinde exorta qua maxima nobilitatis pars sublata est, nec plures lintres ex publico decreto unquam decretæ sunt ad cadauera deferenda quam eo tempore, in quo nec sepeliendi ferre modus nec sepultura locus erat.

Pestem uestimenta diu conseruat.

Qui magis pestilentia uirus sentiunt. Cap. IIII.

Causas breuiter complexi sumus quibus communis siue uniuersalis morbus populos & regiones exitialiter euertit at nunc corporum uarietates, sexus, ætatesq; dicemus, quæ hac tabe magis minustie periclitari solent. De anni temporibus supra memorauimus. Corpora igitur quæ integra sunt, dispariaq; cum aëris natura proprietatis, quæq; rectam uictus rationem obseruauerunt, cibo, potu, uenere, somno, exercitatione & his si nihilibus (ut Gal. demonstrat) in pestilentia tutiora sunt, in quibus humores compurescere nesciunt: præsertim si excrementiij corporis exitus meatusq; adaperiti sunt. His opposita collectio est per se nota. Culpata scilicet corpora nimium humida uel similia cum cœlo corrupto naturæ, oppilata, luxuriantis gulæ, ociosa, lassæ ueneris, malæ temperaturæ, quæq; humecta sunt quotidianis balneis repente eo morbo corripuntur. Quæ rursus non integra sunt, sed aëris corrupti qualitati contrariam naturam habent, minus confluantur: sanguinea etiam robusta, et quæ cholericæ dicuntur, cutis laxioris, cum plurimum pestilenti febre magis infestantur, quam quæ phlegmatica ac melancholica dicuntur noxio præsertim cœlo. Viris magis quam sceminis aliquando id malum contingit, quandoq; e diuerso. Cholericæ item ac melancholicæ pestifero cœli tractu minus afficiuntur, minus enim humoris uterq; minusq; melancholicus, pariter caliditatis habent, atq; ijs in primis duriora siccioreq; membra sunt, quod & senectuti contingit, quæ ob id huiusmodi cadauera atq; ægros impune attractare uidentur. Et si meatuum angustia Gal. teste, plurimum obstat: pestilentes enim febres oppilatione, quam *εμπερεσις* Græci uocant, quæ sanguinis & aliorum humorum ebullitionem excitat, citius proueniunt. Densa igitur corpora eam ob causam deterius se habent, quibus meatuum laxitas remedio est, qua uis tabifica ex præcordijs exalare solet. Sed inter cætera hoc mirum est, animalia nonnulla cum homine eadem tabe, quæ ex astris euenit, corripit, quædam non attingi. Contagia quoq; ad alterum genus transeunt, quandoque non procedunt, nec uires ampliant, diuersitate naturæ ita ferente, peculiaris enim rebus proprietas est ueneni uiribus. contraria à cœlo & à principio, genituali discordia repugnante: hanc *αυτη αλλη* Græci uocant. Ex eodem uero genere facilius contaminantur, solo contactu ubi habitudines non dissimiles sunt, *συνεσθησιν* hanc appellauerunt, hoc est concordiam & consimilem in rebus naturam. Hinc ad auguria transeamus.

Contagium non in omnes similit uir.

De præsignijs siue prognosticis futuræ pestilentie. Cap. V.

Pestilentiam arguunt in primis, quas supra memorauimus, causæ, lunæ, solisq; principium in orbe syderum defectio, uel quorundam pestifer coitus, aut malignus stellarum aspectus. Cometæ item ardentes, uel lampades in cœlo alijs fixis stellis subscriptibus, faces & iacula ardētia longiori limite, bolides, aut ad ipsius cœli hiatus quod casina uocant, aut sydera ueluti cadentia & alia huiusmodi cœli monstra, quæ significare tantum futura existimantur à plerisque. Nec cœlestia semper signa statim minas exercent, sed annum totum uel sequentem interdum suspectum faciunt. Caligines quoque frequentes crassæq; maiorem pestilentia prædicunt, quas euronotus, uel auster (ut Aristot. tradit) cogit, nec sol postea discutit, quo diuturniores eo magis suspecta sunt. Ver igitur frigidum ac siccum, ætate calida, ac humida subsequente, aut nimium pluuiosa, teste Hippoc. Siccitas quoq; anni immoderata, qua perennes fluij deficiunt, hoc malum minatur. Carbunculi item (ut Galen. scribit) boæ, uarij q; qui infantiam infestent, frequentiores idem denunciant. Siq; ue diei interdum mira, ac spectabilis serenitas,

Sydera causa pestis.

Caligines in aëre pestem prænunciant.

Signa ex anima
licus.

Oves obnoxia
pesti

Canes pesti cor
ripi.

Qua potissimū
sit causa, quāq;
prima presidia
esse debeant pe-
sti

Aëris hyberni
correctio.

quam repentina caligo occupet, aut sol ipse caliginosus cum quodam tepido uapore ori-
ri cernatur. Nam & animalia sua prognostica faciunt. Inter insecta, & immunda, puli-
ces, cimices, muscæ & alia huiusmodi tædia, quæ supra modum apparent. Rana quoq;
quas scincoïdas uocant numerosiores quam par sit, aut locusta enata, putrificam mate-
riam uberius indicante natura. Aut alia quæ intra uiscera terræ degunt, si cubilia sponte
deserunt, ex imis terræ partibus id malum oriri sentiētia, uaticinatione naturæ sæpe pro-
lata. Oves eadē de causa, quæ mollioris sunt naturæ, Annei Senecæ uerbis, & quia pro-
piora terris ferunt capita, flatus dirti aëris circa ipsam humum statim excipiunt, qui si ma-
ior exit, hominibus quoque est exitialis, sed illum interdum copia aëris sinceri cchibet
antequam ut ab homine possit trahi surgat. Et auiculæ pari modo coeli tractu corrupto
inchoatos in nido pullos desituunt, ueridica pestilentia prædiuinatione. Canes quan-
doque sua rabie acti pestem portendunt, qui Homero teste, cum alijs nonnullis ani-
malibus prius pestilentia corripuntur, quæ postea ad homines transit. Hæc diximus, ut
etiam indoctum uulgus sua habeat signa, quibus sydera in cælo errantia suspicere mi-
nus licet. Hinc ad obseruationes pestilentia transeamus.

Obseruationes in pestilentia, Cap. VI.

Fatalis igitur pestilentia, quæ cælestium syderum prognosticis, ac ijs quæ ex elemē-
tis sunt, indicatur, diuina plerunq; ulciscendi uindicta mortalibus ob merita demit-
titur, & à summo deo dispensa quandoq; relinquitur ob preces admotas, uotaq; susce-
pta, quibus salus publica regionibus multis restituta est. Hæc prima sint nobis presidia,
quibus nulla præsentior medicina habetur: id sæpius uiderūt maiores nostri inter religio-
nis christianæ exempla admirabilia. Deinde homo cum securus esse nō potest, peregrini-
nari primum, atque longius ire uel nauigare debet, uersus præcipue aquilonem septen-
triones tæ, ubi id non licet, saluberrima cœli pars foris deligenda est, quæ in septentrio-
nem spectet, aut in occidentem orientem tæ, uel in cōtrariam ingruentis pestilentia par-
tem, ubi maxima sit salubritas, quæ ex incolarū etiā robore deprehendimus. si fauces bi-
bentium puræ sunt, si oculi, & caput integrū est, si in pulmonibus, aut thorace nulla est,
aut rara causatio. Locus quo altior est, quoq; magis perflatilis, eo salubrior existima-
tur, nisi pestilentia aëris uicio fuerit, ut quibusdam placet: ualles ob id uitanda sunt, palu-
des quoq; damnantur ex quibus noxium uirus æstiuus caloribus eructatur, & natricū
serpentiumq; pestis hyberna destituta uligine, cœno, & ferramenta colluue uenena e-
mittuntur, ex quibus cæci morbi contrahuntur, quorum causas minus perspicere que-
unt phisici nostri. In contagionis suspitione circa itinerum occulta, domus ruri quæren-
da est, ne amicis notisq; prætereuntibus diuertendi sit periculosa occasio. Sepulchrorū
uicinitas cauernosaq; loca uitanda sunt. Loco igitur salubri equitare, gestare, ambulare
sub dio leniter ante æstum licet, uitare tamen fatigationem, crudelitatem, frigus, calorem,
lunam, libidinemq; oportet. Eam regionem saluberrimam esse constat, quæ per annū
prius libera facta sit pestilentia. Tum lympidus sincerus que aër redditus est, minusq;
cæteris obnoxius habetur. Vitanda sunt & loca in quibus plurimæ ficus nucēs q; con-
stitæ sunt, uel ubi linum, spartum, canabis in aqua macerantur, malos enim uapores emit-
tunt, præsertim ubi uenti non spirant. Sed quid iam domi fieri debeat omnibus fere mo-
mentis uidendum est, ubi pestilentia suspicio esset, ubi magistratu uel aliquo publico of-
ficio discedendum non esset, aut ualitudine coniugis aut filiorum, aut alterius rei ratio-
ne. Ad huiusmodi igitur auxilia confugiendum est. Si hyems est, conclauis aëre his con-
mendamus odoramentis, quæ calida sunt, ut muscus, nux syriaca, macer sicue machir e-
ius puluinacus, & foliaceus calix, sub quo inutile & nigrum ligneum putamen est, ga-
ryophyllum, styrax, ladanum, thus, myrrha, thymiana, hebenum, acorum, iuncum qua-
dratum, crocum, bdellium, ocimum, maiorana, spica, organum, calaminta, pulegium,
inter præstantissima casia est à Galeno Plinioq; autoribus diligentissimis celebrata,
quæ casia fistulā ab antiquissimis autoribus appellari uideo: unde natus est error quo sili-
quam ægyptiā, casiam fistulā falso uocant posteriores. Ex his quædam sunt inuentu fa-
cilia & plebi accommodata, ac ijs quibus diuitias inuidit fortuna. Igni uero superimponū-
tur,

tur, neque superstitiosa quidem medicina, laurus, iuniperus, cedrus, rosmarinum, uel si-
milis odorata ligna, & fructes. Aestate uero cubiculorum gratiam custodiunt mala cy-
donia siue cottonea, pira, uel reliqua mala odorata mala medica & eorum flores foliaq;
rosa, uiola, nymphæa, omphacium, cucumis uel cucurbita, myrtus, acerum, camphora,
aqua rosacea, uiolacea, & quæ ex florib. mali citrei fit ex furnibulo, sic enim liceat appel-
lari nouum inuentum, feris item folia, sonchi dictamni, uitis folia passim conspersa. At
ignis mira uis est in omni tempore, qui in pestilentia quæ solis lunaq; deliquio contrahi
tur, suffitu multiformiter mane ipso auxiliatur, aëris enim uirus si quid est discutit, ac tu-
gat, Hippocrate & Paulo Aegineta demonstrantibus, quod obseruari sæpe iussimus.
Acetum præterea per se cubilibus aspersum uim malam aufert, rosacea mixta efficacius.
De mixturis aliqua quibus cubiculi aërem comēdamus hyeme præsertim, subiungemus
Ea ex ijs constant, thuris masculi, thymiamatis, singulorum drachmis 2. mastichis, iuni-
peri baccarum sesquidrachma, garyophyllorū, ligni aloës scrupulis 4. ex ladano purissi-
mo aquaq; ue citreaginis omnia in orbiculos digeruntur, qui carbonibus iniecti nido-
dorem præstant efficacissimum. Alia compositio huic contraria ex refrigerantibus fit,
in qua rosarum rubearum scrupuli 2. nymphæa, labruscæ, seminis coriandri, uiolarū, bac-
carum myrti, mastichis, coralliorū omniū 3. 1. rubricæ armeniæ, rubricæ lemnis 3. cam-
phoræ 3. 4. imponuntur, & ex rosacea orbiculi conficiuntur, & ad usum seruantur. In hac
canta diligentia cauendum est inter cætera, ne quis ex familiaribus loca adeat suspecta,
nisi alio prius commanducato, epotoq; ue uino meraciuculo. Alij dari suadent plebe-
iam antidotum ex nucibus iuglandibus, ruta, ficu sicca, addita salis mica. Suspectos à
propinquo & a uento alioquin periculosum est, ea enim ueneni uis uento in corpora
defertur haud dubium est. In qua item obseruatione cauendum est, ne canes, cati, tele-
ue, aut aliud animal, per suspectas domos peruagari possint, deferunt enim plerunq;
a uicinis pestilentiam. Publica sana, ac cœtus omnes cauendi sunt. Si qua diei hora De-
um placare in animo est, priuata ædícula, aut altare commode uti debes, quod adire li-
bere & tuto possis. Vitam liberalem ducere opus est, studijs interdum uacare, & iocis,
nihil de pestilentia cogitare, utile est. Sæpe uel timēta mutare, aut suffitu, uel igne malam
uim arcere, Contra pestilentes tractus a priscis laser per dies assumebatur, uel aron in ci-
bis & myrthis. Lauri item folio trito olfactoq; ue, eadem contagia prolubebant, miri
effectus etiam si comburatur. Alia item sunt quæ inter compositiones magnas uires ha-
bent, qualia sunt corallium & margaritæ, ex gemmis, carbūculus, hyacynthus, smarag-
dus, saphyrus, & his similia, habent enim officinæ gemmas uiliores, informes, inæquales
cauas, glaciæ, aut nubeculis maculosas, a mangonibus neglectas quæ in farinam conte-
runtur ad nobilitatis usus, ex ijs trochisci siue pastilli fiunt ad medicinā. Antidotis quo-
que imponuntur ueluti theriacæ uel mithridaticæ compositioni, diamuscho, condito ro-
fato, buglossato, uiolato, uel potionibus matutinis, gemmarū pulueres bibitur oboli p-
maiori utilitate quàm quæ matronarum digitos pingunt, mira enim potentia cor recre-
ant, exhilarant, uires tuentur, & ueneni uim abigunt. De compositione suo dicemus lo-
co. Hoc tempore pilam manu gestare odoratam, quæ ex calidis siccisq; odoribus con-
stat, hyeme præsertim, ad maximam tutelam facit. Vnguentis ætas nostra non utitur, a-
lioqui in omni genere luxuriæ antiquitatis æmula, quæ Zibetum animalis cati magni-
tudine excrementicium ex naturalibus habet humorē, ac Muscū suauius spirantē, illud
ex proximo nares acius ferit, & ex quo plus est, musco tamen carius cōparatur, & eū
odorem qui gerit ipse non sentit. Pila ex his constat, Ladani quæ purissim 3. styracis, ca-
lami odorati, carpobalsami, amomi, nardi, spicæ, omnium drachmis 3. garyophyllorum, nu-
cis assyriæ odoratæ, xyloaloes, calisæ, omniū scrupulis 2. musci electi obolis 2. sigillatim
conteritur mox omnia in mortario æneo tudicula candente, cogi debent, quisquis tamen
odor potissimus nouissime additur, impendio non parentes, zibetum, opobalsamū,
malobathrum, q; foliū uocant addunt, hæc pro facultatū portione. Plebs ladano, thure,
myrrha, amaraco, pulegio, ac croco contēta sit, eo q; diximus modo. Altera est pila q; ma-
ximis cōuenit feruorib. q; hoc modo fit ros. rub. uiolarūq; farinæ, singulorū 3. nymphæa
floris

Aëriū aëris co-
mendatio.

Igms uis.

Vitæ mira conta-
giosa.

Gemmarum uis.

Zibetum.

Muscus.

Malobathrum
folium.

floris, i. s. Coralliorum, rubricæ lemnæ 3. 2. cenanthis, succini omnium semidrachma, omnia trita per cribrum secernas, nouissimæ camphoræ semidrachma, musci obolus ad di debet. Iadani & terebinthinæ quantum satis sit ad cogenda omnia, addita aceti stilla. Suspecto præterea tempore scabies, alioquin importuna, impetigines, uel articularis morbus securitatem afferunt, quibus sanguis repurgatur. Constat quæ hæc ob causam à physicis sapius prædici solere, scabioli tunicam intimam precio sibi quisque mutare debe re, & scabiem non abolere, qui infestatur, uerum malos humores emendare, neque ungui ne uti, sed sanguinem, si immodicus est protinus, dimittere. Non eam tamen scabiem lau dauerim quæ infanda ulceris putredine serpit pruritu intollerabili qua corpora ungue dilaniantur, Hippocratis testimonio. Si quem inguen aut carbunculus ex familiaribus tentauerit, quæ reprimant, aut discutiant materiam uitanda sunt, imò cucurbita si opus est materia inde extrahatur, & ex iccoraria uena sanguis dimittatur. Tument tamen in guina quandoque uerendorum ulceribus quæ nullam morbi suspicionem afferunt, si fe bris non est. Sed quia aeris mætio facta est, & cubicula multifariam ab aere pestifero re purgari docuimus: pari ratione Diuinus Hippocrat. plures ciuitates liberas fecit, quæ pestilentia ex Solis Lunæque defectu laborabant, crebris ignibus per uicos ac circa ur bem dispositis, quo sapius facto ciues ab ea labe liberauit. Idem autor memoriæ prodit occludi oportere portas fenestrasque, ac meatus omnes, uersus eam regionis partem uergentes, unde flatus pestilentes spirare uiderentur, immisso fenestris nouis aquilone & obstructis pestilentibus, ianuamque permutata, atque ita omnes incolumes fieri. Exem plum unum non prætermittam ætate nostra memorandum, quod ratione physica con firmatur. Quidam mercator Cretensis nobilis nobis narrauit cum Taurica regione ne gociaretur, & scruissima pestis orta esset aeris uitio, quo finis moriendi non erat, in ea sum ma hominum strage à se medicum uisum loci eius incolam, nam Sarmatæ ea loca tenent, qui canes omnes interemptos passim per uias perque uicos omnes abijci iussit, qui disten ti & putridi tetra odore cælum impleuerunt, quo remedio statim ciuitas sanitati restituta est, & Sarmatas id remedium facitare solitos, putrescentes enim canes aeris naturam immutarunt, quæ hominibus duntaxat exitialis erat. Ita enim dissimilitudo facit, & rerum discordia, nam uenenum ueneno interdum debellatur, quod enim Zoar quidam inter posteriores physicos affirmat, ut statim dicemus.

Venenum uene no eeu elauum clauo pelli.

De uisus ratione, Cap. VII.

ET hæc sunt obseruationes quæ ad aërem pertinere uidentur, nunc quæ ad uictum at tinet exequamur. Panis igitur ex tritico mundo (à quo & Galenus incipere solet) non suspecto fieri debet, aqua collectus quam purissima, furno coctus priuato, lignis non uiciatis, neque damnatis, ea supersticiosa aliqui putabunt, in ijs enim maxima uis est, quod experimento cognitum est, balneo putridis lignis calefacto, multis interemptis. Hyeme uero & ijs qui crudi sunt uinum Cretense, uel Falernum, maxime à Gal. lauda tur, aut Rheticum, austerum prima mensa assumi debet, deinde mediocris potetia, astra te clarum, suauem, nullarum ferme uirium. Veteres probabunt, inter quos Celsus, alternis diebus inuicem modo aquam, modo uinum bibendum: ex posterioribus medicis non nulli in totum à mensa arcent. Veteres absynthite salutare in omni pestilentia habebant. De cibis, ut ab his quæ ad primam mensam ueniunt, exordiar, lactuca ex aceto conuenit, qui oleum addunt magis gulæ, quæ stomacho consulunt, seris, cihorium emedullatū co ctum magis quæ crudū prodest, difficilis enim concoctionis est, portulaca, acetosa her ba, inter cæteras peculiaris in pestilentia medicina, non minori gloria habetur Sôchos, quæ Scariolâ Punicæ uocant, & quæ pimpinellam uulgo nominat, hyeme uero ruta, saluia, menta, pulegium, abrotanum, artemisia, buglossum, hyssopum, apium, serpillum, mel lissophyllum, sampluchus, betonica, calendula, dictamnium, & cappares, mali medi ci flores, qui odore & uiribus cæteris præstant: suauiores in Italia quam in oriente. Quidam mali medici carnem tessellatim concidunt cum cortice ad hos usus, quod nisi firmis stomacho dari non censuerim. Secunda mensa lens sola inter legumina proba tur, alioquin à Galeno danata, sed cortex demitur, primaque aqua in coquendo diffunditur. Hyeme ciceris ius omnium consensu laudatur. Sileræ & pastinacam emedullatas laudauerim,

Vinu quale esse debet.

laudauerim, & quam Gallicam uocamus Græci à colore Glaucum, uulgo careotam dicunt, tosta enim ex aceto addito aromatis momento commendatur, uel in prima men sa, iulæ item radix, asparagus, ætate lupulus quem lupum salictarium præsci uocabant. Prodest & quæ specialius radícula appellatur, herbarij raphanidam uocant, gustu si napi proximam. At carnis usus moderatus esse debet, in hoc enim casu uictus athle ticus damnatur. Abstinentia iuuat, hoc est non nisi quod oportet, satietas enim ac fames periculosa sunt, nec nisi intemperantes homines pestilentia conficit. Tempestiua igitur abstinentia, & tempore, & modo, & ordine habenda est. Caro igitur optimi tempera menti esse debet, assa magis quam elixa, qualis est uituli lactentis, apri, capreoli, hœdi, le poris, pulli gallinacæ, uertecis anniculi, cui & uituli pedes ex aceto præferuntur, in ui tula, ac foemineo hœdo adenes mammaram laudantur, Galeno teste, oua sorbilia pri ma mensa conueniunt, pruna incocta, uel ex uix acerba succo. Capo, per diox, lepus, at tagen, ut Galenus tradit, phasianus, merula, turdus biduo maceratus aceto, auiculæ om nes, turtures ac palumbes. Coturnicæ uero, anserem lagopum, qui cito marcescit, & anatem damnauerim, & earum pullos, quos Galenus in primis præter alias coarguit. Quidam aceti acrimoniam passa minuta uel passo admixto coient, frigiditatemque cin namomo temperant. Ex piscibus procerum lupum laudamus tum marinum tum flu uiatilem, eiusdem enim sunt nominis atque similitudinis, uerum marino præcipue suau itas, longum rostrum nullis spinis intercurstantibus, belonem siue acum, uulgo angustigu la dicitur, nullum barba insignitum, & marinum & fluuiatilem auratam, labrax uero quem uariolum uulgo uocat maxime laudatur in hoc genere, & rutam fluuiatilem ob similitudinem posuerim. Mugiles pelagicos commendauit Galen. Omnes pariter pi sces, qui carnis candore & suauitate cæteris à gula præferuntur, eo tempore laudantur. Si ex aqua fuerint non damnata, qualis salmo est in Aquitania omnibus marinis præla tus, & carpio in Benaco lacu, nostro omnium laudatissimus, lumbricos item fluuiatiles omnibus prætulerim, sed quia raro capiuntur qui libram excedant, raritas laudem ade mit, optimi enim sunt succi, uulgo lampetram uocit. Pisces omnes ex aceto tosti in craticula primi meriti sunt, secundi uero gelu præstrikti habentur. Saxatiles omnes à no stris medicis maxime probantur, inter quos à magnitudine capitis Foroiulicæ nostri capiones uocant. Secundi meriti sunt qui harena nascuntur pisces omnes. Leuiores pelagici, ut quos paguros uocant: reliqua prætermittimus, nam medicinam hoc in lo co non Ganearum culinam tractamus. Oleosa præterea, ac pingua omnia uitanda sunt: & lactis omnia genera. Quidam oxygala dari censuerunt, sed stomachi ratio habenda est, alio qui facile computrescit. In ultima mensa ex fructibus omnes qui in stomacho haud difficulter uiciantur, cauendi sunt, qualia sunt mala armeniaca, cerasa, mora, cucumeres omnino damnantur, melopepones quoque nisi præstantes sint, ac in prima mensa, po maque quæ melimela dicuntur, ac pira fragilia probantur, tosta præsertim, saccharoque con trito luperiniecto, id præsci delitijs uix notum fuit, nunc plebi uel rusticis familiare. Perfica ex uino austero utiliter commandantur. A mensa piscium, nuces iuglandes, si modus est, utiles sunt amygdalæ in aqua infusæ, pistacia, nuces pineæ, coriadrumque saccharo confecta, uel ex ijs discussis tunicis ex passula amygdalæ suauiter comedun tur. Citrea mala & eorum genera utilia sunt, nam & ciborum cupiditatem afferunt. Mo reta siue oxypora idem præstant ex aceto aspero uel uix acerba succo: ex ijs hortensi bus quæ supra commemorauimus, uel mali granati suauiter, acris, uino, hyeme sinapi con tentus esse debet. Quidam oris suauitatem commendant semine citreo commanduca to, quod & aeris pestiferi noxiam abigit, si quotidie estur, hyeme cinnamomum, zingi ber, cardamomum, garyophyllum, nux assyria ac macer cum dictamno, corallio, croco, additis ceruini cornu ramentis, contrita enim & cribrata: specierum nomen ab autori bus sortiuntur, & in edulsijs cibarijsque omnibus utiliter insparguntur.

Tempestiua ab stinencia pesti te pore optima.

Quod genus pi scium eligendū.

Qui fructus in ultima mensa ui tandi quæ sua mendi.

Oris suauitas quibus commet detur.

In reliqua uictus consuetudine, quam minimum mutare debemus.

De som.

HOc tempore mane surgendum non est, neque pedibus nudis ambulandum, tempestatesque varias varijs uestimentis obseruanda, ne frigore aut nimio actu fatigentur corpora. Eodem sepe die uentorum causa modo frigus sentimus, modo actu laboramus. Somnum meridianum priscæ posterioresque medicorum scholæ damnauerunt in fuetis maxime: & pestilentiae tempore abstinentiam laudauerunt: modo plus cibi modo minus assumi suadet Paulus Aegineta, isque modo calidus modo frigidus esse debet, interdum & exiccantis naturæ. Idem & de aëre arbitrabatur. Aetas quoque nostra repletionem siue crapulam uitadā suadet, famem nimiam, sitim, fluxum, uomitus, ac uenerem, crudelitatem quoque letalem putat. Balnea, fatigationes, sudoresque minime tuta sunt, eo tempore arcti, tabulis, iocis, leui lectione, liberalibusque ludis animum recreare iuuat. Frictiones corporis Galenus ubi opus sit, laudat leues, tristitiaque si quid aduersi euenit leuare oportet, & animi morore pellere, nihil de pestilentia cogitare. Plurimum enim refert acri intentione aliquid animo uolutare.

Potiones et alia auxilia in pestilentia tempore, Cap. IX.

IN primis hominis (ut diximus) proprietatem, aut aëris circumfusum, uel alterius rei naturam nosse oportet, quibus facile occurrimus contrarijs qualitatibus, uel ijs quæ sine certa qualitate, sed specilia duntaxat forma subueniunt. Verum prius, quod diuinus Hippocrates incrassanter clamabat, per quam humida corpora siccanda, impura que purganda, ac poros aperiendos corporis, quod Galenus se factitasse scribit, quo tempore frequentes carbunculos oriri uidebat certissima pestilentiae auguria ex abundantia putredine. In quo casu sanguis mittendus est, sed modus seruandus, magis tamen quibus in usu est, uel quibus sanguis melancholicus substiterit, ut menses in mulieribus & maribus hæmorrhoides, aut in utroque genere narium profluuium: tempus idoneum est plenilunio. Qui uenam secari non patiuntur, natibus cucurbitas imponant, aut sanguifugas. Sanguineis, ac morbidis corporibus id sapius fieri debet. Vomitus (ut diximus) obest nisi sponte fiat: malam enim materiam ad uitalia trahit. Altius mollienda est rore syriaco, quod manna uocant. Iudæorum officinis nunc familiarissimo, siliqua Aegyptia, quam casiam fistulam falso appellauerunt, casiae fistulae odorata nomine errore manifeste, de qua supra diximus, Galeni Plinijque graui testimonio, tamarindis quoque, ac uiolacea potione. Alij ubi aluus astricta est, clysterem infundunt comunem. Sed remedia addemus celebratissima quibus uentrem exoneramus, ac corpus tutum reddimus. Cataportia enim sunt Ruffo ascripta, quæ ex ijs sunt, aloës hepatitis lotæ p. 2. myrrhæ purissimæ, quæ stacten uocant, croci, omnium p. 1. ex uino dantur, summo mane drach. pond. aut semidrach. Qui ijs catapotijs usus est, ut ruffus promittit, neque pestilentia, neque contagione unquam correptus est. At Paulus Aegineta auctor grauissimus aliter describit hæc potione propinanda, quæ nostri in cataportia digessere, quæ deuoratu faciliora essent. Ille autem ex Ruffo ita demonstrat. Aloës hepatitis lotæ partibus duabus, ammoniaci, thymiamatis, tantundem, myrrhæ parte una, hæc in uino diluta meraciori danda sunt, prisci cyathi mensura. Idem Paulus Aegineta spondet Galeni autoritate, rubricam armeniacam potam drachme 1. p. summopere prodesse, & hyeme theriacam pari modo ex uiperis compositam, qua Romæ Galenus usus est maxima in pestilentia, quæ omnibus bibentibus salutaris fuit. Sed eo peruenit audacia, ut non solum priora immutarent, sed etiam aliquid addiderint. Quidam Zoar nomine, nescio qua rerum coniectura usus inter barbaros medicos non infimus, fimo columbino, his potionibus catharticisque usus est in aëris & aquæ uiperis, neque id casu ductus, crassos enim humores detrahit, ac putridos sua substantiæ similitudine, prospero (ut dixit) uentibus suis sepe fallacibus coniecturis corpora humana hominibus uescenda damus, aromate asseruata quam mumiam barbaro nomine uocant, ut ignarum uulgus sui generis edat carnem infando naturæ piaculo, cæteris ueluti deficientibus in medicina remedijs. Num satis erat uiperas nocentissimas serpentes antidotis admiscere, nisi & humanum adipem adunctiones studiosius inquirat ætas nostra ridicula sepe, & uana frustratione, cum non proficit: qui magna permittunt alia commiscerent, quæ sunt efficaciora. Sub quibus latent quorundam

Cibi modus.

Frictio.

Quid primū pe-
sit tempore faci-
endum.

Secunda uena
tempus.

Pilularum quat
uulgo pestilenti-
les uocant, præ-
stantia.

quorundam empiricorum rapinæ. Sed ad nostras potiones redeamus. Inuentum est & sæculo nostro qua ratione sanguis humanus bibatur: quo ostentis feris ipsis feriores sumus, non sine enim horrore relectorum corporum extra aspiciuntur, quanto magis assumitur quasi sanitas, aut longior uita haberi non possit, nisi ex homine. Iam sanguiculum, & pulpamentum in cibos ex sanguine & humana carne, expectamus. Quis non iure ac culabit medicinam monstrorum magistram. Hæc hominum profecto, non artis uitia sunt, in qua re & Xenocrates à Galeno damnatus est, hocque superstitiosis medicis, dictum sit. Vbi corpus refrigerandum est, uiolacea potione utimur, rosacea uel citrei mali, admixta portulacæ aqua, cichorii uel, seris, acetosæ (quæ oxalidem quidam uocant, Cretes oxynidam uulgo dicunt, sonchi, buglosi, illam scariolam uocant, omnium semuncia. Alia potio est diligentioribus obseruata, miri effectus, in qua & stomachi & cordis ratio habetur: Seris, sonchi, acetosæ, buglosi, singulorum manipulus, seminis item acetosæ, portulacæ, seris, & mali citrei excusis tunicis, omnium semuncia, rosarum rubearum, uiolarum, nymphæ, lilium, buglossi utriusque generis omnium drachmæ 3. rosmarini 2. aquæ rosacæ, triduo iusta infusione macerentur, postea per furniculum leui flamma destillans aqua excipiatur, in aqua & saccharum addimus, & citrei mali succum, & sandalorum farinam, spodiisque uel momentū eadem facito inferueant, ad liquidū mellis consistudinem, ex qua binæ uncæ per se mane assumuntur, & tribus horis ante cœnā. Vbi excalefacere opus esset, pro cœli qualitate, ac hominis habitudine: ea potio utilis est, in qua betonica, chamædrys, cichorium, calamintha, sampuchus, omnium pares portiones, cortici mali medici, zedoaria, iūci odorati, stœchadis, exiguo garyophyllo ac cinna momo addito. Animaduertendum tamen est, ubi hominis habitudo frigida est, ac cœli qualitas contraria, naturam hominis sequi oportere, in qua sententia, & Galenum fuisse uideo, nam aëris caliditati sponte aduersatur natura. Atque ex omnium cōfessio id elaborandum est, ut corporis omnino temperamentum, uictu, exercitatione, potionibus læto animo, cæterisque præsidijs cōseruetur. Aliud item præceptum est, inter omnes regulares obseruationes, ne sanguinis naturalis profluuium, de quo diximus, hoc tempore prohibeatur, neque item scabies de qua diximus unguine sanetur, ac ulcera corporis impleantur, male enim sibi consulit, imò scabiæ contagione pollui certissimū est (ut diximus) remedium, quo corpus ab ea peste tutissimum redditur. Alios in eo metu tibias uel brachia candenti ferro inuisisse, alios pustulas exulceratorio medicamento excitaſse scimus, ad malos humores auertendos, remedia certissima. At cui sanguinis dimissio necessaria est, per quadriduum hac potione materiā digerente matutinis horis uti debet, in quibus & cordialia imponimus, habet glycyrrhizæ radicis, hyssopi, singulorum semunciam, mellissophylli siue citraginis, callitrichi omnium manipulū, seris, sem. portulacæ, sandali utriusque ramentorum 3. 3. aquæ quantū satis sit. Sacchari exinde lb. exiguo aceto addito, ac aromate cali cordiali ceu garyophyllo aut nucē assyria. Et si frigidis opus est, medicabiliter aspiant subueniunt. At astrictæ aluo interea infusionibus subditis, ac collyrijs, quas glandes Paulus Aegineta uocat, commodatissime succurrimus. Concocta materia catapotijs Ruffi uentrem purgamus: exinde uenam secari iubemus, ex iecoraria uena, assuetis præsertim, & ubi sanguis exundat atque corruptus est, alioquin manus abstinentiæ, ne commoto inter uenas sanguine ad crudelitatem siue ebullitionem reliqui inducantur humores, uirelique uel inutiliter demantur. At si præter sanguinem alij humores purgandi, extrahendique sunt, uehementioribus hoc tempore medicamentis opus non est, quæ uentrem perturbent, & corporis intus humores fluctuantes reddant. Dandaque opera est, ut si corpus integrum est, quod iam pridem liberalius homo uixerit, ac caste, ut medicamenta nullo modo assumat, intempestiua enim sunt. At si materia demenda erit quantitatem nosse operæpretium est, quod ex urinae argumento agnoscimus, ubi plus minusue sedimenti fuerit. At præter theriacā, ac mithridaticam illam nobilē antidotum aliz mixturæ sunt, quæ eo tempore maximè cōueniunt, inter quas medicamentū quoddam diamusichū uocamus. Iræ & dialichō. Diastuccinum odoratum. Terram lemnia ex uino laudauerim, si haberi potest, antidotis quondā familiarē, cuius rei causam Mahumerus Turcorum

Empiricorum uita
pina in quibus
latent.

Refrigerantia
corpus.

Calefacientia
corpus.

Scabies scilicet
ris pestis reme-
dium.

Potio ante mis-
sionem sangui-
nis necessaria.

Collyria
Glandes.

Quib. a medica-
mentis abstinen-
dum.

Lemni insula occupata qua causa fuerit Turco.

Turcorum rex auarissimus capta Asia Lemnum insulam lucri spe occupauit, na rubricae lemni priscam audierat autoritatem. Alij aliam referunt causam: nam terra lemnia nomas lias curari posse sperabat, hoc est ulcera serpentina quaedam, quae cum neque compescere, neque sanare potuissent medici, eam cum tota insula iracundus rex damnauit pristinae reputationis tadio. Vnde prisca illa autoritas qua adhuc retinebat insula, eius infaulto auspicio adpta est. Reliquas simpliciū facultates quae pestilentiae priuatim aduersantur suo dicemus loco, atq; compositiones quasda pertractabimus. His igitur peractis obseruatisq; exonerato corpore, ac per purgato, neglecta uenere, balneo, uomitu, sudore, uictu liberali addito, ceterisq; obseruationibus rite peractis a pestilentia omniq; contagione quisq; sese tueri potest. Hinc ad curationes pestilentiae transeamus.

De natura pestilentis febris, Cap. X.

Pestiferu aeri per meatu cutis ingredi.

Si uero neglecta obseruatione, aut per ignorantiam, aut ex improviso, uel alio casu febris pestilens ex familiaribus aliquem inuaserit, confestim mutandus est caeli status, & in plures partes distributa familia, longinquae regiones petenda sunt, uel ita segregandi omnes, ne si quis contagione male affectus est, alium quoq; contaminet. Ea em labes ex aeris circūsi corruptione uel mala qualitate, inter respirandū ad cor pertinet, uitalisq; spiritus inficit, quia & aeris uenenati uis in regia uitae sede inter se colluctantur, donec uirulentum uirus, occupatis spiritibus humores pariter qui psidio sunt corrumpat. Vnde ignitus feruor pter naturam diras flamas sine intermissione per uenas arteriasq; ad corporis extrema eructatur. Aut idem pestifer aer nos ambiens (hoc enim per quara rum est) cutis ita meatu subit, ut ardes inde febris oriatur, in putrido febrium genere, ut Gal. placet. Vel ex aquae quadoq; potu exitiali euenit, uel cibi noxijs assumptis, uel aliquo apostemate pestiferae naturae in corpore enato, & ex omnib. humoribus, qui magis putrefactioni parati sunt, febrem pestilentem reddunt, a quibus febris nomen habetur. Cum plurimum tamen ex sanguine biliq; ruffa, ex phlegmate uero raro, cum uitio aquae uel pestiferi cibi fuerit, fieri solet.

De notis pestilentis febris, Cap. XI.

Peste laboranti in urina.

Veterinaria uina causa.

Excrementa elui in febre pestilenti.

Pestilens igitur febris inter initia remissio extrinsecus calore hominem aggreditur, nec protinus seua oboritur. At intus praecordijs magis, quam reliquae febres astuat, & maiora intus incendia miscetur. Vnde uelamenta non sustinent, sed nadi quandoque, si sine custode sunt in puteos aut in propinqua flumina se iniiciunt. Euenitq; interdum calore uenarumq; ue motu remisso, urinaq; uesani haud dissimili, agrum pter opinionem ocyssime rapi ex oculis medici. In uniuersum omnes huiusmodi febres exitiales sunt, atque protinus enecat, magisq; q ex ruffa bile, aut sanguine sunt astate pferam, cholericam aut sanguineam habitudine. In quibus ardentis oculi sanguinolenti uel facies inflammato rubore mutata cernitur, saepius uero uultu adeo truce uidetur, ut pristinam non referant formam. Oris sapor ac linguae color humoris naturam indicant, q cum plurimum nigra est arenti similis & exerta sitisq; uehementior: q omnia ex ore stomachi uapores noxios astuante pueniunt. Ex narib. quandoq; spiritus feruore qdam prorumpit grauer olēs, aut pituita interdū cōtinenter profluit, Paulo Aegineta autore. Pestifera auguria. Urinae color uariis est, modo clarus, modo rubēs, liuens quandoque in suprema humoris parte spiritalibus membris obsessis. At initio ueterinaria semper exitialis, q & feculenta est, imperitis etiā nota. Quae clara limpidaq; est calore natiuo profugato redditur inconcocta, quandoque tamē alba lutea purpurea humoris dominium denunciat. At Paulus Aegineta duo tantum genera demonstrauit, biliosam, a quosam & nigrā mali sedimēti pessimāq; nubeculā. Veterinariae causa est genitilis calor extinctus, q excrementi huius partes liqdas ac tenues crassamēto nō secernit, quo sit natura suo calore destituta, omnia in discrete permanēt. Quod e diuerso in optima ualitudine aut morbo, de quo tutus medicus esse potest, contingit, q & si frigore confunditur ac perturbatur, eadem ignis tempore pristinam claritatem remittit, quod a physicis nostris ratione ostēditur. Alia quoque urinae signa calidissimi rerū naturae medici ac philolophi tradidissent posteris, nisi in dubio quoque eorū uita fuisset, capitalis enim poena est tales agros uisere. Ex aluo uero quaedam proluuies, liquida, foedior, horrendo odo.

di odoris, spumosa uncto fluenti similis lutea interdum, atra quadoque cum multo crepitu sponte erumpit, ut tradit Paulus Aegineta. Euomunt saepius, modo bilem ruffam, modo atram graue olentem. Quidam guttas sanguinis concretas letaliter emittunt uomitu, aliqui sanguine reijciunt. Sudor praeterea immodicus foetidissimi odoris, frigidusq; uiribus intermorientibus undique profluit. pustulae quandoque siue ardentes papulae, quae liuidae fiunt, per membra oriuntur, quae subito quandoque delitescunt. Os quoque ulcera male habent infantium aphthis quam simillima: quae ex corrupto uapore sublimitatis ausdo nascuntur. Cum plurimum letifera continua nausea uomitusque, ac stomachus cibum respiciens, letalia sunt prognostica, ex uicinitate oris stomachi cum principatu cordis, praesertim si lenta febris affuerit: capitis item dolor, si agrum fatigat, suspitionem auget, ex quo & delirium sequitur. Respirandi item anxietas thoracis totius incendio, in quo casu spirandi magis quam respirandi necessitas apparet. At arteriarum pulsus in huiusmodi febre saepe tenuior est, sed frequentior, nocte tamen uehementior fit, qui inaequalibus mouetur interuallis. Membra interdum contrahuntur, Paulo Aegineta teste. Anima saepissime deficit. Tussicula uigiliaeque agrum excruciant, unde mens quandoque stupet, uel intellectus confunditur, minaci que quodam furore ducuntur, quam phrenitum uocamus. Somnus quandoque profundior ubi carbunculi maxime oriuntur: stomachi praeterea dolor, lienis inflatio, praecordiorum tumor apparet. Membra resoluuntur, ut consistere nequeant, in lecto uero caput & extrema impatibili quodam languore iactant, ut stare loco nesciat. At indubitata signa sunt, faucium, aurium, alarum, inguinumque tumores, quos Panos uocamus, ac carbunculi quas anthracidas uocant Graeci. Animae defectus in prima secundaque die uultus priori dissimilis, pulsus enormiter se mouens. Vomitus perseverans, urina turbida, feculenta, animi anxietas, iactatio corporis certas pestilentes febres uel plerisque ex his notis haud dubio dignoscimus. Exemplis tamen constat pestilentiam quosdam ita sensim inuasisse, ut medicis ephimerinam febrem existimantibus, agri subita ac praesentanea morte rapti sint: de qua restatim aliqua subiungemus exempla.

Letalia in peste signa.

Qui praeter medicorum opinionem ignota pestilentis febris, subita ac improvisa morte interiere. Cap. XII.

Antonius Cornelius patricius Venetus inter saeuissimae pestilentiae aetatis nostrae initia, in qua plures medici extincti sunt, ignoto morbi genere, nondum enim pestis detecta erat, febre satis leui correptus est, quam uel ephimerinam putabant, submisso per membra calore, et ceteris notis securitatem promittentibus, septimo die caput ac ceruix sudore frigido maduerunt, atque protinus interijt. Interea dum admiraretur medici, dum casum inopinatum perscrutareretur, dumque uulgus insanum eos damnaret incitiam: ecce per plures uicos ciuitatis pestis acritus urbem coepit premere, adeo ut 300. protinus singulis diebus funera tumulis redderentur, ac nisi subita populi ac nobilitatis fuga facta esset, maiori strage afflictam ciuitas fuisset. Sed hoc unum referendum arbitror, nugator maligne ac medicomaltix impudens, nulla est in tanta febrium ambage insidiosior, nulla fallacior, salutem enim in fronte promittit, occipitio uero exitialem exitum refert. Pestilentia quae Athenis quondam saepissime grassata est, ut Thucydides refert, ex Aethiopia quae est super Aegyptum, deinde in Aegyptum Libyamque descendens, conragione Pyreum occupauit, ita ut initio ab omnibus diceretur, uenena in puteos a Peloponensibus esse deiecta, mox uniuersam urbem infecit, quae eodem anno nullo alio morbo omnium confessione laborauerat: in ea enim nescio quid ueneni inerat, praeter consuetudinem in qua nullum remedium idoneum repertum est, quod quis diceret utile fore si offerretur. Cadaueraque insepulta a nullo animali intacta fuisse, uel si attingebantur, protinus necarent. Vnde circa cadauera neque albi uisebantur alites. Patauij quoque aetate nostra Antoninus quidam Siculus disciplinarum nostrarum sectator, laterum dolore urgebatur, pleureticusque a medicis habitus est, is quinto die obiit, ac pestilentia statim subsecuta est. Mirantur praeterea physici nostri in tanta ueneni reputatione, calorem corporis quandoque adeo remissum, urinam claram, uenarum motus aequales, ut certam omnino salutem quisque possit promittere. Hoc autem contingit non ex morbo.

Improvisa pestis Venetis oritur.

Vehemens pestis uenenum Athenis.

Quare quaedam salutaria signa fallaci in peste.

Bb bi subiecto

bi subiecto, sed cibi materia, quæ aliquantisper perficitur, unde urina salutaris apparet il-
 leso iecore, saluis que renibus, qui morbi materiam pauens natura congregi non aude-
 ne in prælium descendit facile cum ueneno statim moritura, sed corporis paululum ha-
 benas moderatur, & regit. Vbi dum tempore decretorio bene sperandū putamus, mors
 inopinā ægrum rapit. Quod & phthisicis euenire solet. Aliquibus idem pariter euenit,
 iisdem urinx notis, arteriarum æqualitate, non spernenda leui febricula, in qua die creti-
 co sanguis è naribus prorumpit, quo auxilio dum securitatem ægris promitterent medi-
 ci exinde mors insperata intercessit, atq; miserè præsentaneo ceu ueneno rapti sunt. Pe-
 stilens enim uirus in aliqua corporis parte latitans modum speculatu est, apertoq; dein
 de mare cum natura pugna cõfecit. Et duæ aliquando febres (ne in infinitum abeamus)
 coeunt, quarum altera medicinæ præsidio sanatur, altera in aliquot dies protrahitur, cu-
 ius materia iam putrefacta celerius pestilentie uirus contrahit, ubi pestis per ciuitatem
 præcipue grassatur. Dum t̃p̃ tumet eo successu medicus, dum superbia inflatur animus,
 & nummi spe titillat auaricia, ex improuiso moritur æger. Quas ob res multiformiter in
 sana uulgi censura medicos nostros damnari uidemus. Sed de malis in pestilentia præ-
 sagijs dicendum est.

De malis prognosticis in febre in pestilentia, Cap. XIII.

EXitialis plurimum ea febris est, in qua cõtinuo metu angitur, cibi que tædio de die
 in diem ducitur. Contra animi securitas, ac ad cibum obseques animus, salutem sæ-
 pe denunciat, nec id tamen perpetuum est: audiuimus enim nonnullos in quarta quina-
 ta que die ceu conualescentes per domū oberrasse, ac cibos non respuisse, paulò tamen
 post expirasse. In ijs igitur febrib. exitus incertus semper habetur. Calor remissior quã
 par est, reliqui que affectus uehementiores, quæ incidentia siue symptomata uocamus,
 suspecta sunt: facies commutata, liuida, aut cum purpura nigricans, maculis que pluribus
 uaria, mortem in propinquo portendit. Urina feculenta, de qua diximus, si nullum in ea
 subsidet crassamentum, mortifera est, quæ si diu perseverat, & uires ægro sunt, longum
 morbum, si imbecillitas est, præsentaneam perniciem prælagit, in summo aquosa perse-
 uerans, tetri odoris, atrii coloris, ac crassa, pestifera est, liuida mala, uentris item fluor hor-
 rendi odoris, uarij que coloris, ante digestionis signa damnatur. Biliofa ac multa qua æ-
 ger non cõualescit, mala existimatur, uncto similis, de qua diximus tetri odoris, in cuius
 summo luteum quoddam uirulentum que cernitur, letifera est. Sudor frigidus circa ca-
 put, ac collum, febrî nihilominus sæuiente, mortem minatur, & quæ euomuntur, si gra-
 uis olent. Si que porracei coloris sunt, aut floris æris similia, aut atrii coloris mala sunt.
 Animæ quoque grauitas, macula pustulæ que omnes quæ oriuntur, ac statim delitescunt,
 exitium certum portendunt.

Qua uictus ratione in febrî uii debent, Cap. XIII.

Incommoditates ex nimio medicamentorū usu.

CVrationis itaque principiū est uictus ratio, quam dietam uocant, exinde digestio,
 & flammæ interioris extinctio, & corporis demū exinanitio. De his quæ animum
 recreant, suo loco dicendum erit. Victus ratione Asclepiades in totum profecutus est,
 ad quam omnem curam transtulit, medicamentorum usum damnando, quibus & sto-
 machus læditur, & præmatura senectus inducitur omnium medicorum consensu: & si
 hac ætate aliter contingat, ut quos reprehendant, singulis momentis immittentur, nec
 tantum antea medicamentorū uires in usu fuere, sed addunt in mixturis quæ uirus tem-
 perant, nihilominus uenas malo succo implent, & minima in re, ut leuissima tertiana dia-
 rhodon catharticum offerunt. Et si multa eueniant, quæ sine medicamentis curari non
 possunt. Sed ad ea quæ clinica ratione obseruantur, redeamus. Aëris igitur salubritas in
 pestilentia febre eadem querenda est, quam supra descripsimus, cubiculi opportunitate,
 cuius fenestræ in aquilonem uergant, perflabiles, noctem uero cædelis uincere oportet,
 lumine enim spiritus, & humores extra reuocantur, propterea in eo casu somniculosum
 ægrum timemus, ueterinosum nostri, Punici subethicū uocant. At ubi uigilijs excrucia-
 tur æger, utilissimum est, si uires suadent cubiculum & lectulum sæpe cõmutare, aut lin-
 tea salcem & stragulas, aceto rosacea q; inspersa, & omnia quæ ad usum faciunt, æger præ-
 terea uestimentis strangulandus non est, sed admodum leuibus tantum ueladus. Cibus
 præterea

Quo genere cibi uii debeant.

præterea (ut summatim dicamus) refrigeratricis naturæ, stypticæq; esse debet, qui & si
 exiguus plurimum tamen alat, facilis que concoctionis, acetosis conditus, atque ex his
 deligendus est, de quibus supra diximus, pro ægri desiderio: uarijs enim delictis, uarijs
 saporibus, additis odoramentis stomachus conciliandus est, sapius que in die cibus offe-
 rendus. Carnis item succus craticula assæ & expressus uel furnibulo destillatus (ut nūc
 faciunt) stomachum non offendit, & protinus nutrit. Galenus horam prandij, ac coenæ
 pro consuetudine laudauit, alij uespertinam matutinam que præferunt interdiu & sæpe
 salutare mixturas, cõfectiones, uarios que potus & saluberrimos continenter præbet.
 Culinæ autem ratio in hoc casu referenda est, ut phasianū uel perdicem, aut pullum gal-
 linaceum depilatum, sordibus mundatum, rosacea aceto que diligenter abluant: corian-
 dro que præparato, myrti baccis, sandali uiriusq; surculis, acribus cerasis, uel prunis far-
 ciant, diligenter demum assū offerant. Elixia in hoc casu damnantur, pingui que qui-
 bus stomachi auuiditas, si qua est, ademi solet. Qui distillationibus uitreis præsertim suc-
 cos colligunt, ne combustura inde contrahatur, fuculo aliqui grati odoris substernunt.
 Qui has negligunt distillationes, phasiani carnem aut perdicis minutatim concidunt,
 uasi que imponunt uitreo, obturant que ne quid euaporet, id que in cacabo æneo aquæ
 pleno igni imponunt, & sine aquæ humore carnes decoquunt, sed suo duntaxat succo
 macerantur sine ignis iniuria. Continenter feruere debet donec excoquatur materia,
 exempta phala succus linteolo exprimitur, potui que datur, à drachmis 4. usque ad un-
 ciam modus est, addita cordiali mixtura, qualis est diamargariton, dialithon, & huiusmo-
 di. Alij iusculum faciunt, addito ouo recenti, & mali granati uino, uel uix acerbæ succo,
 uel alterius rei acrimonia. Alia eiusmodi edulia excogitantur indies, quibus cor & uires
 corporis sine stomachi tædio recreantur. Nouimus tamē & celeberrimos in medendo
 autores, qui carnis usum in hoc febris genere damnarunt, sed tempori atque consuetu-
 dini aliquid semper concedendum est, ob id pulsem tantum hordeaceam, aut ptisanam,
 hanc enim ex grano, illam ex farina conficiunt, offerunt, quibus stomachus acida nō ru-
 ctat, ut tradit Galenus, qui & alicam Romanam laudat. His omnibus tenuior est, furfu-
 ris hordeacei marcor, ex amygdalarum lacte expresso, ac saccharo addito. Alij molle pa-
 nis albilissimi ex aqua frigida, quo sæpe in ardenti febre usi sumus. Nihil que calidū in ci-
 bo aut assumendum est, & ad cibū cogendus est æger, quo subducti spiritus mirè emen-
 dantur: interea cõfectiones quæ nutriant, ac hilaritatem faciant, in quibus gemmarum
 farina efficaciter imponitur, assumuntur. Plebs lente uti potest, excusso prius corti-
 ce, bis que aqua mutata, addita aceti ligula, oryza hyeme ex amygdalarum succo aut la-
 cte acetoso dempto butyro, ouum sorbile cum albore. At sitis quoque, quæ maxime fe-
 bricitantem excruciat, uino acidulo, quale Patuina populii, aut salices dare solent, re-
 cte extinguitur, nullarum enim uirium est maxima cum uix acerbæ succo uicinitate.
 Alij uino mali granati utuntur, expressis acinis sine corticis stypticitate, quod ex oxia-
 chanto fit, crispinum Transpadani uocant, dysentericis nobile medicamentum & sitien-
 tibus iucundū: si hæc non sunt, acetum prodest aqua infractum rosacea. Quidam auste-
 rum uinū dedere, album, odoratum, seu Cretense uel Falernū, aut Rheticum, præter quã
 in capitis affectu, ubi anima deficit, sed uini uires frigida cœlesti infrangunt, aut fontana
 salubri, uini tertia portio esse debet. Sed temporis & habitudinis ratio habenda.

De potionibus quæ in febrî pestilentia dari debent, Cap. XV.

HIs potionibus maxima curatōnis pars perficitur, quibus febris intemperantia, quã
 διουρησια Græci uocauerunt, corrigitur, & membra principalia conseruantur, &
 puriora redduntur, cor præcipue ac eius spiritus, iisdem morbi materia digeritur perpur-
 gatur que, meatus aperitur, à ueneno q; tutum corpus habetur. Quæ omnia maxime
 sunt obseruanda ubi feruor ingens est à cholera præsertim potiones largiores esse debent
 ad sitim tollendam uehementem, ex aqua hordeacea maxime iuuant in qua et candens
 aurum extinguere cõsueuerunt. Qui ultra satietatem bibunt, stomachi ac pectoris infirmi-
 rationem habeant, atq; consuetudinis memores sint. Nam & reliqua symptomata uita-
 re debent, Gal. sententia, qui ex frigida potu eueniunt. Qui hordeacea abhorrent, cister-
 ninam uel fontanam bibant, prius tamen coctam, sacchari quãpurissimi exiguo addito,
 Bb 2 modus

Carnis usus.

Vinum in febre pestilentia.

Frigida bibenda modus.

modus est nullum in hauriendo seruire modum, sed ultra satietatem etiam bibere prodest, uestimentis demum cooperiendus est æger, reliqua que seruata sunt, quæ supra prioribus libris annotauimus. At reliquæ potiones matutinæ diluculo dandæ sunt, uel ante prandium horis quatuor, totidemque ante cœnam iusto interuallo: & quia plurimum huiusmodi febris ex pluribus humoribus oriri solet, digerentia ob id uaria esse debent humorum rationem habentia, in quibus & cordialia admiscemus, acetum que mire in hoc casu potentia aut citrei mali succum. Sed potionis exempli gratia, genus unum apponamus, buglossi succum, et malorum quæ melimella dicuntur, ac eorum quæ acidula sunt, in catino per diem referuantur separatim, donec crassamentum subsidat, ex quibus omnibus ʒ. colligitur, addita seri aquæ citrei que mali succi, ac herbæ acetosæ sesquiuncia, rosa cæ ʒ. ʒ. sacchari purissimi lb. 2. sandalorum, aromatis modicum adijcito, & ad sapæ crassitudinem ignis uapore coquito, & ad usum seruiato, qui camphoram addunt, de appetitu immemores sunt. Aliter, buglossi, mellissophyli siue citreaginis, acetosæ, sonchi, iucci omnium ʒ. 2. aquæ rosaceæ, aceti albi sesquiunciam sumito, citrei succi, uel uini de malis granatis ʒ. sacchari albilissimi quantum satis sit, deseruefacito eo quo diximus modo. Quibus hæc parata non sunt, eadem condita saccharo inueniat apud officinas, inter quæ uio laceam potionem, rosaceam, nymphæ, pomorum, buglossi, seris, acetosæ, citrei succi, & his similia inuentu facilia habebis, quibus & materia digeritur, & sitis importuna interdum uincitur. Mixture quoque utilissimæ adduntur, quæ commandantur, uel dilute ex aqua bibuntur, habet rosatum conditum, uiolatum, buglossatum, ad ʒ. p. pulueris margaritarum semidrachmā, ac specierum dialithi drachmam, auri argenti que scobis singulorum obolum, alij auri bracteas tenuissimas 6. addunt plus minus uel pro cuius que fortuna. Alia item efficacior est, & primi meriti, eadem condita continet, margaritarum farinæ ʒ. dialithi specierum ʒ. 2. coralli utriusque ʒ. 1. seminis acetosæ citrei que mali sesquidrachmā, spodij ʒ. 2. ossis ceruini cordis obolos tres, monocerotis cornu regum impensam obolos duos, auri scobis ʒ. bracteas auri 10. contrita mortario commiscentur, donec ad unitatem redigantur, linguæ mensura circa lucis confinia ex aqua rosacea datur: confectio nes sandalinæ plebi idoneæ sunt ex eadem aqua. Alia minus iucunda, sed mixæ uirtutis, ac facilior, in qua rosaceæ uncie tres, rubricæ armeniæ & uini odorati non austeri singulorum ʒ. Alij theriacam dedere, admixto smaragdi gemmæ polline ex aqua rosacea. Alij alia imperant, quæ palato, naribus ac stomacho conueniunt, de quibus obiter minus dicendum putamus, sed ad reliqua remedia transeamus.

Potiones correptis peste apte.

Mixtura uiles laborantibus pesti.

De sanguinis missione in pestilentia febre, Cap. XVI.

Maximam desiderat animaduersionem in pestifera febris sanguinis dimissio, quæ largior imperanda est, si sanguinis uitio cõrgerit, si atas ac uires sunt. Exilior ubi alter humor admixtus est, qui si simplex fuerit alui deiectione, magis prodest. Danda que opera est ne importune uena feriat, nihil que nocentius est (ut in collectionibus nostris diximus) sanguinis dimissione, ubi necessaria non est, uires enim corporis maxime subducit. At presentissimum auxilium, ubi opus est, habetur, insuetis difficilium quam asuetis. Inter morbi initia uena secanda est, quæ unius diei interuallo ferè semper adiudicatur, sed prius si aluus astricta est, mollienda clystere, aut glande ex melle sale que iniecto. Venam feries, si urina ueterinorum similis est, turbulenta, rubens, crassa, teterrimi odoris, quæ colore liuido emittitur, ac modicam uirium deiectione indicat, in quo casu uenisectionis opera non indigemus. At cum abscessus per membra (ut dicemus) oriuntur auertendi causa, sanguis mitti potest: quod si sub ala dextra panus ortus est, dextro talo statim uena soluenda est, deinde ex media eiusdem lacerti si uero sub sinistra, non in talo, sed in manu sinistra uenam uulnerare expedit. Rursus si in genu dextrum tumet, uel sinistrum, illud dextrum talum, hoc sinistrum requirit, uel utrunque modum: si post aures quæ parotides dicuntur, aut sub faucibus quid intumuit, eadem ratio in manibus obseruari debet. Præter hos tumores carbunculi passim per membra innascuntur, sanguine uitiato, aut bilioso humore permixto, aut atra bile, tum sanguis statim atque copiose mitti debet, extirpandæ materię causa ex iecoraria uena, qua morbidum leuatur corpus, eo que efficacior erit quo sanguinis quoque excreationes affuerint. Quod si puer est qui laborat, qui tan-

Quantum nocet in pestiua phlebotomia.

Judicium ex urina.

Quid in pueris loco phlebotomias agendum.

qui tantum roboris non habeat, ut sanguis mitti possit, cucurbitæ scapello circuncisæ natis imponi possunt. Quidam ita sanguinis missione disponunt, ut si inferiores corporis partes graues sint, ex iecoraria uena, si superiores, ex cephalica, si utraq; male afficiuntur, ex media brachij siue communi recte ducatur. At si ephimerina febris affuerit, nec corpus sanguine morbidum appareat, ex sinistra regali uena eximie soluitur, qua cordis & arteriarum uapores tetri resoluuntur. Qui uenisectione contagione fortasse pollutos timet, instrumentum ad secandas uenas domi contineant, quo etiamnum Græci, Barbarique utuntur, balistula est ad corpora sanguine leuanda, & sibi quisque pro arbitrio demit sanguinem, tuto enim uenâ aperit, uel imperitis facile. Arcus est cui sagitta ad iustam mensuram annexa est, uenam que subito uulnerat, & quantum uelis transigit, ita ut arteriam non timeas, nec ultra citraque uenam ictum faciat, expedita res est, ac facilis: qui hoc non habet, familiares idoneos habeat ad uenas secandas.

Instrumentum ad uenas secandas sine negocio & periculo.

De ducenda aluo in febre pestilentia, Cap. XVII.

Ubi igitur in omni febris genere prius quam aluus duceretur, materiam digerere oportere omni nixu significauerimus, nunc in his febris, mutata ratione, nullam concoctionem desiderare materiam uenenatam, atque pestiferam admonemus. Nam quo celerius huiusmodi exitiales morbi homines corripunt, eo uelocius, & cum quadam temeraria audacia rapienda sunt remedia: materia enim uenenata concoctione non expectat, præsertim quæ minoris est inflammationis: quæ non extrinsecus plurimum inflammat, tum digestionem, tum deiectionem pariter magis desiderat. De ijs quæ materiam digerunt, suo dictum est loco. At cathartici ratio est, ut nihil uenentari, nihil que molesti habeat. Si bilis ruffa infestat, hoc medicamentum tuto celeriterque trahitur, in quo imponuntur roris syriaci ʒ. 2. radices barbaræ per noctem infusæ ʒ. 2. in aqua cichorii, acetosæ, meri albi omnium semiuncia, summo mane linteolo mundo radicem exprimes, in eo succo rorem syriacum antedictum admiscebis, aqua buglossa prius maceratum. Hanc potionem statim saluberrimam dabis. Alij tamarindi succum addunt, alij chrysoalanum utiliore putant. Quidam roris syriaci uncias duabus uel tribus, drachmā uel sesquidrachmā radices barbaræ contusæ, ex citreaginis aqua, siue succo, qui efficacior est, imponunt. Radicem barbaram auri precio æquasse uidimus: quibus hæc non est, radicem ponticam imponant, duplicato modo, hanc rhecomam ab incolis uocari audio. Si ros antedictus pro ægri fortuna emi non potest, succus siliquæ alexandrinæ uicem implebit. At ubi pituita est, quod phlegma Græci dicunt, agaricum oxymelle præparatum utiliter datur, quod & cordi conuenit: At polypodio, epithymo, sena, atra bilis eximie purgatur, adusta materia radice barbaræ, sumiteræ succo, ac caprino sero, composita denique morbi materia cõpositis remedijs curatur. At alij laudant cathartica, quæ diaphœnicon atque diarrhodon uocamus, in quibus tripolium atque polypodium imponuntur: sed in hoc casu imperiosa eorum præcepta coarguendo, nostra quæ tutiora sunt, tantum laudabimus, atque clementiora. Reliquæ rursus materię digestæ suis potionibus, iisdem catharticis repurgantur. Quibus ea molesta sunt, catapotijs uti possunt, quæ de tribus dicitur, ex aloë enim elota hepaticæ, agarico præparata, ac radice barbaræ, æquis portionibus ex citri succo, summo mane de uorantur: quidam scrupulum unum addunt ex ijs quæ ruffo ascribuntur, aliqui eadem per se dedere. Hinc ad pestilentie affectus.

De somno immodico & uigilijs, Cap. XVIII.

Ubi periculis tenendum esse ægrum diximus, quo purum ærem attrahere possit, quod mutare utile est, si uires sinunt, alioquin mouendus non est æger, præsertim si spiritus facile subducitur. Intempestiua uis somni plurimum ægrum opprimit, quo uenenata uis materię ad interiora reuocatur, quod carbunculis enatis, contingit uel pituitæ causa: fabulis & iocis uel clamoribus excitandus est. At immodicas quoque uigilias timere debet medicus quibus imbecillitas sæpe oritur. Somnum inducit gestatio, & suspensio lecti motus crebriter iacti uel ex temporario fonte aqua guttatim cadens. Silanum Cellus uocat, cum cameratis frondibus myrti, citrei mali, salicis, ac crebra uiridi arundine, sicamini lachryma somnum conciliatur naribus apposita, hanc camphoram appellauerim. Si quem timor moriendi excruciat, amicorum cœtu submouendus est, moeror

Concoctione materia in pestilentibus febribus non expectandam in purgando.

* sena folijs.

Catapotia in pesti uel ueliter purgantia.

Nocentium ex somno.

Somnum inducentia.

eorum precipue, qui iam ab eodem morbo conualuerunt deinceps cum casum non timent, quod autore Thucydide in illa Athenarum famosa pestilentia euenit, qui hilariter uultu iuxta lectulum resideant, sollicitudinemque relinquere doceant, & ad cibum exemplo suo large cohortentur, & languescens appetentia periculum indicent, qua ratione & seipos inuitos singulis diebus aliquid assumpsisse profiteantur. Vtiliter singulis diebus alius ducitur, aut clystere, aut glande iniecta, de quibus in prioribus libris satis diximus. De irascencia ceteris que animi affectibus satis supradictum est, ubi pectus fatigato anhelicu atollitur assidue ex interanea flamma, tum fricationes que eam extrahant, imperanda sunt, aut fomenta spongijs in aqua tepida infusis, ubi cannæ folia salicis, uitis, chamomilæ, rosa addita subferuefacta sint, tepes enim uapor esse debet, uel mane uel die inclinante, de quibus statim dicendum est.

De fomentis uel epithematis quibus cor foueatur, Cap. XIX.

Quia de fomentis mentio habita est, ideo de his que cordi conueniunt, imposta, que epithemata uocamus, nunc tractari oportet, his uires corporis reficimus, animi trilitiam resoluimus, lætum cor reddimus, malos ac pestiferos uapores regerimus. Super precordia retinetur humor cineris tepore calefactus, pannoque cocineo uel serico collectus sub sinistra mamma impostus medetur, retentaturque crebro iniectu. Fomenti duo genera sunt, alterum calidæ, alterum frigidæ naturæ, quod ad temperamentum accedit. Frigidum hoc modo fit, rosarum rub. manipulum semis, sem. coriandri præparati drachmam, spodij, corallij, utriusque sandali ramentorum, omnium scrupulos duos, margaritarum farinæ, id est, ossium ceruini cordis semidrachmam, monocerotis cornu obolos duos, gemmarum farinæ semisrupulum, camphoræ sumunt obolum: olla imponuntur noua ex aqua rosacea citreaginis, buglossi, sonchi, & his similibus, modo quo diximus, utuntur. Alij eandem contritas species sacculo duplici imponunt, qui lapide lateritio, aut marmoreo calefacto, aceto prius consperso calefaciunt, inuicem modo unus, modo alter, mammarum sinistræ admoueat. In calido crocum addimus, garyophylli, nucem assyriam scrupuli i. pond. zedoariæ exiguum, ligni que aloës ac musci semibolus: quarum rerum modos mutare pro hominis natura sexu que, febris ardore, tempore, ac loco regione que, alijs rationibus cogimur, quod cognitis simplicium qualitatibus fieri haud difficile est.

Fomenti genera duo.

Fomenta que iecori imponuntur, Cap. XX.

Cum cordi semper prosit ipsa suffitio, iecori raro, nec nisi a sanguinis dimissione, aut a deiectione hoc fomentum: habet aquæ seris uncias quatuor, aceti unam, sandalorum rub. sesquidrachmam panno superiori intincto in tepente succo, iecur sæpe foueatur, si opus est: uehementius erit spodio addito & mali granati uino. (ποστόρον uocant Greci) & specierum dachmam, uel sesquidrachmam adijcies, quas in diarhodon abbatibus imponunt. Sua quoque malagmata desiderat stomachus, si dissolutus est, quibus cibi appetentia conciliatur. Ad spinæ pariter ardores ac dolores unguine utimur, ex oleo enim constat roseo, uiolato, nymphae succo semper uui, solani aceti que omnium uncia ad ignem commisceantur, ceræ exiguo albæ addito, aceti que imbre consperso, & in unum redigantur, camphoræ paulum demum additur, hoc unctulo ter quater uel in die spina inungitur. Qui testes rosacea aqua aceto que, ac uino meraco linteolo fouent, uniuersum corpus refrigerant, ac recreant plus quam sit uerisimile.

Ad spinæ dolores unguentum.

Testium fomentum ad recreandum corpus.

De iterata sanguinis dimissione & alui deiectione, Cap. XXI.

At cum inter hæc præsidia, morbus adhuc nec inclinare, nec remedijs cedere uideatur, & nihilominus robur in ægrotante perdurat, & in pugna contumaciter persistit febris, uictoria que spes etiamnum superest, subsistat tamen undique perquirat natura, exonerari que ab humoris putredine desiderat, uel sanguinis missione, uel alui deiectione, aut utroque modo, si sanguinis missio iteranda est, parcius imperanda. Verum dies indicatiui, uel qui iudiciarius dicitur, maxime cauedus, in quo tempore natura siderum motus comes suas uires exercet, sporeque statim uelut tempore corpus exonerat, aut sanguinis profluuium, aut uentris fluxum, aut sudorem: & si cathartico rursus opus est, & choleram purgare uelis, hæc in promptu habebis, præter ea que diximus, tamarindos, chrysolobanos,

Dies decretorius.

Choleram purgantia.

sobalanos, pruna damascena enucleata, uiolas, si unà decoquantur ex aqua, ex quorum decocto (tres enim uncie satisfaciunt) saluberrimam potionem facies, si roris syriaci unciam addes, uel silique ægypticæ, atramentum radicis barbaræ 3. spicæ paulum. Alij diaprum non sine scammonio utuntur, modum que augent. In pituita uero que de agarico diximus, ualere haud dubium est: ubi atra bilis diarsene medicamentorum genera satis supra diximus.

Pituita & atra bilem purgantia.

De sanguinis excretionibus, Cap. XXII.

At sanguinis excretionem, quas exitiales ante posuimus, rubrica armeniacæ, terra lemnia, ex portulacæ succo eximie sanantur. Hinc ad simplicium quorundam facultates trāseamus, in quibus locupletis naturæ diuinitatem miramur, præsidia uaria ad mala elargientis.

Locupletis natura.

Simplicia ac composita pestilentia tempore probata, Cap. XXIII.

Narrant qui experta produunt. Si quis initio pestilentie febris calendulæ succi 3. 2. aut tres ad summum biberit, deinde uestimentis operiatur, liberum reddi ab ea labe, hæc uulgaris herba est, ac sponte nascens in Græcia. Alij non minoribus laudibus succum uerbena eiusdem effectus celebrare. Multi scabiosæ succum ad hos usus efficacissimum prædicant, quo ueneni uis 15. horarum spacio propellatur. Miram uim habet aduersus pestes tormentilla radix rubra odorata, quam sparganium Græci uocant, nam & contra serpentes bibitur drachmæ pondere ex uino. Dictamnium præterea laudatur Cretense, & in altissimis montibus inuentum à Dioscoride, Galeno Plinioque commendatum, scrupuli pondere ex rosacea. Aliqui spem maximam in rubrica lemnia habent, solamque prodesse spondent: Cui maximam autoritatē dedit Galenus in libris suis, si ex uino non admodum auster bibatur, uel ex aqua rosacea drachmæ pondere. Alij betonicam summis laudibus prædicauerunt, uel sicæ farinam ex uino. Violentiam enim morbi ad extrema expellit. Nonnulli cichorium præferunt æstate, quo diximus modo. Ab aliquibus semina mali assyrii laudantur, si mane 7. præsumuntur. Ex compositis in omni confesso theriaca omnibus præfertur, ac antidotus mithridatica, de quibus supra diximus, ex rosacea uel uino. Alij uero maiora audentes, hoc modo aquam colligunt ex furnibulo calendulæ, spargani antedicti, dictamni, betonicæ, citreaginis, omnium manipulum, rubricæ armeniacæ 3. machi 3. 3. aceti imbre per noctem consperso destillationibus constituunt, ex quibus aquæ sesquiuncia satis est, si mane propinatur: sanum enim hominem a pestilentia reddit ualentissimo remedio. Aliter, rubricæ armeniacæ, terræ lemniæ 3. 2. cinnamomi semiuncia, spargani, dictamni cretensis, sandalorum rub. omnium 3. 2. & semis, ramentorum eborei semidrachma, spodij, scrupuli duo, corticis mali citrei, margaritarum farinæ drachma, dialithon sesquidrachma, succini odorati, monocerotis cornu farina, & ossis ceruini cordis 3. auri argenti que purissimi singulorum semidrachma, cōrrita per tenuissimum cribrum secernas, ex saccharo orbiculi fiant, uel quæuis alia mistura pro arbitrio componatur, que singulis momentis dari potest, efficacissima enim est, & uim malam pestilentie abigit, & si regalem spiritus arcem occupauerit, protinus fugat, & captiuos spiritus liberat. Alias compositiones seu superstitiones prætermittimus circulatoribus, magis quam medicis attribuendas. Hinc ad reliquos affectus trāseamus, qui pauorem magis quam periculum afferunt.

Fomentilla, Sparganium.

Betonica.

Composita eorum tra pestem.

De alarum inguinumque tumoribus, Cap. XXIII.

Hoc & si physico alienum magisterium uideatur, quia & manus operam tandem desiderat, & ferramenta, tamen non sine physica ratione ad sanitatem æger recte perducitur potest. In alas itaque sub faucibus, auribus uel, & inguinibus tumores innascuntur, qui pani dicuntur. Hos in species diuisit Galenus sub phlegmonis genere, bubones duos ac diuturniores, phymata molliora, ac minora que in pus cito conuertuntur, phygethlon phlegmonodes, erispelas, uel erysipelas phlegmone, que omnia indignationem ac feruorem adenum, id est, glandularum sequuntur. Phygethlon (ut Celsus tradit) tumor est non altus, latus, durus, rubicundus cum uehementi inflammatione, punctiones que ac membrorum distentiones, neque materia magnopere in pus conuertitur. Nam panum & paniculam generali nomine, siue inguen a loco ubi oriri

Panispicis.

Phygethlon.

Bb 4 solet,

*Diffusoria in
bubonibus pe-
silenibus no-
cunt.*

solet, uocari à Latinis uideo, bubonem Græci dicunt. Cum his affectibus febres præter ephimeras exitiales sunt, Hippocrate & Galeno testibus. In qua re principale auxili- lium est, uentre perurgato misso q̄ prius sanguine, cucurbitulam superimponere, scal- pello q̄ cutem circumcidi, rursus superimponitur cucurbita, quia uirus eliciatur: Qui in hoc affectu cataplasmate diffusorio utuntur, uitæ malè consulunt, autore Hippocrate. Venenum enim quod sponte natura sagax extulit, illi ad interna & ad præcordia retro mittunt. Qui hæc præuidet ijs quæ erodunt, pustulas excitant, diuersæ parti superim- ponentes, ut aliò auertatur uirus: ut si caput nimio somno, aut uigilijs nocturnis premi cernatur, & alia cerebri malè affecti signa, ut dolor capitis, uertigines, delirium, aurium murmura, uel grauitas faciei, inflammatio, temporum pulsus, urina clarior, sedimento uia sublimè tendens, & his similia, circa caput abscessus denunciantur, tum in scapulis can- tharides exulceratrices, aut aliquid eius potentia imponimus. At lethargia peculiariter parotidas uenturas significat. Alarum uero apostemata, cordis uehemēs palpitatio, ani- mi defectus frequentes, ac anhelandi difficultas, uel summa necessitas respirandi indicant tum nares, brachia exulceranda curamus. Inguinum uero sanguis nunquam dimissus, uel si ex naribus uel hæmorrhoidis sanguis nunquam profuerit, sanguinea præsertim ha- bitudine, sitis uehemens, cibi tardium, pulsus uenarū uehementes, turbulenta urina, mali odoris, ardens febris, uel si alias panis orti sunt, inguinum pruritus, ac inflammatio, tum uero supra genua quæ pustulas excitant, efficaciter imponuntur, uel circa crura. Alij con- stantis animi, ferro candente utuntur. Afri etiamnum eam curationem obseruant præci- puo remedio. At tumores si oriuntur, quanto magis prominent, ac acutiores sunt, tan- to magis salutem promittunt: contra magis latent, tanto deteriores: uel si in duo- bus inguinibus oriuntur, in dextro inguine magis letales sunt: qui in alis innascuntur, teterrimi sunt, alij qui in collo prorumpunt, nocentiores putant ex acutiori materia, ac feruenti. In quo casu uinum nullo modo dandum est. Omnes qui * crississimo die fiunt, sanguinis missionem nullo modo expectant, de qua suo loco diximus. His tumoribus hirudo frequens imposta prodest. Quibus fortuna fauet, gallinaceos pullos uiuos alio glabrata superimponunt, dimidia horæ spacio dimittunt, uenenatam enim uim contra- hunt, alium deinde pullum imponunt, nec finis sit usque ad 20. qui si moriuntur, spem denunciant, alioquin in dubio uitam esse uolunt. Alij ranis dissectis semiuuius utuntur. Quidam Syrus in Creta pestilentia tempore iecur diuulsa testudinis inguini imponi do- cuit propitio atque facili remedio. Quidam rutam tunsam imposuere. Si hæc non sunt, hoc emplastrum materiam extrahit, resoluit, & dolorem sedat, habet narcissi radices de- coctas in oleo liliaceo, quæ contrita ex melle imponuntur. Sed malagmata subiunge- mus: ex quibus hoc utile est, quod ex fermento atro saponè, sinapis semine, calce uia, si- cis siccis, calchanto, nucè per ueteri ac iridis farina componatur. Idem præstat emplastrum quod exest, Græci septicum uocant, quod fit ex narcissi radice, anacardi, meligine, ac co- lumbino fimo. Si his non cedunt tumores, uel nouacula uel candenti ferro opus est, si pus subest, & concoctæ materiæ iam certa signa sunt, ad manus ueniendum est, ferroq̄ uten- dum, quod ob similitudinē flammoides dicitur, ac pus statim extrahendum est, nec ma- turitas nimia expectanda, quæ periculum affert, contra cruditas magis tuta est. Si chirur- gicum cōtaminatum times candente ferro uel argento uel auro uti potes. Maior (ut di- ximus) medicina pars audacia constat, quidā sinapis semine & canino fimo & scabio- sæ succo panum aperiunt: uel ijs quæ supra diximus, exulceratorijs medicamentis. Fa- cta plaga, sine linamento curanda est, & quicquid deinde imponitur, nō astringi, sed mo- dice deligari debet. Cætera quæ pertinent ad ulcus purgandum pus que extrahendum quæ epispastica dicuntur, pluribus diebus imponenda sunt, alij sarcocolla et melle utun- tur, exinde quæ ulcus implet, ac demum quæ cicatricem inducunt, habenda sunt, et em- plastra paracollectica dicta, quæ à uulnere magis haberi possunt. At medici uete- res his bubones maturabant, ac aperiabant, inter quæ arisaltheæ radix addita hominis saliuæ, narcissi radix (de qua diximus) cum melle & auenæ farina, urtica quoque siue eius radix, sale admixto, uel axungia salsa, uel erui farina ex melle. Lupini impositi ma- turant & rumpunt, quod Paulus Aegineta affirmat, galbanum, panax, persolatæ radix

quæ

quæ & strumas aperit, & pecudum seuum cum sale tosto. Murinum fimum commixto thuris polline, lacertæ cinis & ipsa diuulsa & imposita. Fimum columbarum per sese uel cum farina hordeacea, aut auenacea illitum, cantharides mixta calce scalpelli uice panos auferunt. Blattæ detractis pedibus & alis ualent. Hoc item medicamento utebantur ma- iores nostri ad concoctos panos aperiendos, in eo ceræ & thuris 3. 20. cineris muri cum 10. olei ueteris heminam. Refert Paulus Aegineta herbam inueniri in Attica, quæ aster dicitur, ab aquilonibus bubonium appellatur, quoniam inguinum præsentaneum sit re- medium, non solum si cataplasmate imponatur, sed etiam si iuxta cinctus duntaxat alligetur. * Idem Plinius affirmat, & herbæ figurā his uerbis demonstrat, cauliculus est fo- lijs oblongis, duobus aut tribus in cacamine capitula, stellæ modo radiata. Idem Paulus ammoniacum ex melle impositū laudat. aperit & propolis eodem teste, radix cucume- ris syluestris cum terebinthina, radix capparidis recens, nitrum cum fermento.

Quæ fieri debent carbunculis enatis,

Cap. XV.

Pustulas & carbunculos futuros, quas alij papulas ardentes uocant, indicat (ut dixi- mus) grauis somnus, nonnunquam horror, ac habitudo sanguinea, hi in omni fer- mē corporis parte enascuntur, quorum ex notæ sunt, rubor inflammatus, durus, in quo pustula eminent, cum plurimum nigræ, interdum subliuidæ, aut pallentes, in his sanies esse uidetur, infra color niger est, ipsum corpus aridum ac durum, circa quod quasi crusta quedam est, eaq̄ inflammatione cingitur, neque in eo loco leuari cutis potest, sed in feruori carni quasi affixa est. Hoc uicium subtractis quasi quibusdam radicibus, serpit in- terdum celerius, interdum tardius pro materiæ uenenatæ potentia, supra quoque proce- dens in albescit, deinde liuidum fit, circumq̄ exiguæ pustulæ innascuntur, & si circa sto- machum fauces que incidit, subito spiritum elidit. Paulus Aegineta prius mittendū esse sanguinem initio ad animæ usque defectum pro corporis uiribus atque morbi magni- tudine. At si omnino orti sunt, scalpello scarificari profundius acto debet. Circumq̄ in- inflammationem plantaginis succus illinatur. Antiquorum uero sententia, nihil melius est quam protinus adurere, neque id graue est, nam non sentit, quoniam ea caro mortua est. Finisq̄ adurendi est (ut tradit Celsus) ex omni parte sensus doloris. Tum demum uul- nus, sicut cætera adusta, curandum est. Sequitur enim sub medicamentis erodentibus un- dique, quam *εχελαν* Græci dicunt, quadoquidem à uiua carne trahitur quicquid cor- ruptum est. Crustam illinunt butyro eloto, uel oleo, per se enim cadet, posteaq̄ sius cu- rari potest implentibus, ea medicorū ueterum cura erat. At posteriores dimisso sangui- ne cucurbitulā imponunt, Gallinaceosq̄ pullos, aut columbinos, quo diximus modo, & sanguisugas. Qui candens ferrum expauescunt, exulceratorio medicamento uti ma- lunt. Id fit qui luteo recenti, addito sale tosto trito quantum excipi potest, alij addit piper, taurinumq̄ fel, hoc singulis horis mutari debet: aut fornacis panis molle feruens læpius impositum: cynoglossum herba lapide p̄nsata, tribus horis carbunculum extinguit præ- senti remedio. Pari modo & scabiosa & symphyton minus contra & imposita scabio- sa. Item nitro addito, ac suilla axungia recenti, diuino quodam præsidio carbunculi dis- cutit. Ficus arida trita cum iride & sale, et aloë hepate pura, aperit. Fermentum ex oleo sale adiecto. Pix quoque cum pasta minuta: aut panis tostus oleo intinctus feruenti & impositus. Circa carbunculos ne serpent, plantaginis folia saepe imponuntur, aut panis aceto non acerrimo madens. Alia item sunt quæ aperiunt, & uirus eliciunt, floris farinae unctæ 4. seminis sinapis contusi, eruce singulorum semiuncia, calchanti drachmas duas, catharides numero 20. contrita abiectis alis & pedibus, ut Galenus scribit, ex melle ex- cipiuntur emplastri modo, quod tribus horis panum aperit & carbunculum. Aliud quo materia uirulenta & uis omnis morbi extrahatur, in eo imponuntur spargani, hoc est, tomentille radice unctæ 2. seminis rutæ 3. 1. radice ebuli, ac sambuci omnium lb. radice alexandrinæ siue smyrnij semiuncia ex oleo chamomileo, ac zopisa, quam naualem di- cunt, resinaq̄ quantum sat sit, mane ac uespera, id imponitur. Aliud efficacissimū, quod habet gossipij barbari seminis nucleos, cotton Syri uocant, nucis per ueteris fermenti par pondus, contrita imponuntur. Aliud quod panos, & carbunculos aperit: habet ficum pingue, iridem tritam & calcem. Ulcera demum implet & abstergi sarcocolla ex melle,

Eschara

melle, symphytum siue alum maius, asphodeli radix trita & iniecta uel peucedani. Carbunculis in pestilentia citreum malum, quod arantium uulgo dicitur, diuisum, addita theriaca, feruenti que cinere coctum & imposita salutare proditur, saepe que id fieri uolunt, tribus horis uirus extrahit, ac pus maturat. Sed pauca, quibus uisa est antiquitas, addemus. Carbunculos ad suppurationem perducit sinapis, & ruta syluestris, laferpitio addito, si inuenitur, uel melle, eruum item ex uino, lupini impositi rumpunt, oleastri cauliculi cum melle triti. Nuces que perueteres, panaces quoque, simum columbinum cum lini semine ex aceto mulso. Ruta per se uisco addito, ut haereat, plurimum prodest, quod & Paulus Aegineta commendauit. Inunctio quoque contra pestilentiae carbunculos, ac abscessus omnes fieri solet mirabilis effectus, quae hoc modo fit, olei uetusissimi selibra in phialam imponunt, in qua 30. scorpiones nouem horarum spacio ociose lento igne deferuefaciunt. Alij cacabum aquae plenum ad ignem componunt, in quo phialam antedictam imponunt, ut feruente aqua, oleum pariter intus ebulliat, in qua demum theriacae optimae ligulam addunt, iterum que faciunt deferuere: demum eximunt, ex eo inungi debent arteriarum pulsus in manibus, praecordia ipsa ac iuguli latus, & caeterae partes quae arterijs respondent, circa que denique apostemata post horas sex iterum inungi debent eadem corporis partes, & statim aeger haud dubio conualecet. Oleum aliud mirandi effectus: In uase enim uitreo sambuci florum partes sex imponunt, ebulli partes duas, hyperici partem unam, olei peruetereis quantum satis sit, ut iusta infusione supernaret, obrurato deinde ore aetate uniuersa folibus continuis perficitur, atque ita insolato, ubi opus est utuntur. Carbunculos enim & inflammationes omnes siue impetus ter quater uel in die inungunt, alij totum corpus, unde uehementi sudoris profluuio uirus omne elicitur. Claro praesidio potio quoque salutaris saepe experta, nec uana unquam inuenta, habet pulueris cordialis drachmas duas, ramenti cornu ceruini drachmam, seminis sancti, ita uulgus uocat, myrrhæ, singulorum sesquidrachmâ ex aceto quam acerrimo ad ignem protinus, quum inguina tentantur, bibitur, in promptu enim esse debet remedium, sudore enim prorumpente undique uirus elicitur, atque ita iuxta ignem calefactis linteolis membra fredo sudore extergenda, mutanda que sudariola sunt, donec sudoris graueolentia inter fricationes subsistat. Miro enim praesidio, ut Georgius ualla Plac. aetate nostra doctissimus nobis affirmauit, a pestilentia tentantes liberat, neminem que qui eam opportune potionem ieiunus biberit, ab hac uiolentia opprimi constat manifesto, ac uulgato experimento.

Exemplum obseruationis quam Marco Marcello praescripsimus. Cap. XXI.

Tempore quo postrema pestis in hac urbe Veneta infinitos penè incessit (ut curationis exemplum unum percurramus) Marcus Marcellus ex patricia gente, aetate iuuenis, sanguine ac bile exundans, Iulio mense febris adripida, ac pestilenti corripitur, & nocte ipsa protinus inguen intumuit laeuum, non sine magno capitis dolore, & grauitate, naulea que continua saepius uomitabat, qua nulla erat ad cibum auuiditas, sed sitis incredibilis hominem excruciat. Pater aegri anxius haec nobis nunciauit, percunctatus sum & alia signa, quae certissimam pestilentiam indicant. Rogauit que me ut filium omnium charissimum uisarem, non ingrato operam praestiturus. Cui cum plures medicos ad haec idoneos inueniri nominatum significauit, ille oblato plures sibi fuisse parum solertes, & quod deterius est, coinquinatos, se medicum, & non pestem querere iachrymando proclamauit, ego forte ad fugam cum omni familia sarcinas colligebam, iachrymis commotus, ut bene speraret de filio hortatus sum, nam de facienda illi medela me saltem edoceturum itaque urinam poposci. Ille protinus matulam extulit, ueterinalis enim fetulenta, ac turbida qua hominem non sine magno uitae periculo premi adiudicauit: Manneret que paulum iussi, arrepto que calamo in hunc modum curationem breuibus (praeter que uerbis disserui) praecipis annotaui. Secundus enim erat morbi dies, iussi ut astrictae aluo protinus occurreret clystere, quem communem uocant, mox ex talo sinistro sanguinis selibram mitteret, uictum ordine praescripsi. In primis que cubiculum calidum, non perflatile inimicum, multa que uestimenta corpori iniecta molesta esse, linteae saepe mutanda, cubiculum aceto frigidis que odoribus tenendum.

Aestuanti

Aestuanti aegro acetum cum rosacea uino que meraci addito dandum, naribus, uenarum pulsibus, palmis iniiciendum, atque os colluendum, ad nauicam & sitim remedia edocimus, a sanguinis missione somniculosum aegrum excitandum: cordis iecoris, que epithemata, qualia supra diximus, annotauimus, confectiones potiones que uarias quos syrupos uocamus, et ut in primis aegrum ad cibum cogeret, saepe praediximus. Tertio die uentrem subduci oportere diapruno medicamento unciae p. radice barbarae contritae, drachma addita ex tamarindorum prunorumque decocto, uespera uero ut cordialem mixturam assumeret, iussimus, qualem supra annotauimus, & spinam quoque uniuersam unguento quod Galeno ascribitur, refrigeratricis potentiae, ac demum leuiter coenare, in cibo magis assa quam elixa conuenire, noctis uero molestias superare modo portionibus, modo orbiculis, confectionibus que cor recreantibus ac spiritus. Quarta quoque die si perstat, pertinaciter febris seuitia sanguis rursus ex eadem parte mittendus est, leuioribus que cibis, qui maxime tam spiritus alant, aeger alendus est, ac uenter si sponte nihil reddidisset, clystere citandus, potionibus que matutinis uel uespertinis materia digerenda. Hanc obseruationem usque ad septimum diem necessariam esse, s. uero die carapotia 5. Ruffi summo mane deuoranda, toridem que sequenti die, cibum exinde augeri, modo quo uires recolligentibus conuenit, his praesidijs aegrum usque ad 12. diem prorogari tutum esse diximus, interea tamen materiae reliquias digerere ac refrigerare perseueranter debemus, quas 16. die perpurpare necessarium esse roris syriaci selquiencia, ac radice barbarae drachmam ex acetosa aqua, si bibuntur: alia que subiunximus, quae ne idem saepius dicatur, praetermittimus. Separatim item chirurgici operam breuiter absoluius, qui secunda quoque die, cucurbitulam uespera duntaxat inguini tumenti apponere, scalpello que cutem circumcideret, atque in summa tali parte exulceratorium medicamentum ex ijs quae nuper descripsimus, ad uellicas excitandas, exinde emplastrum quod ex nucis rancida, arida ficu, betonicae rutae que succo, galbano, fermento que triticeo componitur, superimponi deberet, ad quintum usque diem, deinceps aliud ex aristaltheae radice, axungia, sicca ficu, liliorum bulbis, ex melle scabiosa que succo componitur, eo que usque ad decimum diem uteretur. Vel id quod nuper, ex narcissi radice fit, si panus sponte non aperitur, expeditissimum esse ut ferro statim aperiat, si id timeret, exulcerationis iterum uteretur. Reliqua ad ulcus purgandum replendum que chirurgico nota esse. Quibus omnibus rite obseruatis, si diuina fauissent auxilia, filium omnino ab ea labe euaturum, nisi quid aliud superuenerit, large denunciauimus, atque ita dei nutu, ut nobis significauit, ex periculoso morbo filius conualuit, breuibus que praecipis ad uitam reuocatus est. Plurimum enim refert in arte medica perpetuo uersari exerce-

Medici boni officium.

ri que, omnium tamen efficacissimum est facta atque euenta firmiter (quod Galenus saepe praedixit) meminisse. Haec de pestilenti febre dicta sint, de febre uero quae uaros & boam, uel similes affectus avertit, quum de febre sanguinea agemus, suo dicemus loco.

ALEXAN.

ALEXANDRI BENE

DICTI VERONENSIS PHYSICI, AD MAXIMILIANUM CÆSAREM, HISTORIÆ DE PARTIBUS CORPORIS HUMANI Liber I.

Præfatio.

Anatomicæ
uulnias.



Historiam humani corporis, quam anatomicen Græci, nos membrorum insectionem uocamus, tibi Maximiliane Cæsar Auguste, dicere constitui, opus à philosophia ad medendi utilitatem conditum. Vbi conditoris Dei opificium mirabile diuinum, que perspiciunt, hoc est corpus (ut inquit Plato) animæ quasi uehiculum temporarium, unde fœlices etiã inspectiones, quas theorias uocant, imagines siue phantastie, cogitationes, memoria, ratio que oriantur, consideramus, pro quibus oculos, aures ceteros que sensus in corpore patefecit naturalis solertia, ut per eos aditus scientia perueniret ad mentem. Medendi quoque ratio omnis, ususque ac chirurgica disciplina hinc pendunt. Quãdoquidem morbi plura membra uel singula inuadunt, uel si abscessus in nascuntur, aut uomica intus latitat, aut uulnera inferuntur, aut membrum conuellitur, aut luxatur, aut quid simile euenit, nihil horum sine humani corporis dissectione recte deprehendi potest. Ex hac, diue Imperator, qui religione, moribus que & doctrina præstas, Deum illum mundi procreatorem, rerum omnium cõditorem ex intima ueluti naturæ cõtèplatione & officina arcani operis egrediens cunctabundus religiosus ueneraberis, qui nihil ociosum, nihil inane cõtingit. Et ad mundi uniuersi habitum facilius oculos conferes, cuius speciem pusillus homo refert. Singulatim præterea membrorum omnium potentiam cognosces, eorum que nomina tam græca quàm latina, omniis barbaris percurres. Quæ Pollux auctor exquisitissimus ad Commodum Cæsaem summatim persecutus est. Quæ si uidere uolueris, chirurgis horrido refecandi officio, & medicis materia suo theatri digna spectaculo relicta, subtilius que persecutari cuiusuis particula uires, uarios que effectus, tuã aliquando licebit maiestati de naturæ munere effusim diiudicare. Decuit & maxime Alexandrum Magnum cupidine noscendi animalium naturas & proprietates inter tot tantosque rerum gestarum triumphos insectorum etiã uires intelligere. In Aegypto, quod maius est, reges ipsos corpora mortuorum ad scrutandos morbos insecare solitos scribunt. Hanc philosophiã partem quã medicinæ ars ex disciplina confinio in sese familiaris recepit, tibi dicere decreuimus, nihil enim maius, quod te principe dignum nobis esse uideretur, offerre potuimus, hoc munusculo tibi litadum censentes, quod religiose donarijs tuis iamdiu cõsecrauimus: quoniam plebs nobilitas, que nõ eodem modo Deo supplicat, adorantium tamen preces pari gratia suscipiuntur. nec carmen cõpositum rusticæ præfertur garrulitati. Neque id facimus, ut te immortalem mortales reddamus, quippe qui immortalis & diuis simillimus genitus es princeps. Nec nobis elaborandum est, ut tibi maior gloria cõparetur, qui per te humanitate, pietate, abstinentia, liberalitate, iusticia que admirabilis, que te ipsum uincendo maximum possides triumphum. Tu ea propter Cæsar Auguste, omnium cõsensu & parens Reip. Christiane semper optatus es, & iampridẽ electus. Itaque inter laureas coronas humanissime princeps hos libellos de historia membrorum hominis, quos Latinos pro uirili parte fecimus, suscipias, in quibus non sine aliquo labore multa annotauimus, quæ à recentioribus prætermissa sunt, qui latinam linguam externis, imò barbaris uocabulis, uarijs que erroribus dedecorauerunt, millia que uulnerum medicinæ studijs sua incertitia intulerunt, quæ iunioris ætas in tanta rerum caligine misere secuta est, & barbarie flatu præceps impulsa cernitur, unde medicinæ nomen à Græcis ad Arabes iamdiu translaturum est. Quo successu ita Arabica creuit audacia, ut de medicinæ origine palam cum Græcis contendere audeant. At furta, rapinæ que in hac arte præsertim deprehenduntur. Scio plerosque priori rubigini assuetos, qui hæc ceu inania & sibi inaudita adunco suspendunt naso, hi hoc unum sciunt nos non sibi, si nostra displicent, sed tibi Princeps humanissime, &

Regibus quoque
anatomiam curasse.

Male à barbaris
medicinam translari.

me, et latine lingue præstitisse intelligant. Has itaque nugas nostras cum per oclum licuerit, leges. Quæ si præmaturius quàm uolebam, editæ sunt, id in causa fuit, quod moræ impatientes, ut te ocyus saluarent, abortiendi periculũ non extimuerunt. Vale diue Aug.

De utilitate anatomicæ, & de cadauere eligendo, de quo temporario theatro constituendo, Cap. I.

NOcentes homines ex carcere acceptos uiuos refecasse reges ipsos publicæ salutis consulentes traditum est, ut spiritu etiã remanente, naturæ arcana, & quid natura magna solertia inter se agit, perquirent, membrorum posituram, colorem, figuram, magnitudinẽ, ordinem, processum recessum que, ex quibus multa in defunctis mutantur, distincte que magis quàm pie animarent, ut illatis uulneribus, quid integrum, quid corruptum sit, intelligeretur. At id religio nostra uetat, quoniam truculentissimum est, uel carnifici horroris plenum, ne morituri inter tantos cruciatus, desperatione futuræ uitæ spem miserè amittat. Hæc barbari externi que ritus, qui excogitarunt, faciunt, qui ea piacula & ostenta adamant. At nos clementius uiuis parcentes, noxiõrum cadaueribus intima atque naturæ arcana indagabimus. Obseruaueruntque priores medici, ut si qui ignotis morbis interisissent, dissecatis cadaueribus, occulta morborum initia perscrutarentur, ut pari exemplo uiuis prodesse. Idem in simia sua facere Galenum non puduit, ignota mortis causa, sicut & nos in morbo gallico fecimus. Hunc refecandi modum pontificiales constitutiones iampridem permisere. alias execratissimum atque abominabile siue irreligiosum haberetur, eorum præterea animæ purificationibus pro ritu occurritur, atque offensionem eorum precibus propitiamus. Id que ipsi quãdoque uiuentes in custodijs petunt, ut potius medicorum collegijs tradantur, quàm carnificis manu publice trucidentur, nec huiusmodi cadauera sine pontificum cõsensu attingi possunt. Ad refecationem igitur ignobiles, ignoti, ex longinquis regionibus, sine uicinitatis iniuria propin quorum que nota, iure duntaxat peti possunt, suspensio que strangulati deliguntur, me diocrijs ætatis, non gracilis, nõ obesi corporis, staturæ maioris, ut uberior materia euiden tior que sit spectantibus. Ad hoc pergelida hyems requiritur, ne cadauera protinus putrescant. Loco præterea amplo perflatili, temporarium theatrum constituendum est, circumcaueatis sedilibus, quale Romæ ac Veronæ cernitur, tantæ magnitudinis ut spectantium numero satisfaciat. Ne uulnerum magistri qui refectores sunt, à multitudine perturbentur, hi solertes esse debent, qui que sæpius refecauerint: sedendi ordo pro dignitate distribuendus est, ob id præfectus unus esse debet, qui omnia intueatur ac disponat, custodes dandi sunt qui ingredientem importunã plebem arceant: quæstores duo fidi eliguntur, qui ex collatis pecunijs necessaria comparant. Ad id nouaculis opus est, cultellis, uncis, terebris, modiolis, *χωνικα* Græci uocant, spongijs quibus sanguis in secando rapiatur, recisorijs, ac catinis: funalia præterea pro nocte parata esse debent. Cadauer uero in medio theatro editiore scamno collocandum est, loco claro, resectoribus apto: tempus adeundi statuendum est, dum cõuentus dimittitur, ut antequàm materia putrescat, opus penitus absoluat. Primum que de humani corporis forma figura que ac dignitate pauca percurreremus.

Qualia corpora ad anatomiam eligenda.

Locus optus ad secanda cadauera.

Veslib. s. ca. 7.

De humani corporis figura ac dignitate, Cap. II.

CORpus humanum animæ gratia cõditum est, & inter cetera animalia erectum, ut quod diuina natura rationeque cõstat, sursum commodius spectaret, unde nomen Græci dedere. Solus homo uim obtinet cogitandi, unus item reminiscitur, memoriã tamen & disciplinam, ut inquit Aristoteles, cum pluribus animalibus communem habet. Membra officiorum & munerum gratia constant, ad quæ singula accomodantur, quæ dissimularia uocantur, in humano enim semine calor est, tantam talem que habens uim & actionem, ut sensim ad quamuis corporis partem accommodetur, & primũ cor constituit, quoniam in eo principium uitæ ac sensus continetur, mox cerebrum & iecur, de inde quasi pictoris officio fungatur natura, cetera membra lineamentis describit in humore prolifico, quæ paulatim colores recipiunt ex sanguine, qui in homine plurimum inuenitur, & calor plurimum excitat, unde ceteris erectior est, quod facile non esset, si ualida corporis moles subsideret. Quamobrem caput homini minime carnosum est, &

Proprium hominis.

Genitalis feminis uirtus.

Cc superiorem

superiorem obtinet situm, quo mundi uniuersi habitum referret, ubi mens illa diuina habetur. At reliqua animalia grauiora caput in terram depressum habent, quibus natura pro brachijs manibusque crura priora subdidit. At homini uero brachia & manus emolita est, ceu omnium animalium prudentissimo, quibus ad artes plurimas commode utitur. Oculi. Oculi in suprema capitis parte totius corporis custodes sunt, quorum uices aures in somno retinent. Capillusque caput ceu uelamento pro frigore aestuque integitur. Supercilia addita sunt, ad sudoris profluuium, cilia que ad incidentium incommoda. Nasus animae reciprocationem reddit, de esculentis que prior dijudicat. quin et genarum ossa pro oculorum tutela prominent. Labra uoci dentibusque necessaria sunt. Collum caput excipit ad circunagendum idoneum, pluribus uertebis accommodatum. Latera costarum crate pluribus ossibus constant, & cum pectore ueluti murum cordi faciunt: respiratio ni faciliora, quam si uno osse constarent, quod & in spinæ ratione conspiciamus. At uenter sine osse cibo & foeminarum utero aptior. Pubes os habet quo intestina gestamus, & conceptum mulieres. Genitale nervis constat, non osseum est, ut quibusdam animalibus ceu uiuerris & mustelis, præputium glandem integit, ne feminum attritu lædatur, quod Iudæi amputant mûdicæ gratia. Maribus prominere, foeminis intus genitale ceu uagina collocatur, quod si procidit, uirile inguen apparet. Nates tanquam stragulum subditæ sunt, quia non facile erecto corpore stando durat homo, sed requiem desiderat sedendo. At brachia quoque, ac crura mira ratione flectuntur, crura inrorsum, brachia extrorsum. Hæc ad artes, illa ad incessum flexus habent. Quin & digitos ad capiendum prehendendumque comodatissimos dedit natura. Pollex crassior breuior que a latere a parte inferiori, sursum premit, cæteri a superiore deorsum. Pollex ipse plurimum multique pares uires habet, unde nomen. Medius longus est tanquam nauigij medius, omnes digiti præter pollicem in comprehendendo æquales sunt. Crura homini maxima sunt magnitudinis proportionem, quia totum corpus & erectum sustinent: digiti in pedibus breues sunt, quia ad nullum alium usum præter quam ad ambulandum dati sunt. Vidimus tamen mulierem sine brachijs enatâ, pedes pro manibus ad nendi suendi que artem habuisse. Ungues propter imbecillitatem adiuncti sunt. Sed exteriorum partes nominaque ordine exequamur: boni que consulant legentes, si, quando latina uerba non habuerimus, Græcis uti maluerim, omittis barbaris.

De corporis partibus quæ extrinsecus eernuntur, & eorum nominibus. Cap. III.

Capitis partes. Principales corporis partes sunt caput, pectus, uenter. Secundariæ, collum, brachia, crura, ac uerenda. Capitis partes exteriores his nominibus uocantur. summum enim capitis uertex dicitur, qui alijs quibus duplex reperitur, ij macrobij & biuertices dicitur. Bregma deinde siue sinciput in frontem uergit, quod infantibus palpitat. Frons postea & oppositum occipitium æquamentum capillorum ad summum uerticem bregma diuidens. Bina utrinque tempora, aures, oculi, anguli exteriores, paropiæ, interioresque, qui fontes dicuntur, unde lachrymarum profluuium, & Eon oculorum magnus ambitus. Supercilia quorundem medium *μυσάφρευ* dicitur a Polluce. Palpebræ in quibus lineæ rhitides & cilia, genæ deinde, malæ, nasus, ethmus, narium interseptum, globolus, pterygia siue phrenæ, buccæ, mystax, labia, os, mentum, quæ omnia faciem numerosæ uarietatis efficiunt. Collum priore gutture, iugulo, & ceruice extrema constat, a strophea usque ad atlantem uertebra, ab eadem ac iugulo ad uerenda usque & os sacrum thorax colligitur. cuius ex partes sunt, iugulus uterque dexter ac sinister, ossa enim uersus humeros uergentia, pectus, mæmæ, papilla, malum Punicum, chondrus, hypochondrion, os stomachi, cinctus, uenter, umbilicus in medio corporis librametro, in cuius medio ac ronphaliti, circa quem corrugata uetula sita est, supra umbilicum epigastrium ad iecur & lienem, subter uero hypogastrium, utrinque ilialagona & ceneona uocant, sumen, pecten, qui & depilis dicitur, & membrum ut dictum est in utroque sexu. Dorsum uero partes scapula siue metaphrenum, mensa & spina, in qua cynolopha, latera, renes, lumbi, os sacrum, nates, anus siue sedes. **Osphy.** A cinctu usque ad nates *οσφύς* dicitur. Verendorum sunt, penis, præputium, scrotum. At **Verendorum partes.** brachia ipsæ constant humero, alijs gibbero & flexu, hoc est, ancone, & olectano, cubito, manus

manus flexu, *πρόσθιον* Græci dicunt, manu auersa, quæ opisthenar dicitur, palma deinde siue uola. Ir demum, quod *δύναξ* Græci uocant, ab indice ad minimum *υποδύναξ*. Pollex digitorum (ut supra dictum est) primus, index, medius, uel infamis, proximus deinde minimo, qui medicus a quibusdam dicitur, postremo minimus. In digitis internodiæ, & digitorum prominentia, quæ condyli uocantur. internodiæ uero, siue scyralides singulis digitis terna sunt, pollicis bina tantum: unguis deinde & radices unguium. At crura a uertebra siue coxa incipiunt, femora deinde & interiora femina, genua, poplites. At tibiae crura continent, surasque a genibus usque ad pedes, sub sura sphyron est. Tali in homine non sunt. Etsi tibiæ processus imi, qui malleoli dicuntur, talorum nomina acceperint, unde talaria dicta sunt. Simileque in cane est, quod & a M. Varrone talus dicitur. Collum sequitur pedis siue *πῶς* flexus, perna, unde pterniones, calx, carnosum ueltigium, planta, digiti pedum, qui nominibus maiori ex parte manuum digitis respondent, pollex scilicet, minimus & medius, reliqui minimo & pollicis proximi dicitur. Ungues demum, quæ neruorum postremo clausulae sunt, & operimenti gratia dati, ut extremos digitos integat, & tueantur. Sed de his quæ manifesta sunt, satis diximus: Hinc de humorum qualitatibus differendum est.

De humorum & membrorum qualitatibus.

Cap. IIIII.

Sanguis primus inter omnes humores quatuor qui in humano sunt corpore, calidior est & humidior, æris naturam referens, cæteros in sese commixtos humores continet. Flaua uero bilis calida & sicca est, ignis proprietatem imitatur, cum extremo calore præsertim accenditur, uapore enim uniuersa perturbat, ut in pernitiōsa causode conspiciamus. Phlegma uero frigidum & humectum est aquæ uim possidens. Atra bilis sicca ac frigida est, terræ naturam continens. Hos humores peculiaria conceptacula continent: uenæ sanguinem, stomachus pituitâ, in iecore uesica fellem, lien uero atram bilem. Et si hos eisdem sanguis contineat humores, quos unâ per omnes uenarum riuulos plus minusue pro corporis habitudine diffundi in singulas corporis partes recta ratione comprehendimus, qui membris alimoniam subministrant adeo necessarii, ut eorum quocunque, aut per uim, aut sponte priuetur homo, eum in perniciem agi certum sit, ut atra bilis tota reddita, per uenas itaque & meatulos quoscunque alimentum residuas, quemadmodum aqua per crudiusculum uas futile, dum apponitur humor, aut simile fit, & demum unitur, ut uerbis Galeni utar, in carnem conuertitur, aut aliud simile membrum, ex calore, frigore consistens, ex quo fit, ut caro ab igne resoluatur. Calor enim non ex quolibet carnem facit, nec quolibet modo aut tempore, sed ex materia apta, & ut apte & cum apte effici potest, carnem inter cutem & ossa constituit, quæ natura fissilis est, staminea ueluti uena, quam uillum nominant: in uenas fibrasque transit, quoties animal extenuatur, uertitur item in pingue, quoties cibi copia uel alimenti suppetit. Quibus multum est carnis, ipsæ uenæ arctiores, & sanguis rubentior, & ueter ac uiscera parua: quibus parum, uenæ ampliores ac sanguis ater, uiscera maiora, & uenter amplior. At in arterijs quæ spiritus receptacula sunt, quæ ex corde oriuntur, spiritalis sanguis continetur, quem uitalem uocat, peculiarem enim uitam membris omnibus inspirat, & ad ossa etiam penetrat: ex ipsius pullus ille uitæ index certissimus constat, qui per modulos certos, metricasque leges harmoniæ modo in membris mouetur, unde uitæ gubernacula habentur. Cardiacis, defectis & morientibus uenæ intercidunt, & quibusdam sanis naturali uitio, quibus saepe medici incauti decipiuntur, de quibus nunc satis dictum sit. Reliqua de spiritu & sanguine & de eorum uenis libro postremo diffusius dicemus. Rursus corporis partes quædam calidæ, quædam siccæ, aliæ frigidæ, nonnullæ humectæ sunt. Ex his cor calidum est & san- **Cor.** guis quoque, nam spiritum temperatum esse existimamus, Aristotelis sententia. Iecur exinde & caro peculiari sua caliditate, musculi deinde renes ac lien. At sicca est pilorum natura, ossa deinde, cartilago, chorda, ossium uincula, uenæ arteriæ que & nerui, qui uocales dicuntur a medicis. Frigidiora sunt eadē ferme, pili, ossa, chondrus, cartilago, membrana omnis, quæ *υλὴ* dicitur a Græcis, nerui, spinæ medulla, cerebrum. Humentia sunt pingue, adeps, cerebrum, spinæ medulla, adenes in mammis cæterisque corporis partibus, a nobis dictæ glandulæ, hæc circa temperiem quam Græci *λεγοίαν* uocant, constituantur. **CC 2**

Temperatissima pars qua.

tuunt. Vna duntaxat pars est maxime sensilis in humano corpore, hoc est cutis in palma precipue, aut summo indicis, cui temperata commixtio data est à natura inter qualitates siccum, humidum, frigidum, ac feruens, quæ in uiuentibus Deus rerum conditor pari cū mundo ratione inter se repugnantia mirabili nexu deuinxit, per qualitates enim suas, singula per cognationem & conciliationem quandam singulis adhaerent.

De membrorum functionibus, Cap. V.

Similares partes.

Partes quoque corporis aut ὁμομορφῆαι sunt, ita Græci uocāt, nos similes recentiori uocabulo appellare incepimus, quæ in similes partes diuidi possunt, ex elementis & humoribus tanquam rerum primordijs constituuntur, ut caro, os, ex quibus dissimilares constant, quæ in partes dissimilis naturæ diduci queunt, ut musculus & facies. Ex primis, hoc est, similibus, sensoriæ partes habentur, ex carne ueluti cute, neruis, quoniam singulorum sensibilibus sunt capaces. Ex dissimilabilibus actiones motus que existunt, officia que diuersa, quoniam ex uaria similiarium natura cōstant, unde organicas, officiales & instrumentarias partes appellamus. Ex membris quædam quod recipiunt, statim transmittunt, ut gula, pyloron: alia recipiunt, & continent, ut fellis, uesica: alia corpori necessaria, alia superflua, illa ut stomachus, hæc ut aluius, & uesica. horum item alterum siccum excrementum, alterum humectum tenet, quædam item ipsi in diuiduo, alia succellionis functioni necessaria sunt, illa ut iecur, stomachus. hæc, ut penis, testes, uulua.

Dissimilares.

Organicae partes.

De ossibus, & eorum natura, Cap. VI.

Ossa inter hominomia firmissimæ sunt materiæ, totam que corporis molem sustinent, minime animata, ut inquit Plato, plurima atque crassissima carne adoperta, ideo caput, & pectus minime carnosæ sunt, præterquam in lingua, quoniam ad sensum precipue accommodata est. At carnis unius gratia ossa, nerui, cutis, uenæ, arteriæ, ungues, pili à natura dati sunt, ea omnium partium sola tãgendi sensum possidet. Ossa itaque ad motus quam maxime necessaria, inter quæ spina, ut nauis carina data est, ab ea costæ recuruatæ patefcunt, resurgunt que ad latera. Ossa quædam aut corpus tuentur, sicut caluaria, costæ, radius. aut occurrentia arcant, ut quæ κωνόλοφα in spina appellata canina prominentia, unde nomen. aut inanitates complent, ut quam in geni patellam nominant. Alia solidiora sunt & robustissima. aliqua foraminulenta, ut calua. nonnulla medullæ plena pro nutrimento, robustiora, ut femora, tibia. Omnia omento integuntur, quo diuulso protinus siderantur, nec sine eo sensum habent. quoniam frigida (ut sæpe dictum est) ac sicca sunt naturæ. frigidum enim induruere, calido uero discoccta sunt, sicce scente humore, unde resolui ab igne non possunt. Præter caluariam omnia ex spina oriuntur, & prima partium cōstitutione ex feminali excremento gignuntur, cum que homo augetur, incrementum capiunt aduentitio alimento, siue à matrice, siue foris adueniēs. itaque ossa sicut cetera membra certo augendi termino describuntur. Sicut & animalibus, magnitudinis meta habetur. Ex carne & osse nerui naturam mediam temperauit, inter eos & ossa similiter cartilaginem constituit. In homine ossa, ut facile uideri potest, circiter 248. connumerantur, ea corrumpi noui nō est. Sed abscessus innasci mirū est, ut nuper uidimus, dum mulierem quandā gallico morbo interemptam refecaremus, causam morbi perquirendo, ossa sub omentis suis integris tumentia, & ad medullam usque suppurata inuenimus, ea duntaxat ratione quoniam & ipsa nutriuntur, abscessibus ob id afficiuntur.

Spina.

Cynolopha.

Omentū omnia ossa integere.

Homini ossa gaot.

Vesal. lib. 1.

De cartilagine, Cap. VII.

Quare ossa in cartilagine desinant.

Cartilago, quæ χόνδρος, ex nerui ossis que natura cōstat, Polluce & Galeno testibus, in quam omnia ferme ossa desinunt, alioqui attritu, siue cōcurfu læderentur. Cartilago rupta nunquam ferme solidescit. Et inter flexus ueluti lectisterniū inseritur.

De neruis, Cap. VIII.

Neruorum origo.

Neruos primum oriiri à corde credit Aristoteles, in quo priusquam cætera membra formentur, appareant, uerum omnes serē, ut euidentius consta à cerebro ueluti eius uicario, spinæ que medulla nasci magna ex parte cernuntur, unde & spiritus animales & sensitiui semitas habent. Is quidem albi sunt, lenti sensuicam atque motricem uim

uim diffundentes. Incisi non solidantur, uulnerari summum dolorem sentiunt, præfecti nullum. Qui chordæ dicuntur, teretes sunt, musculis idonei in brachijs, ac cruribus. Intiores nerui membra conducunt, superiores reuocant, quod præfectis intelligitur. Neruorum præterea natura nō materiæ uenarum continua de eodem initio procedit. Sic & uincula ossibus nodis que corporum, qui uocatur articuli, adnexa neruorum naturam habent. Circa neruos quædam mucosa lenticia, quæ pro alimento à natura data est. At de neruorum origine ac natura numero que, suo dicemus loco.

Neruorum aliam mentum.

De natura arteriarum uenarumque, Cap. IX.

Arteriæ ac uenæ quæ ex neruorum materia constant, ex corde oriuntur, crassiore uel spiritus conceptacula sunt duabus membranis constitutæ dilatantur uicissim, ac perpetuo comprimuntur: sponte an spiritus motu alibi tractandum. Hinc uita gubernaculum habentur. At uenæ sanguinis conceptacula sunt, membrana una duntaxat cōstituta, immobilis, quæ membra omnia riuulis irrigant adeb plerunque tenuissimis, ut uix cerni possint. A horte postremæ quæ fibræ dicuntur, neruo omnino constant, quippe quæ nullo intus cauo distinguuntur, tenduntur modo neruorum qua desinunt applicata ad nodos ossium lubricos, ex Aristotele.

Conceptacula spiritus.

Vasa sanguinis.

De musculis siue lacertis, Cap. X.

Musculi inter officiales & dissimilares partes annumerantur, mouendi uoluntariam uirtutem præstant. In neruo, carne, membrana, uelamine ambiēte, neruis summis ossibus adherentibus constant, medio crassitudine ampliores, intus carnosissimi huc illuc discernente materia, utrinque capitibus in tenuitatem desinentibus, ob similitudinem appellantur. Hinc membra functionem exercent, distenduntur uel protenduntur. Vulneratis non sine uita periculo distentiones eueniunt, Græci πρῶτα, Latini distentiones uocant: In labore lassitudinem sentiunt. Pluribus modis in corpore uariant, tum figura, tum uirtute. quoniam alij retinent, alij expellunt. calidis exacuuntur, stupescunt hebetantur, retinendi item uis unctuosus læditur, stypticis recreatur: alij oblongi sunt, alij cōpactiles, alij latiores, quidam adeo mixti sunt, ut uix diuelli queant, uarijs tamen motibus considerantur, & numero intelliguntur, quod in fronte & labijs precipue comprehenditur. Alij aliter pro ut corporis figuratio possidet, supra quingenti à diligentissimis autoribus colliguntur, de quorum ordine ac situ postremo libro teor sum pertractabitur.

Ves. lib. 22

Musculorum officium & effectus

De omentis, Cap. XI.

Omenta sequuntur siue tuniculæ quæ ex neruosa materia emollita est natura. Sicut quæ cerebrum & medullam continent, & membra cum neruis annectunt, uel ambiunt, ut iecur, renes, quibus sensum habent, alioqui non sentiunt.

De adipe & medulla, Cap. XII.

Adeps in homine inuenitur, circa enim mēbranas adnascitur: pingue sub cute est, seuum in cornigeris circa renes inuenitur. Pingue sicut & omentum calefacit: in temperato enim corpore sanguinis exundantia à membrorum saturitate congeritur, alioqui immenso pinguetudinis pondere sensus opprimitur, et sæpe cōmoriuntur membra. Lardum in sue sensus expers habetur. Medulla in cauis ossibus sensum non habet, præterea tamen ambiente membrana integitur: quæ in iuuentute rubens est, in senectâ albescens, minusque circa ossium capita ubi medulla sanguinea cernitur, ac minus pinguis. Ossa fracta non ferruminantur, quod defluente euenit medulla.

Seuum. Pinguedinis effectus.

Lardum. Medulla.

De cute, Cap. XIII.

Cutis carne siccescere efficitur, quomodo, ut inquit Aristoteles, in polentis crustula, materiæ enim lentitudo cum euaporari non possit, residet, quoniã id lentum & pingue est. Itaque cutis ex eiusmodi lenticia cōsistit. Similars pars est, cum animali in utero congenita. Homini tenuissima, ætate que qui nobis circumfusis est, opposita, leuiter foraminulenta, unde uapores exhalant. quod euidentius apparet tyrānorum scuitia, cum miseris inter maximos cruciatus diuellitur & exiccatur. tum cutis foramina cribri triticeii

Cutis generatio

Humana cutis rarietas.

magnitudine cernuntur. hinc sudor emanat, hac tactilitum rerum species transigunt, per medium ueluti temperamentum sensifico tactu dijudicamus, ideo sine sensu est. sub ea mucosus humor habetur, ubi cutis sine carne est, uulnerata non coit, ut in genis, buccis, ac praeputio, & his similibus.

De unguibus.

Cap. XIII.

Veslib. 1. ca. 14.

Cornu ex uulnere cuiuspiam naturam.

Vngues ex terrena admodum oriuntur parte, parum humoris calorisque adepti, quae dum refrigescunt humore ac calore euanescente in aere, duram terrenam que fornam capiunt, sicut ungulae, cornua, quamobrem igni molliuntur, inter ossis & nervi naturam possident. Vidimus in Creta dum haec conderemus, uulnerato genti sagitta cornu nigrum rupicaprae capitis simillimum prodixisse, materiam que, quae in ossibus substantiam conuertere debuisset, in corneam naturam aeris afflatu facile conuersam, continueque gummi modo indurescentem. Plantarum quoque ratio persimilis est, quarum partes, quae terra operiuntur, radicis naturam habent, quae uero aere perflantur, frondes ferunt. Id obseruare, qui arborum ramis propagines fieri docent, nam ex summis arborum cacuminibus plantaria transferunt, & radices traiectionis per uasa fictilia ramis sollicitant, atque eo blandimento imperatis radicibus, inter ipsa poma & cacumina aliam arborem longe a tellure constituunt. Vngues in manibus magis excrefcunt, quoniam, ut inquit Alexander Aphrodisaeus, argumentum sui sum magis defertur. Haec summam dicta sunt, dum corpus refecandum lauant, & nouaculam pro more praeparant, & quae dissectioni necessaria uidentur. Hinc ad partes interiores transeamus.

ALEXANDRI BENEDICTI

PHYSICI, DE MEMBRIS NATURALIBUS & GENITALIBUS QUAE SUB PRAECORDIIS CONTINENTUR, Liber II.

Præfatio ad amicos.



Dmonet Plato, Christophore Scrouenstane, Caesaris nostri orator facundissime, ne qui erga amicos & praecipue patriam suam ingrati uideantur: Vtrunque facimus, si te ad hoc theatrum a regijs occupationibus auocamus cum Christophoro Lampracho, Iusto Leliano comitibus, Andrea peregrino, Dionysio Cepio Veronensibus meis, iure consultis, inter quos & Ruffum meum, & Iacobum Mapheum interesse uolo, qui primi ad has partes spectandas non incongrue accedant cum serenissimo rege Maximiliano Augusto. Cum uos omnes nouerim tum cibo tum potu temperatissimos esse, & uentris importunitatem saepe coarguentes, & ad arcendam eius intemperantiam bonos dormitores esse & acres. Quoniam partem quae in nobis diuina est, sua inexplebili auuiditate saepe perturbat, & clamore suo strepituque consultiorem nostrum animum iniuste arcet. Iustus igitur aderit noster, ut nos in ocio permittat tranquillo. Nec ob id aegre a uobis ferendum est, si extra uos haec spectare uolueris, cum nulla in re natura sine admiratione constare tradatur. nam & Heraclitus qui in domo fornaria forte sedens calor gratia, ad sese quosdam accedere fidenter iussit, quoniam eos temperantes uiderat. Deos immortales, inquit, hic adesse nescitis: Itaque in omnibus naturae numen reperiri certum est, & plena animae esse omnia. Iocinoris naturam inter exta Plato praecipue commendauit, Diuinatione, & simulachris, quod speculi instar ad imagines exprimendas accommodatum fuerit. Genitaliumque subinde membrorum officium humanitatem per indiuidua perpetuantem, in quibus mirum gignendi delirium, atque amorem incredibilem inferuisse Deum cognoscetis. Ea membra non ab re ferre moram plurimum indignatur. Et si ipsum in foeminis letaliter saepe pracludat, ut animal conceptum perferat in lucem. His conspectis uentris petulantiam, & libidinis uolentiam sequentes damnabimus: quoniam (ut Plato fabulatur) in uarias degenerari bestias non intempertue illos demonstrari uidemus.

Natura nusquam non admirabilis.

perpetuam.

De uen-

De uentre & umbilico.

Cap. II.

IN partes tres corpus humanum, quod dissectandum est, diducitur, in supremam, mediam & imam partem: prior sensifica continens, media spiritalis, ima naturalis, in qua uenter subiacet, appellatur. In prima sensuum nobilitas locum possidet. In secunda uentris & ratio sedem habet. Postrema natura officina est, a qua hac in parte initium sumendum est, quoniam intestina ocyus corrumpuntur. Ordiendum igitur est a malarum omnium partium pessima, hoc est a uentre, cuius gratia mortalium maior pars perpetuo inferuit: Nec uilitate eius extimat foedo recrementorum opere, cum plerique maxis ac terrea infinita pericula subeant: addo quod omnibus ut molestissimus creditor instat, nec diem sine appellatione praetermittit, omnium membrorum terribilissimum uas. Illud est profecto quo uitam cum brutis communem habent plerique: infimum propterea in corpore & abditum locum tenet ob res immundas, ueluti membrum principalibus partente natura: ob id sedes haec a ratione animoque longius relegata est, seproque diducta fuit, ne rationalem animi partem importuna uicinitas perturbaret. In hac ceu popinae locus, fordidum ac excrementorum sedes, ut in aedificijs architecti auertunt ab oculis naribusque do minorum, quae necessario tetri foedi que aliquid habitura sint. Haec superioribus membrum ancillantur, ex quibus alia, in succum cibum concoquunt, quaedam in uarios humores digerunt, quaedam exundantiam propellunt. Sed de uentre exteriori prius agendum est: hic ab ima parte mali punici intra ilia inguinae que collocatur, cuius pars sumen est. osse caret uenter, quia cibo, ut dictum est, increfcit, residet que in fame, quod et foeminis uterum gerentibus contingit. In medio uentre umbilicus situs est, geminas arterias ac totidem uenas complectitur, ueluti extremo putamine circundante: nam & utrinque uentrum par membranulis suis circundatur. Haec quatuor uenae ex utriculi acetabulis, hoc est cotylidonibus, per secundas conceptui alimentum praebent, quae uteri uenis atque arterijs respondent, adherentibus inter se uenarum orificijs, de quibus mox dicturi sumus: fectoris enim portas uenis duabus quae in unam coeunt, pertingit, ac geminis arterijs ad ahorta ubi finditur e regione uesicae, & duae de una efficiuntur. In proejectiori aetate umbilicus iam diu emeritus, pluribusque induratus annis exanguis apparet, & exilior ueluti nervus uideri potest. Ita ut tam uenae quam arteriae nullo modo cerni possint. Uentrum refectores in secundo caueant, ne incaute praecedantur, quod & in caeteris obseruari praecipimus.

Qua parte prima anatomici accipienda. Venter.

Veslib. 1. cap. 14. & lib. 1.

De sumine siue abdomine.

Cap. III.

PARS quae infra umbilicum situm habet, sumen dicitur, ab antiquis abdomen, uenas praetenuas habet, subrestitutim dispersas, quibus in utero conceptus aquas emittit, quod in abortu euidentius comprehendimus. Exinde pecten uel pubes subest, quae infimam partem occupat ad naturalia spectans. Venter denique his constat (ut iam secandi initium faciamus) cute, pinguetudine, membrana carnosa, musculis, nervis, ac interiori demum membrana, quae omento iungitur, *περιτονειον* a Graecis dicta: ea omnia intrinsecus exta integuntur: ab ilibus ac pube, sursum uersus ad praecordia peruenit. Vniuersam itaque cutem, in tacto umbilico, pertransuersas lineas a summo stomacho ad pubem, a leuis ad dextra ilia hoc modo incidit. Sub cute pingue est, ab hoc carnosa membrana, deinde nervi, & musculi, & membranae interioris abdominis firmissimum, de quo diximus, inuolucrum omnia interuoluens intestina.

Abdomen.

Pubes.

Peritonaeum.

De musculis uentris.

Cap. IIII.

MUSCULI in uentre octo inueniuntur, Galeno teste, horum duo ab imo pectore carnosiores pectini iunguntur, in quibus longissima staminea ceu filamenta fissili quadam natura sursum deorsum uel tendentia cernuntur: sub ijs duo sunt, qui iuxta priores trinke a costis tenuioribus mollioribusque quas Graeci *φoas* uocant, oriuntur, et in neruos desinunt, transuersumque pubi annectuntur: alij totidem ex aduerso a pectine sursum uersus tendunt ad eadem praecordia, ad X literae figuram: alij demum duo sunt subter priores rectori angulo per transuersum ad utraque lumborum partem perueniunt, ubi adalligantur. Quidam tamen musculorum neruos quibus annectuntur, supra musculos maiores coite existimantur. Alij uero sub musculis maioribus coniunguntur.

Veslib. 1.

Cc 4 giputant.

Vesur musculorum ueneris. gi putant, quia ex diuersis locis in unum conueniunt. Hæc à natura constituta sunt, ut interanea intus robustius cōtineantur, cibi que facilius regesto calore concoquantur. Astringunt enim, dilatant, reuocant, accipiunt, retinent, expellunt, laxant q̄ cum opus est, pro neruorum situ natura q̄: septi transuersi auxilio supernè comprimētis, primi attrahunt, postremi comprimunt, mediū uero cōtinent, quibusuis tamē uulneratis aluus diffi culter comprimitur. Superiores rursus, qui ampliores sunt, cibum cōtinent, ne retro fluat: imi uero, ne priusquam opus sit per aluum transmittatur, uerum si quid succi adhuc superesset, absumi possit, constituti sunt. Hi obiter masculi ab hac contemplatione non abijciendi sunt. Vtrem indecorū reddit hydropisis, cuius species ascites dicitur, ex qua extrahendæ ratio aquæ in alijs libris dicitur: locum enim ad ilia uersus deligimus, ubi peritonæi sola ferè nuditas est, suminis enim crassitudo omnino uitanda est, cutis q̄ digito dimouenda, immisso q̄ cultello usque ad omentū, quod primum sub peritonæo occurrerit, penetrandum est, quod paracentesin uocat Paulus Aegineta, nec id nimium audacter, ne temere intestina uulneretur, tantū q̄ humoris colligendū est, ne uires intermoriantur: uitalem enim spiritū is humor continet, demū remissa cute, uulnus per se obstruitur: atq̄ ita sensim singulis diebus demitur aqua. In qua re uires idoneo cibo tuetur medici.

Hydrops ascites.

De peritonæo & omento,

Cap. V.

Ves. lib. 1. fig. 1. **H**is emotis præter umbilicū, abdominis membrana interior apparet, firmissima effine grauiori falce, aut retento spiritu, quod sæpius contingit, rumpatur: supra enim, inguina id euenit, ubi tenuior est, quæ si rumpitur, inguinis siue bubonis tumorem imitatur, *Βυβωνοειδης* dicitur, quod decepti plerique chirurgi immisso scalpello, quum pus subesse putarent, intestina uulnerarūt, unde odoris foeditas statim subsecuta est, paucis que diebus ægri mortui sunt. Fœminis enim id malum sæpius accidit. Ea membrana ad excrementa, status q̄ cum enititur, propellenda necessaria est: laxatur in fœminis mirū in modum uterum gerētibus: dorso adalligatur. Huic uenæ quædam cōmittuntur, quæ ad mammas à partu statim ad lactis generationē sanguinem ex utero deferunt. His cucurbitulas admouemus, cum lactis copiam inhibere uolumus, sub mammis uero cum mensium abundantia timemus. Hac uero membrana emota, omentum subest, ita enim specialius dicitur, in uniuersa penè intestina & stomachi inferiorē partem contegens. A medio enim uentre oritur, ac inde dependet, unde cibi concoctionem ueluti stragulum iuuat. Inuenti sunt qui sine omento uixere, digestionē tamen ineptiores, Galeno teste. Ex tenuissimis ab utraq̄ parte membranulis constat, medio innato adipe, non sine arterijs ac uenis exilibus: ex interiori parte leue, & superiore mollius, sensu alioqui ex toto caret: carnosæ dorsi membranæ secundum diaphragma sese applicat.

Vesal. lib. 1. ca. 5.

Omenti figura. est apud Vesal. 1.

De mesenterio, & primum de aluo,

Cap. VI.

Vesal. lib. 1. fig. 67. 68. **A**biecto itaque omento, intestina insinuatibus quibusdam giris longissima apparent: quæ nonnullis animalibus à uentre protinus recto ueluti intestino, ac breuissimo, emittunt per aluū excrementa, sicut lupi, ceruarij ac mergi, propterea insauabilia habentur, sæpissime q̄ aluum deijciunt, quod humanis actionibus maximo foret impedimento, intempesiua q̄ fames semper adesset. Intestina excrementa, hoc est materiam superuacua recipiunt: quorum actiones, ut tempus diuersum habent, sic etiam diuersa loca possident, ut Aristoteli placet. Iis neruosa materia est, qua recipiunt, continent, & expellunt, & quicquid succi, quod à stomacho superest, penitus perficiunt: nam & crenas habent, quibus succum cogunt, & immutat, stamineo uillo diuerso, modo astringunt, modo laxant, cum opus est. Intestina uim attrahendi manifestam non possident, quoniam stamina per longum obducta nō habent. Sed ab inferiori intestino, hoc est aluo, ordiendum est. Hæc pars ita specialiter appellatur, suilla similis, qua excrementa eduntur: ab alijs longanone, ab aliquibus rectum intestinum dicitur, spyris non circumplicatum: crassioris intestini pars in tenebris procidit, unde sedis procidentiam reuerentiores appellarunt antiqui. extrema alui pars anus dicitur uel sedes, Galenus *σφυγγη* uocat. Sursum uersus ad ilia extenditur aluus, reflectitur que ad renem sinistrum, mox ad stomachum, deinde ad iecur pertinet minus quam reliqua intestina carnosum. Ad hanc partem uenæ quædam ex mesenteriacis perueniunt, quæ extremam succi portionem

Ves. lib. 1. fig. 6.

Ves. lib. 1. fig. 10. 11.

portionem exigunt: ipsædem item si quid infunditur, per clysterem alimentum recipiunt ægri, non nouo, ut quidam putant, inuento.

De colo & cæco intestino,

Cap. VII.

Ves. lib. 1. fig. 61. 7. 8. 9. **S**upra aluum collocatur colon crassioris intestini pars, peruium est, ac late fusum, celsius plurimis insinuatum, in quibus excrementa diutius immorantur. Inde q̄ quandam recipiunt effigiem *καθολικον* Græci uocant: ab aliquibus aluum etiam uocant ilicio, reni sinistro inuolutius annectitur. Vnde nephreticis colicis que morbis dolores consimiles sentiuntur, abstinentia tamen inter cæteras notas discernuntur: illos eleuat, hos aggrauat cibis. Deinde id intestinum lienem attingit, sursum uersus ad dextram stomachum scandit: huius ob id intestini noxius humor os stomachi afficit, & præcordia, unde lipothymia sæpe concidunt ægri in sella aluum deijcientes. nec sine ratione id intestinum inter inferiora annumeratur, & si locum superiorem obtinere uideatur: iecori item iure proximum est, ut inde meatu ipso ex folliculo fellis bilem excipiat, quo retrimenta eius mordacitate ad exitum præcipitentur. ob id ea pars cui porus fellens committitur, lutea est, ac gustatu amara. Huic coniungitur quod cæcum cognominatur, à dextra enim parte sub rene collocatur iuxta coxam. Cæcum ideo dicitur, quoniam duo opposita orificia non habet, ut cætera, nam eodem quo excipit, etiam remittit orificio. eiuſdem cum superiori naturæ habetur. ipsædem que morbis uexatur.

De tribus gracilioribus: mesenterio,

Cap. VIII.

Ves. lib. 1. fig. 71. 72. **G**raciliora deinceps intestina uentriculo annexa sunt, quæ in homine lactes appellantur: horū primum, quod tenuius uocatur, in sinus tortuosos uehementer implicatum est & orbes intestino, quod medium Latini, & Græci *μικροτερον* uocant, singulii connectuntur, in deteriore partem conuersi, & è regione dexteris coxæ finiri, superiores tamen partes magis complent: & quia circa ista positum habent, silibus nomen dedere à quibus Ileon, & iliacus dolor. At paulo supra sursum uersus stomachum ad inferioriorem partem spinæ, intestinum est, quod ieiunum nominant, non ita ut reliqua implicatum: ieiunitas que ei nomen dedit, quoniam nunquam quod accipit, continet, sed protinus per inferna transmittit, semper enim uacuum reperitur, hira que ac hilla appellatur à quibusdam. Quare igitur ex eo ita subito cibus labatur est, quia mordaci felle citatius redditur. Huic demum ea parua iunctura alligata est à media ferè uentriculi parte partem in dexteriore partem conuersa, *πυλωρον* Græci uocant. Quoniam portæ modo in inferiores partes, quæ excreturi sumus, emittit cæteris intestinis arcuus. Ad hanc portam fellis meatus pertinet unus, eadem de causa. Hæc 12. digitorum mensuram continet. Inter secundum meatus ille cauendus est, integer q̄ ostendendus.

De mesenterio & uenis eius,

Cap. IX.

Ves. lib. 1. lib. 2. 10. **M**esenterion, quod medium uel medianum Latini dicunt, neruosum est membrana nullis glandulis pluribus refertum, quas *αδενες* Galenus uocat, circiter crispum est cui lactes in sinus, ut mox dictum est, tortuosos adhaerent implicati, uicinitas q̄ membri errorem dedit nonnullis qui lactes pro mesenterio sæpe dixerunt. In eo uenarum fibræ à natura constitutæ sunt, quæ ab intestinis ad uenam maiorem & ahortam pertinet. Sine eo membro succus alioqui ab intestinis incommodè attraheretur, habent enim cui adhaereant. Aristoteli quoque arteria ad mesenterium renes que quemadmodū & maior, uerum longe minores, per angustos enim & fibris proximos, quippe quos extenuatos in fibras, cauas tamen cessare aduertimus. Venæ quæ ceu radices in materia intestinalium desinunt, nec transigunt, has mesentericas uocant medici, oppilationis sæpe originē. Septo transuerso alligatur & dorso, uel ex uena maiori & ahorta pedit, ut Aristoteli placet, unde sanguinē & spiritū differre certū est. Venæ ipsæ solidæ, duræ q̄ sunt, à uentre & ab intestinis alimentū capiunt, ueluti arborum radices, quæ humorē à terra attrahunt, alunt q̄ stipitē: animalibus enim intestina & uenter pro terra sunt. Qui harum uenarum orificia inter intestina ampliora putant in uiuente, quæ in caduere delicescant, longe decipiuntur, arbitrantur enim ciborum frustra per easdem fibras tenuissimas attrahi posse. Putant que uirginem ætate nostra Venetijs dum hæc cōderemus, quæ crinalē acum cum quatuor digitorum longitudine, quem inter dentes dormitura continebat,

Mesenterica uena.

Exemplum uirginis que acum deglutinit, & per urinam emisit.

continebat, incauteq; per somnum deglutiuit, per urinam post menses decem demisisse maximis cruciatibus, quoniam in uesica collectis uiscosis humoribus, lapidem circa se se inuoluit rotundauit gallinacei oui magnitudine: & a uenis prius mesentericis acum haustam esse contendunt, nec quas uias inuenerit natura ignorant. Ex fibræ in ipsis intestinis in neruos desinunt tenuissimos, ac in eorum materiam obliterantur: hic numero siiores sunt ac crassiores ijs quæ a stomacho ad iecur feruntur, ideo plus alimenti conferunt: at illæ citius defectis subueniunt. Verum si omnes uel ex maiori parte languescunt uel obstruuntur, concitato fluxu ad miseram maciem deformant hominem. His peractis, intestina emouebis, folleq; stomachum in pyloron iniecto inflabis, tum uiuentis stomachi similem posituram euidentius repræsentabis.

Vesal. lib. 5. fig. 14. 15. 16. 17.

Vla quæ ab oris faucibus ad stomachum tendit, gula appellatur, ex neruo & carne constat, hac cibus potusq; in uentriculum sui receptaculum deriuantur, nam & cibi porta uocatur. Medio enim uentriculo non annectitur, sed in latere, ne capitis inclinatione cibus ipse facile redundet. Sicut & alterum eiusdem uentriculi ostium, quod *ουλοφυ* paulo ante nominauimus, in fundo medio non committitur: Sed paulo altius, ne deuorata in aluum incocta citius quam opus sit, delabantur. Hac de causa in crapula septum transversum plurimum supprimitur, nec tamen quicquam esculenti euomitur. Hæ geminæ portæ loco & magnitudine differunt, nam superior amplior est, inferior angustior, hac ratione, quia magis contrita a concoctione transmittere debet. Ventriculus in testinorum principium, canino similis est, quippe qui non multo amplior est quam intestinum, sed quasi intestino similis ampliori (ex Aristotele) sub septo transverso circa præcordia sua angustiori parte, os enim stomachi dicitur, ubi 13. spinæ uertebra inueniuntur, collocatus est. Cōcoquit enim & immutat, paterfamilias uocatus, quia totum animal solus gubernat, nam si ægrefcat, uita in ancipiti est: inter lienem & iecoris fibras ab utroque latere comprehenditur, supra infraq; inter diaphragma & intestina medius positus habet. Hunc in anteriori parte omentum, a posteriori uenæ grandes fauent, a superiori parte in sinistram uergit, ab inferiori in dextram inclinat, ita orificiorum suorum ratio exposcere uidetur. Ob id atram bilem in superiorem sui partem decurrentem certo meatu a liene assumit: in imam uero, a folliculo felis flauam bilem porrò delatam accipit. Ventriculus in medio tumet, ac pender: qui membranæ tenuibus septo committitur lienis, iecori, cordi, cerebroq; uenis, arterijs, neruis: unde ex ictu capitis sæpe stomachi subuersio euenit. Duobus tergoribus constat: quorum alterum intrinsecus neruosum est, ac crassum, alterum extrinsecus carnosum ac tenue. Illud stamineum habet filamentum, *ινας*. Græci uocant: alterum intus in longitudinem tendit, in appetendo deorsum trahit, alterum extra per transversum fila ducit ut retentrice, quæ *καθενικη* dicitur, plurimum necessaria. At exterior uentris tunica carnosa, stamineam uenam in latitudinem protendit, qua materia ciborum subigitur, et a digestionem superflua, dum sese astringit, secernere dicitur: huic potentie *αποκριτικη* nomen est. Interior rursus tunica tactus sensum habet, unde de cibi appetentia prouenit, exterior uero cibum portionemq; mutat, ac confundit. ea uis a Græcis *αλλοιωτικη* uocatur, cui reliquæ obsequuntur uirtutes. Stomachus intus denticulatus est callo, in modum rubi, ad efficiendos cibos, decrepentes crenis uersus orificia: nouissima asperitas ut scobina fabri, ab ijs fibræ, quæ ob similitudinem mesentericæ dicuntur, oriuntur, quæ inter uenam & neruum naturam habent, a quibus (ut paulo ante dictum est) humor attrahitur, inde per maiores uenas ad iecur transmittitur. Sed dum concoquit stomachus, nec sui ignarus est, quoniã in fame ac siti protinus humorem attrahit, ac primus recreatur.

Ventriculi sinus.

Vtriusque bilis meatus in stomachum.

De adipe & pancreo.

Cap. XI.

Sed antequam ad lienem trãeamus, pauca de adipe dicenda sunt. Hic sub leni membrana abdominis situm habet, in obeso corpore ampliorem. ab illijs incipit deorsum uersus ad renes tendens, ab interiori parte membrana includitur, quæ omento iungitur. Is non cogitur, nec siccitate ulla frangitur, ut seuum, quoniã eius natura minus terrena est, utrunque sine sensu, nam neruo, arteria ac uena caret, ideo & plerisque detractos adipem

adipem leuatum que corpus immobili onere traditum est, & inde uixisse. Pancreas quoque inter carnes, & adenes naturam habet, lienis, stomacho & iecori annectitur, a carne nomē habet. ad quod cōmunis cum omento uena pertinet, quæ ex uena maiori oritur.

De liene.

Cap. XII.

In sinistra parte aduersus iecur lien parum inferior, suo similitudo, habetur purgamenti sanguinis receptaculum, cum humorem atram bilem nostri, Græci *μελαγχολικη* dicunt. Hic non ut iecur præcordijs, sed sinisteriori uentriculi parti & omento committitur. Gibbus ipsius dorso membranulis alligatur, sed ut facilius appareat, costæ inferiores quæ tenuiores cernuntur, sub ijs enim conditur, aperiendæ sunt. Eius quidem materia mollis est, rara, ac fistulosa, longitudinis crassitudinis que modicæ: sed liencis ita plerumque intumescit ob humoris confluuium, ut zona ueluti cingere hominem uideatur. Cum sordibus, ut inquit Plato, iecur abundat, lienis raritas id purgat, & eas combibit, quoniã concuum est & exanguis, unde purgamenti impletum excrescit. Curforibus, ut traditur, peculiare impedimentum, propterea quandoque nonnullis laborantibus splen inuritur. Adimi posse homini sine uita periculo, uerisimile non est. Huic membro pro magnitudine & loci intemperantia attributa est. Iecori, stomacho, omento, & intestinis committitur. Ad lienem, sicut neque ad iecur, nulla ab ahorta pertinet uena. Excitari turbã contra Aristotelem in plerisque locis uideo rixas que moueri, sicut & de uulua dicitur sumus, quoniam sine spiritali sanguine hæc membra posse constare possibile non diiudicant, ea enim membra sanguine aluntur a uena maiori quæ sine spiritu non est sicut & uulua sine sanguine. Vena grãdiore directo ductu a porta cõcaui iecoris ad lienem ducitur, quæ si diligenter retegitur, apparet: Ex medio eiusdem uenæ cursu riuiulus quidam est, qui sanguinem diluorem deorsum uersus mesenterion, ut alar, ducitur. Rursus eadem uena grãdiuscula iuxta lienem bifariã diuiditur. alter ramus pro alimento ad imum stomachum fertur, alter ad splenis cauum productur, ubi intus in duos ramos spargitur, sursum deorsum que transeunt, horum inferior sanguine omentum rigat. superior uero ex cauo lienis rursus in duas diuiditur uias, quarum altera ad sinisteriorem superiorem que stomachi partem, altera sursum tendit ad uentris orificium, atram que bilem infundit, qua os stomachi constringitur, unde esuritionis exoritur. Reliquum in ipso splene absorbetur, præter eam portionem quam uena grandis ad membra consimilia transmittit.

Lienis imago Vesal. 5. fig. 19.

100

* lock

* ducit, uidetur legendum.

Esuritionis causa.

De iecore.

Cap. XIII.

Iecur nobilissimum membrum esse putauit Plato, in quo diuinationis gratiam collocauit, quo priuato, nec euidentis quicquam sit uaticinij signum. posteriores uero phisici sanguinis originem huic membro attribuere. quod si ualidum est, aucto sanguine, augeri membra uidentur, inualido decretere non dubium esse, si extenuata in nobis membra sunt, eo conualecente facile implentur. Iecur inter partes proportionem maximam est. sub præcordijs a dextra parte suspenditur, sanguine & spiritu naturali refertum, intrinsecus cauum, extrinsecus gibbosum, e regione lienis, uentriculo leniter prominens irfider, quem fouet, in uiuente magis pender. In eo multiplex uis est, nam attrahit, retinet, concoquit, digerit, & expellit, succum enim in sanie, in bile, ac atram bilem digerit. ex potentia ex temperato cordis calore nutritiæ uirtuti deseruiunt cõgenitæ, ita ut & quæ nutrit & auget uirtus, eandem esse non dubitet Auerois. In quinas iecur diuiditur fibras, intus sensu carens, fistulosum, spongiosum, foraminulentumq; uenulis per totum membrum nodoso coitu dispersis, ubi succus in sanguine secunda concoctione commutatur uel in sanie, inde in diuersas partes digeritur, calidum enim est ac humidum, membrana tenuissima connectum, septo transverso adalligatur, spinæ item ac stomacho inungitur. Vena illa grandis pluiquam cætera membra cordi responder, huc ahorta non pertinet, quoniam primo iecoris ingressu euidentior esset, & per omnes distribuenda partes esset, sicut in pulmonibus apparet, a corde enim uitalis uis per uenam maiorem in iecur infunditur (ut dictum est) eadem enim uia recipit, ac submisitrat humorem. Ex inferiore parte caui fel dependet, in eadem parte caua ex diuersis locis quidam uenarum concurfus est, qui porta iecoris dicitur, ductuum uiarum que ueluti compitum efficitur, quibus

Vesal. li. 1. fig. 20. 100

Iecoris scab culatios.

Felis locus in iecore. Porta.

quibus succus is quo alimur, permeat, statim que intus in quinos riuos diffunditur, & in prætenuas uenas, quæ deinde per totam iecoris dispersa substantiam in exilem subtilitatem admodum radicanur, demum q̄ in iecur ipsum obliterantur: his tenuissimis fibris saniosus succus decoquitur, ac in sanguinem, ut multi uolunt, iecoris ministerio calore uertitur, qui demum in corde penitus absoluitur.

De uenis iocinoris, Cap. XIII.

VENÆ octonæ ad portas iecoris deriuat, ex quibus binæ paruæ sunt, quarum altera ad pyloron, & ad mesenterium pertinet, altera inferiori uentriculo iuxta pyloron cõiungitur. Reliquæ senæ sunt, ex quibus una ad dexterioem stomachi partem iter tendit. Secunda ad lienem grandior pertingit. Tertia intestino recto iungitur, in sinistro enim partem decurrit. Quartâ ad dextram uentriculi partem ubi in tenues fibras diuiditur. Quinta duplici propagine, altera omento applicatur, spargitur que è regione illius rami, qui à liene oriri cernitur: Altera propago crassiori intestino adiungitur, qua succi reliquæ attrahuntur. Postrema ad ieiunum intestinum, ac tenue, & ad id quod cæcum appellauimus, pertinet, ad quam euidentius pleræque uenæ ad succum exhauriendum contendunt.

De flaua bilis folliculo, Cap. XV.

FEL non habent omnia animalia, equo, mulo, ceruo non est, et ex eodem genere sunt quæ partim habent, & partim non habent, ut mures, oues, ac homines. Et qui fellis naturam, inquit Plato, sensus alicuius gratia esse opinantur, non recte sentiunt, uolunt ideo fel adesse, ut partem animæ sitam in iecore mordacitate sua excitet, laxando exhilaret. Folliculus flauæ bilis ex inferiore iecoris parte caua dependet, *χοληδοχος* à Græcis dicitur. in eo humor flauus est, pallidus interdum uisus à Galeno, uel cyanei quandoq̄ coloris uel isatis herbæ, uario corporis affectu. In caduere colorẽ omnino mutat, in uiuente flauus est: ex iecore oritur, ut puriorem præstet sanguinem: huic binæ meatus sunt, alter in mediũ iecoris deriuat, quo bilis attrahitur, uel effunditur interdum, alter euidentior ad *πυλωρον* deferitur: in quo meatu calculus olim repertus est. ex eodem rursus oriri traditur, qui in inum stomachum tendit, quod alij negant: sed hoc non perpetuũ est. omniũ maximus ad intestina producit, quas lactes appellauimus. Quibus fel non est, ualeudo firmior existimatur, ac uita diuturnior. Bilis alioqui uia præclusa morbus regius, qui ictericus dicitur, ab alijs arquatus, prouenit: nam toto corpore felle suffuso naturalis color aufertur. Quod primum oculis deprehendimus: ita quod in ijs album esse debet, luteum fit, febres quoque superueniunt. Intestina hæctenus magna ex parte indicta sunt, idcirco omnia, præter iocinoris gibbum, quod uenæ grandi annexum est, relicto uentre abijcienda sunt.

Causa morbi regij.

De renibus, Cap. XVI.

HIS peractis, binæ uenæ grandes secundum spinam à summo deorsum deferuntur, de quibus postremo libro agendum est. Vena grandis in renum opposito geminos ramos emittit. Δ literæ figuram, quorum alter ad renem dextrum, alterum ad sinistrum tenditur, in æquali tamen longitudine: Eodem modo & altera uena gradis facit, ahorta dicta, spinæ annexa, quoniam dexter ex renibus minus pinguis, altior leuio est, quod pari ratione in supercilijs contingit, rami uenæ maioris in sinus non deriuant, sed capitibus potius adhærescunt, & cauum non subeunt, uerum in corpus eorũ absumuntur, sicut & ahorta. ex quibus genitale semen magna ex parte generatur. Oblongi sunt, bubulis renibus similes, ueluti è multis renibus compositi, à parte interiori resim, ab exteriori uersus intestina rotundiores: caro ijs dura ac firma est, sensu carēs, utriusque adeps è medio exit. Renes in longitudinẽ secandi sunt, & specillo immisso collaturæ ratio consideranda est. In medio pellicula est prætenuis, qua humor duntaxat, sine sanguine destillat per meatus siue uenas albidas, ureteras dictas, quæ cauræ sunt, neruosa iuxta spinam ipsam per uenas se porrigit ad ilia angusto itinere, mox in coxam utranque conduntur, ac delirescunt: deinde denuo porrectæ in clunes apparent. uerum & in ipsarum postrema, ut in sexu uirili ad uesicam genitaleq̄ conijciuntur, sic in femineo ad uulua pertinent. Ex uenæ quæ de medio renum exeunt, nihil cõmune cum uena maiore sortiuntur. Re-

Ventre.

tur. Renes membranulis integuntur, quibus sentiunt qui calculo laborant, quia multi renes laborare uidentur. Duplices constituti sunt, ut æquale corporis libramentum, Gale- no autore, animalibus præstarent. Ex superabundanti calore, incontinentia, & urinx stul- licidia sequuntur. In meatibusq̄ arenæ materia ac calculi generantur.

Quare duplex renes.

De uenis feminarijs, Cap. XVII.

SEMINARIÆ uenæ geminæ ad capita testium à renibus deueniunt, pori dicti sanguino- senti, totidemq̄ arteriæ de uena ahorta exangues protenduntur. Nam in coitu spiri- tus semen antecedit, quo procul per saltus propellitur. A capite autem ipsorum testium meatus excipit spissior illo superiore, atque neruosior, qui progressus per testem flec- tit sese, inde & caput eiusdem reperit, unde rursus in idem coeunt, & in parte priore subeunt genitale, parastatæ dictæ, communi excipiuntur canalicula, & continua membrana ob- uellantur, cum ijs quæ resident testibus, ut unus esse meatus uideatur, nisi membranam sensim diduxeris: humorem enim sanguineum continet meatus qui residet, sed minus quam illi supereris: at uero qui reuertuntur, & ceruicem subeunt genitalem urinam ha- bent candidantem: quin etiam de uesica meatus profertur, & se ad ceruicem applicat, quem ueluti putamen canaliculatum ambit, id quod penem uocamus.

Ves. quo supra.

De semine, Cap. XVIII.

SEMEN corporis superuacuum alimentum est, quod principalis membrorum ma- steria pura atque absoluta est, uenerationi necessaria. Nam & maior genitura quanti- tas ex cerebro, Galeno teste, diduci creditur, ob id salacissimo cuidam disiecto post fu- nus capite cerebri exiguum repertum est. Venæ enim quæ ultra aures feruntur, si adu- runtur uel secantur sterilitatem induci miro, atque secreto naturæ limite, ut mox dice- mus: quod casus edocuit, idem ex alijs quoque membris contingit: nam multi qui gal- los casti aut lumbos candenti ferro, aut crura adurunt. Vnde ex toto corpore secerni ge- nituram plerique autumant, uarijs argumentis. Illud in primis fidẽ facere uidetur: quod filijs notam, neuum uel cicatricẽ parentis similem regenerari uidemus, nisi quod & ne- potes progenitorum referunt & formam & notas, ex quibus nihil secessit seminis. Eli- de quæ cum Aethiope concubuerat, non filiam peperit Aethiopem, sed natus ex filia Aethiops erat. Vidimus etiam in stirpibus id fieri: nam Cydone malus medica plurima est, quæ ad priapi similitudinem poma fert. ex eis semina quædam eandem formam refe- runt, alia consilam, ex quibus semina facta eandem quoque turpitudinem representant autam, poma enata. Semen homini in prima ætate ualidum est, senectute, ualeudine, sa- lacitate impurum est. Intrinsicẽ ex loco calido proficiscitur, quoniam crassum refrige- ratum que humescit, spiritus & aquæ mixtione, ob id & album spumofumq̄ redditur, quod neque coit, quoniam ex spiritu est. Ex corde quidem per arterias, ex iecore per ue- nas, & ex uenis arterijs que cerebro descendunt ad minimas circa lumbos, deinde uenas ac arterias minimas ingreditur, & in conceptaculis mature in sanguinis substan- tiam concoquitur, inde ad maiores ac ampliores uenas deferitur, ut ex ambabus unum uas singulis testibus constitueretur spiritibus plenum, in quo illa generadi uis recipitur. quod alij testibus attribuunt, ex qua generanti simile alterum producit. Nonnulli ue- ro naturali calore seminis prolifici, materiã inter eos meatus, sicut & in utero sensim ue- luti sudorem colligi asseuerant, ut uasa terrea inania obturata in mare demissa aqua dul- cem intra se accipiunt, uel cathartics ad stomachum uel intestina, uel ex pulmone malos humores sine certo uenarũ meatu, refundante intus materia miro naturæ opere euocant.

Plus semine prouenire ex ce- rebro quam ex reliquis partib.

Meatus seminis

De testibus, Cap. XIX.

TESTES didymi appellati, ita in homine pendent, ut impetus rei ueneræ magis susti- nerent, minusq̄ proni fierent. His plurima est uoluptas, ut Alexãder Aphroditeus refert, quoniam ab icu percussis magnopere dolent. ijs exectis tota ferè uirilis forma, ac ha- bitus contripitur, femininiq̄ sunt: nam uires, audaciã, mores, uocẽ, barbãq̄ amittit. Hos feminarij meatus ambiunt, nec ingrediuntur, ut quidã falso prædicat, uerũ (ut Arist. placet) motũ excrementi genitalem stabiliore faciunt, nihil gignente sine ingentib. causis natura: nam replicaone duntaxat seruant, eo argumento, quod taurũ aliquando exci- sum uaccam protinus iniisse, nondũ retractis meatibus prognerasse traditum est.

Ves. li. r. fig. 20. & sequentes.

Vsu resium,

Dd De seroto,

Ves quib. sup. & a. ac. 1. fig. lib. 1.

Didymis proprium uelamentum ac munimentum est scrotum, Graeci ὄστρον dicunt, depēdet ab inguinibus rugosum, uenulis dispersum, ima sui parte futura committitur, quae tamen aliquibus non est. Id si tumet, uicio indecorum uocatur, de quo in libris quos de omnibus morbis qui membratim sentiuntur, exposuimus, herniam nominant. At intus tunicae sunt, quae testes uelant, per singulos nervos dependentes, quos legimus supra Graeci appellant, cum quorum utroque binae uenae, ac arteriae descendunt, quas paulo ante indicauimus, qua tunica integritur tenui, nervosa, alba, sine sanguine, supra quam altera est ualentior membrana, quae interiori uehementer ima parte inharet, id ὄστρον Graeci uocant, multa deinde membranulae uenas & arterias eosque nervos comprehendunt.

Ves quib. sup.

Inguini deinde coles ipse cute ueluti annexus dependet, ceteris membris magis neruolus, arteriosus, uenulosus que uidetur, neruis durioribus, & neruosis connexionibus cum pectine committitur. Nerui alij ab ima spinae medulla descendunt, ceterum id membrum minoris sensus est. Vidimus olim chirurgum quendam impium ex Iudaea gente, unum ex ijs neruis ob inflammationem extraxisse, singulis enim diebus a radice paulatim conuellebat, quem tandem letaliter extirpauit. Membri extremum glans est tenuissima coniecta cuti, quae uim sensuicam a superioribus spinae neruis habet, uenereae uoluptatis sedes, unde uenae feminariae peculiari titillatu concitantur. in medio quaedam spongiosa inanis est, quam cum cupidinis spiritus subit, retiginem facit. excitari quoque uel in morte ab ictu phalangij autores tradunt. Alter item ductus est incertus, ut quibusdam placet, in pubertate quidam lentor inde transmittitur, ad genituram ueluti rudimentum feminis. Glans imo circulo ambiente finit, a uertice ad anum frenum ducitur superiore rimula, quam ureteram uocant, recrementi liquidi, ac seminis exitus. Quod integrit, praeputium dicitur. Hoc Iudaea gens reliquit, quae se pluribus iam aetatibus genus humanum, praeter Christianos, ex lege circūcidit, mundiciae, ut dictum est, causa, quod postea ad sacra refertur. Penis cutis qua integritur, non simplex est, sed neruosa natura, sensumque tactus plurimum possidet. Ob eam causam uenereo tactu nouus, uel saltem medicis ignotus prioribus, siderum pestifero aspectu, morbus gallicus ad nos ex occidente, dum haec ederemus, irrepit, tanta omnium membrorum foeditate, cruciatibusque nocte praesertim, ut lepram alioqui insanabilem siue elephantiasin horrore superet, non sine uitae pernicie. Haec pestis reliquas prouincias iam infestauit, quae etiam praesentis facile repullulat, magna omnium medicorum ambage. Ex occidente uenere empirici, qui magno quaestu urbes circueuerunt, id tantum profitentes.

Vesal. li. 1. fig. 1. 3. 6. 10. 12. 13. 20. & sequentibus.

Venae ureterae dictae albae ad uesicam, ut supra memorauimus, feruntur, ea parte qua duplici membrana constat, quarum altera peruia est, & inter tunicas urinans humor praeterfluit, donec ad interioris pelliculae foramen pertineat, & in uesicam cadat: huius enim meatus non oppositi sunt, quoniam uesica repleta urina ad renes retrofluere cogitur interdum, sed ea quo magis impletur, eo magis membranae dictae se comprimunt. & ita recrementum id liquidum continent, ex quo unum tantum meatum, quo excernimus, imperiti habere arbitrantur, simplicem esse uesicam ex omni parte putantes. Ea neruosa est, aliter uiris atque feminis posita, nam in illis iuxta rectum intestinum potius in sinistra partem inclinata, in his supra ora genitalia constituta est, superque elapsa ab ipsa uulua sustinetur. Duo item meatus ab ahorta ualidi & perpetui, ad uesicam procedunt, nullusque a uena maiori huc tendit: qui uero de cauo renum ueniunt, cum uena maiore continuatam non habent materiam, ut supra a nobis dictum est. Vesicae uero ceruicis carnosa est, musculis referta quibus humor continetur, atque laxatur, cum opus est. Incausa sola coalescit, reliqua pars coire non potest, quod est diuerso contigisse refert Aristoteles. In masculis urinae uiae longiores, atque compressiores ad anum usque colem descendunt, in foemineo uero sexu breuiores plenioresque, communi que demum uia ad uulua ceruicem se ostendunt, quapropter mulieres calculis minus afficiuntur. In uesica praeter cal-

Ves a 21. figure libri 1. ad finem usque lib. eiusdem.

ter calculos fetarum ueluti quaedam capillamenta non sine diro cruciatu innascuntur ex mucosa equidem materia. Quibus modis extrahi lapides conueniat, ne chirurgus loci errore letaliter aegrotis uulnus inferat, cultello locus aperiendus indicandusque modus est. Aliquibus quaedam in uesica concrescunt, quae nihilo a conchilijs specie differunt. Sed iam ad mulierum peculiaris membra transeamus.

De foeminarum genitalibus membris, ac uenis feminarijs, hoc in loco dicere par est: uenae igitur humoris, quem prolificum plerique medici praedicant, eandem ferme in foemella, quam supra diximus, in uiris originem habent, ac flexuosis orbibus in testiculos deriuant, inde ad uuluae hostium tendunt, unde semen tanta uoluptate prorumpit, quod uanum atque inutile philosophorum princeps Aristoteles asseuerat, cui & Arabs Auerrois subscribit. Veruntamen fateor ex renibus, spina, coxis, lumbis, uenae ac arteriae multae quae sparsim funduntur in fibras per uulua tenuissimas tendunt, ex quibus genitalis humor, crassus, albus, oui albori similis intus colligitur (ut bilis quotidie in stomacho) ad conceptum necessarius: quod in ouis contingit, in quibus quod candidum est, ac luteum a foemina prodit, semine maris tantum constituyente. Ex ea materia membra quae spermatica uocamus, generantur: at ex mensibus rubentia qualis caro est nutrimenti similis sunt. Aristoteles de piscibus haec refert, ouo autem rupto, foetus ueluti nucleus coelat, qui primum nullum accipit cibum, sed oui humore iam hausto increfcunt, post nutriuntur aquis dulcibus fluuiorum usque dum satis augeantur, idem autor, an id uerum non dicitur, alimentum omne esse extrinsecus, sed protinus ut in plantarum seminibus inest aliquid tale primum quod lacteum uocatur, sic in animalium materia excrementum constitutionis alimentum est, incrementum uero foetui per umbilicum contingit, eodem quo plantas modo per radices, atque etiam animalibus ipsis ubi absoluta iam sunt, ex eo quod continetur, alimento idem accidit. At quod feminis in uenere prorumpit, non per saltus exit sicut uirile, quoniam inutile est, & uitiatum simile, omnino differens ab eo quod intra uulua sic libidine quandoque restagnat. Ex utrisque itaque maris et foeminae, foetus membra figurantur, ac spiritalis uita producit. Verum ex uirili semine principalia membra, ex foemineo cetera ignobilia constituuntur, ex puriori ueluti materia, sicut spiritalis uigor. Maris enim semen in medio genitalis foemineae alboris colligitur, ut generandi potestatem in materiam uniuersam diffundat, ex Galeni sententia, atque ita membra formantur, menstrui sanguinis adhuc non indiga, donec exhausta materia, maiori corpus indigeat nutrimento, quod ex umbilico postea quaeritur. a conceptu enim ad septimum diem feminis prolifici fluxiones simplices apparent, quo tempore et umbilicus inchoare, & secundae uidentur: decimo die cordis bulla tumet, spiritu intus ebulliente, & calore extrinsecus exiccate, secundarum materia firmatur: quoniam & planta & cortex eodem generantur tempore. Post eos dies cetera membra describuntur, nec uno tempore principalia generantur membra, quoniam diuersae sunt naturae: cor enim primum progeneratur, exinde reliqua describuntur membra. Postremo replentur pictoris imitatione circiter diem 30. masculina figuratur membra, ex Hippocrate. Alij tamen inter quos Aristot. mari 40. diem statutum pronunciant, foeminae trium mensium, uel post, quoniam figura in humido post abortum non permanet, sed statim dissoluitur: masculi in aquam frigidam distunditur, cogitur consistitque in membranula, qua rupta foetus ipsa apparet, magnitudine formicae mascululae, & membra iam inde discreta, tum cetera omnia, tum genitalia constant, & oculi ut in ceteris animantibus praegrandes. Eadem de causa ceruicium uterum olim resecauimus, in quo huius foetus minimi digiti longitudine, ex omni parte figuratus, uel maxime ceruo grandiori respondebat, praeter oculos qui gradusculi erant: Vulua humoris albi lentis plena, oui anserini amplitudine, membra quam tenuissima ambiente, in medio humore sublimis pendebat hinculus, ex cuius umbilico capillamentaris tenuitas sanguinea ad cutem ambientem committi uidebatur, alimentum proximam initium. Albugo illa quam foemininum semen fuisse contenderim, non abire a natura in utero continetur, sine sanguinis menstrui nota, uerum primas partes suas agit, quoad maior fiat foetus. Testes in foeminis ab utraque parte resimili sunt, leporinis

Quid mar. g. g. foemina au generationem conferat.

Quae animalie partes primo generentur tempore.

Ceruis graui de anatomia.

Testes foeminae rum.

similes, ex quibus (ut alij arbitrantur) meatus, alij ad uulua cauum exeunt generationi apti, quae sententia refectione ipsa facile ostenditur.

De mulierum locis,

Cap. XXIII.

Visibidem quo supra.

Ostium uuluae in muliere, ac in caeteris animalibus naturam, atque os genitale uocari uisum. In medio tunica utrinque apparens, nympa, & ceteris dicitur, ea intus natura ita custoditur, ut in maribus glans praepucij tergore, ut hoc pimo munito aer arceatur: interior pars ceruix uocatur, in cuius medio ferè neruosa exilitas est, uenulis dispersa tenuibus uirginitatis testimonium affert, eugion uel hymen uocant, primo enim coitu scinditur. Naturalia interdum adeo compacta sunt à natura, ut chirurgi opera indigeant. Partem interiorem matricem, locos que appellamus, qui desiderio coitus saepe descendunt. In ijs sunt quae acetabula dicuntur, quibus per umbilicū foetus augetur. Vulua nulla uim immutandi feminis, sed conseruatricem tantum possidet. Locorum ostium internum natura glandosum est, ad glandis uirilis similitudinem mucronatum, foras in ceruicem prominens, suo turbine. In ceruis triplex ostium est, ob eam causam grauidae, quia dolent, coitum refugiant, mulieres uero adamant, unde & quandoque superfœtant. Uulua acetabula non omnia perfecta animalia possident, sed cornigera, et una parte dentata, dum partum gerunt: ex utraque parte dentatis, lepus, mus, uespertilio, habent acetabula: sus uulua leuem habet, & conceptus uuluae, non acetabulis adhæret: semen itaque trahi à locis uteri, atque ob eam rem multa generari pro numero locorum, & acetabulorum, saepe enim eodem in loco uteri gemini consistunt. Acetabulis uuluae ex secundis robustior adhæret, ea parte quae confusa quaedam fibrarum multitudo est. Umbilici orificia acetabulorum orificijs respondent, unde alij dicimus, asperitas enim utrinque fibrarum orificiorum que tenacitatem facit, ut in parietibus fieri solet, scalpunt enim prius, ut cementum superinductum magis hæreat, asperitati. Umbilicus cum inuolucro, hoc est secundis, functus officio ab acetabulis abscedit, ueluti pomi pediculus iam maturi à ramo sponte cadentis. Ex ijs acetabulis à partu menstrua profluunt: similis in maribus materia est, quae in semen genitale per coactionem uertitur.

Menstrua.

Menstrua (de quibus mox dicemus) cum plurimum lunæ motu singulis mensibus profluunt: quo quo profluuit uirginibus uox mutatur, ut in maribus primo coitu: mammae inde tumescunt. Homini umbilicus dum nascitur, maior est quam in caeteris animalibus, quo tempore alimentum non reddit, ideo uenae, arteriae que circum quas tunica est, compriment sese, & ob eam rem puerperij exitus opportune fit: nam in homine deligari oportet, quia imperfectior æditur partus: bruta uero robustiora, quae statim profiliunt, nascuntur. Locorum ostium in conceptu aperitur, & exinde clauditur, nec amplius recluditur, nisi mulier superfœteret, uel fluxionibus laboret, uel si menses profluant. os id adeo occlusum est, ut aer subire nequeat. Loci ipsi posituram habent inter spinæ imæ partem, quam os sacrum uocamus, supra uesicam, contra mediam positi, aluum inde paulum ad dexteram coxam conuertuntur, postea super rectum intestinum progressi, illis feminibusque latera sua annectunt, rectam cum uesica, continuatam que ceruicem habent, quem canalem uocant, qui ceruici uesicæ supplicatus, carnosus, cartilaginofus que admodum est, is in prægnante contrahitur. Vulua in uirgine exigua est, in muliere nisi ubi grauida est, non multo maior quam manu comprehendij possit: ea cordi, arterijs, neruis, cerebro, spinæ que medullæ committitur: præcordijs item, mammis, renibus, uentri, illis, coxis, pubi, quae omnia in uuluae strangulationibus percipiuntur, quibus anima subducitur: uertiginis sentiant, capillos in uertice uel occipitio conuelli arbitrantur: lumbos præterea, femora, inguina, & stomachum dolent: Gula item miro modo tumet, euidentiori in uiuente argumento, connexionis ea uincula in mortuis languescunt: id alij caeteris uaporibus attribuunt, quos uulnerata statim uulua coarguit. In qua re oculos maxime dolent, quaedam obmutescunt, aliquibus mentes soluuntur. Illis præsertim adalligatur neruulis quibusdam retortis, qui grauidis protenduntur: nulla uena de maiore recta uia ad uulua pertinet, de ahorta uero multae frequentes que ueniunt: eius materia neruosa est, rugosa & periculosa, pollicaris crassitudinis quae ad conceptus magnitudinem extendi possit. Qui eo tempore acetabula uuluae inquirunt ad magnum uulgi

Vulua sius.

* pelliculosa.

uulgi desiderium, digna frustratione frustrantur: uideri enim minime possunt nec primo conceptus tempore, quum inuolucra, quae secundas uocant, robustius uuluae adhærent. Tum enim euidentius membrana ualentior per umbilici radices acetabulis, quae κοτυλοστροφας Graeci uocant, committitur, quales in polypori cirris uidemus, qui suctu cum aliquid capiunt, continent: hæc accrescente foetu conspicua, prope partum minuuntur, ac demum abolentur, hæc conuexo suo coniuncta sunt cum utero, cauo autem ad foetum conuersa (ex Aristotele) in ipso inuolucro ex secundis quaedam carnosae extantia fibræ referta minimis acetabulis affixa, quae sanguinem & spiritum ueluti radicum fibræ exugunt, digerunt que per uenas, et ad umbilicum usque deferunt sanguis spiritus que, per quem alimentum haurit foetus. Gemini matrici sinus sunt ab utraque laterum parte leuiter discreti: in dextera masculinum, in sinistra foemininum cõcipi uolunt, geminis in mare testibus respondentes: in uacca ueluti cornua plurimum discreta sunt.

Matricis sinus.

De mensibus,

Cap. XXV.

De mensibus mulierum pauca dicenda restant, ac rerum origine. Ii non nisi semen incoctum ab Aristotele appellantur, ex partibus quae supra intra que renes sunt, & à lumbis minimis uenis prodeunt ad uulua acetabula, quibus foetus in utero alitur, (ut saepe dictum est) uel à puerperio iuxta naturalium ora: ex uenis quoque duabus secundum os pubis, iuxta urinæ exitum erumpunt: ex ea parte & foeminarum non prolificum semen in coitu (ut dictum est) effunditur, tanto in plerisque impetu, ut masculorum more longius exiliat: diuerse equidem naturæ ab eo quod in uuluae cauo prolificum restagnat, ut supra latius commemorauimus.

De ano,

Cap. XXVI.

Alui exitus anus dicitur, ubi musculi sunt, quibus astringitur cum opus est, aut laxatur: inibi uenarum ora sunt, tanquam ex capitulis quibusdam surgentia, quae saepe terrum sanguinem fundunt, sicut è naribus, hæmorrhoidas Graeci uocant: eo profluitio purgationis uice utuntur, nec ualde imbecilliores ob id fiunt, ideo importune quidam curati, cum sanguinis exitum non haberent, inclinata in præcordia, ac uiscera dira illa materia subitis, ac grauissimis morbis correpti sunt. In eadem parte qua corona est & sedes dicta, condylomata innascuntur tubercula, quaedam nunc dura, nunc mollia, quae ex inflammatione oriri solent, uerum si uetera etiam induruerent, medicamentis causticis interdum aduruntur. Mariscæ item & rhagades anum infestant cute circuncisâ. Hos morbos lasciuia luxuriae procacitas, & æstuans libido facit, non sine naturæ & maiestatis diuini iniuria, & utriusque lege calcata, uitiorum inuentrix libido, quae neglecta natura, diuerticula quarrit, hoc est genus humanum perdere, utinam eorum parentes eam duntaxat uenerem nouissent. Anus sicut & uulua procidit, quam sedis procidentiam uocamus, uel sedem conuersam, quam stypticis retroagimus. Vlcerâ item & fungij, similia que innascuntur, quae aduri solent. Haecenus de interaenis, quae sub præcordijs posita sunt, narrauimus. nunc ad ea quae spiritalia uocantur, transeamus.

Dd 3 ALE.

194
ALEXANDRI BENE
DICTI VERONENSIS PHYSICI, DE MEM-

bris spiritalibus, quæ supra præcordia ha-
bentur Liber III.

Præfatio. Cap. I.



Amentes consul-
tores.

Amor.

Fortitudo.

Ira.

Sapientia.

Vpra diaphragma cor, pulmonesq; collocauit natura, ubi (ut inquit Plato) audacia, metus, fuga, consultores amentes sedem quandoque posuere, cum implacabili sæpe iracundia. Amor item intrepidus inuasor, blanda spe socius, caltra fixere, quæ si peruersa fuerint, uoluptatem malorum seminarium, & dolorem subinde parere consueuerunt. At si fortitudo è diuerso omnium contemptrix, mentis bonæ filia, cupidinis & uoluptatis iussa contempserit: Vbi animus forte pallore terrentium obiectu perimuerit, sanguis & spiritus uenarum numerosam uelut stipatorum legionem ad imperata subito accurrente citat, tum celeriter metu discusso sua potentia animi fortitudo utitur. Pari modo si iræ uis exardescens ex improuiso permiscet flagrantes æstus, pulmonum cum cauis fistulis spiritus respiratione cordis crebra refrigeratio continuo temperat ratio, unde iracundia aliqui implacabilis facile refedit, cui in hostes uoluptates, & cæteras animi perturbationes potestas data est sapientibus: qui animi fortitudine & corporis patientia libero Marte eminus librata tela alacres excipiunt, & cominus incussos in cordis penetralia grauiosus ictus iræ aut odij propulsant inanes. In his tota philosophia uersatur, ac totum bene uiuendi dogma moratur sedibus. Hinc læta felicitas originem ducit, hinc mortis terribula abiguntur, atque ad diuina mens sublimis penetrat arcana, ad has partes hac nocte, in ipso theatro præsentis esse uolo senatores meos sapientes ex patricia gente Veneta Bernardum Bembum, Antonium Boldum equites: Antonium item Caluum triumuirum, Petrum Priolum senatorem, qui mecum diuinam cordis officinam contemplantur, & arcana naturæ perquirant, iam perspectis & compositis Reipublicæ rebus, & domum fessi, sed hilares abeant.

De membris spiritalibus,

Cap. II.

Vesal. lib. 6. fig. priorib. aliquot.

Spiritalia membra inter caput & uentrem sedem obtinent, nam & cor, cuius gratia somnia constant, in medio eorum collocatur, natura enim rem nobiliorem locis nobilioribus constituere solet, uerum potius superius, quam inferius, ac in parte priore quam posteriore, potius que ad leuam quam ad dexteram, non sine ratione collocatum est uiscerum principale membrum, quod in omnibus animalibus conspicitur: nam cor caloris officina est, uitæ mentis que origo, sanguinis spiritus que principium. Omnium enim partium primum sanguinolentum conspicitur, ut in ouis triduo incubatis, puncti magnitudine apparet. Formato corpore protinus quasi alterum intus animal palpitare sentitur. Thoracis pars superior pectus dicitur, inter lacertos homini constitutum, latum cordis & mammarum ratione, costarum que crate, cordi munimentum. Sed ab eo primum membro, quo ignobiliores à nobilioribus partibus diducuntur, dicere incipiamus, hoc est, à septo transuerso: demum membra quæ ore ipso continentur, quia huic parti & uentri accommodata sunt, ordine dicentur.

De transuerso,

Cap. III.

Vesal. ibidem.

Septum transuersum sub pulmone collocatum est, cinctum alij appellant: ueteres quoniam cordi prætenditur, præcordia dixere, diaphragma alij. Plato uero phrenas, ceu prudentiæ participes, mente que coniunctas, unde quidam mentis subtilitatem accipi putauere, ideo ei nulla caro est, sed neruosa quædam exilitas in medio præsertim, quæ ualida est, costis inferioribus & spinæ, ubi 12. uerterbra sita est, annectitur. Sedè cordis à uentre & ab intestinis dirimit, ut uitæ origo alui uicinitate, excrementisq; inoffensa seruetur, ne ue ciborum uapore animus supprimatur: hac de causa præcordiorum interuentu, quasi pariete distinxit nobiliorem ab ignobiliore parte: hæc si pleniora essent, carne maiorem uaporis

uaporis copiam & haberent & attraherent. Huic titillationis origo, nam solus homo titillatum sentit inter animalia, quod cutis tenuitate euenit, unde solus animalium ridet. Est enim, teste Aristotele, titillatio risus præcordiorum ratione, quæ neruis (ut inquit) quibusdam alas subit. Nam calore leuiter præcordia calefaciente mouet inuoluntario risum, ob id gladiorum spectaculis mortem cum risu traiecta præcordia attulisse uisum est. Ea membranulis quibusdam deorsum uersus lienem à iecore determinant, neq; id solum, sed sursum uersus medium quoque pulmonem diuidunt ac sustinent: nam inspirando iuuant. Et in exonerando uentre uim habeat, quam apocriticen uocant. Læsis præcordijs alius substat, uel ex inflammatione mens protinus ac si cerebrum afficeretur, omnino commota cernitur, unde phreneticis nomen.

De mammis,

Cap. IIII.

Medium igitur pectus à punice malo (ut dissectione ordine persequamur) ad singulum usque aperiendum est, cultro que cutis deorsum uertus ad latera diripienda est, mammarum ratione, nam & mulierum partes suis locis pertractanda sunt: Ex ab utraque pectoris parte extuberantes constituta sunt: media his pupilla adiuncta infantium cibo. Mammis laxior contextus est, in quibus & adenes, caruncula glandosæ, fungosæ sunt, cæterum ac foraminulenta naturæ, quod in cadauere asseruato euidentius conspiciunt. Maribus caro spissior est, in quibus lactis simile compertum est, dum hæc conscriberemus, M. Maripetrus sacri ordinis equestris tradidit, Syrum quendam, cui filius infans mortua coniuge supererat, ubera sæpius admouisse, ut famem filij uagientis frustraret, continuo que lacte manasse papillam, quo exinde nutritus est magno totius urbis miraculo. Idem Aristoteles de lacte in maribus, uerum tamen, inquit, per suctum frequentiore uel multum prodidisse aliquibus traditum est. Vidimus mulierem quæ etiam cum uirgo esset, quoniam infœcunda erat menses substituerant, lacte semper diffuisse. Idem autor pilos in mammis mulierum inueniri, si forte in poculo pilum hauserint, idque malum pilare tradit appellari, nec dolorem sedari donec pilus pressus exeat, uel ante lacte exugatur. Alij id negant, quoniam mulea sponte sua gigni in corpore uideantur, ut inquit Galenus, abscessibus ob uarias humorum qualitates materiam in calculum, harrenam, ligna, carbones, amurcam, fecem in fetas porcinas, in alias que istius modi formas conuerti constat. Aliud malum peculiare mammis colostratio uocatur, quam inhibet per mensem ante partum aloë ex rosacea sæpe illita. Venæ illæ ab utero sursum ascendentes, ut Galenus scribit, per contractum discurrunt, ut tardiori motu sanguis aptius concoquatur, qui demum adenarum uirtute albescit.

De musculis pectoris,

Cap. V.

Musculi circa mammam plures sunt, qui uisu deprehendi non possunt: quibusdam pectus inspiratione attollitur, nonnullis deprimatur, reuocatur que circa præcordia & in superiori pectoris parte collo contigui magis necessarii sunt, lætis enim uix attollitur pectus, alij id negant, quoniam impedimentum non arguit membri potentiam, impedire enim possunt, sed soli constituere motum nequeunt, quoniam uel pulmonis aut diaphragmatis id munus sit, ex Auerroë. Alij musculi à dorso incipiunt, alij item minutissimi sunt passim dispersi, qui inter costas collocantur singulas, qui que pectus modo attollunt, modo deprimunt, staminis textum in latitudinem longitudinem que comprimunt. Circa has partes acutissimus oritur morbus pleureticus à latere dictus. Pectoris pars prior que cum costis multa cartilagine committitur, sub iugulis statim constituitur. Costæ uero que inter se annectuntur, septem sunt longiores, utrinque lunato sunt. Reliquæ enim quinque sunt breuiores quam ut facere idem queant, nothæ dictæ & rhoæ. Summus uero uterque iugulus durus, ualens & recuruus est, recuruis que capitibus lacunam efficit, supra quam ea pars est que iugulus dicitur. Iidem iuguli suis capitibus iuxta humeros terminantur, paululum que motu brachiorum mouentur, & cum lato osse scapularum infra caput eius neruis ligamentis siue nexibus coniectuntur. Costæ sub alis duodecim sunt que ad ima præcordia & ilia perueniunt. Hæ primis partibus rotundæ, & leuiter quasi capitulata uerterbrarum transuersis

Dd 4 processibus.

Quare solus ho-
mo rideat.

Vesal. lib. 6. fig. 26
et 27. cap. 19.

Exemplum uiri
qui lacte ex suis
uberibus infans
se nutriuit.

Colostratio.

Vesal. lib. 6. fig. 26
priorib. aliquot.

Vesal. lib. 6. in fine
figuris copulato-
rum osium.

processibus, sibi que paululum inflexis inhaerent. Inde patefcunt in exteriorē partē, recuruata paulatim in cartilaginē degenerant. Ea parte rursus in exteriora leuiter flexa cum pectore committuntur: costarum ima maiore iam parte, nihil nisi cartilago est, quae mali punici terminus est. Thoracis itaque partes priores, hoc est, pectus, latera, malū punici, dicta sunt, quibus spiritalia membra continentur. Ea pars non uno osse constat, ut suo flexu homo ad necessaria opera incuruetur, ac respirari facilius possit. His peractis, reflectores pectus medium usque ad iugulum secant, ad aperta que costarum crate, pulmones apparent. Sed membrana prius pleuretica referenda est, quae à lateribus potius quam à pectore nomen habet.

Ves. lib. 6. cap. 2.

De pleuretica membrana,

Cap. VI.

Sub costis panniculus firmior est peritonæo similis, pleuretica dicta, singulae tamē costae membranulis suis integuntur. Huic membrana annexa est, quae medios diducit pulmones, & pectori spinæ que annectitur, ut altera pulmonis parte laesa, altera in columnis seruetur. Hoc cauum uomica morbus pure implet, quae raro à medicis curatur. Sed ad pulmones transeundum est, qui cordis stragulum efficiunt, aëre que frigido cordis feruorem temperant.

Ves. lib. 6. prioribus aliquot figuris, maxime tab. 1. ment.

De pulmonibus,

Cap. VII.

Pulmones in duas fibras diducuntur, arteria in geminas partes se diuidente, intermedia membrana quadam, quam disseptum appellauere, alij præcordia. Pulmonibus spirandi officina data est, continue attrahens, ac reddens animam, alioqui homo statim rumpitur, quoniam ex uoluntaria ac naturali uirtute compositus est anhelitus musculorum cordis & pulmonis officio. Spiritum pulmo, ut iecur succum commutat pro spiritu uitalis alimento. Reliquum statu fumoso uel noxio febrilium præsertim uaporibus emittitur. Sinu suo cor continet pulmo, perpetua que refragatione fouet, spongiosus, rarus, fistulis inanibus cauus, præter uenas arterias que, spiritus capax est, plurimum sanguinis continet: qui exanguē esse putant in cadauere decepti, quoniam sanguis statim effluxerit, nam & plurimum dimouetur, & fistula inflatus uiuentis posituram ægre refert. A collo statim dependet, dissepto medio diuidente, hunc præternuis panniculus uel sit. catis, animalibus domesticis ualde foraminulētus ab ultimis ceruicis uertebriis incipit, in furnibuli figura, uel bubulae (ut aiunt) ungulae, ad tertiadecimam spinæ uertebriam uersus septum porrectior desinit, ita ut pectoris uniuersi cauum compleat.

De trachea arteria,

Cap. VIII.

Binae ab oris faucibus canaliculae coeunt, quarum altera breuior, interior que est, tracheam arteriam uel φάρυγγα Græci, Latini guttur, uel spiritalē fistulam appellant. Altera uero longior exterior que est, Isophagum Græci & stomachum, Latini gulam et cibalem fistulam uocant, de qua mox dicturi sumus: Illa à faucibus ad pulmones spiritum tantum, alioqui si quid ex improuiso excidit, protinus ab ea excutitur: hæc ad uentriculum cibum potum que mittit: quamquam Platonem alioqui philosophorum primum, ad pulmonem potum defluere in uescicam arbitrantem, merito ab Erasistrato medico reprehensum constat. Platonis uerba subiiciam: Pulmonum tegmen cordi adhibuerunt, molle primum atque exanguē, deinde cauis intrinsecus fistulis spongiæ instar distinctū, ut spiritu potu que hausto cordis ardorem huiusmodi respiratione refrigerio tepesciat. Alibi item ipsum potum discursum, quo pulmones sub renes in uescicam defluens. Hæc Plato: quem sine anatomie inquisitionibus lapsus esse non dubitāt, per alteram enim, hoc est gulam, tam cibum quam potum in uentrem, qui carocælia dicitur, ubi cibum potum que subigitur, delabuntur: per asperam arteriam spiritus duntaxat deorsum sursumque, ab ore aut naribus recipiatur. Ipsa arteria dura est, denticulata asperitate, gulae inhaerens cæteris partibus per se ad pulmonem pertinet: constat ex carne & cartilagineis dimidiatis orbibus in c. literæ figuram compositis, ea parte tantum qua gulae committitur. Reliqua parte arteriae circuli perfecti sunt. Id de industria molita est natura, ne esculetæ crassiora quum delabuntur, impediri possint. Hæc pars tenuibus uenulis cernitur, ideo sanguinis in eo exiguum est, sursum uersus ad fauces iungitur, foraminibus narium supponitur, bronchon appellant, quae in oris partem patefcunt: unde fit ut quum potus in pulmonis

Ves. lib. 6. fig. 6. sequenti. in tabulis lib. 6.

monis tramitē deerrauerit, per nares effluat. Cartilaginosa arteria est uocis causa, ut tradit Aristoteles: nam quod sonat, leue ac solidū esse oportet. Ante gulam posita est, quia cor in priore parte collocatum est.

De uenis & arterijs in pulmone,

Cap. IX.

A singulari arteria ad plures in utranque pulmonis partem diuiduntur, mox in minores intus semitas, inde ad minimas fibras sparguntur, membrum uniuersum complentes, quibus inflatis pulmones attolluntur. Dextra pars in tres minores fibras diuiditur, sinistra in duas tantum distinguitur: uenae maiori à dextra parte quae maior est, pulmo connectitur, ex qua riuulos penè infinitos in omnes membri partes dispergit. A horta sinistra quae minor est, coniugitur, et eius ramos pari modo dispersos recipit. Ita quod sanguinis, spiritus, & aëris riuuli minime continuantur, nec intercurrunt, quaquam postrema diminutionum præ sua exiguitate uisum effugiāt, & obliterentur, quae si nimium distento pulmone eliduntur, sanguis ex ore prorumpit, paniculum eius quo integitur, miroratur opere pus fanies uel aut cruor, aut si quid aliud in pectus influit, penetrat si bras, fistulas que minimas subit, inde ad maiores usque ad tracheam ex qua purulentæ, cruentæ que excreationes emittuntur, quod in laterum doloribus euenit. Ex pulmone phthisis oboritur & peripneumonia, asthma que. Sed maiestatem naturae uel conditoris Dei liceat in hanc etiamnum parte contemplari, qui in humano corpore miracula singulis diebus nobis ostendit: nam in pleuretico morbo cruentum pus per urinæ meatum dare quandoque solet. Quod Heliobasso Cymbriaci nostri filio contigit in maxima morbi desperatione: uel per alium aliquando ut ipsi uidimus: hoc magis mirum est, quam quod acies scalpelli fracta dum uenam imprudens uenifeca cuidam incaute incideret, meatus diuersos penetrauerit, post que aurem constiterit, ubi continuus ferè punctioibus percipiebatur, qua molestia leuari saepe à nobis quaesiuit. Supra fidem est, quod ipsi cum in Creta essemus, uidimus. Rusticus in quodam seditioso tumultu sagitta circa dorsum impacta uulneratus fuit, euulsa sagitta ferrum intus in thorace relictum est: uulnus frustra perquisito ferro medicus præsanauit, quod post biennium per inferna extulit, id miraculi gratia barbatae figuræ 2. digitorum latitudinis ostentabat. Secundum enim diaphragma prius mucrone penetrauit, ubi pars carnosior est, deinde secundum intestina delapsū iuxta alium sensim podicem secuit, uiam que sibi ad exitum fecit semixesum, de qua re magna medicorum concertatio fuit, Sed de corde cuius causa pulmo creatus est, dicendum puto.

De cordis principatu,

Cap. X.

Cor sanguinis fons est & principium, calida humidæ que naturæ, ut Auerroi placet, uel temperatae, si Aristoteli creditur. Homini infra leuam papillam turbinato mucrone in priora eminens, summa uero dextrorsum spectat, quod in cadauere plurimum dimouetur. Vidimus quendam pugionis ictu interemptum dissecto pectore, rursusque per uulnus pugione adacto, mucronem neque cordis, neque pulmonis uulneri respondisse, tanta est in cadaueribus cum uiuentibus posituræ differentia. In corde uitalis caloris nutrimenti que principium habetur, irascentiæ que sedes. Paniculi inuolucro firmo ueluti uagina operitur, id corpulentum, pingue, ac neruofum est, aquae plenum, ut cor perpetuo madaet, ne in mouendo tergus id impedimento sit, sed ut libere ac facilius palpitet. Pulmo ad custodiam id ambit, ut stragulum, tanta est uisceris principalis reuerentia. Quod inter omnia membra solum uitæ non maceratur, nec uitæ supplicia trahit grauiora. Cordi (ut inquit Aristoteles) nulla bilis appropinquare potest, quoniam illud affectum nullum patitur uolentū, nam in hostia male affectum nunquam uisum est, mortem ilico trahit læsum. Et cum cæteræ corruptæ partes sint, uitalitas, cuius sedes est, in corde etiam durat. Inuolucra aqua exhausta aliquo uitio, cor plus solito palpitat. Cardiacus morbus appellatur, qui ad tabem hominem perducit, quod Galenus in simia sua dissecta perspexit. Cor ipsum natura carnosum, ac musculofum, in summo pingue, sine osse, præterquam nonnullis animalibus inuenitur, ut in ceruorum cordibus. A corde omnes maiores uenae tanquam ex stipite oriri cernitur, quia eo nullæ uenae sunt, reliqua membra sanguinem non habent, nisi in uenis, tanquam in conceptaculis. Et sanguis ex corde ad uenas, inde ad membra deriuat: in fibris autem iecoris aquosa potius fanies

Ves. lib. 6. ibidem.

Miracula quae corporibus nostris fiunt.

Ves. lib. 6. ibidem.

Cor morbis non obnoxium.

Cardiacus morbus.

Arteria cordis
proprie.

apparet, nec sanguinis naturam habet, nisi prius in corde acceperit: arteria que ad iecur non perueniunt, quoniam cordis peculiare sunt.

In corde articu-
lationes.

Quibus magna sunt corda, pauca esse. Cap. XI.
Conceptacula cordis, de quibus mox dicturi sumus, quaedam quasi articulationem primis capitibus, sicutisq; similem habere cernuntur, quanquam non ita sit, quod ex pluribus partibus cor compactum sit, sed articulationem notis quibusdam tantum ostendit. Exultant que ea animalia, quibus magis ea articulata sint, sensu præstare, quibus minus hebetiora. Mollia sensu ualent, sicut & caro, è diuerso dura, ac spissa. Grandiora uero pauca significat animalia, contra quibus minora, aut mediocria sunt: in illis enim cordis portione exiguum calor inest, quod in magno conceptaculo exolescat, atque sanguis frigidior fiat. Idem in uentriculis cordis atque uenis contingit, nam in paruo atque magno domicilio tantundem ignis non æque calefacit, sed minus in magno, ita in his calor pariter agit.

Quare dextra manus sinistra accommodatior sit. Cap. XII.
Cordis fibræ quæ in ampliore parte sunt, ad dexteram uergunt, propterea uehementiorem caliditatem eo infundunt, quare hominum magna pars dextra utuntur: si uero ad sinistram, commodiori sinistra utuntur: si in medio pectore prorsus æquo libramento pendet utranque manum accommodatam reddit, hos æquiminos ambidextres Aristoteles uocat. Latini uero scæuas nominant, quod Vlpianus ostendit.

Ves in 4. lib. fig.

De cordis uentriculis. Cap. XIII.
Cor sinum duplicem habere tradit Celsus, quem plures ex nostris medicis sequuti sunt, dextrum ac sinistram. Aristoteles uero tantæ autoritatis est apud multa secula, ut que etiam non uiderint, eadem sine experimento affirmant. Et si duos tantum sinus se uidisse dijudicet, tres tamen inesse fateantur. Hæc res in tota medicina magni negotij est, quoniam ij Aristotelis sententia in uentriculorum numero, meatuum, locorum que ratione longe oberrant, inter quos Galenus alioqui uir doctissimus in Aristotelem apud tot secula laudatissimum nimis quidem iniuste inuehitur. Nam is autor ita de uenis cordis in homine inquit: cor habet sinum triplicem, maximum in dextro latere, minimum in sinistro, medium magnitudine & loco inter utrunque, omnes ad pulmonem peruij, singulis enim suis cauis sanguinem continent sine uenis, & ea septis diducuntur: ex cauis dexter plurimum sanguinis calidi continet, ob id pars corporis dextra calidior est, sinister parum sanguinis plurimum que spiritus frigidioris, nam ærem subire cor certum est, qui ab trachæa arteria attrahitur, medius uero mediocrem, tum copia, tum calore, sed tenuissimum atque temperatum (ut inquit) reddit spiritum, ab ea ahortam originem ducere non dubium est, nam cordis hunc sinum principium esse argumento constat: quoniam id maxime quiescere debet, quod principium est, tale autem erit si sanguis purus ac mediocris tum copia, tum calore sit. Nam & positione in uiuente medius cernitur, & sinister uenter tumentior est, non auris flaccida, ut in cadauere conspicitur, clangescunt enim omnia, & loco dimouentur. Minutissimis animalibus uentres arctiores sunt, ita ut unus qui amplior est, uix conspici possit, reliqui sensum effugiunt. Mediocrum animalium secundus est conspicuus: in maximis uero perspicui omnes possunt. Sed sinum spiritus frigidioris cum pulmone annexum aeris receptaculum, quod autem sinistram nominat Pollux, inter specus non annumerant, sicut Celsus & alij posteriores, inter quos & Galenus noster constantissime in Aristotelem seuerius quam par sit, reclamationat. At Aristoteles naturæ non ignarus, duos esse sinus in mucrone tantum conspexit, sed cordis naturam altius cõtemplatus est, nec atrium cordis ullam mentionem facere uoluit: qui eas in corde posuere cadaueris tantum posituram considerauere, ac ille cautior solertior que naturæ functionem in uiuentibus animaduertit, quod in brutis & maioribus animalibus uiuentibus facile considerari potest. Is uero philosophus triplicem esse, inquit, sinum, dextrum in confesso sanguinis fontem, & omnium maximum: sinistram minimum, ærem à pulmone haustum continentem, quem aurem sinistram (ut dictum est) imperiti nominant: medium uero tum loco, tum magnitudine, ac temperamento spiritalis sanguinis receptaculum, unde uena ahorta originem habere certum est.

Ahorta ortus.

tum est. Omnes ad pulmones peruios meatus habent, quoniam medius per sinistram ingreditur pulmonem per arteriam uenalem, qui in maioribus animalibus conspicui sunt. Sed quando binæ aures in mortuis uideantur, cur quatuor igitur sinus esse, non credendum sit: quibus facile occurri potest. Nam quod iuxta sinum dextrum est, non sinus esse potest, quoniam uenæ maioris statim ueluti stipitis è corde exeuntis pars est, & eandem materiam uenæ maioris continet, nec semper, quoniam ad copiam sanguinis exuperantem diu taxat constituta est, alioqui uel in uiuentibus resideret, nec septum ullum quod aspectu maiori diducat, habet quo diuersam sanguinis materiam arguat: quæ omnia in sinistro folliculo siue specu esse conspiciuntur. Dextra auris uenæ maioris potius laxamentum est, non sine ratione à natura cõpositum. Sed qui aures uocauere sinum ordinem, numerum ac rationem ignorauerunt. Vnde Galenus maximus alioqui medicorum, & Aui cenna pariter Arabs ad controuersiam impudenter redacti sunt. Aristotelis uerba sibi quæcunq; sinu uena maior, deinde utpote, inquit, cum ipse uentriculus cordis uenæ particula sit, in qua sanguis restagnat, & de eadem uena, inquit, maior sua radice cor transigat, quom se promit. Hæc sunt quæ de specuum numero, natura, ac positione, pro loci cõditione breuiter dici possunt. Venæ deinde ac arteriæ circa cor feruntur à dextro & medio cauo quæ ad utrunque specum meatibus pertinent. Hinc spiritum, inde sanguinem, mutuis uicibus reddunt, unde nec sanguinem sine spiritu, nec spiritum sine sanguine constare possibile possit.

* à specu.

Quæ in dextro specu continentur, & de uenis eius. Cap. XIII.
In dextera cordis parte, ubi sanguinis domicilium est, laxamentum id auri simile de industria situm est, ut superuacaneum (quod supra commemoratum est) inter dum sanguinem recipiat, alioqui flaccidum, ac depressum iaceat, propterea finitimus non frustra habetur, cum sanguinis redundantiam, cum opus est, ita recipiat. In sinu dextro (a mucrone enim rescandum est) binæ uenæ intus apparent, quarum altera quàm maxima est, ad iecur pertinet, uena magna dicta, ea cor imperfectum sanguinem recipit, hoc enim grandi ductu potius recipere quàm tribuere creditur: ob id in eius orificio ternæ ualulæ de industria à natura posite sunt, quasi claustra quædam mobilia, quæ per uices depresso corde in emittendo sanguinem transitum non penitus præcludunt, introrsum enim recluduntur, dissentio uero corde sanguis sursum uersus, attrahitur. Sinus hic magnus neruulos carnosiores intercursantes continet, sicut & medius, laterum sinus firmæ compages, ne nimio motu conuellantur. Eadem uena ingens iuxta cor amplior est, ut arbor iuxta radicem, & cum cordis materia intus confunditur, iuxta portam riuulus quidam ab ea uena ad cordis fibras circumfertur, ex quo alij exinde tenuiores in cordis substantiam sparguntur. Alterum orificium ad pulmonem uenæ arterialis riuo, quo plurimo sanguine pulmones abundant: ea enim duplici membrana constat, unde nomen, ne continentem pulmonis motu facile scindatur: unde si quando rumpitur, sanguinis excreationes proueniunt. Ante horti huius uenæ triualium est clusile, quod foras aperitur, introrsum que per uices penitus clauditur, ea que ratione cõstitutum, ut in reciprocando cor sanguinem ualulis apertis, ad pulmones uicissim diffundat, ijdem clausis dum attollitur, nihil inde recipiat.

Ves. li. 4. figuris
maxime 4. & 5.
nec non alijs.

Arterialis uena.

De medio cordis domicilio. Cap. XV.
In medio cordis domicilio uitale spiritum habitare dicunt, unde recta ratione id firmitus ualentiusque est, nam & arteriæ omnes eam ob causam duplices sunt circa fibras. Ex hoc cauo duo uenarum ora aspiciuntur, quorum alterum quod magnum est, ahortæ iungitur: alterum tenuius ad pulmones mittitur per sinum sinistram: quod maius est, membræ omnibus uitalem spiritum usque ad digitorum cacumina spargit, contracto corde: in huius orificio ternæ ualulæ pari ratione constitutæ sunt, & firmiores quidem, sicut & neruuli intus & membranæ, quæ omnia penitus præcludunt, ut in retribuendo spiritu facultas sit, nulla uero in recipiendo ualuarum oppositæ, quæ extrorsum præcluditur: iuxta radicem uena ac arteria exigua est, quæ sanguinem & spiritum ultro citroque à dextro ad medium sinum deferunt, quod dissectionibus apparet, ut paulo ante dictum est.

Ves. libidem.

De specu

Ibid. V. sal.

Hoc sinistro specu, quem aurem sinistra imperiti uocant, Graeci ... rugosus, carnosus, minus quam caeteri carnosae materiae: ad hanc arteria aerae mittit, pulmo ...

Ves. li. 6. fig. 12. Item lib. 4. ca. 9. necnon in tab. lib. 11. 1.

At nunc gulae ratio reddenda est, quae post tracheam arteriam posteriore locum tenet: constat ex nervo & carne, ut extendi possit, cum cibus ingeritur, & cedat ne ...

Constitutio gulae.

Gurgulio. Tumentia gutturalia.

Ves. in tab. a. li.

Exempla strangulatorum propter delapsa in aspera arteria.

Guttur epiglottis sub ipsi faucibus quoddam operculum linguae postremae annexum, accommodauit, ne quid cibi potusue in alienum delabatur iter, quoniam spirandi meatus intercluditur. Sicut Anacreonti poetae accidit, qui uix passim acino necatus est. Sicut & Fabius praetor in lacte pilo haulto strangulatus est. Et si aetate nostra Venetijs dum haec conderemus, anno a salute uniuersali 1483. Lucretiae perquam familiaris nostrae simile contigerit: ea cum nucem ponticam dente frangeret, oborto risu, nux in spiritus meatum protinus respirando deuoluta est, moribunda statim concidit, in eo ancipiti strangulatu, ad interiores pulmonis partes impacta est, tum minus affligi coepit, unde nihilominus spiritus grauior, sonantiorque obfesso meatu audiebatur, tum uix spem habere coeperunt, quoniam contractis quibusdam uenulis, uo mica in pectore exorta est, quae tandem perlanata, obfessis meatibus reciprocantis animae

animae raucus sonus etiamnum percipitur. Miro igitur opere id operculum constitutum est, quod linguam minorem Galenus uocat, eam ob causam duabus apposita est fistulis, ut per uices aperiat, atque integat. Cartilaginea est imae linguae aede annexa, ut disce rni ullo pacto nequeat. Bronchus in gutturis suprema parte situs est, pelliculare membrum musculosum cartilagineosumque, ut argutius sit, in quod percussus spiritus, sonus, aut uox ipsa, perfectius elidatur.

Palato extremo, atque intimo extantes utrinque carnes sunt quas nostri tonsillas, & mala, Graeci ... dicunt, in hae glandulas uocamus: eiusdem ferre cum caeteris adenis naturae, cum intumescunt eodem nomine appellatur morbus. Quibus uomica uis saluax perpetua est, qua cibus commodius conficitur, & arteria madet. Gulae annexae sunt tenuibus quibusdam membranulis, quibus subest os, quod uocatur hyoides ad similitudinem. y. literae, cui caput bronchi adalligatur. Inter has uia palato ultimo, quae soli animalium homini dependet, columella ab alijs dicitur, quae si inflamatur, aut tumet, uix nomine appellatur: materiae fungosae est, distillationibus capitatis opposita, uoci necessaria, quae si praeciditur, uoci splendorem aufert, ob id aduri solet nam praecisa difficulter sanatur, unde, oris graueolentia innascitur, ac demum tabes subit, quoniam (ut tradit Alexander Aphrodisaeus ea pars spiritum primum temperat, ne statim ad pulmones crudus descendat.

Columella. Uia morbi.

Palatum tum cibo tum uoci necessarium est, caelum dictum, in quo saporum intellectus est, sicut & in lingua. Recteque cum cibus dentibus conficitur sub eo cauo circumuoluitur, crenis frequentibus concoctionem quandam praeparantibus piscibus aede carnosum est, ut lingua a plerisque exstinetur: sensum saporum praestat nervus a cerebro descendens.

Pisicum palatum

Lingua mentis, ac uoluntatis nuncia, ob id Plato uenam, quod neruum uerius dixerimus, a lingua ad cordis sede tendere asseuerat: ea uocis articulatae moderatrix est, cum epiglottis simplicis soni instrumentum sit. Lingua de saporibus diiudicat ob neruos sensibiles ex sexta syzygia a cerebro descendente: at enim mouendi uis a cerebello posteriori prouenit. Est enim gustus quasi tactus quidam. Fissura eam distingui non satis perspicuum est, sed ex offensione intelligitur, propterea partem alteram apoplexia morbo perclitari: & in uulua quoque malis nigrescentem altera parte illaesa continuis diebus uidimus. Dissecta in longum plures intus arteriae, uenaeque uisuntur. Ea mediocri, quae nec nimium lata, nec nimium angusta: optima, atque explanatissima habetur, quae contracta uocatur, balbos, blesos, antipos efficit: natura rara est, fungosa, atque soluta, offi, quod hyoides diximus uocari, adharet, cui quasi adminiculo sustentatur, motus enim super re immobili fieri semper solet: sub ea frenum est, cui silentium & loquacitas attributa est, unde effrenis in conuictum transit.

Varij in ore dentes sunt, aduersi primum, qui lati acuti que sunt, ut cibos secent: intumescunt, partim acuti, partim lati, nam medium utriusque extremi particeps est. nouissimi genuini uocantur, qui circiter 20. annum nascuntur, multis & octogesimo, quod aetate nostra contigit, geniti & in palato quibusdam cernuntur. Antonij Bolbi equitis filius dentes anteriores cum maxilla rheumatismo in pueritia forte amisit, quae breui restituit natura. Maribus plures quam foeminis sunt. Ex ijs quaterni primores dicuntur a Graecis τεμνιοι & γλασσιοι uocantur, qui deinde quatuor caninis ex omni parte cinguntur, ultra quos utrinque tam superiores quam inferiores quaterni maxillares positi sunt: praeter hos ultimi sunt, quos leuogigni diximus, ob id sophonisteras & cranteras uocant. Priores sunt, & qui canini nominantur singulas radices fundunt, maxillares alii qui binis, ternis quaternis uel nituntur radicibus, fereque longior radice breuior em adde dentem. Rectis dentibus recta radix, curuis flexa est. Omnes dentes offium naturam

Ves. lib. 1. ca. 10. & 11.

Dentes in palato gigni.

amulantur, qui tamen acuta pituita exacuuntur: soli sensum habent, nam frigore læduntur & acrimonia stupefiunt. Priores ad uocis regimen constituti: hos dentes cum excidissent, Merula Alexandrinus noster præceptor aureo filo ad pronuntiationem obligabat. Quibus pauciores & rariore dentes teste Aristotele magna ex parte breuiores sunt uitæ.

De labris & gingiuis,

Cap. XXIII.

Labra oris pars extrema, ad potum, cibum, literas exprimendas pro tutelaque dentium necessaria, ea enim & uoces explanant, nam producuntur, contrahuntur, & dilatantur uario musculorum intextu, ob id ad motum omnem promouentur forinsecus euidenti cute, intrinsicus cuticula rutila integuntur, quæ roseo colore intra os circumdat. Ea morientibus præterquam in hepaticis ex purpureo colore statim in pallorem discolorantur, rubore euanescente ea cum gula copulantur, neruis quibusdam, de quibus mox dicturi sumus, quapropter uomituris labra tremunt inferiora præsertim: his oscitamus, & si nimitum in uitium transit quod oscedo dicitur. Vbi uero dentes infixi sunt multitudine rutila, gingiua uocatur. Hacenus de oris partibus diximus, quæ spiritalibus & naturalibus membris accommodata sunt. Hinc ad cerebrum corporis principale membrum transeamus, quod dissectionis ratione inter postrema habitum est.

Oscedo uitium.

ALEXANDRI BENEDICTI VERONENSIS PHYSICI, DE MEMBRIS ANIMALI QUOD CAPITE CONTINETUR Liber III.

De capite, Cap. I.

Caput hominis sensibus exquisitis præditum.



Capillorum generatio.

Caluaria.

Aput osse undique parum firmo, carne, neruoque contextum (ut inquit Plato) imbecillius cernitur in homine, quoniam cæteris brutis ad sentiendum acutius, prudentiusque constitutum est, sed extremæ capitæ parti neruos adiunxit, ad ceruicis robur, deinde per omnia membra & articulos reliquos contextuit neruos uel chordas, aut quas conexiones uocant. Itaque nudo osse relinquendum non erat propter caloris frigorisque excessum, neque rursus carnis pondere prægrauatum, ne obrutum sensu efficeretur, sed cuti deficcata circa os firmum & leue reddidit. Alioquin, quibus pingue, neruosumque, ac carnosum caput est, ualidioris, ac diuturnioris (ut inquit) uitæ sunt. Cæterum natura de humano genere consultante, utrum diuturnius & deterius, an breuioris quidem uitæ, sed melioris efficeret, uisum fuit, uitam breuem, melioremque, diuturnæ & deteriori esse omnino anteponendam. Hanc undique cutim calor naturalis pupugit, & uias aperuit, unde uiscosum humorem extra productum & longum paulatim extensum, punctationibus æqualem reddens in tenuitatem capillamenti explicauit, ac sub cute reuolutus humor radices egit. His igitur causis capilli in cute nati sunt, qui propter coagulationem à frigido statim factam duriores cute, atque densiores sunt. Tegmen uero ipsum ad cerebri tutelam compositum est, caluariaque ipsa ueluti sphaera ossea, quasi torno facta cerebrum circumsepsit, & eius uirtutes cœlesti sphaeræ diuinas orbium animas tegenti simillimas. Hinc uicaria medulla teres per ceruicis cardines rotulas uertebrasque, ad imam spinam descendens, seminis (ut inquit idem autor) humani adiutrix, adeo necessaria ut lapideo & articulari ambitu circum uallata consisteret, ad motum inclinamentumque idonea. Ad hanc mentis arcem contemplandam Hermolaus Barbarus noster, qui primas tenet inter Latinos, ac Antonius Cornelius primus apud nos philosophus accessere: quoniam mentem ipsam animosius semper excolunt, coelicolis similes, ac sine huius uitæ sordibus animo candidiores.

De intellectu

Collum caput sustinet, in quo cerebrum uiscerum excellentissimum continetur, cœlo proximum. Hinc euidenti intellectus culmen altissimum habet, & humana ratio, quæ effectus mundi, molitorque Deus per filium maxime sibi proximam fecit. Hinc imagines, cogitationesque profiscuntur, quæ etiamnum diuini consilii participes fieri solent, quod sanctis hominibus (& si raro) conceditur, unde prædiuinatione certæ mortales futura quandoque præfagiunt. Et in somno uisiones futurorum præuincæ euidenti apparent, quibus immortalem animam esse non dubitamus, quæ nihil cum corporali actione mistum habere diiudicatur: ex uisionibus in somniorum naturam non habent, quæ uino ac cibo distentis superueniunt, occurrantibus quibusdam falsis imaginibus. Cerebrum, quod sine sensu est, sensu tamen potentia instrumentum traditur, in eo somnus consistit, qui mortis imaginem refert, proiectis sine sensu membris: qui somnolenti sunt & qui noctes non circumscribunt corpori uacantes, uitæ dulcedine minus abundant. Somni causa est quoniam frigidum & humectum est, & uaporis in eo congesti statim defluentes meatus sensibilium uirtutum obstruentes sine sensu membra intacta, & exinde si modum non excedit, uires assumunt: omnium frigidissimum est pro cordis temperamento, solent enim natura semper moliri quæ cuiusuis exuperantiam auxilium per coniunctionem rei aduersæ, ut excessum alterum altero compescat. In uniuerso enim corpore frigiditas ad temperandum naturalem calorem à natura data est, quod tactu percipitur et ratione intelligitur: sanguinis enim nihil habet, sed ut ea quoque pars modico potatur calore, uenæ ad membranam membri inuoluerum deueniunt, ex utraque uena maiori & ahorta. Et ne calor nimius offendat, non pauca amplæ, sed frequentes ac tenues uenæ per anfractus ambiunt, ne sanguis copiosus & crassus, sed tenuis sincerusque subeat eodem. Cerebrum terræ & aquæ naturæ esse constat, quod cum coquatur indurescat siccescatque, ut humor calore consumpto, terrena portio relinquatur, ob id medulla non est, sed sui generis membrum: si humet uel arefcit supra modum, afficitur, uel soluitur mens, uel commouetur. Si a quilone frigidius redditum est post austru flatus, destillationes fluunt, uapor enim sublimis cerebrum petit, qui ob membri frigiditatem refrigeratus in humorem conuertitur. Quod cœlo imbribus euenire solent, uaporibus in superiore aeris parte collectis, si magnum cum paruo conferre licet: cum enim ex terra uel aqua uapor ex calore ad supremum aerem fertur, qui frigidus est, condensatur denuo in aquam propter refrigerationem conuertitur, ac demum in terram defluit.

Visiones futurorum in somno.

Somnus.

Destillationes ex cerebro in inferiores partes.

Que cerebro conuineantur, Cap. III.

Ex cerebro neruorum sensus quasi interpretes nunciique rerum sensibilium perspicuntur, magnaque ideo ex parte in capite tamquam in arce collocantur. Ideo caput quo sensus initium capiatur, uideo appellari. Quod homini proportionem maximam est. Constat præter capillorum tegmen, cute, membrana, caluaria, duplici item panniculo, cerebro, uentriculis, reticulo quodam uenarum ac arteriarum intercurrentium mirabili, & cæteris uenturam anfractibus, neruis. Ex alijs dissimilariibus partibus, oculis ueluti, auribus hiisque similibus, ut suis enarrabimus locis.

Caput unde dicitur.

De capillo, Cap. IIII.

Capillus homini plurimus est, regionum differentia durior aut mollior, aduersus quæ frigiditas datus est, ex humore excrementicio, ac fumeo uapore ex uniuerso corpore fertur ad cutim pili materia efficitur, pro cutis qualitate modo durum, modo molles sunt, modo albi, modo nigri pro cutis colore, ut in uittigine. Canescunt operi potius quam uento diffusi: in temporibus incipiunt pubes nouissime canescit: capillus, supercilia, palpebræque, congenita sunt. Post genitum sunt pubis primum, mox alarum, postremo barba. Defluunt capilli, sed nunquam in occipiti: supercilia defluunt cui uicio nomen non inuenere: mulieres non tentantur caluitio, neque pueri, neque spadones. Pili post pubertatem enati excisis soli decidunt præterquam pubis. Dicitur cuiusdam greci rustici occurrit, is quendam philosophiæ sectatorem ex improuiso non sine risu interrogauit, quibus barba constaret, ille attonitus nihil respondit. At rusticus cauillatione quadam, ego inquit qui ruri maneo, apte, & comode dicam quoniam testibus continetur,

Capilli differentia.

Ceruicis.

Ee 2 neur,

neur, atque ita metum graeca maiestate barba cohonestari, omnes praeter palpebras ex
crescunt, uelocius q; canescunt. Quibusdam barba rarior est, sed mystax nunquam nu-
dus est: tabe factis pili crescunt, capilli desluunt, defunctis quando que augetur, quod
& unguibus euenit. Lassus ueneri congeniti pili maturius desluunt, post geniti ueloci-
us prodeunt: quibus uarices sunt, minus caluescunt. Caeci natiuitate no caluescunt, quo-
niam, inquit Alexander Aphrodiseus, caliditas in locum transfertur proximum.

Cecos natos no
caluescere.

De cute capitis, Cap. V.

Cutis omnis sensu caret, praesertim quae caput integit, quoniam ibi nulla interposi-
ta carne ossi adhaereat: crassior item natura est, ideo maiore radice nituntur capilli.
Sub hac cute lentor quidam magis mucosus est, quam alibi, quibusdam cutis ea mobi-
lis est, a fronte ad occipitium, & e diuerso, neruis quibusdam summum caluarie pen-
trantibus ad cutim.

De exteriori membrana caluarie, Cap. VI.

Sub cute membrana est, quae caluariam extrinsecus uelat, cui altera ex interioribus
Sper futuras capitis annectitur, ne illa adhaerendo cerebrum opprimat, pro tegmine
igitur a natura constituta est, ut alio etiam uelamento caluaria seruetur illa, magnam
enim cum interiore membrana germanitatem gerit.

De caluarie, Cap. VII.

Vesal. in tabulis
prioribus lib. 1.

Cutis itaque per lineas transversas ab occipitio per uerticem usq; ad frontem ima
diuellitur cum membrana, tum caluaria apparet ab antiquis dicta, quae ex interio-
ri parte concaua est, extrinsecus globosa, quae Sphaeroides a graecis cognominatur, par-
tes uero hemisphaeria utrinq; lenis, atque plana, in temporibus, duplex in fronte. Ideo
firmissima ossa ab exterioribus partibus dura, ab interioribus molliora sunt, inter quae
uenae discurrunt, foraminulenta partem sine medulla constituentes, quibus ossa ali cre-
dibile est. Suturae in ea sunt quarum numerus incertus est, sicut nec locus quidem Hip-
pocrat. autore. Patarij uidimus in anatomices spectaculo caluariam solidam sine com-
pagibus, ea capita canina dicuntur, ob similitudinem, quae firmissima, & a dolore tutissi-
ma esse traduntur. Iuncturas q; pauciores capitis ualitudinem praestare tradit Celsus.
Ossa fracta solidantur a quibusdam, ab alijs eximuntur inuicem q; eorum corporea du-
ra q; cicatrix succedit. Infantibus sinciput ferius admodum induratur.

Suturae in cal-
uaria.

De suturis caluarie, Cap. VIII.

Vesal. ibidem

Suturae ternae in summum uerticem ascendunt, coeunt q; in figurae triangulae specie:
constat senis ossibus caput, nonnullis octonis, quorum bina sunt maxillae superio-
ris & inferioris: haec mobilis est, superior media: oculorum foramina & nasum diuidit,
cerebrum q; suo interno processu sustinet detium ordinem. Superior sutura una claudi-
tur. Malarum quoque ossa quae a genis teguntur, in maxilla superiori utrinque conti-
nentur, suturis q; ad aurium ossa bina minima finiuntur quae leuiter diuisa sunt, una sutu-
ra continentur, a priori tamen parte frontis ossi subeunt potius leuiter insidere, quam
per compagem coniungi uideantur. Post aures crassissima sunt & maximos ictus susti-
nent, processus deorsum uersus emittunt. In temporibus uero tenuissima sunt, ob id &
periculosa. Frontis os supra aures finitur, medios q; oculos diuidit sutura tenui ossi ma-
xillae superioris conterminum, ab auribus sursum uersus ad uerticem ferratis compagi-
bus (Stephanitides enim dictae sunt) feruntur, mira ossis duricia, ut ignis ueluti e silice eli-
di possit. In supercilij ac supra nasum ubi parum supereminet, duplex est: quibusda sim-
plex. Os praeterea occipitij, quod sextum haecenus annumeratur, suturis ad .λ. literae
figuram, clauditur, unde lambdoides dicitur posterius cerebellum operiens, sutura sur-
sum uersus ad uerticem transmissa. Haec pars infirma quoque habetur. Reliqua bina
ossa quae octauum numerum complet, supra aures sunt, & capitis latera dicuntur, fron-
te ac occipitio minus inflexa, compagibus ad uerticem quoque coniunguntur ad occi-
pitium & frontem. Caluaria ipsa quatuor duntaxat ossibus constat, fronte & occipitio,
quod epicranis a Polluce uocatur: duobus quae supra aures lateribus. Horum suturae
euentissimae sunt, reliquae fallaces dicuntur. Cerebri fundamentum siue basin, eorum
quae descripsimus, partem esse demonstrauius. Sic suturarum & ossium locus & nu-
merus

Stephanitides.

merus se habet. Hinc qua ratione medicorum usus sinciput soleat uel adurere uel abra-
dere, cum opus est, indicandum: manum in nam summo naso ubi intercilium est sursum
uersus admovent & ad bregma extendunt, hoc est sinciput, summum, tamen digiti me-
dij notant, acie ab utraq; parte ducta, quo interiacet, obseruant, suam nanq; mensura
sibi quilibet facit, & ita compitum 3. suturarum hoc modo inueniri purant, coniectura in-
terdum fallaci: unde sese deceptum aliquando Hippoc. palam professus est.

De membranis interioribus, Cap. IX.

Ratio adurendi
sinciput.

His partim perspectis, partim sola enarratione cognitis indicandum nunc est, quo
modo ex ictu capitis, aut lapsum, caluarie frustum eximendum sit, chirurgis praesen-
tibus, quia & ipsi huic nostro theatro interesse debent, ut cruor, aut pus, si subest, inde
educatur. Alio qui apostemata febris, neruorum q; distentiones, spalmi enim dicitur,
ac delirium deniq; superueniunt: aut enim os abradunt non exiguo labore, aut orbicu-
lari serra. His modis demonstratis caluaria tota a supercilij ad aures, in occipitium us-
que, serra dissecant, qua emota, cerebri quantitas penè membrorum proportionem incre-
dibilis, uiri praesertim, spectanda est, duabus tunicis uelantibus quarum alterutram rum-
pi mortiferum est, superior ualidior est, suturis caluarie adnexa, custos cerebri appella-
ta: altera ipsum cerebrum uestit quae tenuissima, atq; infirmior, ilamidem Pollux uocat.
Haec uenas praetenuas anfractu quodam coeuntes, undiq; supra conspersas cerebro
continet, quae membri materiam non transigunt, sed supra feruntur, ob id sanguine ca-
ret, cerebri nanq; frigiditas peculiari suo munere spiritum a corde uenientem temperat
pro sensifica ui constituenda. Omenta ipsa pro tegmine data, carne uacant, ut uapores
nec habeant, nec contrahant, & caluarie crassior annectitur, ut nihil ponderis afferat.
Ex anteriori cerebro in duas partes diducunt, dextram & sinistram, unde heterocra-
nia nomen habet: et anterior idem a posteriori cerebello disteminat, sic enim uocatur,
minus est ac durius. Inter has cerebri partes quida imperitus chirurgus quum lapsum
ex alto curaret, specillum ad imam usq; partem imposuit, ut ignari solent uana perqui-
rentes, cerebrum perforatum putauit, cognito, a physico, errore, specillum inter gemi-
natas utraq; membranas imposuisse cognouit.

Qua ratione
caluaria aperit
da sit.

Custos cerebri

Vesal. lib. 7. fig. 1.
& sequentibus
aliquot.

De cauis cerebri, Cap. X.

Sunt & in cerebro terni specus, priores gemini sunt tenuissima intus circumdante
membrana: Postremi uero cauum per se sine membrana consistit, sed sua duntaxat
duritia conseruatur. Illi gemini constituti sunt, sicut & pleraq; membra, renes, pulmones,
aures, oculi, ut si quid alteri parti occurrat, reliqua illa suo fugatur munere in cerebro
enim uitalis spiritus, qui a corde sursum uersus arterijs diffunditur, temperatur, atq; sen-
sificam inde uirtutem, qua animalem uocant, recipit, quae ex ijs cauernis spiritus ipsos,
& spiramenta uocantur, sensibus neruis, musculis que motus ac uarias potentias per
membra diffusis administrant, quae si uertigine spontanea, aut per uim circumagendo
corpus equo uel nauicula, uel morbo, ut in uertiginosis turbata sunt, humores & spiri-
tus si nul exagitent, unde functionibus suis destituti, auditus, uisus, motus q; membro-
rum cum uniuerso corpore in ruina prolabatur. Cerebri materia paulatim secanda est,
quoad internae appareant cauernae quae uiuentibus ampliores sunt in dextra scilicet &
sinistra parte, utraq; enim eiusdem rationis est. Ambigunt tamen philosophantes an ge-
minas imagines siue species (Cicero spectra uocat) refert uterq; sinus, cum loco diffe-
rant neque in aliquo tertio conueniant, ut oculis contingit, qui & si gemini sint unica
tamen representent formam. In his enim sensuum nobilissimorum uires habentur, ex
his cogitationis, existimationis que atque intellectus potentia adipiscitur, in his qui co-
munis sensus dicitur subiectarum sensibilium concepit rerum species, imagines uariae ac di-
uersae hic formantur. Itaq; huc uisus, auditus, olfactus, & caeteri sensus tendunt, per tra-
mites neruorum aut panniculorum, & imagines ipsae suapte natura uel inuoluntarie, oc-
currunt, nec humani semper sunt arbitrij, imaginatricem hanc uim siue phantasia uo-
camus, quam quidam ex posterioribus diuersas uirtutes falso esse arbitrati sunt. Hanc
partem Nicolaus Leonicensis, ac Laurentius Laurentianus non redarguent, sensus
nanque communis de exterioribus iudicium affert: de locis autem harum uirtutum ne

Vesal. figuris alijs
quor. lib. 7.

Cerebrum male affectum comitantes morbi.

mo præter posteriores philosophos mentionem facere ausus est. Quoniam huiusmodi cauernæ, partes que cerebri si affectæ sunt ratio mens que ipsa confundi uidetur, uana nanque uident, audiunt, cogitant, & imaginantur, perperam que dijudicant. Hinc uertiginosi, lymphatici, phrenitici, delirantes, uel attoniti fiunt, alij comitialiter concidunt, alij repente obmutescunt.

De cerebelli sinu, Cap. XI.

Vesal. lib. 7. fig. 8. p. 10. 11. Item lib. 4. fig. 1. a.

IN posteriori cerebro euidentiore sensus instrumento, cauerna est amplior, in qua nis illa memoriæ sita est, ac uiget: hic alij reminiscentiæ locum faciunt. Illa continuata est imaginum conseruatio, hæc quandoq; interceptur, ijs 2. uirtutibus imagines siue phantasmata ancillantur, alij tramiti medio eam (ut dicemus) uim reminiscentiæ attribuunt. Cerebelli sinus in summo latus est mucrone ad spinam uergente figuræ obelisci inuersi. Hac parte læsa lethargicus morbus affligitur: unde nonnulli literas oblitii sunt, & parentum nomina. Alter ex bile porracea, malis que inde uaporibus præsentium liberorum nomina non tenebat subito malo, qua protinus reddita, memoria pariter restituta est. Ex eo spinæ medulla oritur tanquam neruorum plurimorum manifesta origo, diuersæ ab ipso cerebro naturæ, nam pinguis est, in cõquendo que mollior redditur: illud basis dicitur cerebri, à Græcis πύργος uocatur, uel ἐπιφανής, colore magis flauo.

Lethargia liberorum

De tramite medio inter utrumq; sinum, Cap. XII.

Vesal. ibidem

INTER uentres anteriores posteriorem que uia est utrisque annexa, qua imagines (ut dicunt) utriusque ultro citro que deferuntur: hic quas assertiones, & consilia uocamus fieri traduntur, hic intellecta recognoscuntur, renunciat enim imagines omnes memoriæ atque inde reportat, reminiscentiæ uires, uis eius uoluntaria est, sit que pro hominis arbitrio, hæc uirtute opinatur, reminiscimur, & assentimur, discernimus que ipsa comitante ratione: ea uirtute componimus, resoluiamus que que in animo sunt orationes, ob id ea uia cordi ueluti omnium principio supra constituta est: lumbrico enim terrestri est perquam similis: nam & calore rubida est, ut uermis arcuatim contrahitur prolongatur que, cum opus est, sed quis hominum quæso hæc indagauit? quis solertis ingenij hæc consecutus est: uerum sit, an falsum uita decreuerit.

De cæteris cerebri partibus, Cap. XIII.

Considera figurat aliquot 7. lib. Vesalij.

PRiùsquàm ea abijcias, non minori cura tria uidenda sunt, quæ à medicis indagatio: ne pertractata sunt, inter priores uentres & medium tramitem quædam exrantes partes sunt, fulcimenta dicta, ex eadem cerebri materia constituta. Inter item uentriculos ueluti terrestres lumbrici interiacet, neruulis utrinq; adalligati, qui cum in longum porriguntur, meatus à primo uentriculo ad tramitem medium transeuntes claudunt: si uero contrahuntur ijdem ductus aperiri creduntur, & ita spiritus quo imagines uehuntur citro ultroq; discurrunt: sub his uero quædam conchularis concauitas apparet, in cuius medio foramentum est, quod deorsum uersus ad uiam palati extremi excretorium descendit, unde pituitæ fluxiones à medio cerebro profluunt, & sternutamenta proripunt. Eadem lacuna undiq; rotundos processus habet, quibus uenæ ac arteriæ sustinentur, quæ ab arteriarum reticulo mirabili ad antedictos uentriculos deferuntur: secundum eundem reticulum glandulæ quædam prominent superflui capaces.

De septem neruorum syzygijs, secundum ueteres medicos, Cap. XIII.

Vesal. lib. 4. fig. 2. nec non ali quot lib. 7.

Cerebrũ demũ omne sensum cũ mēbranis 2. subiectis emouēdũ est, ne nerui qui inde oriuntur loco suo auferantur. Septem enim neruorum syzygiæ à cerebro oriantur, neruorum syzygiam uocamus cum bini nerui pariter emergunt, Qui sensificum spiramentum ad certa membrorum loca transmittunt, ut sensum uicinis, & longe positis membris spiritali semita infundant. Prima enim coniugatio oculos petit, quas & uenas quidam uocant, ex quo colorum agnitio & luminis & tenebrarum discrimen habet: secunda in aures se diffundit, contra Arist. sententiã, per quam innascitur sonorum noticia. Tertia naribus inseritur uim olfactricem ministrans. Quarta palatum tenet: Quinta ad linguam & ad faciem. Sexta stomachũ petit, cui maxime sensus

sus est necessarius ut appetat & superflua respuat: Septima uero coniugatio neruorum infundit sensum spinali medullæ, quæ cõpacta est, ad imam spinam descendit. Sed de his coniugationibus ueriora subiungemus. Priores medici syzygiarum, originẽ magis, quam finem obseruauere, ut posteriores concisim rem considerauere. Primam ab una parte prioris uentriculi cerebri peringere, opticos em uocant, qui tamen prius propter tenuiorem cerebri membranam transuersi copulantur, ubi species ab binis oculis receptæ, una & simplex representatur: at distentis præter consuetudinem oculis & dimotis superioribus neruis, ut transuersi cõeuntes una duplex apparet. Ab his aliud par est, qui graciles sunt, durioris materiæ, mouendi uim afferunt. At Arist. alium numerum assignat, cuius sententia nunc reddenda est.

Opticis neruis

De neruis oculorum secundum Aristotelem, Cap. XV.

AT Arist. ita de neruis oculorum refert: ternos, inquit, neruos ob oculis ad cerebrum pertinentes natura constituit. Ita & maximi & mediocres ad cerebellum tendant, minimi ipsum cerebrum adeant, hi propiores naribus oriuntur, maximi æquè distant, nec uisquam coire possunt, mediocres cõeunt, quod præcipuè in genere piscium apparet, & cerebro sunt ij propiores quam maghi: minimi per quã laxo inter se distant intervallo, & nunquam ob eam rem possunt coire. Hæc Aristoteles. Oculorum membranæ cum ijs qui ad stomachum feruntur nexum habent, quoniã nulli sine stomachi redundatione eruiunt oculis.

Vesal. ibidem & figura ultimi libri 4.

Oculorum cum stomacho sensus.

Secunda neruorum coniugatio, Cap. XVI.

AT secunda coniugatio ad aures terminat, quod Aristoteles inconstanter negat: ex ea sensorium auditus constituitur, de quo suo dicemus loco. Si qua in his cõiugatio apparebit à toto dijudicabitur theatra, quoniam ea nusquam apparet.

Tertia neruorum syzygia, Cap. XVII.

Hæc ad tubercula papillaria narium pertinet, id molle est sensorium ex cerebri proxima materia, quæ tenui omento integitur, odores enim sentiuntur, quoniam sensorium temperatum est, inde sternutamenta concitantur. Quibusdã ea uis adempta est, sicut Fallæ Contaræ nostræ ex patriciã gente. Quibus nares porrectæ sunt, hi olfactu ualent, quomodo qui manum fronti admovent longius cernunt, quibus grauiter olentia grata sunt, id ex tuberculorum diferalia contingit.

Olfactu pollens

Quarta syzygia, Cap. XVIII.

Quarta palatum transigit ibiq; obliteratur, & cessat alij sextæ coniugationis neruos huc putant pertinere, qui & linguæ sensum gustandi tribuunt.

Quinta syzygia, Cap. XIX.

Quinta ad linguam partim pertinet, faciei que buccas mouet, partim septimæ cõiugationi annectitur, unde qui ultimam linguam tangunt, uomitiones concitant, nam ex eadem coniugatione nerui ad stomachum tendunt, qui & oculorum membranis copulantur.

Sexta neruorum syzygia, Cap. XX.

Sexta (ut denarrauimus) syzygia, simplex medulla est, à cerebro posteriori descendens, de qua sequenti dicemus libro, unde supra xxx. neruorum coniugationes oriuntur. Hic septimam maluerim in ordine & postremam appellare, quoniam postremo loco exit.

Vesal. 4. cap. 11. et figuris eiusdẽ

Septima syzygia, Cap. XXI.

NOuissima neruorum coniugatio, quam sextam alij uolunt, à posteriore parte cerebri ad stomachũ, præcordia, epiglottidẽ, ad utraq; gutturis partem diffunditur, ex hac nerui constituntur, qui conuersiui uocantur, & uocales, qui rursus sursum feruntur ad epiglottidem: ab aliq; uibus toni uocatur, ad uocem necessarij, cordis hoc est uoluntatis prænuntij. Reliquum ex hac coniugatione cum gula maiori ex parte adnectitur, dispergitur que ad imum uentriculi ibiq; ue cessat, cæterum cum cordis in uolucro copulatur: neruusque qui in sinistro parte situm habet, omnibus ferè membris, quæ supra septum locantur, committitur: ex eodem enim caluarie foramẽto, (ut res cogniti facilius sit) tres separatim discurrunt nerui, quorum primus ad musculos cer-

Conuersiui nerui.

uicis fertur, & ad linguæ postremum, alter uero qui maior est, ad scapularum musculos, & ad propinquiora, ibique cessat. Postremus ad spiritalia (ut diximus) uiscera certo tramite iuxta uenas, quas sphragitides uocamus, ibique committitur. E regione summi gutturis idem ramus quandam nerui sobolem spargit, quæ mouendi uim gutturi eius quæ partibus tribuit. Reliqua pars eiusdem ad præcordia, retroque fertur, unde cõueni suos neruos uocamus, quibus concisis homolstatim obmutescit: & inflammatis uox afficitur. Hi nerui non protinus à cerebro ad uocis officium à natura constituti sunt, propterea quia cõueniēs iter non esset, ut quod deorsum cõducere oportet, in superiore parte sit, melius igitur est, ut prius ad præcordia deferantur, rursusque sursum procedant, quare maiorem, Galeno teste, duriciem obtinent, robustioresque sunt quo magis à cerebro sui initio distat, quæ de causâ quæ breuiore, eo molliore sunt nerui: igitur duriores à cordis calore facti uoci commodiores redduntur: aliqui continenti sermone facile opprimerentur, cerebro cordique non immerito copulatur, ut ab illo in quo sensifica uis est, atque cogitatio, & ab hoc in quo mens ipsa, atque animus inhabitat, uoluntati que, & animi conceptibus sine internuncio parere possint.

De syzygijs alia obseruatio, Cap. XXII.

SYzygias alij alio modo obseruauere, ut cuiusdam referamus, binas ad oculos deferri, unam ad narium tubercula, ad palatum aliam, quæ utrinque iuxta dentes finitur, quæ aliquibus animalibus duplex, quibus maxillæ longiores sunt, aliam ad buccas & labia quæ ad oculos subterlabitur, exitque sub medijs oculis, una ad linguam: auribus nihil respondet à cerebri materia, sed à membrana tantum. Alia est quæ per spinam interfluit. Alia item quæ maxillæ inferiori motum præstat: alia iuxta ceruicis originem ad colli rotatur. Præter hos neruos, quidam ad supremam caluariam feruntur, quibus cutis capitis, sed paucis, mouetur, alij ad aures, ut mobiles fiant, quibusdam ad ambo supercilia, aliquibus ad alterutrum duntaxat: sed hi perpetui non sunt, sic enim coniugationes quantum ad ortum earum coniugatim procedunt, attamen ad membra multifariam deferuntur, ad stomachum, linguam, præcordia, epiglottidem, retrocedentes.

De reticulo admirabili, Cap. XXIII.

¶ esal lib. 7. fig. 17.

Cerebro subest utraque membrana, quæ circumambit, deinde os caluarie subiacet, quod fungosum est, ut leuius sit, in medio cuius excretoriū foramentū est, hac uenæ arteriæque ad cerebri pertinet, quæ iuxta aures feruntur, atque in prætenuēs ramos sparguntur & membranâ cerebri custodē subeunt, cancellatim in contextum reticuli modum fibris cõiunt. In eo uitalis (ut dictum est) spiritus effusus à cerebri uirtute in sensificū spiritū commutari haud dubio creditur à medicis nostris. Alij in cerebri cauis hunc fieri putant ex uenis, & arterijs quas sphragitides siue iugulares ac parotidas uocamus, feruntur, & ad membranam tenuiorem sparguntur, quoniam cerebrum omnium expers sanguinis est, in quod nulla uena cessat.

Sensifici spiritus sedes prima.

De capitis osse ualidissimo, Cap. XXIIII.

¶ esal lib. 1. prioribus figuris.

Os præterea ualidissimum quod cerebri fulcimentum est, ad sensorium olfactus pertinet, ubi superciliorum sinus sunt siue foramina, quæ duplici osse constant: ij ad nares deorsum uersus feruntur, superque eos os frontis finitur, ab osibus superioris maxillæ sustinetur. Imum os neruorum coniugationes penetrant, & duplici ualle infra tempora cauatur, iugo medio eminente, quod occipitis est processus, supra foramen spinæ medullæ, utrinque os durissimū lapideūque iugale uocati ab argumento sicut à Græcis Zygoïdes, quod ab inferioribus sustinetur: idem in ossa nasi diuiditur bina & oculorum, ubi supercilia sunt. E regione superciliorum ubi nasus incipit, intus è frontis osse, mucro osseus prominet, qui tubercula papilaria diuidit, & à mucronis latere tenuissimum foraminulentumque os adiacet, quo pituitæ humor ad nares destillat. At hoc in loco exemplum naturæ admirandæ non præteribo. Quidam Græcus Suirus nomine mihi notissimus Chalcidis in expugnatione tempore sagitta uulneratus, ductus inter captiuos à Turcis, præsanato quoquo modo uulnere, annis uiginti uitam duxit seruilem: tandem liber Cydonem uenit, postque uenit quintum annum, dum aqua per æstatem frigida os collueret, concitatis supra modum sternutamentis magno pruritu inter maxi-

Exemplū diffi- cile creditū.

maximos conatus profilit è naribus sagittæ frustum digiti medijs longitudine, ferrea acie, nec aliam uulneris notam reliquit dum id medicis Venetis inter mira naturæ refero, aliquibus non credentibus, alijs inter contentiones, ut sit, uiam indagantibus, ecce ex improuiso Suirus Græcus noster, qui forte tum Venetias uenerat, rebus dubijs accitatus, imò fide carentibus, sagitta demonstrata, quam miraculi gratia ferebat testimoniū uerissimum dedit, qui, qui cum antea per annos 10. in urbem non euenisset, pro discutienda ueritate casu oblatos non credentibus, fidem attulit.

De oculis, Cap. XXV.

Maximam oculorum utilitatem humano generi donatam deorum munere, existimauit Cicero, ac Galenus, quorum causa caput constitutum sit. Hos palpebræ primum integunt, quæ utrinque generis innascuntur, quæ & palpebræ dicuntur, hæc mollioribus sunt, ne contractu aciem lædant, ceu regimento, quod uallo pilorum quodam munitū est ad occurstantia, utraque aperiantur, & in motu mira celeritate clauduntur: in somno aut temulentia sponte conueniunt, in uoluntarioque clauduntur. Confricatis oculis sternutamenta cohibentur, uel alterutra gena si quid in oculū incidit, decidere. Sub oculis genæ positæ sunt leuiter prominētes hypopixæ à Polluce dictæ, quæ Sarmatis supra modum ad deformitatem naso minimo prodeunt, quo in cæteris quasi muro interiecto, oculi non inutiliter latent, nam excelsis undique partibus sepiuntur. Aperienda demum futura est, quæ à temporibus discurret, hoc maximū capitis foramentum est, siue ingēs sinus Græcis dicitur, quo nullus maior est, deinde narium, omnium minimum aurium est.

De oculi sectione & partibus eius quæ infra exponuntur ex ista figura apud Vesal. li. 7. cap. 19.

De causis colorum in oculis, Cap. XXVI.

In homine oculi plus minusue humoris habent, qui multum continēt nigri sunt, quoniam humoris copia transpici satis non potest. Reliqui uarij sunt coloris pro humoris quantitate, ut in mari quæ facillimè cognosci potest, nam ubi satis transpicitur casium apparet, ubi minus cœruleum, ubi præ gutturis altitudine non præfinitur, ibi atrum nigrumque cernitur. Qui autem inter eos sunt, eo iam differunt, quod magis minusue ita constituti sunt, ut eadem causâ casij acute interdum cernere nequeant, nigri nocturni: Illi enim præ sui humoris exiguitate mouentur magis à luce, & reb. uisibilibus, quia ita humidi perlucidique sunt, quamquam motus eius partis uisus est, qua lucida, non qua humida est. Nigri uero à humoris copia minus mouentur. Lux enim nocturna exilis est, & simul quiuis humor per noctem moueri difficilior potest: conuenit autem eum moueri, qua perlucidus est, neque magis moueri, quam congruum sit, leuior enim motus expellitur à uehementiore. Quamobrem qui aut suum conspectum à colore ualidior transulerit, aut de sole in opacum se contulerit, non cernunt. Motio enim quæ iam uehemens inest impedit eam, quæ extrinsecus accidit. Uisus denique siue ualidus, siue inuaidus nequit res splendidas cernere, quoniam eius humor ultra modum afficitur, & mouetur. Aegritudines oculorum utrorumque indicium faciunt. Glaucoma enim nigris oculis potius accidit, lusciofitas casijs. Illud humoris copia, hæc siccitate innascitur. Uisus ille denique optimus est, qui moderatum humorem continet.

Pro humorum quantitate oculorum colores uariare.

¶ Ob humoris copiam.

Qui oculi acute cernant, Cap. XXVII.

Oculorum medio pupilla est, qua cernimus, cuius angustia non sinunt uagari incertam aciem, & ueluti canali dirigunt, ob idque incidentia facile declinant. Et pupilla quo angustior fuerit, eo magis acute cernit: sicut qui ex foueis, puteisque stellas interdum conspiciunt, quoniam motus in uastum non dissipatur, sed erecto tramite euaculatur, sicut oculi quos conditos nominamus. At hebetiores sunt, qui nimium prominent, emissitij nuncupati.

Conditi & emissitij oculi.

Quæ uitia oculorum sint, Cap. XXVIII.

Oculi ut ad uitia transeamus, ex omnibus animalibus soli homini diuerso colore uisuntur cæteris in suo cuique genere, præterque in equis similes, sicut & uni deprauantur, unde strabonum & petorum cognomina, hæc enim uitia nutricum indiligentia sæpe contrahuntur. Mediocres oculi, optimi ab hominibus habentur. Crasis tenuibusque membranis constat oculus, callosæ enim firmæque materię propter frigora, caloresque constituantur: in his humida perpetua est, quoniam lubrici, ac mobiles propter occurstantia esse debent: & lachrymarum inde copia iugiter emanat, uel ui, uel spote, frigore uel im-

Constitio oculi.

Anima in oculis.

uel impetu. Circa pupillam nigrum uariat, ob id iris à quibusdam uocatur, quæ atrii coloris cernitur uel nigri, glauci, cœrulei, cœsiq'ue, nonnullis ruffi, fului, caprini, qui optimos mores indicant, & clarius cernere existimantur. Et modicus quoq' situs optimorum morum iudicium est, sicut quibus mediocriter conuiuent, qui uero rigidi sunt impudētiam notant, qui nimium conuiuent inconstantiam significat. At ex morbis ut in attonicis rigent. In oculis animus ipse inhabitare creditur, ob id osculantur, ita animum ipsum attingere existimantes. Oculorum alij nisi longinquo contuentur, alij nisi prope admota cernunt. Alij interdum hebetiores, noctu præter cæteros cernunt, hi lusciosi siue nictalopæ dicuntur. Hoc uitio infestatur Hermolaus noster, qui cum aliquid legēdum haberemus interdum eam diei partē mihi tradebat, ipse auscultabat, uespera uero in qua nihil penitus cernebam, accepto libro ille exactius legebat, dicebatq' ue ita, mi Alexander, mala quandoq' in bonum cedere. Quidam noctu expergefacti paulisper aliquid contuentur caui more, mox paulatim tenebris se abducentibus nihil cernunt. Multis à somno protinus aperti oculi scintillare uidentur.

De membranis oculorum, Cap. XXXIX.

Septem membranarum oculos uestiri recentiores existimant. quoniam quatuor, siue tres duntaxat docet antiquitas, illi enim haud dubie decipiuntur exteriores atq' interiores semitunicas, ceu semiorbes diuersæ naturæ existimantes, oculum enim prius in priorem & posteriorem partem secant, in illa quaternas membranas explicant, in hac ternas tantum, quæ prioribus copulantur.

De cornea oculi, Cap. XXX.

Prima oculi membrana cornea uocatur, quasi cornu translucido similis, parua est, perlucida, dura, neruosa crassa, quæ nec in profundum agit, ut quidam arbitratur, propterea cæteris interioribus tunicis tantum applicatur, limpida est, ac nullius ferme coloris, ut rerum uisibilibus species siue imagines recipiat.

De funda oculi, Cap. XXXI.

Ab hac sequitur q' & ipsa callosa est, extrinsecus candida fundæ figuræ, unde nomē sanguineis uenis interdum suffusa uel felle, regij morbi primum iudicium angulis carnosus committitur, albugo dicitur & candidum oculi, ab aliquibus rhagoides, rhogoides, hæmathoides, charoides appellatur, nam & sub ea humor est aquæ perquā similis. Huic prima ex interioribus connectitur, medium intima parte oculum uelans similis cum superiore naturæ scleroticam quidam nominat. Exteriorum tertia, quæ cornæ subiacet, phacoides siue lenticularis dicitur: hanc in medio fenestrauit pupilla, ad quam imagines pertinent, in ea colorum numerosa diuē sitas, atque differentia notatur, orbe ita uario per corneam transpecto.

Secunda & tertia oculorum tunica, Cap. XXXII.

Hic tunica alia ex opposito interiori committitur, quam secundam uocant, ab aliis uero eodem quo superior nomine rhogoides appellatur. Alia item membranula quæ tenuissima quæ quarta inter priores annumeratur, quæ arachnoïdes, siue amphi blestroïdes uocatur, quæ cum posteriore naturæ eiusdem habetur, cui coniungitur, eam reticularem tantum uocari putant.

Alter numerus membranarum oculi, Cap. XXXIII.

Alij tamen ex peritissimis autoribus has tunicas collectim pertractauere summam tunicam, ceratoidem siue corneam uocantes, quæ uniuersum oculum circumueolat, sub qua in priore parte, qua pupilla posita est humor ille aquæ similis est, huic tunicæ media subiungitur, modico foramine, ut fenestra quædam cœcaua circa tenuis me diusculo numerosi coloris à cornea transpecto, ulterioribus parte occulta, & ipsa quoque plenior, quàm rhagoidem uocant, oculum pari modo ambit interior: sub his infra tenuissima tunica aranei telæ similis, quàm Herophylus medicus arachnoïdem appellauit. Nonnulli uero ex recentioribus uolunt corneam tunicam oppositæ e regione membranæ committi, quàm sclerotica nomenauimus.

De humo-

De humoribus quæ inter tunicas sunt, Cap. XXXIIII.

Inter has tunicas humores sunt, inter corneam & secundam albus est, quem transeunt imagines ad chrystalloïden: hoc humore carnea intenta attollitur, eoq'ue consumpto quod in morientibus contigit, comprimitur, pupillaq' exiccato contrahitur, sicut eius nimietate dilatatur, inde oculorum nubeculæ, obscuritates, suffusiones, glaucomata oriuntur, quæ pupillæ partem occupant. Angulos oculorum uexat epinyctides, pterygia, ægylope, aciem uero oculi quam mydriasis uocant, offendit totos oculos epiphora, aut prociencia.

De hyalloïde humore, Cap. XXXV.

Membrana oculi arachnoïdes tenuissima humorem continet, qui à uitri similitudine hyalloïdes à Græcis uocatur, qui neque liquidus est, neque aridus sed quasi humor concretus est, ab oui candido nihil differens, ex cuius calore oculus aut niger est, aut glaucus uel ruffus, aut cæsius, cum summa tunica alba sit.

De chrystalloïde, Cap. XXXVI.

Sub his gutta humoris est concreta oui albo similis, à qua uidentis facultas proficiscitur, chrystalloïdes nominatur, ob eam diuinum oculum uocat Galen. gutta ipsa in partem priorem magis uergit, quæ in parte postrema rotunda est in priore leuiter plana, cuius uidentis potentia in cerebro primū sita est uel in corde principali origine, quoniam multi hominum patentibus oculis dormiunt καρυβαττα Græci uocant: sic & in morbo comitiali aperti nihil cernunt, animo caligante, animo igitur cernimus, animoq' uidemus. Plato de uisu. At si quis inquit, colorum diffusionem opere ipso aggredietur quid inter humanam diuinamq'ue naturam interfit, ignorare uidebitur, nempe Deus multa in unum colligere, rursusq' unū in multa producere sufficiens est, scit enim simul ac potest, eodē em ferme momēto uisibilis uirtus & in corde & in cerebro consistere uidetur, sicut de ratione, mente, ac intellectu, cæterisq'ue animi uiribus, quoniam in corde principali origine consistere uidetur. In oculis magna ex parte animi indicia habentur, lætitiæ, amoris, odijq'ue, blandi uel torui, sicut sæuiciæ truces, uel ardentes.

Animo nos uide.

Animi indicia in oculis.

Quomodo suffusiones manu curentur, Cap. XXXVII.

Quia suffusionum mentio habita est ὑπόουσι Græci nominant. Ab oculis solis medici ocularij dicti sunt. Sed quomodo suffusiones acu curandæ sint in cadaue ris oculo ostendendum est: suffusiones enim uariæ sunt, quæ si exiguæ, immobiles, colore aquæ marinæ, uel ferri nitentis & à latere sensum aliquem fulgoris relinquunt, spes superest, si magna, si nigra, & pars oculi amissa naturali figura in aliam uertit, si qua cœrulea sunt aut auro similes, si labant & hac atque illac mouentur, uix nunq' succurritur, ferè tamen peiores, quo ex grauiore morbo, maioribusq' capitis doloribus uel ictu ue hementiore ortæ sunt, neq' idonea curatio si senilis ætas est, quæ sine nouo uitio, tamen aciem hebetem habet. At ne puerilis quidem, sed inter hæc media ætas. Oculus quoq' curationi, neque exiguus, neque concauus satis opportunus est, atque ipsius suffusionis quædam maturitas est, expectandum igitur est donec iam non fluere, sed duricies quædam concreuisse uideatur. Nostræ ætatis medici ad maturationem festinandam cibos exhibent malæ qualitatis, ut malis inde uaporib. festinetur maturitas morbi. Ante uero curationem modico cibo uti, bibere aquam triduo dent, pridie ab omnibus abstinere. Post hæc in aduerso sedili collocandus est loco lucido, lumine aduerso, sic ut cōtra medicus paulo altius sedat, à posteriori autem parte caput eius qui curabitur minister contineat, & immobile id prætet, nam leui motu eripi acies in perpetuum potest. Quin etiam ipse oculus qui curabitur immobilior faciendus est, super alterum gossipio uel lana imposita & deligata: curari sinister oculus dextra manu, dexter sinistra debet, ambidexter siue scæua utraque manu promptus: tum acus firmior esse debet, & qua parte manu tenetur crassior, ne manum effugiat, eaq'ue demittenda, sed recta est qui summas tunicas medio loco inter nigrum oculi & angulum temporis priorem eregione medix suffusionis, sic neque uena lædatur, neque tamen timidè demittenda est in uiuentibus, quia inani loco excipitur, ad quem cum uentum est, ne mediocriter quidem peritus falli

Quæ suffusiones curabiles quæq' incurabiles sint.

tus falli

tus falli potest, quia prementi nihil renititur, ubi eo uentum est inclinanda est ad ipsam suffusionem, leuiter q̄ ibi uerti, & paulatim eam deducere infra regionē pupillæ debet: instrumenti enim acies per corneam ueluti per uitrum transpicitur, ubi deinde eam mo- uet uehementius deorsum imprimere debet, donec inferiori parti insidat: si ha sit cura- tio infinita est. Sed ad reliquas capitis partes transeamus.

De auribus, Cap. XXXVIII.

AVres semper patent quoniam sensus is etiam dormientibus necessarius est, ut à somno excitemur, extra enim prominēt dictæ cypselæ patulæ, nostri sinuosas au- rículas, quæ cochliæ dicuntur, ne adiectæ uoces labantur, propterea duos flexuosos q̄ introitus habent, qui scaphi appellantur, ijs repercussus sonus amplificatur. Summa au- rium pars alula dicitur, infima lobus. In homine ita collocatæ sunt ut superiore alula aë- rem recipiant. Chartilaginosa sunt, quoniam prominent, alioqui flaccidæ sonum impe- dirent. Homo pro magnitudine minimum ferè omnium animalium procul sentire po- test, cum tamen differentiarum sensu maxime omnium ualeat, cuius rei causa est, quod sensorium sincerum minimè terrenum, corpulentum q̄ obtinet. Sonus (ut Platoni pla- cet) per aures cerebrū q̄ ue. & sanguinem usque ad animam penetrat, in sedem icoris. Aristoteles uero: Ab auribus meatus ad occipitis partem penetrant, sicut oculorum ad uenas circa cerebrum sparsas tendunt. Alibi, olfaciendū, inquit, audiendū q̄ ue meatus cō- tingunt, aërem externum plenū spiritus natū, ortū q̄ ue à corde tendant ac desinant, ad uenulas cerebro coniunctas. Rursus alibi, Meatus, inquit, sensoriorum omnium tendit ad cor. Indicium differentiarum tū sonitum odoris in sinceritate sensorij summæ q̄ mē- branæ positum est, in his sordes sunt cōcoctæ amariore. Qui bilem hac parte purgari contēdunt meatuū ratione facile cōiunguntur: his aditus bestiolis irruptentibus diffici- lior fit, q̄bus tanq̄ uisco continentur. In imo anfractu membrana posita est, quā menin- gam uocāt, hac aëris ictus desinit q̄ ad cerebrū uicinitate defertur, quoniam ea membrana à cerebro est, cuius connexionē linguæ annectitur, qua p̄pter uerba ediscuntur, q̄ prius audiuntur, deinde ore p̄nunciantur: qualis em̄ motus per sensorij subiecerit, talis qua- si ab una eademq̄ effigie, motus per uocē agitur, ut q̄ audieris, idē referas. Hos meatus ad cor pertinere asseuerat Aristot. quā Auerrois sequitur. Quod oscitantes, aut labore uehementer spirantes, minus audiant, quod in cæteris sensibus non contingit, quoniam ex- tremū sensorij auditus ad partē spiritālē terminetur, & quatiatur, moueatur q̄ ue unā cū instrumento spiritali, q̄ries illud spiritū mouet, magno item argumēto, aures purgantū ius- sis excitetur, sicut nariū sternutamenta. Membrana si humore aut spiritu afficitur, surdi- tatem affert, grauitatem, murmura, sibilos, tinnitus, aut alios incertos sonos mentitur. Sub auribus strumæ innascuntur, importunæ q̄ ue radicatur, soboleq̄ ue inter remedia sæpe rebellant, post quas parotidæ tument.

De naso, Cap. XXXIX.

EMinentiore q̄ ue faciei pars est nasus, chartilaginosa, ab ossē incipit, quod est inter- supercilia, eihmum nominauimus, qui in globulum desinit: mouetur in homine la- brorum superiorum motu: in canibus sua neruorum syzygia mouentur, & contrahun- tur: hac parte aërem trahimus, reddimusq̄ ue, hinc sternutamenta ciuntur, quoniam ad ce- rebri certā uia habet. Recte em̄ in superiori parte cōstituitur, quoniam odor omnis ad su- periora fertur, cibi q̄ ac potus primum indicium facit, ob id oris uicinitatem consecu- tus est. In homine uis odorandi imbecillior est cæteris animalibus, ob id uehementer at- trahit, sicut cum aqua rosaceum odoramus. Hinc mucosum humorem trahimus, & ce- rebrum perpurgatur, nec commodius. pilos in utroque sexu non inuitiles habet ad pul- uerem & alia depellenda. Quod nares discriminat, interseptum uocauimus, harum fora- mina interiora à quibusdam thalamæ, unde pituita destillat, lacus siue torcular, inde ad imas nares foramina simplicia sunt, quæ rursus in bina itinera diuiduntur ad fau- ces per uia spiritum recipiuntur de quibus suo loco diximus. Summæ ossium an- gultæ isthmoides uocantur, in quibus ozena ulcus foedi humoris destillant in nasci- tur. Polypus & carcinomata infestant. Narium uena si inciditur ad eò sanguinē inde- sinenter quandoque fundit, ut sustendi modus non sit. Aetate nostra narium deformi- tatem

Vesal. lib. 1. fig. 8. 1. 4. Item lib. 7. fig. 11. 11.

tatem cohonestari docuere ingenia, carunculam è brachio suo concisam ad narium for- mam conseri addi q̄; trunco naso sæpe uisum est: summam enim cutem brachij nouacu- la excidunt, facto uulnere, abrasis si opus est naribus uel nouiter abscisis capiti brachiū deligant, ut uulnus uulnere cohereat, conglutinatis uulneribus, à brachio tantum cultel- lo demunt. quantum instaurari conueniat. Nasi enim uenulæ cognatæ caruncula, ali- mentum præbent, cutis q̄ demum superinducitur, pilis quandoque pro brachij natura innascentibus, eo q̄ ue modo nares nouas miro studio componunt, foramina q̄ faciunt audaci ingenio naturæ imperantes. Id additamentū hyemis uehementiam uix sustinet, & curationis initio nasum ne præhendant, moneo ne sequatur.

De maxilla inferiore, Cap. XL.

Maxillæ inferioris pars prior mentū dicitur, posterior mandibula: illud supplex ueteres attingebat. Mandibularū extrema quasi bicornia sunt: alterū p̄cessum *πρόσθλην* Græci uocant, intra latior est, uertice q̄ ue ipso tenuatur, longiusq̄ ue procedēs iugale subit, & super id temporum musculis adalligatur, alter breuior & rotundior, in eo sinu qui iuxta foramina auris est, cardinis modo coheret. Ibi q̄; huc & illuc inclinās maxillæ facultatem ad motum præstat. Maxillæ buccis integuntur, quæ hilaritatem ri- sumq̄ ue indicat, quæ musculis iuis permobiles sunt. Hoc in loco uulnere magistros admonendos esse ostendit refecādi ars, ut cum labra, buccæ, frons, supercilia, aliquo ca- su refecanda sint, in illis à naribus deorsum in his à uertice ad oculos sectiones ducan- tur. Maxilla sæpe propellitur in priorem partem, modo alterutra parte, modo utraque, si altera in contrariā partem mentum inclinatum dentes q̄ ue paribus non respondent, sed sub ijs qui secant, canini sunt. At si utraque totum mentum in exteriorem partē pro- mouetur, inferiores q̄; dentes longius quàm superiores excedunt, intenti q̄; super mu- sculi apparent. Et quomodo in sedem suam compellatur à Celso & posterioribus quæ- rendum est. Hinc ad uenas & arterias transeundum.

Nasi refecādi mira ratio.

Vesal. lib. 1. 2 et cap. 10. Item li. 2. fig. 6. lib. 1. fig. 1. cap. 6.

ALEXANDRI BENE- DICTI VERONENSIS PHYSICI, DE VENIS, musculis, ossibus q̄; neruis, quæ per omnes corporis partes feruntur Liber V.

Cap. I.



Cum enim omnia corporis mēbra nutrimento continuo indigeāt per uniuersum corpus ueluti in rigandis pratis æqua aquæ ductus uarios deducunt, ita spiritus & sanguinis deriuationem ad irriganda mem- bra constituit Deus occultis sub cuti meatibus, per neruos pariter, et si non ab uno stipite prodeant, ad omnes corporis partes sensuū semi- tæ deducuntur, arboris radicum, & fibrarum more. Ex spina quoque brachiorum & femorum ossa costæq̄; oriūtur, dura, stabilia, grauiā, ueluti stabile funda- mentum totius corporis, ob id rigida, aridaq̄; constituta sunt, sine sensu, quoniam ad do- lores prompta perpetuo essent, quorū extrema sibi cohærent, alterū cauū, alterū rotun- dum, aut utriūque cauum medio talo, omnia neruis deligantur, ueluti ex plurib. lignis, clauis coniuncta atque fixa sit nauis. Quamobrem Caballe, Iacobe Angele auuncule, Antoni fauentine, Hieronymo Cordi, Domit. Gauarde, & ex patricia gente Luca Do- nate ex Andrea, & Marine Sanute ex Leonardo progeniti, in omni re naturali aliquid mitandū conspici potest, & quia magna ex parte theatri nostri turba continuū dieb. ac noctibus defatigata sedilia cum plura uacua, ac gradus reliquerit, ociosius uenarum, ar- teriarum, musculorum, neruorum, ossiumq̄; naturā percunctabimur, nec ut in cæteris prioribus spectaculis, nos opprimeret importuna iuuentus. Cum paucis quæ cōtueri aliq̄ non concupiscunt, inquisitiū considerabimus.

Ff De san-

Sanguis homini inter animalia maxime abundat, in quo animam sedem, habere existimauit uana antiquitas, quod eo effuso statim hominem mori necesse sit. Hic in corde tanquam in fonte, & in uenis tanquam in riuulis, qui ab eo oriuntur, continetur, ex sanie per concoctionem generatur. Spiritus quoque à corde originem habet, & ahorta eius conceptaculum. Attamen sanguinem sine spiritu, nec spiritum sine sanguine inueniri posse haud constat. Cor spiritu palpitat præterquam in defectu, & homini omnium animalium spe expectatione quæ rei futuræ mouetur. Spiritus purissimum sanguinem continet, quem medium cordis domicilium per uenam ambientem recipit, prius tamē in cordis materia digestum. Sanguinis uenæ nunquam mouentur: at ahorta eodem modo quo palpitat cor, pulsant, quarum percussu, ex ebullitione spiritus in extrema corporis fieri contendunt, quales maris motus circa littora cernuntur, uel quales sursum mitit hamula ebullitiones dicitur feruet. Alij hos motus arterijs attribuunt, hoc est contractio nem, atque distinctionem: Illam systolem, hanc diastolem uocantes. Indicium est ebullitionis siue æstuarionis ahorta uulnerata aut præfecta, quoniam spiritus distincto impulsu per saltus emittitur: eodem modo in coitu semen quoque uirile profilit, ebullitionis ante dictæ certum argumentum. At posteriores medici spiritus contrahi, atque attolli arbitrantur, duoque inter contrarios motus interualla addidere, quod conceptaculorum motibus duntaxat intelligi necesse sit. Sanguinis integer rubens est, dulcis, tenuis, purus, si corpus ualens est, ac ætate media: culpatus ater est, uel aquosus, uel nimium biliosus, siue nimium crassus, maliue saporis. Præpinguibus minus quam macris sanguis inest. Sudoris uice sanguis emittitur tenuis, quod ex ictu hæmorrhoidis serpentis fieri in libris uenentorum, diximus. Et in Christo deo nostro inedia, moerore, laboreque exhausto sudoreque, sanguinis undique profluit. Qui dormientibus extrema corporis deserit, intima re perit, quod alios quoque contingit, uel metu correptis, ijs uenifeca adacto scalpello uenam frustra uulnerant. In meseraicis sanies generatur ex concoctione, coloremque dilutum contrahit ex succo stomachi & intestinorum: si putrefit sanguis in pus & malos humores permutatur, concalescens in poroides transmutatur: ex bono sanguine adeps generatur, ex corrupto uiligines, scabies, lepra, uerruæ. In iecore ac pulmonibus lapidis duricia concreuit. Iuuenibus sanguis tenuis est ac purus, senectuti uero crassior ac nigrior. Glutinisque modo lentus est, ætate media, mediocris cernitur.

Libri 3. figuræ priores apud Vesal. huc adhibe.

EMotis intestinis omnibus, ac spiritalibus membris, binæ uenæ grandes secundam spinam apparent altera maior, altera minor, quæ posterior est & ahorta appellatur, utranque à corde oriri certum est, ubi quinta spinæ uertebra sita est, ab eo enim tanquam à radice crassioribus spiritibus proueniunt: in iecore uero & pulmone, (ut dictum est) ex illiories uenæ per mediam ueluti materiam transfigunt, illarum enim propagines sunt. Ex corde sanguinem, & spiritum uenis recipiunt: in uiuis uix cerni potest, ut quemadmodum se habeant, consideremus, in cadaveribus summa uenarum principia uix conspiciuntur. Ahorta nanque ob id dicta est, eo quod nervosa eius pars conspici euidentius in mortuis possit. Situ autem eo constituta sunt uenæ, ut, altera supra alteram infra sit, maior dextram potius sedem, minor sinistram possideat, quæ de sinu medio cordis exit, arctiori fistula à latere ipsius, illa ex amplissimo, supremoque sinu oritur, sedemque dextram tenet, mox per medium sinum formam recipit uenæ, ut pote cum ipse uentriculus cordis uenæ maioris particula sit, quæ sua radice cor transigit, cum sese promit: hæc membrana & cute constat. Ahorta uero maxime nervosa cernitur, sic natura sanguinis, & spiritus riuos per totum corpus digessit, quod euidentius cernitur in macris, & extenuatis, in quibus plures uenæ apparent, ac maiores, ut in arborum folijs arecentibus in quibus uenæ tantummodo relinquuntur, cuius rei causa est quod sanguis, & quod sanguini proportionem habet, potentia sit corpus & caro, aut quod ijs proportione respondeat. Venæ item corporis ampliores durant, minime autem carnes actu efficiuntur, quam quam potentia nihilominus uenæ sint: quamobrem & si caro sit, Medici tamen nostri alios humores inter carnem & sanguinem attribuunt. Sanguis itaque in omni carnis parte habetur

habetur, qui inducto uulnere undique effluat, igitur, sine uena esse non potest: uena autem nulla manifesta est: ex his uenulis sudor elicitur in roris modum, uel flaua bilis fœdi odoris, aut lentiginis modo consparæ macula, in febris aut uerruæ ex atra bili. In sanguinis præterea materia quoddam genus fibrarum est, quo distamen siue filamentum appellare maluerim, uel à Grecis uocatur, id nec in omnibus animalibus, sed his tantum quibus firmiore coitu concreuit, id enim si detrahitur, ut ceruis & damis, tum sanguis non coit, nisi fluuido coitu, quale lac sine coagulo spillatur, sed in sanguine conspicue cernitur si in calidam aquam ex uena colligitur.

Vesal. ibidem.

VENA maior sursum ascēdens in duos riuos scinditur, ut uenifeci ratio omnis absol uatur, quorum alter pulmones subit bipartito ramo, quoniam pulmo duplex est, de quibus suo loco dictum fuit, cum de pulmone egimus. Alter per spinam descendit, & ad collum sursum uersus porrigitur, ubi duplici propagine grandiore fertur, ad dextram & sinistram, quæ utrinque priusquam alas subeant, uenas singulas deorsum uersus ab utraque spinæ parte ad singulas costas, quas uix esse indicauimus totidemque ad uertebrae emittit, quæ & pectus nutrit. In minoribus animalibus (ut animaduertimus) una tantum uena est, quæ secundum spinam à dextra parte deorsum uersus redit, & utrinque tamē costarum ordinem nutrit. Scinditur etiam bipartito uena maior iuxta uertebra quæ supra renes posita est, sed rursus parte superiore quæ ex corde præhendit scissa numerosiore uenarum propagine, duo petit loca, quippe quæ alias in latera & humores mittat, quæ mox per alas ad manus fertur. Ex eisdem ramis supra iugulum ubi scinditur, ex utraque parte gutturis sursum dicitur iugulares dictæ siue sphagitides, qua foris apprehensæ corruere hominem faciunt sensibus ereptis, itaque portæ amplexæque arteriam ad interuallum aurium fertur, qua maxilla faucibus coeunt: denuo inde scinduntur in uenas quatuor, quarum una remeas per collum & humerum descendit & cum priore propagine ad flexum brachij copulatur, cephalica dicta, secunda ad palmam & digitos cessat tertia de utraque sede aurium ad cerebrum pertinet, atque in multos tenues ramos spargitur, & membranam cerebri custodit subit, quod posteri rete mirabile appellant. Reliqui rami, partim ambiunt caput, partim ad sedes sensuum, palatum, linguam, dentesque gracilem uenarum serie terminantur. Pars autem uenæ maioris cordi subiecta, quæ elatior (ut dictum est) fertur per septum transiens iecori annectitur: inde ab ipsa iecur transigente rami duo procurrit, alter ad septum & præcordia cessat, alter supera repetit, ductusque per alam ad lacertum brachij dextrum se porrigit, quæ cæteris uenis se applicat, iuxta flexum interiorum. Quamobrem sanguinem hinc misso, dolores iecoris ac affectus fere omnes sicut oppilationes, apostemata & similia leuari possunt, regalis uena dicitur. Pars altera uenæ eiusdem, breuis quidem, sed crassa petit lienem ubique aboletur. Quinetiam ab eadem maiore propago pari modo ad lacertum, sinistri brachij mittitur: sed quæ ad brachium dextrum procedit, eadem quæ pertingit ad iecur est. Alias item à uena maiore dux propagantur, quarum altera ad omentum, altera ad pancreum, de qua uenarum frequentia per mesenterium tendunt, quæ omnes in unam desinunt uenam grandem per totum intestinum & uentriculum ad gulam usque porrecta, quæ & ipsa ramos de ijs, quos perreptat partibus spargit complures, utraque igitur maior & ahorta renum tenuis (ut dictum est) una atque perpetua tendit, hic capitibus renum potius adhærescunt, scinditurque uel bipartito ueluti in literam. V. in uersam: uergitque magis in partem posteriorem corporis uena maior quam ahorta. Reliquæ propagines, ubi interiora membra descripsimus, dictæ magna ex parte sunt quas per ordinem rursus percurrisse non fuerit alienum.

Vesal. ibidem. & fig. capitis 14. literis.

VENA frontis quæ & media dicitur, in plerisque turgida cernitur, in amentibus, attonitis, uetere capitis dolore uulneratur, uel si dolor est in occipitio, ex alto enim materiam trahit. In apoplexia sphagitides apertæ mirè proficiunt, quæ in temporibus sunt sinuosæ, in oculorum malis commode feriuntur. Et parotidas suffusionis initio, alij eas adurunt, sicut & temporum. Dissectores post hæc brachij cutem uniuersam dirimant, ut uenarum indicetur reliqua natura.

Iecoraria uena iecori (ut supra dictum est) cephalica capiti prodest, his annexa communis dicitur. priores ad manū extimā feruntur & digitos. Sub iecoraria arteria pro-

Iecori, lienī, ac renibus uena maior copulatur, in quibus ueluti anchoris stabilitur, ita & ahorta, in suis membris, in renibus generationi materia præparatur, unde in affe-

In ceruice uena quæ hæmicranicis secatur, colli uenæ, & quæ post aures sunt, aperiuntur in naribus, sub lingua, in angina & uua, sub labro, sub iugulo, sub dextris præcordijs, ex sinistris quoque in iecoris & lienis malis. Ex poplite ischiadicis, ex talo in uulua u-

Vena ahorta eodem ferè modo in ramos spargitur, qui riuulos uenæ maioris con-

Considera figuram libri, apud Vesal. quod de sequentibus capitulis admodum uolumus.

EX ahorta iuxta inguina rami duo ad crura descendunt per femora, crura, in plan-

Somniū Galeni

Miro experimento constat inter autores uenarū certas propagines inter se respon-

uia sisti, inguinum tamorem pollex in pede proximo digitis præligatus sedare tradit: in manu dextra duo medijs lino leuiter colligati de stillationis atq; lippitudines arcent. Hæ morrhoidibus atra bilis expurgatur incerto ex liene tramite. Aliæ quoque similes lateres propagines habentur. Sed de his satis dictum sit. Idem in nervis obseruandum est, quoniam narium pruritus uentris animalia gulam infestari indicium sit, coniugatorum neruorum (ut dictum est) colligatione. Excitari quoque tussim animaduertimus cum aures interius repurgantur.

AD cerebrum utraque uena tendit, sicut ad renes, stomachum, omentum, mesente-

Q Via de fibris mentio habenda est, ideo de his aliquid hoc in loco referendum ar-

Fibra humoris quid contineat.

Qua ratione acus per urinam reddita sit.

NERUORUM ratio in dissectionibus minus patet, uerum qui eius originem, propagi-

De neruis Vesal. lib. 4.

Neruus humerarius.

euidentiis, qui quo magis à cerebro & medulla longius protenduntur, eo duriores sunt, sicut quos uocales diximus, quidam musculis accommodati sunt, quidam membrorum flexibus, qui nomine uacant, ab aliquibus, nexus uocantur, rotundæ chordæ dicuntur, neruus latus humerarius à Græcis platys dicitur qui ad uires facit. Ceruix & scapula maxime continentur his qui tenentes uocantur, caput enim sustinent utrinque recti ualentesque nerui, siquidem horum ad omnes fere flexus alter semper intentus est, nec ultra prolabi superiora paritur: Neruus alius latus est, qui poples dicitur, calci annexus membrum ad salendum idoneum reddens sub furis ad incedendum, & ad cursus necessarius. De neruis capitis diximus: pedes & manus neruorum copia abundant, in quibus neruorum circa articulos in textus uidere, quam literis exprimere magis iuuat, quod resectorum ostendere necesse est. Restant qui ex spina medulla oriuntur.

Poples.

De neruis qui ex spina medulla oriuntur, Cap. XV.

Huc adfer figuram libri 4. V. cf.

Spina medulla à cerebro descendit, quæ præteruicem etiam membrana uelatur, si inciditur mortifera est, sicut & quæ cerebri custos dicitur. Ex medulla plurima neruorum genera oriuntur: nam utrinque per uertebra foramina à ceruice usque ad os sacrum una & triginta neruorum syzygia prodeunt: à qualibet enim uertebra bini nerui proueniunt, hinc manibus pedibusque, alijsque corporis partibus per quas necesse decorumque uiuunt, uirtus præstatur, quoniam sensu et motu motricemque potentiam subministrant: ex ima spina nerui utrinque oriuntur, qui sub coxis in unum coeunt singulos ad poples, res neruos emittunt, qui ueteres dicuntur, ad successionem quoque generis utriusque sexus membrum genitalibus, ut suum opus implerent, uirtutem elargiri produunt. Ideoque nulla fere corporis pars, sine cerebri spiramento, uel medullæ spinalis beneficio constat: unde à medicis longum cerebrum meruit appellari. Ei superne ueluti filum in longitudinem protenditur, diuisam medullæ materiam leuiter indicans, dempta membrana una fere materia diiudicatur, quod morbi paralysos argumeto percipitur. Nam ex apoplexia alterutra parte affecta dimidiata corporis pars duntaxat periclitatur, altera illa, quæ hemiplexia uocatur, resolutis corporis neruis, qui mouendi & sentiendi internuntij sunt. His enim omnibus membrum tactus diffunditur, animali necessarius est. Neruorum itaque certa continuatio non est, ut in uenis & arterijs. Omnia ossa, musculi, membrum neruosis integuntur, & in musculis quoque neruositas intus intercurrit, ossa neruis colligantur, & circa artus plurimis obducuntur, & compagum nexibus adalligantur. Hi aliubi interuentu, aliubi ambitu, uel transitu ligant, hic teretes, illic lati, aliubi crassiores, aliubi membranæ naturæ, ut in uino quoque poscit figuratio, alij carne comixti sunt sensui aptissimi, alij teretes, & simplices, qui articulos regunt. Omnes perpetuo humore madent, ut membra lubrica celeritati idonea existant.

Hemiplexia.

De ceruicis neruis, Cap. XVI.

Alie uie neruorum in ceruice quam in inferiore spina.

Neruos ex spina per foramina transigere significauimus: at in ceruice ex uertebra rum compage exeunt ne crebris foraminibus quoniam tenuiores sunt inualidat fieret. Plures neruos ceruix continet, platys maximus est, musculisque uel duobus ingentibus hærent uenæ sphagitides. Ceruix grauius & periculosis morbis obnoxia est, uel acutissimis, nam neruorum rigore modo caput scapulis, modo pectori mentum annectitur, modo rectam immobilemque ceruicem intendunt musculi, prioremque Græci οὐρα δόλον, sequentem ἐμπροσδοδόν, ultimum τέρων appellat, ij distillationibus proueniunt. Ea uicia ad spinam quoque descendunt, ut ipsa ad arcus scytici modum retrorsum flectatur, acutissimo morbo, quo sæpe intra quartum diem tollitur. Inter exempla Sanctus Pollanus Cydoniensis ex patricia gente ad 40. usque diem huiusmodi tormentis tortus est, digelto tandem materia & per urinam humore lacteo reddito leuatus est, cui castoreum præcipuo fuit remedio.

Morbi ceruicis.

De lumbis, Cap. XVII.

Quibus causis lumbi ledantur.

Quoniam dorsum partes sunt lumbi è regione uentris constituti, carne hos uocare tradit Aristoteles, ut flecti possint: omnium enim flexus ex carne sunt. ij uenere fatigantur, & doloribus sæpe torquentur, ex ictu quoque uel lapsu delubatos non sine magno

magno periculo uidimus. Ab ijs nates sunt ad corporis requiem pro stragulo data, idcirco ab ægritudine consumpti sedere nequeunt ijs cucurbitulæ impostæ regalis uenæ uicem utiliter præstant. Hinc ad corporis musculos transeamus, quorum ratio magna ex parte à nobis pro membrorum qualitate demonstrata est.

De musculis, Cap. XVIII.

De musculis libro primo pauca retulimus, quorum numerum irriti ueluti labore antiquitas prætermisit, sed eos duntaxat animaduertit, qui in membris præcipui sunt, qui que percussi letales uideantur, nam ij musculi præcisi facilius sanantur, reliqui minoris famæ, non ita mortiferi sunt: omnes ex carne, neruo, membrana, chorda que constant ijs membra si contrahuntur, conducuntur, si resoluuntur, eadem pariter reuocantur. In fronte, capite, palpebris, labijs, buccis, cõfusi, motu magis quam dissectione percipiuntur: in maxilla superiore bini, in labris totidem, ac naribus, in mandibula inferiore duodeni, circa collum circiter ij. & xx. in epiglottide, gutture, ac gula xxxij. à collo ad scapulas xiiij. collocantur musculi, in lingua ix. inueniuntur.

Musculi ob oculos nobis ponuntur tabule 2. lib. V. cf. 4.

De musculis thoracis, Cap. XIX.

In pectore musculos viij. attollentes, atque cõstringentes viij. inter costas singulas quatuor esse ostendunt, eo quod carnis musculorum filamenta quæ membrum contexunt, iij. mixta cernuntur, circa humerum utrinque, supra viij. & xx. cõnumerantur musculi, quorum quidam in gemina capita finduntur, & à simplici incipiunt.

De brachiorum musculis, Cap. XX.

In brachijs qui maiores sunt iij. & xx. numerantur, in lacertis ac cubitis, in palma & manu uersa, digitisque, pro cuiusque motu ratione viij. & xx. esse creduntur, quorum plurimi adeo confusi sunt, ut diuelli nullo pacto possint.

De dorsi musculis, Cap. XXI.

Qui dorsum uerbo flectunt, ac reuocant viij. & lxxx. inueniuntur, hi uentris, de quibus primo libro diximus viij. sunt, testium quaterni, in testibus singuli sunt. uesicæ ceruix unum tantum, uirili membro quaterni sunt, in ano totidem inuenti, quorum unus astringit, uoluntarioque uel continet, ex reliquis unus cum membro uirili committitur, cuius titillatu infando naturæ uirici in libidinem erumpunt, eadem ratio est, qui solutis iisdem musculis in uentre excrementa inuoluntario profluunt.

De crurum musculis, Cap. XXII.

In crure omnium fere maximi inueniuntur vi. et xx. bini præcipui sunt, quorum alter contrahit, alter protendit: à uertebra enim femoris pedis pollicis ad ingressus neruo annectitur: qui protendunt nobiliores existimantur, ij cursu, itinere, uel stando maxime fatigantur. Circa eandem coxam unus est, qui triceps cernitur in summa parte, duplici que cauda terminatur qua annectitur: alij lumbis, alij ilibus annexi sunt, in utroque femore xl. numerantur. In poplite item ac circa tibiam xxvij. colliguntur: circa flexum pedis per pedem ij. & xx. collocantur, quorum unus duas ex se mittit chordas: circa digitos bini sunt, qui binas singuli emittunt chordas: sub planta uerbo quini ex quibus nonnulli inter se adeo permixti sunt, ut diuelli nequeant, aut uno læso reliqui afficiantur. In summa igitur summorum musculi omnes (ut dictum est) circiter quingenti uiginti seni colliguntur.

Quot musculi in uniuersum sint.

De ossibus & primum de ceruicis uertebra, Cap. XXIII.

De ossibus nonnulla libro primo diximus in uniuersum, ac capitis ossa pectorisque & alterum specialius suo denarrata sunt loco, at nunc reliquorum pertractanda est natura, quæ non solum ab autoribus habenda est, sed diligentius (ut Galenus tradit) ex cadaueribus cognoscenda. Quidam emotis musculis ac carne, dimidiatum cadauer ingenti cacabo discoquunt. Plena coctura est cum carnes facile laxantur quæ superfunt, agitant laureo ramo, tum diligenter eximunt, ac deinde ossa sensim dispoliant. Quidam medicus inter has refectiones humanam carnem coctam nobis præsentibus com manducauit, ac exinde mensam expuit, ut cæteris de sapore indicaret, interrogantibus, qualis saporis esset, bubulæ respondit. Denudata tandem ossa facile cernuntur. Alij in se pulchris cadauera intuentur non sine nausea, quoniam immunda sunt. In flumine uero

cadaueris coquendi modus propter ossa.

uel calce dissoluta preferuntur. Huiusmodi ossa uulneru medici frequenter spectare de-
beant, & clinici quoq; nō negligat. Euenit olim peractis refectionib. in Patauino Gyn-
nasio, ut quidam discipulus ea ossa ad usus reseruasset, Venetias nocte ueniens, medio
itinere lintre cœnaturus relinquēs, diuersorū cum cæteris socijs petit. Ecce petulantissi-
ma publicanorū familia qui occultas merces inquirūt, capsulam inuentā in lintre requi-
rentes dominū, & nemine respondente protinus auferūt, et præfectis præsentib. sequen-
ti mane reclusam patefaciunt, repertis ossibus pulpis uiduatis candicantib. inter odora-
tas herbas, uenerabundū nudo capite sanctorū ceu reliquias protinus adorant, inde ad
summum magistratum scripiū perferunt: in eo turbæ concursū Franciscus Sanutus cō-
siliarius uir summæ uirtutis, dissectionum reliquias patefecit, & sectatori medicinæ de
erepto scripiū conquerenti restitui iussit, magno omniū risu, frustrata publicanorū aua-
ritia. Sed ad ceruicis uertebra redeamus. Ea septē orbiculatis ossibus constat, quæ me-
dia medulla à cerebro descendente perforata sunt, ubi medulla quam in spina ampliōr
est: ex capite sustinet: primā ex uertebra strophea, et epistrophea uocat. Hippoc. odo-
ta, secundam axem, quoniam tanquam axis sit immobilis, ultimam atlantem, quoniam
baiuli modo onus sustinet. At Plinius mutato ordine primam atlantem facit, spinā ar-
ticuli uinctam, ultimum uerō epistropheum, qua sinistrorsum, ac dextrorsum caput in-
clinatur, inter quem & axem sequentem modo caput scapulis, modo mentū pectori
flectimus. Si caput igitur quod duobus processibus in duos sinus summæ uertebra im-
positum est, in priorem partem excidit, ita ut neruus sub occipitio extēdatur, mentū q̄
pectori agglutinetur, tum is neq; bibere, neq; loqui potest, interdum q̄ semen genita-
le inuoluntario emittitur, quibus celerrime mors superuenit.

Exemplum Adi-
culum de ossib.
pro sanctorū re-
liquijs habitis.

Ves. li. i. cap. 14.

Ves. ibidem

Sacer ignis

Ves. lib. i. ca. 16.
17. 18. 19.

Vertebra quot

De spina, Cap. XXIII.

Ceruici spina ossium origo (ut Aristoteli placet) annectitur, tereti quoque structu-
ra per media foramina, eadem medulla descendente, *νεκρωστυξ* à Græcis, à nostris
sacra fistula uocatur, nodis constat, qui spodylia uocantur, costis singulis hoc est legitimis,
& nothis respondentia: his postremis thoracis terminos quidam imponunt hoc est ad
ilia. Primus ex xij. nodis asphalia dicitur, post quē maschalister ab axillis dictus: reliqui
à lateribus pleurix. duodecimus à præcinctu diazoster, à quo zoster ignis sacri genus
mediū hominem ambiens teste Plin. dicitur. Post hos quinque sunt ex opposito renū
ad coxas porrecti, teretes, firmiores, brenesq; ue ab utroque latere, processus duos exi-
gunt spinæ extantia ob canū similitudinē cynolopha dicuntur lumbos musculi replent
plohæ siue uulpes à Cleantho dicti. Omnes uertebra, exceptis trib. summis, à superiore
parte in ipsis processibus parum descidētis sinus habēt, ab inferiore alios deorsum uer-
sus processus exigunt spectantes: inferiores insinuantur, ac per sinus quos utrinque ha-
bent, superiores accipiūt, multis neruis multa que cartilagine continentur, ut uno flexu
modico, homo ad necessaria opera inclinatur: ab his imæ spinæ ossa os sacrū cōstituunt.
Ita Paulus Aegineta uocat in auib. oropygiū, cuius uertebra senæ sunt, cæteris minores
ac magis compactæ, spondylion appellat, in quod uertebra superiores desinūt, quæ in
partu miro naturæ opere dimouētur. Gal. spinæ quattuor partes cōstituit, primā ceruicē
metaphrenū, lumbū, & quod os sacrū nominat, à quibusdā uero latum. Collū ex septe-
nis uertebra, metaphrenum ex duodenis, lumbus ex quinis, os sacrū ex reliquis consti-
tuitur. In summa igitur uertebra tricenæ sunt ex quib. singulis per utrinq; cōstituta fora-
mina totidē syzygia, & una addita oriūtur, q̄ corpus succingūt, motus et sensus præstat.

De medulla uulnerata & spina luxata, Cap. XXV.

Si percussa medulla est nerui resoluuntur, aut distenduntur sensusq; ue alicuius mem-
bri intermoritur, aut alterum crus aliqua iniuria debilitatur, uel sine uoluntate semē
uel excrementa profluunt. Idem euenit quibus spina luxatur, quod fieri non potest, ni-
li medulla collisa uel neruis diruptis. Si supra septem uertebra exciderunt, manus resol-
uuntur, uomitus sequitur, spiritus mouetur: at si sub septo id acciderit, crura resoluuntur,
urina supprimitur, uel sine uoluntate destillat. Cōmemorat Gal. se agrum liberasse, cui
cæteri medici medicamenta digitis imposuerant, qui ex ictu spinæ resoluti fuerant ipse
uero idem medicamentum uertebra addidit.

De sco

A Ceruice rursus duo sata ossa utrinq; ad scapulas tendunt: nostri scoptula operata,
ωμοπλωτες Græci nominant, ea in summis uerticibus sinuata, ab his triangula
paulatim q; latescencia ad spinam tendunt, & quo latiora quaq; parte sunt hoc hebetio-
ra: atq; ipsa quoq; imo cartilaginosa posteriore parte ueluti innatant, quoniam nisi in
summo, nulli ossi inhzerecunt: ibi uero ualidis musculis neruisq; cōstricta sunt: at à sum-
ma costa paulo interius, quā ubi ea media est os excrescit: ibi quidem tenue, procedēs
uero, quo propius lato scapularum ossi fit, eo plenius, latiusq; & paulatim in exteriora
curuatur, quod propius altera uerticis parte modice intumescens sustinet iugulū, quod
luna tum & recuruū esse diximus, altero capite in eo quod posui, altero in exiguo sinu
pectoralis ossium structuræ insidia & cum lato ossē scapularum infra caput, eius ner-
uis & cartilagini connectitur. Hinc humerus incipit, extremis utrinq; capitibus, tumi-
dus, mollis sine medulla, cartilaginofus medius teres, durus, medullosus, leniter gib-
bus, & in priorem, & exteriorē partem: prior autem pars est, quæ à pectore, posteri-
or quæ à scapulis, interior quæ ad latus tendit, exterior quæ ab eo recedit, quod ad om-
nes articulos pertinere in ulterioribus patebit: superius autem humeri caput rotundius
quā cætera ossa, de quibus adhuc diximus, uerticulis scapularum ossibus inseritur,
ac maiore parte ex transitu neruis, quos coniunctiones uocamus, deligatur, at inferius
duos processus habet, inter quos qui medius est, magis etiā extremis partibus sinua-
tur. Quæ res sedem brachiorū (de ossē enim dicimus) præstat. Humerus à sede sua, hoc
est ab omocotyle, modo in partem priorem, modo in alam excidit: si in hanc partem de-
lapsus est præter reliqua signa longius altero id brachium est: si in priorem partem sum-
mum quidem brachium extenditur, minus * tanquam naturaliter, difficilium in priorē * tamen
partem quā in posteriore cubitus porrigitur. Curationes ad huiusmodi mebra lu-
xata non sunt ad præsens negocium pertinentes.

Ves. li. i. cap. 25.

Ves. li. i. cap. 25.

* tamen

De brachio, Cap. XXVII.

Brachium humerū excipit, in utrinq; flexus ipse Ancon dicitur, id constat ex ossi-
bus duobus. Radius quem *κεκισλα* Græci uocant, superior breuiorq; & primo
tenuior, rotūdo & leuiter cauo capite, exiguū humeri tuberculum recipit. Atq; ibi ner-
uis & cartilagine continetur. Cubitus inferior longiorq; & primo plenior, in summo
capite duobus quasi uerticibus extantibus in sinu humeri, quem inter duos processus
eius esse proposui, se inserit, primo uero duobus radijs brachij ossa iuncta, paulatim di-
rimuntur, rursusq; ad manum cōeunt, modo crassitudinis mutato. Siquidem ibi radi-
us plenior, cubitus admodum tenuis est: dein radius in caput cartilaginofum consur-
gens, in uerticem eius sinuatur. Cubitus rotundus in extremo, parte altera paulum pro-
cedit. Animaduertit Celsus, quē de ossium ratione sequimur, plurima ossa in cartilagi-
nem desinere, sicut de costis diximus, nullum uero articulum non ita finiri. Si uero cubi-
tus excidit, maioris negocij est, quā humerus: in hoc tria ossa cōeunt, humerus, radi-
us & cubitus: sed cubitus qui innexus humero est, ab hoc excidit, radius qui adiunctus
est interdum trahitur, interdum subsistit: in omnes uero quatuor partes excidere cubi-
tus potest. Si in priorem prolapsus est, extentum brachium est, neq; curuatur: si in poste-
riorem, brachium curuum est, neq; extenditur, breuiusq; altero est, interdum febrem,
uomitumq; bilis mouet: si in exteriorē, interiorē ue brachium porrectū est, sed pau-
lum in eam partem à qua oportet recessit, recuruatum, quicquid incidit reponendū ra-
tio una est, quæ per difficilis tum à posterioribus tum à priscis medicis omnino habetur.

Ves. li. i. ca. 24.
dece figuris neo-
gotium hoc deu-
clarat.

De manu & eius prolapsu, Cap. XXVIII.

In manu uero palmæ pars ex multis minutisq; ossibus constat, quorum numerus
apud priscos incertus est, posteriores uero 26. ossa colligūt, 12. in manu, in digitorū ar-
ticulari 14. sed obligata omnia & triangula structura quadam inter se connectuntur, cū
inuicē superior alterius angulus alterius planities sit. Eoq; ue fit ex his unius ossis pau-
lum in interiora concaui species. Verū ex manu duo exigui processus in sinu radij con-
iunguntur, tum ex altera parte recta quinque ossa ad digitos tendētia palmam explent,
à quibus digiti ipsi oriuntur, qui ex ossibus ternis, præter pollicē constant, omniumq; ue
eadem

Ves. li. i. ca. 25.
27. 28. 29.

eadem ratio est: interius os in verticem sinuatur, recipitque exterioris exiguum tuberculum, nervusque ea continetur: a quibus orti uugues indurecunt, ideoque non ossi, sed carni magis suis radicibus inhaerent. At superiores partes sic ordinatae sunt. Manus quoque in omnes partes quatuor prolabitur, in posteriorem, cuius rei nota est, quod porrigi digiti non possunt: si in priorem partem excidit non inclinatur, sed in alterutrum latus manus in contrarium, aut ad pollicem, aut ad minimum digitum conuertitur. In palma quoque ossa excidunt in priorem aut posteriorem duntaxat partem, in reliquas partes non possunt, hoc signo, quod commune est, deprehenditur, tumor ab ea parte in qua os est compulsus, sinusque ab ea a qua recessit. Digiti totidem casus eueniunt, eadem signa inueniuntur, quae in manibus diximus.

CRura brachii respondet, coxis omototylae, humeris femora, a congeni siue olecranii, crura siue tibiae brachii, radius, radio, flexibus: poplites, malleolus & calx peculiaria pedi sunt: digiti digiti respondent et plura, uolae, unguis unguibus similes sunt.

Matrina in coxarum desinit ossa, quod transversum longaque ualentissimum, uulua, in sciam, rectumque intestinum tuetur idque ab exteriori parte gibbum, ad spinam respiciatur, a lateribus, id est, id ipsi coxis sinus rotundos habet, a quibus oritur os, quod pectinem uocant: solidum, idque super intestina sub pube transversum uentrem format, rectius in uiris, recuruatum magis in exteriora in foeminis, ne partum prohibeat, quod os sacrum falso appellant: id enim medium sponte ditidit, laxarique diuinitus quosdam credidisse uideo, alioqui uel magnis ictibus non frangi. Sed natura uis ea aliter conspiciatur, sub partu enim ima spina quam os sacrum appellauimus, ac pecten, quo tempore foetus amplior est, sponte hiant, & ad foetura consentiunt. Ea tum a partu paulatim in naturam suam redeunt: altero exiis uel pluribus renitentibus difficiles partus fieri, & si caetera tuto respondeat. Qui os pectinis diuisum leniter in partu non constat. Arist. cum mulieres, inquit, parturiunt, dolores multas quidem in partes incumbunt, & plurimis ad alterutrum femur: alia lumbos dolent, alia inum uentrem.

Femur inter ossa maxima, rotundiora habet capita quam humerus, infra uero duos processus a priore & a posteriore parte habet, in medio durum, ac medullosum, et ab exteriori parte gibbum, ab interiori leuiter cauum est, rursus in inferiore parte in genu intumescit: superiore in sinus coxae, sicut humerus in ea ossa quae scapularum sunt conijcitur, tum introrsus leuiter intendit, quo aequalius superiora membra sustineat. Sinus coxae a Graecis κοτύλαι, a nostris acetabula dicuntur, quae hos sinus complent, circa quae uersurae fiunt. Coxendices uocantur, a Graecis ἰχίαι a quibus ischiadici dicti sunt qui coxendice laborant. Nam & nervus quo coxendix acetabulo committitur, ἰχίον quoque dicitur. Ossium itaque similitudo similes quoque casus facit, nam humerus femori similis: hoc in omnes quatuor partes excidit, saepissime in interiorem partem promouetur, tum crus est longius altero, et ualtius, extraque pes ultimus spectat: si exteriori breuius intusque inclinatur, calx ingressu terram non contingit sed planta ima, meliusque in crus superiora membra quam in priore casu fert, minusque baculo eger. At si in priorem crus extensum est, implicarique non potest alteri cruri, ad calcem par est sed ima plata minus in priorem inclinatur: dolorque in hoc casu praecipuus est, et maxime urina supprimitur: ubi cum dolore inflammatio quieuit, commode ingrediuntur: sed si in posteriorem prolapsus est, extendi crus non potest, breuiusque est, ubi constitit, calx quoque terram non contingit, magnumque femori periculum est, ne uel difficulter reponatur, uel repositum rursus excidat, quod indies uideri potest, reponentium errore: haec enim chirurgices medicinae pars a nostra iam medicina disciscit, & ad mercenarios, fabros, rusticosque sese transtulit, ob id femur luxatum semper excidere arbitrantur, nec finem medendi inueniri, magna Hippoc. nostri iniuria, qui ex roto luxata femora restituisse proditur, alioqui ab his ad extendendum, reponendumque ue femur uaria machinamenta frustra inuenta fuisse constat.

Manus luxatio.

Ves. li. i. ca. 29.

Ves. li. i. ca. 31.

Coxendices ischia.

De

Femorum inferiora capita medio insinuatur, quo facilius: excipi a cruribus possunt: horum compagem os paruum, molle, cartilagosum, rotundum tegit, patellam uocant: haec superinnat, nec ulli ossi inhaeret, sed carne & nervis deligata pauloque magis ad femoris os tendens inter omnes crurum flexus iuncturam tuetur: ipsum autem crus ex ossibus duobus, ut leuius firmiusque sit, brachio simile constat: adeo ut habitus quoque & decor alterius in uiuentibus ex altero cognoscatur: nam & quibus exigui sunt, hi manus quoque paruas habent: uerum alterum os ab exteriori parte supra positum est, quod radius quoque appellatur: id breuius supraque tenuius ad ipsos malleolos intumescit sura haec quidam uocat. Alterum e priore parte positum, cui tibiae nomen est, longius & in superiore parte plenius solum cum femoris inferiore parte committitur, sicut cum humero cubitus, atque ea quoque ossa infra supraque coniuncta, media, ut in brachio dehiscant, in genu commissura dextra, leuaque a priore parte gemina quaedam buccarum inanitas, quae per fossa ceu uin culis solutis spiritus fugit. Genu quoque in anteriorem, in posteriorem, & in posteriorem partem excidit, raro uel nunquam in priorem partem prolabitur, quia patella opposita est.

Crus infra ubi malleoli sunt, siue tali, osse transuerso excipitur, quod super os calcis situm est, & quadam parte sinuatur, quadam excessus habet, et procidentiam ex malleolo recipit, & in sinum eius inseritur: idque sine medulla durum, magisque in posteriorem partem proiectum, teretem ibi figuram representat. Talus, quem altragalum uocant, qui in homine, Aristotelis sententia, non est, in omnes partes prolabitur, ubi in interiorem partem prorumpit, pedis tum planta in anteriorem partem conuertitur: ubi huic contrarius talus, contrarium inde signum ostenditur: si in priorem partem erumpit, a posteriore, tum latus nervus durusque fissi in posteriorem, calx penes conditur: plaga maior fit: reposito talo periculum est parum confirmatis nervis, ne rursus excidat.

Sub eo osse calx sita est crassior quadrangulari figura: Planus terra calcatur, callosa materia subest non neruosa, sed sine sensu: infantibus tamen non confirmato callo dolet. Mors pedis tria ossa habere tantum constat, praeter quod grandineum dicitur, imam plantam explent quina ossa, digiti 14, ossiculis constant, in summa pes 23, ossa continet. Plantae ossa isdem modis, quibus in manu prodeunt, digiti quoque eandem rationem habent. Hipp. in humeris femoribusque metum mortis esse tradidit. Periculosa etiam crura sunt & cubiti, nihilque tutius reponi potest quam planta, manus, & digiti, in quibus (ut quidam uolunt) ossicula quaedam sunt inter articulos sita, quae sesamoides uocant, ab antiquis praetermissa quae in anat omicis quoque nostris non inuenta sunt.

Sed iam sine faciam dissectioni, dimittendum tandem theatrum est, quoniam partes somnes humani corporis utiliter magis quam uerbose tractatae sunt, atque historiam ipsam breuiario quodam percurrisse non fuerit alienum. Hortor omnes tum tyrones tum ueteranos medicos, uel chirurgos, ad frequens huiusmodi theatrum quod singulis saltem annis celebrandum sit, quonia in eo uera uidemus, aperta contemplamur, ut opera naturae tanquam uiuentia nostris subiaceat oculis: alioqui scriptura est picturae per similes, quae saepe recordationis negligentiam excitat, et animi caliginem discutit. Sed qui literarum consili duntaxat monumentis (ut inquit Plato) sine rerum conspectu res ipsas animo non reuoluent expressas, saepe falluntur, & opinionem potius, quam ueritatem mentibus tradunt: sicut nouiter nauigare incipientibus in depictis chartis contingit, in quibus insulae, sinus, recessus, promontoria, ueris, quae oculis subiacent, ad plenum non respondent, sed huiusmodi picturae res pridem notas commemorant, & uiuentium ueluti simula chra referunt: scientis enim sermonem uiuentem dicimus & animatum, et orationem eius scriptam, non iniuria, imaginem quandam nuncupabimus.

FINIS.

BASILBAE PER HENRICHVM PETRI, MENS B AVGUSTO, ANNO. M. D. XLIX.

Ves. lib. i. ca. 31.

Ves. li. i. ca. 31.

Talus.

Ves. lib. i. ca. 31.

Ves. li. i. ca. 31.

Res ipsae tradas & in spiciendas.

Libra, unia, dragma, Scrupulus, Gramm, Manipulus.

Libra habet uncias 12, unia dragmas 8, dragma scrupulos 3, Scrupulus in parte loti dragma quatuor, Scrupulus tria selen aff est quatuor.

Qua minus hominis calida sunt, in vino gradu
 Qua aequatiter cum eo in seruido
 Qua aliquantulum plus in tertio
 Qua multo plus in quarto. De quantitate gradus vide huc
 ordinem germanicum h. 12.



LIBRA, UNIA, DRAGMA, SCRUPULUS, GRAMM, MANIPULUS.

1000
1000



1000
1000



1000
1000



1000
1000



1000
1000

V
1935:2130

